CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII ARVERNORVM. EPISCOPI OPERA.

IO. SAVARO CLAROMONTENSIS IN MONTISFERRANDÆ SVBSIDIORVM *curia Senator & Vicancellarius, multò quàm antea castigatius recognouit, & librum commentarium adiecit.*

ACCESSERVNT INDICES LOCVPLETISSIMI.



PARISIIS,

Ex Officina PLANTINIANA,

Apud ADRIANVM PERIER, via Iacobæa.

M. D. XCIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISS.

AMPLIS. ATQVE ILLVSRISS. V. ACHILLI HARLÆIO EQVITI, PRINCIPIS Senatus principi Præsidi, & consistoriano Comiti, S.

SOLLIVS Sidonius Constantio suo libros epistolarum nuncupauit, quòd ille Galliis in diuersa partium studia distractis, ab Imperij partibus stãs, constánsque presbyter, ciues Aruernos non minùs ciuica simultate, quàm Gothica incursione vagos & extorres, in Aruernum oppidum reduxit, illisque concordiam, & illos patriæ reddidit. Tibi ab exemplo, non dicam Constantio, sed etiã ipsa Cõstantiâ constantiori, Sidonij opera, mea operâ diligenter emendata et libro cõmentario explicata dedicare possem: qui hoc postero tempore, (credite posteri) pro tribunali sedens, priùs rabulariis cinctus armatis, quàm purpura discinctus, incarcerem ductus es, tanta cum dignitate atque constãtia, vt in hac inæqualitate Fortunæ semper æqualis, ductores potiùs armatos ducere, quàm ab illis duci videreris inermis; te captiuo, captiua; te libero, libera fuit Gallia. Regis enim Regníque Gallici Tutelaris & Sospitator Genius, vniuersam Galliam nõ tam ciuili dissidio discissam, quàm Hispano panno velut exterritam, & ad Iberos defugam, ad se suáque redire iussisti, Regiq;

regnũ, & regno pacem reformasti? Quàm cũ aperto Marte, & arte operta, seditionum auctores in pace leones, in bello lepores, tam per armatorum cuneos, quàm inermiũ cuniculos turbare contendant, Opt. Max. Gallici status senio labantis destina, pacem fauens, fouénsque seruato, & ciuiles discordias auertito. Verùm ne malè ominari, & obliuionis æternæ tumulo sepulta credar excitare, longè me maior ratio monet mouétque, vt Apollinare opus, Musis & Apolline dignum, tuo nomini, id est Palatini Apollinis numini, nouémq; Musis opus non amusum consacrem: non ea res suo quoque carebit exemplo, torrens Herodotus, necnõ Aurelius Opilius variæ literator literaturæ, nouenos vnius corporis libros, Musarum inscripserunt: ego ne tu Apollo fortè mouearis, & musses, si Musas solas appellarem, te Primum Apollo, appello, nouémque Musas inuoco, vt sub clientela vestra, obnubilũ Apollinaris opus elucidetur, & luci detur: Quod vt à proposito nostro alienum, sic à re absonũ non erit, Quippe cui magis Apollinaris opera, quàm Apollini? quibúsque nouem libri adeò Musici; vt ipsas Musas non ita musicas putares.

Quàm nouem Musis dicari debent? Itaque tibi qui verè Palatinus, iurisque peritus Apollo, *nouem Musis, id est, nouem Palatij Curiis præsides, & cottidie deuia & ambage nexa causarum arcana detegis, tibi inquã, tuóque numini, quod mihi, & Apollinari meo, fortunatim vortat, Apollinaris Apollinare opus do, dico, illíque, supplex obsecro, vt in æde tua, id est, Apollinis bibliotheca locũ des, sicut olim S.P.Q.R. in Vlpia, loci non infimi honore dignatus est: nouenis alumnis nouenos libros dedicoi. Vale. Ricomagi, Kal. Decemb.*

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

VITA.

[1] CAIVS.[2] *Sollius.*[3] *Apollinaris.*[4] *Sidonius parentibus.*[5] *Aruernis & *[5] *inlustribus fuit, Apollinare patre,*[6] *Honorio imperante Tribuno Notario, &*[7] *Præf. Præt. Galliarum,*[8] *connomine auo primo suæ gentis Christiano,*[9] *præf. præ. Galliarum*[9] *Proauo iuxta inlustri,*[10] *matre nobili,*[11] *fratre germano, qui adolescentiæ annos sub Fausto Regiensi sine vlla pudicitiæ labe transegit, patruis,*[12] *patruelibúsque claris & insignibus, natus est*[13] *Theodosio Iuniore, & Valentiniano tertio imperantibus, quo anno non liquidò liquet, quantum ex*[14] *Asterij consulatu conicere licet, Fla. Antiocho & Anicio Basso VV. CC. Coss.*[15] Nonarum Nouembrium die: *grandior factus in disciplinam traddìtus est, ludimagistris celebribus*[16] *Eusebio, &*[17] *Oeno, sub quibus cum literis*[18] *Græcis & Latinis strenuam nauasset operam, tandem omni cura omnique studio, indulsit*[19] *Philosophiæ,*[20] *Mathematicis,*[21] *Iurisprudentiæ, quibus rebus ante alios eruditior euasit, varióque dictandi genere supergressus est,*[22] *vel assertore assessore Flauio Nicetio V. C. & docto.*[23] *Poëticam puer auspicatus tractu temporis in ea tantum profecit,*[24] *vt mira facilitate fecilitatéque*

Cap. 1. 1. Cl. Mamer. in præf. l. 1. de sta. ani. 2. c. 9. l. 1. notæ ibid. 3. c. l. 9. epitaph. 4. c. vlt. l. 1. 5. epist. 13. li. 3. 5. c. vlt. 5. epi. 3. lib. 1. epist. 2. li. 1. lib. 7. in Cõ. Greg. Turo. lib. 2. c. 21. vide elog. 6. c. 9. l. 5. 7. c. 3. & 7. l. 1. & 12. l. 3. c. 9. & 16. l. 5. c. 6. l. 8. 8. c. 11. l. 3. 9. c. 3. & 12. l. 3. c. 9. l. 5. 9. c 3. l. 1. c. 12. l 4. 10. c. 1. l. 3. c. 6. l. 5. 11. c. 12. l. 3. in Can. 11. c. 1. l. 4. 12. c. 1. l. 4. & Car. vl. 13. c. 6. l. 8. 14. c. 6. l. 8. 15. Car. 20. 16. ep. 1. l. 4. 17. Canq. in finit. 18. c. 1. l. 4. c. 2. l. 2. c. 12. l. 4. c. 3. l 8. 19. c. 1. l. 4. c. 14. l. 8. epitaph. 20. c. ad Potem. & lat. 13. & c. 14. l. 8. & 21. c. 1. l. 4. c. 9 l. 1. c. vlt. l. 9. & aliis. 22. c. 6. l. 8. 23. epist. 21. l. 5. c. 4. l. 8. c. vlt. lib. 9. in fine. 24. epist. 2. lib. 1. epist. 17. lib. 5. epist. 13. lib. 9.

versus ederet extemporaneos, [25] *plures tamen & pleréque omnes non maiore ingenio, quàm cura. His bonis artibus institutus, ex schola, et ex ephœbis excedés, lege & more maiorũ militiæ nomẽ dedit,* [26] *Stipendiisque perfunctus est, quibus emeritis ad vota transijt.*

Fla. Auiti [27] *ciuis Aruernensis, ex Aruernorũ decreto ad Cõstantium Cæsarem* [28] *legati,* [29] *pacis inter Theodoricũ & Æthium Patricium ineundæ medij & interpretis, ter vtriusque militiæ,* [30] *Magistri,* [31] *quatérque prætorio Galliarum præfecti, posteà Petronij Maximi A. ad regem Theodoricum secundum* [32] *legati, ad extremum* [33] *Maximo à Romanis discerpto* [35] *Consulis & Imperatoris filiam,* [36] *Papianillam nomine, Ecdicij posteà Patricij &* [37] *Agricolæ viri strenui sororem iis* [38] *vxorem duxit, cui in dotem datum* [39] *Auitacum incoluit et excoluit, in quo cum vxore* [40] *concorditer sine lite vixit, liberósque ex ea suscepit vtriusque sexus,* [41] *Apollinarem filiũ, quem* [42] *domi suæ paternis documentis informauit,* [43] *Roscsam filiam in auiæ amitarúmque indulgentissimo sinu dedit alendam & cum seueritate nutriendam,* [44] *Seuerianam etiam dubiæ valetudinis & febricitatem, erga suos* [45] *affectus bene affectus, blandus pater,* [46] *concors maritus,* [47] *clemens dominus,* [48] *homo quietus, frugi & diligens paterfamili* [48] *rem domesticam curauit, sui parcus,* [49] *in egenos prodigus,* [50] *alieni non appetens,* [51] *pius & religiosus, magni* [52] *consilij, viuacis ingenij, genijque subtilis & acuti,* [53] *fautor non studiorum modò, verum etiam studiosorũ, quorum contubernijs delectabatur,* [54] *veteris studiosus elegantiæ, ita vt barbaricis incursionibus obsoletæ, & penè antiquatæ antiquæ facundiæ reductor, &* [55] *reparator haberetur: nõ derogator;* [59] *derogatores habuit, laus et humanꝰ* [57] *dicax et hilaris, cætera modestus, adeò vt ex moribus cognomẽ acceperit: nã dictus est,* [58] *Modestus.* [59] *Pila adprimè obluctabatur et oblectabatur tesseris, quibus cũ* [60] *Theodorico Rege Gothorũ II. lusit, interque ludẽdũ aliquid obsecraturus impetrauit: erat enim ei maximè familiaris, vel ex eo quòd* [61] *Theodoricus Rex, Auito sumẽdi imperij cõsiliũ dedit, & copias præbuit auxiliares, vt in Hesperiũ imperiũ cõnitentibus* [62] *Gallis, & annuente* [63] *senatu leuaretur Auitus,* [64] *Theodoricianæ formæ quantitatem, vitæque qualitatem, & penitissimas actiones elegantissima ad Agricolam epistola descripsit, lusitque*

25. e. vlt l. 1. e. 8 l. 4. c. 3. l. 8. e 13. l. 9.
Cap. 2.
26. epist. 1. lib. 3. epist. 6. lib. 8.
27. epist. 3. lib. 3. car. 7. vers. 140. Gregor. Turo lib. 2. c. 2.
28. Car. 7. vers. 403.
29 Car. 7. vers. 307.
30. Car. 7. vers. 462.
31. Car. 7. vers. 461.
32. Car. 7. vers. 468.
33. ep. 13. l 2.
35. Car. 7. Greg. Tur. lib 2. c. 2. & c. 21. fasti consulares
36. e. 17. l 5.
37. ep. 12. l. 2.
38. e. 18 l. 5. car 20. Grego. Tur. li. 2 e. 21.
39. Epist. 2. lib. 2. car 18
40. Epist 2 l 2 16. lib. 5.
41. Epi. 12. l. 4. ep. 9. & 11. l. 5. Gre- Tur. l 2. c. 37. & 1. de mirac. c. 45. 41 e. 1. l. 5 42. l. 5. e 2. l. 4. 43. Ep. 1: l. 5. 44. Ep. 12. l. 2. 45. Ep 18 l. 5. 46. Ep. 1: l 5. 47. Ep. 14. l. 7. 48. Epist. 14. l 7. Epist. 9. lib. 8. epi. 3 lib. 9. 49. e. 14. l. 7. 12 l 9. c. Epist 2. lib 4 50. Epist. 14. l. 7. 51. Epist. 12. l. 3. elo. epitaph 52. Epitaph elo. 53. c. 9. & 10 lib. 2 e 14. l. 7. 54. c. 10 l. 1. c. 2. & 6. l. 8. 55. Claud. Mamer: ad Sidon. in fine. Pet. Pict. vide elogia. 56. c. 1. l. 1. c. 11. & 14 l. 3. c. 1. l. 8 c. 2. & vlt. l 9. ep 14. lib 7. 57 e. 14. lib. 7. & c. vlt. eius lib. 58. c. 12. l. 9. in fine miss. epita. Cap. 3. 59. c. 2. l 1 c. 2. l 2 e 4. l. 4. c. 17. l. 5. 60. c. 2. l. 11. 61. Car. 7. ver. 508. Isid. in Chron. Era. ccccxci. 62. Car. 7. Cas. in Chron. 63. Car. 7. Pet. Diac. in Marciano. A. 64. epist. lib. 2 e.

[65] *carmine non ineleganti, in elegantiam formæ Reginæ Ragnachildæ Theodorici uxoris, quod Ennodius conchæ argenteæ argentarij cælo incidendum curauit, & Reginæ obtulit. Cúmque Maiorianus à* [68] *Leone Orientis Impe. in occidentis imperium adscitus fuisset,* [67] *Ricimeris magistri militum & patricij ope, cuius insidiis Auitus* A. *indignationem* [68] *Senatus incurrit, Roma abijt,* [69] *Placentiam secessit, & se* [70] *captus & coactus abdicauit imperio: mox in Gallias* [78] *Maiorianus quæ imperij fascibus Auitum accinxerant, procinctũ mouit, vt* [79] *Gothos abigeret ex vrbibus Romanæ ditionis, quas Auiti conniuentiâ, seu verius conhibentiâ Theodoricus occupauerat,* [80] *Lugdunum obsedit, in eáque obsidione Sidonium Auiti, A. generum, & Theodorici familiarem infensum habuit &* [81] *inimicum, qui Lugduno dedito, fugatisque Gothis, captus seruatúsque fuit, hortatu Petri Magistri epistolarum, qui eum ex hoste publico, priuatum amicum insinuauit Maioriano, cui illicò Maiorianus* [82] *ius ciuitatis ademptum restituit, huicque patriam reddidit, et illum patria (patriæ scilicet habitationis, non originis) censumq; trium capitum remisisse crediderim, quod ab eo acuto* [83] *epigrammate postulauit, illique post nouem menses ab imperij die, Kalendis Ianuarij Consulatum auspicanti incomparabili principi, eidémque Consuli comparabilem* [84] *panegyricum dixit, & in Petri Magistri scrinij librũ, subito inter epulas prolatum,* [85] *carmen non insubidum subitus effudit, ob quæ & alia præclara poëmata, tunc temporis DD. Leo & Maiorianus* AA. *Senatu petente, illi* [86] *statuam laurea Apollinari coronatam, in foro Diui Traiani erigi collocarique iusserunt, tantúmque fidei Sidonio cõcreditum, vt illo consiliante pacis pactionem cum* [87] *Theodorico Maiorianus pepigerit, posteáque vocatum ad* [88] *epulum quod quinquennalibus suis edebat, mensa Augustæ sacris admotum* [89] *Comitis honore dignatus est. Quid quadriennio Seueri Aug. egerit, nihil aliud scio, præterquã quòd literatis literis adsiduè vacabat, & acer atq; alacer Aruerniæ vindex illã à* [90] *Barbarorúm asserebat incursibus, cúm crebris* [91] *rerũ Regũque motibus Galliæ versarentur & vexarentur.*

Tandem Anthemij sumentis imperium [92] *èuocatoria accitus Legatus Aruernorum, Romam venit, Apostolorum liminibus affusus de via lassitudinem & omnem animi sensit explosum esse langorem; interuenit nuptiis Patricij Ricimeris & Asceiæ filiæ Anthemij principis, qua festiuitate decursa* [93] *Pauli præfectorij laribus exceptus comiter hospitalitatis officijs excolebatur, Gennadij Auieni et Cecinæ Basilij virorũ Consulariũ amicitiã sibi conciliauit, seruatáque Aueno vt seniori reuerentia, domum Basilij frequentauit, vt Aruernæ legationis officio defungeretur, cuius consilio, remissa aliquantisper legatio-*

65. e. 8l. 4.
66. Car. 5. Marcel. Com. Cassiod. Iord. Paul. Diac.
67. innominatus. Chronographus.
68. Greg. Tur. l. 2, c. 2
69. Cassio. Iord. Paul. Diac.
70. Inno. Chr.
78. Friculfus. 5. c. 17. car. 5.
79. Car. 5. ver. 373.
80. Car. 4. & 5. in fine.
81. Car. 4. & 5. in fine.
82. Car. 4.
83. Car. 13.
84. Car. 5.
85. l. 9. e. 13.
86. e. vlt. l. 9. in fine. & car. 8.
87. Idac. Fricul. l. 5. c. 17.
88 ep. vlt. l. 1.
89 ep. vlt. l. 1.
Cap. 4.
90. ep. 7. l. 3. & ep. 7.
91. Iord. in hi. Goth. Fricu. l. 5 c. 17. Isid. in Chro.
62. e. 5. l. 1. Ibib.
93. e. 9. l. 1.

ne. [94] *Anthemio II. Consuli Panegyricum dixit, cuius occasione* [95] *Præfecturam urbanam adeptus, in ea versatus est optimè, & ideo statuâ vt Præf. Vr. donatus. Anno sequenti, Marciano & Zenone Coss. cùm* [96] *Aruandus Galliarum præfec. nouas res moliretur & ex decreto Narbonensium reus postularetur maiestatis, Aruando confesso, confossoque se sua confeßionis gladio, vsque ad aras in amicitia perstitit, mortémque vt Anthemius in exilij* [97] *pœnam commutaret obtinuit, amicis enim erat addictißimus, adeóque sollicitus, vt eis* [98] *tuta omnia timeret, eorumque* [99] *vita carentum, æquè vt incolumium reminisceretur, suprà omnia* [100] *patriam diligebat & venerabatur, qua cùm* [101] *Seronato labefactaretur ingruente. Hecdicium sororium suum inuitauit, vt Aruernis opitularetur, eò quippe liberi populi libertas redacta erat, vt si procellis* [102] *Seronati serenitas Anthemij non occurreret, patriam dimittere, vel liberatem amittere statuisset, quod Deus auertit, capto ab Aruernis Seronato læsæ Majestatis* [102] *reo, qui Romám destinatus, et addictus, capite plexus est. Quo mortuo Aruernis infensiores Gothi* [103] *Aruernam obsident, at Sidonij literis allectus Hecdicius, attrito Gothorum exercitu* [104] *Aruernam ingressus obsidione liberauit. Prætereà Sidonius cùm augescendæ* [105] *dignitati hereditariæ curis peruigilibus incumberet, Præfectorianam Urbanam* [106] *Patriciam reddidit,* [107] *Senatoriam etiam dignitatem adie it. [illegible]inque varia dignitate fastigaretur, à tribunali diuino numine raptus ad episcopatum, Eparchio diem functo viro iusto & sancto succeßit, dignus tanto prædecessore successor, statimque post impactum* [108] *reluctanti sacerdotium, sæculi* [109] *dignitates Apollinari suo reliquit hæreditarias* [110] *poëticæ renuntiauit,* [111] *prosario opere se exercuit, vt seria tractaret, cælestium scripturarum mysteria rimaretur,* [112] *& se totum his studijs manciparet, vt quò se studiosius imbueret, eò doctrinam copiosius infunderet, in qua quidem Theologiæ disciplina sic animum excoluit, vt de difficilioribus ab* [113] *Aruogaste viro Inlustri Franco, & ab* [114] *Eufronio Augustodunensi consuleretur episcopo, circáque sui episcopatus initia* [116] *Bituricas summo pontifice viduatas, decreto ciuium petitus aduenit, & ex communi episcoporum consensu, qui ad eligendum episcopum conuenerant, in Sidonij arbitrio posita fuit libera quem vellet eligendi potestas, sicque virum spectabilem Simplicium Bituricensem ciuem, in locum Eulodij creauit Aquitanicæ primæ Metropolitanum, concione habita ad Agræcium Senonensem, collegas episcopos, & populum, cuius electioni, quòd ei honorificè ceßit, omnes acquieuére: In episcopatu suo præclarè se greßit,* [117] *in ieiuniis & orationibus*

Idem. 94. ep. 9. l. 1. car. 2. 95. c. 9. l. 1. elog. c. vlt. l. 9. in Car.
Cap. 5. 96. c. 7. lib. 1. Paul. Diaco. in Leone. vide cōment.
97. c. 7. lib. 1. Caßio. in Chro. vide Commét.
98. c. 9. l. 8.
99. c. 2. l. 4.
100. Car. 23. in fine.
101. c. 1. l. 2. c. 13. l. 5. c. 7. l. 7.
101. c. 1. l 2.
102. c 7. l. 7
103. c. 12. & 16. l. 5. ep. 7. l. 7.
104. c. 3. l 3. Gre. Tur. l. 2. c. 24.
105. c. 3. l. 3.
Cap. 6. 106 c. 16. l. 5. Claud. Mamer. in præfat. ad Sidon.
107. c. 16. l. 5. Elo.
108. c. 3. l. 4 3. l. 5. in Cō. l. 7. c. 7. l. 6.
109. c.'4. l. 4. 16. l. 5. Epita. c. 17. l. 7.

110. c 4. l. 8 c. 12. & 13. l. 9. 11:. epist. 3. lib. 4. 112. epist. 2. lib. 4. 113. epist 17. lib. 4. 115. epist 2. lib 9. 116. epist 5. lib. 7. & in Conc. 117. epist. 2. lib. 4. & 14. l. 7.

aſsiduus,

*ssiduus [118] unde malè se habuit, [119] erga mendicos effusus & unicè liberalis, [120] argẽtea supellectilis vasa egenis erogabat, vt Papianilla uxor resciens illa dato precio reciperet. Cúmque graui fame Burgundi fatisscerent, & cœli solique sui profugi terras peruagarentur alienas, vt stipe collectitia victitarent, quatuor egenorum milia, cum [121] Ecdicio sororio suo, communibus votis & opibus [122] aluit. Doctor Catholicus et Romanus, [123] Christianæ fidei propugnator, et expugnator Arrianæ hæresis, libérrimo spiritu in [124] Euarigem Regẽ potentißimũ Arrianum inuectus est, cuius despecta rabie, vt qui crudeliter in episcopos sæuiret, viæ lubricum expertus est, vt [125] Rutenorum consecraret Ecclesiam, quam condiderat Elaphius Rutenensis, in Aruernam redux, totus in officiis Dominicis erat, & ad festiuitatem ecclesiæ S. Cirici à religiosis inuitatus, vt diuinam rem faceret, ad eam vltroneus accessit, ablatóque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta Solennia agere consueuerat, totum nihilominus festiuitatis opus explicuit, [126] diœceses ex canone peragrauit, à [127] Mamerco Viennensi episcopo rogationes ante faustam ascensionis dominicæ diem restitutas, primus episcoporum Galliæ summa religione recepit, & in Aruernam induxit, instituit, inuexit, quibus adsueti & muniti maiores nostri, vastatorios [128] Gothorum cuneos amoliebantur, qui cottidianis superuenientibus Aruernæ & Aruerniæ [129] cædem, flammam, sanguinem pertentabant, quorum tamen minaces impetus, armante & animante Sidonio præsentibus animis Aruernenses sustinuerunt, quos neque [130] nox ninguida, nec illunis à peruigili statione dimouere poterat, & quamuis ad escas infames, [131] fames adegisset, nunquam in partes barbaras defecerunt, quinimò contra Gothos soli Aruerni, [132] Romanis reliqui bella fecerunt. Nihilominus cùm nullæ essent à Rep. vires, nulla præsidia, nullæ Aug. Nepotis opes, [133] Maßilia & Arelas captæ, patroni Burgundiones victi. Græcus [134] Basilius & Faustus episcopi pacis ineundæ inter Nepotem A. & Euuarigem sequestri & arbitri, [135] reclamante Sidonio, reluctantibus Aruernis [136] Aruernam dediderunt, propter quam indecoram deditionem, in Græcum concitatior scripsit. Exinde patricius [137] Ecdicius, qui Gothorum exercitatißimum exercitum persæpe profligarat, [138] solum patrium vertit, & in [139] Liuianum munitissimum castrum cum Sidonio se recepit, & hoc est quod se soli patrij finibus conqueritur [140] eliminatum, [141] quò loci cùm incommoda peregrini, Aruernæ autem scilicet à Gothis occupatæ damna proscripti pateretur, tandem [142] Leonis viri unde-

118. l.4.ep. 22.l.5. ep.3. & 14. l.5. 119. ep. 2. lib.4. 120. Greg. Tur.lib. 2. c.21. Cap. 7. 121. Greg. Tur.l. 2. c. 24. Sigeb. in Chro. 122. Lasiardus.l.5.c.12. Cenalis.l.5. perioche. 6. Guaguinus. 123. e.6.l.7 epitaph. elog. 124. e.15.l. 4.e.6.l.7.e. 18.l.7. 125. Greg. Turo.l.2.c. 22. 126. ep.13. l.4.e. vlt.li. vlt. 127. epist. 14.l.5.epist. 1.l.7. 128. epist. 1.l 7. 129. ep.1.2. 3. & 4. li. 3. epist.1.& 9. lib. 7. 130. e.7.li. 3.e.7.lib.7. 131. e.7.l.7 132. e.5.l.7. 133. Isidor. in Chron. Iordanes. Sigeber. in Chro. ep.9.l.8. Iornand.c.47. 134. epist.6.l.7.l.7. 135. e.7.l.7. 136. e. 7.l.7. Ior. in hi. Goth. Fric.l.5.c.17. Tom.2. Sigeb. in Chr. Cap. 8. 137. e.16.l 5. Ior. Fri. 138. Ior.& Fri. 139. e.3.l.8. Ior. 140. e.10.l.4.c.3.c.7.l.7.9.l8. 141. e.3.l.9. 142.

cunque docti, & Regis Euarigis consiliarij ope, suo redditus est Episcopatui, [143] *Victoriúmque Comitem ab Euuarige in Aruerna constitutum, iure sæculari patronum, iure Ecclesiastico filium, excoluit vt cliens, vt pater dilexit, quocum Abrahæ S. Cirici Abbati iusta persoluit, & neniam funebrem inscripsit, reliquúmque vitæ cum Gothis* [144] *Aruerno degentibus transegit. At quia in huiusmodi scriptionis genere, vt opera sic opuscula pensanda sunt,* [145] *annis senectutis initia pulsantibus omnem curam transtulit ad stylum Epistolarem.* [146] *Caj Plinij maturitatem, & Quinti Symmachi rotunditatem insecutus, opúsque suum Epistolare, primum in* [147] *septem libros digessit, quibus rogatu Petronij Iurisconsulti adiecit octauum, quos omnes* [148] *Constantio viro venerabili nuncupauit, nonum* [149] *Firmino, quo impulsore, ad instar Plinij, cuius se orbitas sequi in hoc scribendi genere pronuntiabat, nonum edidit, ex tumultuarijs chartis collectum: quibus terminatis Epistolarum libellis,* [150] *manibus doctorum attritis, quia vario genere dictandi compositi sint, &* [151] *pleni onustique multiplici personarum, temporum, causarúmque congestu,* [152] *ita tamen vt singulæ causæ singulis fermè epistolis concludantur, siquidem quæpiam hortando, laudando plurima, aliqua suadendo, mærendo pauca, iocandóque nonnulla concinnauit, his inquam finitis epistolarum libellis, vt ordiretur Historiam suasit* [153] *Leo, consiliorum Euarigis moderator & arbiter, quod consilium in consiliarium Leonem scitè retorsit: bellum* [154] *Attilæ & Aurelianensis vrbis obsidionem cœperat scribere, sed operis arrepti fasce perspecto taduit incoasse.* [155] *Apollonij Pythagorici vitam ex Græco in Latinum redditam dedit Leoni,* [156] *aduersus quendam dies bonos malè ferentem tractatum figuratè composuit,* [157] *dictauit etiam testatiunculas,* [158] *Satyram in Pæonium Marcellianæ coniurationis antesignanum scripsisse ferebatur,* [159] *librum de missis, &* [160] *librum causarum fecisse tradditur: finitóque opere epistolari,* [161] *aliâs epistolas vsuali sermone contexuit editione carituras: nam etsi* [162] *pauca edere, plura conscribere solebat,* [163] *libros tres de statu animæ Sidonio discutiendos & emendandos transmisit, Sidoniúque iussu publicauit, & illi dicauit, Claudianus Mamercus insignis philosophus, cuius* [164] *epistolam suis inseruit Apollinaris, non vt paria faceret, sed vt in hoc, sicut in reliquis Plinium imitaretur, qui vnicam sui Taciti suis inspersit epistolam. Habuit sui temporis imitatorem* [165] *Ruriciũ, postea Auitum Viennensem, Ennodium Ticinensem, qui versus integros ex* [166] *Sidonio decerpsit, suisque adsuit,* [167] *Ferreolum etiam Vcecensem episcopum, qui*

epist. 3. l. 8. 143. e. 13. li. 7. Grego. Turo. l. 2. c. 10. & 21. hi. & lib. sanct. patrum. c. 3. 144. c. 9. l. 8. Cap. 9. 145. e. vlt. lib. 9. 146. epist. 1. li. 1. 147. epist. 2. li. 8. ep. 1. lib. 9. 148. e. 1. l. 1. e. 16. l. 8. ep. 16. l. 9. e. 18. lib. 7. 149. e. 1. li. 9. & epist. vlt. 150. ep. 1. l. 5. e. 6. l. 8. 151. e. 18. l. 7. e. 2. lib. 9. 152. e. vlt. lib. 7. 153. e. 22. l. 4. 154. ep. 15. lib. 8. 155. epi. 3. lib. 8. 156. ep. 17. lib. 5. 157. epi. 3. lib. 7. 158. epist. vlt. l. 1. 159. Greg. Tur. l. 2. c. 22. 160. Pet. Equilinus. l. 7. c. 107. 161. ep. 10. l. 4. e. 2. lib. 9.

Cap. 10. 162. l. 7. e. pist. 3. 163. epist. 2. lib. 4. epist. 3. lib. 5. vide elog. 164. e. 3. l. 4. 165. e. 16. l. 4. 166. Paneg. Anth. vide commen. 167. Gre. Tur. c. 7.

libros epistolarum composuit Sidonij acumen secutus, nec adsecutus, Gregorium Turonensem, qui ex Sidonio multa mutuatus, partim suppresso, partim laudato auctoris nomine: postremò mediæ ætatis scriptores non contemnendos, [168] Salisberiensem, Radeuicum, Alanum, Quintianum Architrenium, neotericos sciens omitto. Tandem tribus in Episcopatu transactis [169] Olympiadibus, & quod excurrit, surrexere contra eum duo[170] presbyteri, & ablata ei omni ecclesiæ potestate ad summam inopiam non sine contumelia redegêre, quorum alter cùm in Christum Domini manum mittere vellet, morte Arrij obijt, & in sella familiari interanea per anum egessit: quo miserè mortuo, vno adhuc viuente inimico suæ restituitur potestati, posteà febre correptus & à suis in Ecclesiam inlatus, omnium omnis ordinis hominum concursus ad eam fiebat, & in hac magno eiulatu prorumpentibus, Cui nos deseris pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? diuino numine afflatus respondit, [171] Frater Aprunculus viuit, & ipse erit sacerdos vester. Cui etiam illud non absque iustitia, gloriæ dari potest, quòd Aprunculo successore decesserit: decessit autem non sine iustitio, [172] die Saturni [173] xij. Kal. Septem. Zenone imperante: [174] vixit annos circiter LVI. sic vixit, vt moriendo [175] viuentium numerum auxerit: Cuius episcopatum, qui superuixit inimicus presbiter, blasphemo ore arripere tentans, epulari toro lapsus, terræque allisus occubuit [176] Sancti Sidonij funus in ecclesiam Sancti Saturnini illatum & sepultum fuit ad dextram, (quæ hodie sacellum S. Amandini vocatur) postmodum in Ecclesiā Sanctorū Symphoriani, & Genesij translatum: cuius cineres sericis inuoluti in arca plumbea quæ capsa lignea circundata est ad dextrum cornu maioris altaris, Ecclesiæ S. Genesij Claromontensis Episcopi religiosè seruantur, & Natalitium XII. Kal. Semtembris celebratur, non [176] IX. aut [177] X. (qui error ex Martyrologijs expungendus est.) Nihil mirum si tam clarum & inlustrem virum, támque Sanctum antistitem, [178] Lugdunenses suum esse velint, [179] Burdegalenses repetant, [180] Narbonenses suum esse adstruant, [181] Aruerni verò & Aruerna iure veréque sibi vendicet, cùm se S. Sidonius [182] Aruernum esse venditet: has quidem omnes vrbes habitauit, sed [183] Aruernæ familiarem larem incoluit, hæ vrbes aduentitia, Aruerna autem germana patria fuit. Hancce tam sanctam contentionem discingit maiorum sepulchrum in [184] campis Aruernæ contiguis situm, præterquàm quòd omnium [185] veterum patrocinatur auctoritas, qui Aruernum esse confirmant. verùm his ciuicis

7. l. 6. hist.
168. suis locis consignaui.
169. c. 12. lib. 9.
170. l. 2. c. 13. Greg. Tur. & Chro. Comit. Andegau. Elog.
171. Greg. Tur. lib. 2. c. 23. & hist. Sidonij. ms.
Cap. 11.
172. Greg. Tur. Ibid.
173. Epita. & Breuiar. Ecclesiæ Claro.
174. ep. 6. l. 8. c 13 l. 9. in fine epitaph. Gennad. vide elog.
175. Somnium Pincernæ. Greg. lib. 2. c. 23. Marty. Rom. elog. vide.
176. Petr. l 7. c. 107. Epitaph. mss. Eccl. princ. & cœnob. Illud.
177. Marty. Rom. & Vsuardi.

178. Marty. Vsuardi. ms. vita Sidon. in mss. Puteani. & Bibliot. Reg. ep. 5 7 8. l. 1. Car. 5. sub fin. Car. 13. in Hendecasyll. epist. 25 l. 4. in fin. 179. Vita in mss. ep. 9.

li. 8. car. 9. *dissentionibus S. Sidonio laudis cumulus accedit. Cui in Christo laus*
& 22. Petr. *honor & gloria. Amen. Amen.*
Crinit. Pa-
radi. 180. ep. 7. l. 1. car. 13. laus Narbonis Pet. Equil. l. 7. c. 107. epist. 4. lib. 8. 181.
hist. episcopor. mſ. Pet. Picta. in Paneg. Pet. Venerab. elog. 182. ep. vlt. lib. 1. ep.
3. 7. 13. lib. 5 ep. 7. lib. 9. car. 20. ep. 2. car. vlt. 183. ep. 2. lib. 2. epist. 12. lib. 2. Car.
vlt. 184. ep. 13. lib. 3. 185. elogia vide.

EPITAPHIVM C. SOLLII APOLLINARIS MODESTI SIDONII

Ex ms. Cluniac.

S[a] *Anctis contiguus,*[b] *sacróque patri,*
[c]*Viuit sic meritis*[d] *Apollinaris,*
[e]*Inlustris titulis, potens honore,*
Rectus[f] *militiæ, forique iudex,*
Mundi inter tumidas[g] *quietus vndas,*
[h]*Causarum moderans subinde motus,*
Leges[i] ***barbarico dedit furori.***
[k]*Discordantibus inter arma regnis,*
[l]*Pacem consilio reduxit amplo,*
Hæc inter tamen &[m] *philosophando*
Scripsit[n] *perpetuis habenda sæclis,*
Et post talia dona gratiarum,
[o]*Summi pontificis*[p] *sedens*[q] *cathedram,*
Mundanos[r] *soboli refundit actus,*
Quisque hîc dum lacrymis Deum rogabis,
Dextrum funde preces super sepulchrum,
Nulli incognitus, & legendus orbi,
Illic Sidonius tibi[u] *inuocatur.*

[x] XII. Kal. *S*eptemb.[y] Zenone Imp.

a .i. S. Amandino *Bre. Clar.* & Apollinari auo. Ꝫ. epist. 12. lib. 3.
b Vitæ c. 1.
c Ꝫ. Carm. vlt. v. 19.
d epist. 1. l. 9.
e .i. Præfecturæ Vrb. Patriciatus, & senatoriæ dignitatis. Vitæ cap. 4. & 5.
f Ꝫ. epist. 12. l. 3. de auo suo *Ruris, militiæ, forique cultor.*
g epist. 14. l. 7. c. 12. lib. 9.
h i. diuersarum partium. Ꝫ. epist. 7. lib. 3. & 15. lib. 4. Collat. Carthag. 1 11. c. xciij. Cicero, ad Atticum sæpè.
i Vitæ cap. 3. in fine.
k epist. 4. l. 3. epist. 12. l. 5. c. 6. & 10. lib. 7. c. 3. l. 9. Gennad. cap. 92.
l Legati à Maioriano & Theodorico Rege pacem inter se ineunt. Idac. Vitæ cap. 3.
m epi. 1. l. 4. c. 14. l. 8. Vitæ. 1. cap.
n epi. 5. l. 8. & Car. 13.
o i. Episcopi Aruernensis, vitæ cap. 6. ita summus pontifex. i. Episcopus epi. 25. l. 4. epi. 6. l. 7. & aliàs passim.
p .i. tenens Episcopatum. Opta. 1. *Cuius tu cathedram sedes.* ibid. *Cuius tu hereditariam*

cathedram sedet. præter Prosperum Promission. parte 3. cap. 38. Victor Vtic. lib. 2. *Suggerunt de illo vt suum nequaquam sederet thronum.* Ado. xv. Kal. Febr. *Cathedra S. Petri Apostoli, quam primùm sedit Romæ.* Vet. Inscript. HIC REQVIESCIT IN PACE. SANCTVS VALENS EPISCOPVS QVI VIXIT ANN. PL. MINVS XXXXV. ET SEDIT EPISCOPATVM ANNOS VII. MENSES. VII. ET DIES XVIII, &c.

q .i. Episcoparum in Concl. 7. & epi. vlt. l. 9. in Carm.

r .i. Apollinari filio. ita ĩ. epi. 10. l. 5. Carm. 9. versu 105. Greg. Tur. lib. 4. cap. 12.

s i. honores quos à maioribus accepit Apollinari reliquit. Vitæ cap. 6.

t i. honores & sæculares dignitates. ĩ. l. 7. in Conc. *Ita vtrique partis vel actu, vel professione respondet, &c.* Item Carm. 7. versu 425. *prisco tu si mihi notus in actu es.* Nouella Theodosij de offic. & numerariis tit. 58. *spem sui actus perdiderunt.* vnde Vet. Interp. Iuuenalis Satyr. 5. ver. 126. *Si tibi sancta cohors, si nemo seruorum tuorum actus tuos vendit.* i. dispositiones Magistratus, & Magistratus in actu positus dicitur, qui cinctus est, non vacantiuus. Ita actiones accipiuntur pro muneribus in l. 17. C. de Episc. Eccles. & Cler. & l. 2. C. Th. de his qui cognitoribus, &c. Et Cassiod. lib. 3. epi. 25. & ita hic locus intelligendus est. Non verò (vt quidam volunt) Mundanos soboli refundere actus est, dare operam proli, & quærere liberos. Episcopi enim abstinebant ab vxoribus. can. Apost. 5. ibid. Balsamo. Innocentius. PP. 1. Victorico Rothomagensi. idem Exuperio cap. 9. Leo PP. Rustico Narbonensi. cap. 3. Hincmarus in hist. S. Remigij, & ex eo Flohardus in histor. Remensi. de Genebaldo Laudunensi. Concilij Aurelianensis. i. can. 17. Turonensis 11. can. 13. Aruernensis can. 12. vide etiam de Vrbico Aruernensi Gregorium Turo. lib. 1. histor. cap. 44. Papianillam quidem habebat, epi. 16. l. 5. Greg. Turo. l. 2. cap. 8. sed vt sororem, nõ vt vxorem, Hincmarus. *Incautè suam vxorem, quã relinquens mutaueras in sororem, &c.* Fortunatus. i. poëmat. ad Leontium Burdegalensem,

> *Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre ...*
> *Quæ tibi tunc coniunx, est modo chara soror.*

Idem, l. 3. ad Felicem Nanneticum. Burchardus lib. 2. cap. 114. Iuo. 6. par. c. 94.

u epist. 6. l. 4. e. vlt. l. 9. in Carm. & Carm. vlt.

x Breu. Claromont. Eccles. mss. & vulg.

y Gennad. cap. 92. Honor. c. eod.

DE CAIO SOLLIO ELOGIA VETERVM.

Claudianus Mamercus in præfatione de statu animæ.

Præfectorio patricio doctiss. viro & optimo

CAIO SOLLIO SIDONIO: CLAVDIANVS, S.

EDITIONEM libellorum mihi quos de statu animæ condidi, reticendi cautus & loquendi pensus arbiter imperasti. Fas fuit memet doctissimi atque amantissimi vel peritiæ cedere, vel credere amicitiæ. Sed vt tute egregiè compertum tenes, multi hoc idem mihi, & idem ipsi tecum magni admodum viri negotium dedêre. *postea.*

Vicerîsne cesserîsne tu potissime disertorum ferto sententiam.

Ibidem.

En legisti, eruditissime virorum, quod lectitabis, tu modò fac sicuti memineris, non absque cura tui prodi oportere, quod publicari iubes: neque ego de negocij pondere, sed de actionis leuitate dubitauerim. Proinde consilium tuum assento &. defensitato, quoniam si in his secus aliquid ego conscriptione periclitauero, tu editione. Vale, & vige bonis viribus veteris reparator eloquentiæ.

Idem lib. 1. cap. 1.

Solli Sidoni frater amantissime.

Idem lib. 2. c. 7.

Modò tu arbiter docte probaueris, iustam gnarus ferre sententiam.

Idem epist. altera ad Sidonium in fine operis.

Si non hæc quæ ad te scribo (venerande vir) discutienda & emendanda trāsmitto, ritè potuit videri superfluum & elatum docere velle, quem sentiam nosse, & ex paupertatis inopia dare dragmam ei, qui multa scientiarum abundat talenta. Hinc accidit quòd libellorum à me transmissorum editio, quos philosophicæ artis subtilissima disputatione disposui, me fecit cautum atque sollicitum, vt eorumdem intelligentiam iudicio non committerem modò, sed ad potioris peritiam destinarem, & non tantùm ea, quæ nunc ex eorum lectione percepi, verùm etiam quæ inde iampridem memoriæ reseruanda mandaui, iudicio tuo probanda transmisi.

Idem epist. 2. lib. 4. Epistolarum Sidonij: quam vide. Gennadius de viris Inlustribus c. 92.

Sidonius Aruernorum Episcopus scripsit varia & grata volumina & sanæ doctrinæ, homo si quidem tam diuinis quàm humanis ad integrum imbutus, acérque ingenio scripsit ad diuersos diuerso metro, & prosa compositum insigne volumen, in quo quid literis possit ostendit, verùm in Christiano vigore pollens, etiam inter barbaræ feritatis duritiem, quæ eo tempore Gallos oppresserat Catholicus pater &.

doctor habetur insignis floruit ea tempestate qua Leo & Zeno Romanis imperabant. hæcille.

Gregorius Aruernus Turonensis Episc. lib. 2. hist. cap. 21. sub finem.

Sidonius ex præfecto substituitur, vir secundùm sæculi dignitatẽ nobilissimus, & de primis Galliarum senatoribus, ita vt filiam sibi Auiti Imperatoris in matrimonio sociaret, &c.

Idem eiusdem lib. c. 22. 23. 24. 25. quæ consule, nam longum esset ea attexere.

Idem lib. 4. cap. 12. hist.

Quibus & à quibus, vt Sollius noster ait, nec dabat precia contemnens, nec accipiebat instrumenta desperans. *Idem lib. 6. c. 7. hist.*

Ferteolus Vecensis Episcopus magnæ vir sanctitatis obiit plenus sapientia & intellectu, qui libros aliquos epistolarum, quasi Sidonium secutus composuit.

Idem lib. 2. de mirac. c. 2. in fine.

Præbet tamen huic operi testimonium Sollius noster ipsi Mamerco scribens his verbis: Tibi soli concessa. &c. epist. 1. lib. 7.

Idem de S. Abraham Abbate.

Erat enim eo tempore Beatus Sidonius Episcopus & Victorius dux, qui super septem ciuitates principatum Eorico Gothorum Rege indulgente susceperat. Huius verò Sãcti Epitaphium Beatus Sidonius scripsit, in quo aliqua de his quæ præfatus sum, est locutus.

Hugo Floriacensis lib. 5. Chronic. ms. ex Bibl. S. Victoris, & Pau. Peta. in Iustino.

Apud Aruernorum vrbem circa hoc tempus Eparchio Episcopo successit Sidonius Episcopus ex præfecto, vir secundùm sæculi dignitatem nobilissimus & literali disciplina peritissimus. J. Vincentius speculator.

Vvibertus Gemblacensis ad Lisiardum Suessionum antistitem in hist. Hierolymitana. ms.

Annus incarnati verbi M. X C V I I. properabat euolui, cum Papa valdè frequens accelerauit conuocare concilium: cui tandem in vrbe Aruernica scholasticissimo omnium Præsulum Sidonio gloriosa dedit locum, cui tamen immutatæ Claromontis constat esse vocabulum. &c.

Honorius Augustodunensis, cap. 92. de viris inlustribus. ex Gennadio.

Sidonius Aruernorum Episcopus scripsit varia & grata opuscula ad diuersos diuerso metro vel prosa, & Epistolarum insigne volumen sub Zenone claruit. hæcille.

Chronicum Comitum Andegauensium. ms. ex Bib. P. Pet.

Sub Theodosio Iuniore Sidonius Aluernensis claret Episcopus, hunc duo presbyteri arcebant, sed vnus eum eiecturus emisit interna per posteriora, alter eo mortuo, dum in locum Episcopi ad Ecclesiam sederet, pincerna narrante visionem, id est, quòd eum Sidonius vocabat ad iudicium ante iudicem, mortuus est.

Helinandus in Chron. ms. ex Biblioth. P. Petauij. V. C.

Memoria passionis, omnem tribulationem dulcescere facit, vnde Sidonius quãtumlibet nobis anxietatum pateras vitæ præsentis propinet afflictio, &c. Vide epi. 4. l. 9. in fine.

Idem Helinandus lib. 44. Chron. & ex eo Vincentius speculator hist. lib. 21. c. 46. ex vtroque Antoninus tit. 11. cap. 13. par. 2.

Sidonius Apollinaris apud Aruernorũ vrbem ex præfecto factus Episcopus, vir secundum sæculi dignitatẽ nobilissimus & literali disciplina peritissimus &c. *Postea,* hic Sidonius vir ingeniosus & cothurnatæ eloquentiæ, multas scripsit epistolas difficiles ex quibus hæ morales sunt excerptæ, &c. *Idem ex Antonino in Chro. Chronicorum Harmannus Schedel.*

Petrus Aruernus venerabilis ad S. Bernardum Cisterciensem Abbate n, l. 5. e. 16.

Inde bonus & doctus vir Sidonius Aruernus Episcopus, quorundam vitia mordaci

daci reprehensione inridens, inter alia quibus in eos inuehitur: Procedunt, inquit, albati ad exequias, pullati ad nuptias: ostendens eos intantum moribus & actu cõfusos, vt apparatum funereum nuptiali, nuptialem funereõ peruerso ordine permutarent. Idem aduersus calumniatorem Petri Pictauensis.

Iam decus Aruernum quam tot virtutibus ornas
Nobis Sidoni Sancte vocate veni.
Et referens laudes quas Sanctis exhibuisti
More tibi solito perfida corda feri.
Quæ nobis laudes audent grunnire negandas
Quantum virtutis exigit has meritum.
Ergo Viennensem iam nunc modulare Mamercum
Quóve docente pius seruet ouile Lupus.
Præsul Lugdunum Patiens qui rexit aquosam
Quanti sit meriti te referente patet.
Sed neque Faustus abest Abbas, Eremita, sacerdos,
Quem tua nequaquam lingua latere sinit.

IDEM *ad calumniatorem epistola.*

Sidonius vir eruditissimus & ardentissimi ingenij, ex præfecto & consule antiquus Aruernorum Episcopus, quamuis præconiis omnes sui temporis illustres viros efferat, epistolæ ipsius tam in metro quàm in prosa elegantissimæ intelligentibus testes existunt. *Sidonius tamen consulatum non gessit, sed tantùm præfecturam Vrbanam, & Patriciatum*, epist. 16. l. 5. & in eo falsus est.

PETRVS *Pictauensis Panegyrico ad Petrum Venerabilem.*

Arua tuis scriptis vernant Aruerna Sidoni
Et veteris linguæ tu reparator eras.

PETRVS *Abælardus epist. ad Heloyssam de monialium dignitate & origine.*

Scimus & in gentibus præcipuè virginitatis prærogatiuam enituisse, vnde Hieronymus in Iouinianum. *Claudia virgo Vestalis, (inquit,) cùm in suspicionem venisset stupri, fertur cingulo duxisse nauem, quam multa millia hominum trahere nequiuerant.* Hoc etiam Sidonius Claromontensis Episcopus in Propentico ad libellum suũ refert.

Ioan. Salisberiensis Policratici, l. 2. c. vlt.

Absit enim vt hanc contumeliam proferam, quam si fortè audire volueris, Senecam, Plinium adeas & Sidonium, qui hoc in auribus tuis clamore valido replicabunt. *Idem lib. 7. cap. 16.*

Quia vt, ait Sidonius eos non tam bonus, quàm panis pascit alienus.

Flohardus lib 1. hist. Remensis, ms.

Cuius doctrinæ, cuius sanctitatis atque sapientiæ beatissimus biepater Remigius nitore claruerit, testantur diuersæ ipsius personæ temporis, ex quibus Sidonij Aruernorũ Episcopi viri eruditissimi & tam genere, quam religione & sermone clarissimi, Epistolam huic beatissimo pontifici directam inserere placuit. Sidonius Domno Papæ Remigio &c. c. 7. l. 9.

Stephanus Abbas. S. Euurtij Aurelianensis, posteà. S. Geneuefæ Parisiensis, postremò Episc. Tornacensis An. Dom. 1190. Epist. ad Suessionensem episcopum: ex Bibliotheca Nicolai Fabri. ms.

Ruri habitas, sæpe retracto illud distichon Sollij Sidonij.

Angulus iste placet paupertinúsque recessus
Secana cui culmo culmina tecta nitent.

RICHARDVS *Magister de Buri Anglicus Vuallensis, Magistro Albino Herfordensi Canonico. ex biblioth. Pauli Petauij. V. C.*

Porrò in Ecclesiastico legitur, Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi: & in Sidonio, Vetustos sodales pro recentium nouitate ne fa-

ſtidias, alioquin ſic amicis videberis vti, vt floribus, tandiu gratis, quandiu recentibus. *ex epiſt.* 14. l. 4.

ALANVS *inſulenſis AntiClaudiani lib.* 2. *vt Sollius implicat explicat, idem Vt Naſo, &c.*

Idem l. 3. *Illic Sidonij trabeatus ſermo refulgens*
Sidere multiplici ſplendet, gemmiſque colorum
Lucet, & in dictis depictus pauo refultat,
Nunc tenui gracilem meditatur arundine Muſam,
Nec tamen exanguis ſermo ieiunis luget,
Nunc mediam, nec in ima ruens, nec in ardua ſurgens,
Nunc tonat altiloquus deſcribens ſeria verbis,
Nec tamen inflato tumidus crepat ille boatu.

Cathalogus Eccleſiarum quæ intra vrbem Aruernam, vel in ſuburbio, conditæ fuerunt. ms. in vete. Eccleſia Portuenſi, & Cœnobio Illidiano.

Eccleſia S. Saturnini altare S. Saturnini, vbi S. Amandin⁹ & S. Sidonius quieſcũt.

IANNOTIVS *Manuotius Florentinus, ms. In vita Senecæ. ex eiuſdem Petauij V. C. Bibli.*

Senecam Cordubæ in Hiſpania natum, teſtis Euſebius Cæſarienſis, & Hieronymus noſter, & Sidonius Apollinaris.

Idem paulò poſt.

Duos Senecas Cordubam genuiſſe, cùm omnes Hiſpanienſes ſcriptores, tum etiam Apollinaris Sidonius non ignobilis auctor teſtes ſunt.

Martyrologium Romanum x. Kal. Septemb.

Aruernis S. Sidonij Epiſcopi doctrina & ſanctitate conſpicui.

Petrus Equilinus lib. 7. c. 107. de Sidonio.

Sidonius Apollinaris Epiſcopus Aruernenſis floruit tempore Childeberti Regis. Hic ex præfecto antiſtes, vir ſecundùm ſæculi dignitatem non infimus, literarum ſapientia ac diſciplina peritiſſimus fuit, qui multa opera perutilia digeſſit. Epiſtolarum enim grande volumẽ ad diuerſos, ſcabro, ſed erudito ſermone condidit, &c.

Franciſcus Petrarcha in Epiſtolari præfatione.

Nam Sidonij temeritatem admirari vix ſufficio, niſi fortè temerarius ipſe ſim, qui temerarium illum dicam, dum ſales eius ſeu tarditatis meæ, ſeu illius ſtyli obice, ſeu fortaſſis (nam vnumquodque poſſibile eſt) ſcripturæ vitio non ſatis intelligo, &c. vide. *Vuernerus Carthuſianus in faſciculo temporum.*

Sollius Sidonius doctor ſub Iuſtino. I. & Hormiſda Papa floruit. *malè*

Liber non contemnendæ vetuſtatis, qui Sophologium inſcribitur paſſim ſparſimque ex Sidonio decerpta laudat.

Vide Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

EPISTOLARVM

CAII SOLLII SIDONII

APOLLINARIS.

INDEX ALPHABETICVS.

FINIS.

LECTORI.

C*Umprimum morbus ſcribendi me tenuit (amice lector) vt illum curarem, curæ fuit aliquem auctorem inquirere, qui mihi medicinam faceret, anxiè quæſiui, tandemque inueni Sollium noſtrum, lacerum crudeliter ora, ora manuſque ambas, à quo manus medicas expectare cũ manus nõ haberet, vt inſolens, ſic à non ſano, ſanitatem expetere videbatur inſanum*: Nam quis benè medelam æger impartiat? quis febriens arroganti tactu pulſum diſtinguat incolumem? *Cuius deſperati morbi comparatione deterrita, derepentè factus ex ægro ſanus, ſcribendi morbum ſcribendo depoſui, & ad ſanitatem redij, vt illi miſericordia prætereuntium expoſito, ac penè depoſito ſanitatem redderem: præſertim cum illi peregrini & alienigenæ adſiderent, qui plurimum in cæteris rebus, in hac certè non ita docti, multumque ſeduli, ægrum officioſiſſimè occidebant: illico mihi venit illud in mentem, ægrotanti ciui opem qui negat, necat. Igitur ne impietatis, & homicidij reus anquirerer, anquiſiui ſalubria medicamenta, ab alijs admota amoui, luxatas manus cataplasmatis velut ceſtibus inuolui, ora prorſus inora compegi, cauterio inuſta humectis ſpongijs, panniſque madentibus emollij, & amolitus ſum lanienam, ita vt hiantia vulnera planè cicatricata coaluerint, ab alijs curata, ne ſuſpenſa quidem manu tetigi. En pharmaca, & pharmacopolia, ex quibus medicamenta mendicaui, quæ vt facilius inuenias, cuique ſuum inſcripſi pittacium.*

Achillis Statij ſchedæ. ex Bibl. Cl. Puteani. V. C.

Baſilienſis editionis duo impreſſi codd.

Claromontenſis. ms.

Cl. Puteani. V. C. ms.

Eliæ Vineti liber primitùs impreſſus, cum mss. Burdegal. Santon. Senonenſi. & alijs V. collatus, manu Eliæ. Vineti, quem Seruino. V. C. acceptum fero.

Fran. Iureti liber, cum mss. accuratè collatus.

Fran. Pithoei mss. duo imperfecti.

Fran. Pithœi liber cum mss. Amarito. Cuiacij, suisque, & aliorum collatus.

Iac. Bongarsij liber cum ms. suo collatus.

Iosiæ Mercerii lib. cũ mss Amarit. & Putea collatus, manu And. Scotti, & Lodoici Carrionis.

Iuliani Durantij lib. manu Contij cum aliquot mss. collat.

Lat. Latinij schedæ ex Bibliot. Cl. Puteani.

Ms. meus opt. notæ, quem debeo præsidi Fauchetio.

Nic. Fabri liber, cum mss. Cluniac. coll. manu Pet. Fabri. V. C.

Pauli Petauij V. C. mss. duo, quorum alteri adsuti sunt versus qui ex meo msto. discerpti fuere.

Pet. Burgij. lib. cum mss. duobus collat. manu Burgij.

Pet. Pithœi lib. cum suis, & aliorum mss. collat.

Vetus liber in folio cum scholijs Bab. Pij, Mediolani impressus An. M. cccccvviij.

Vvovverem & Coluij nupera editio.

Vtrum ex illis benè cõpactũ sit Sidonij corpus, sanguis integer, solidæq; vires reparatæ virescant, tu videris, hoc volui, si valui, & valeat Sidonius, assecutus sum quod volebam. In quo quidem sanando si me vspiam lectitas in aliquos concitatiorem, quos amore studiorum, singulariter amo, & colo, mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest, vt amicis perperam agentibus, minus indulgeant plus amici: *quod si delicatas quorundam aures mordax verum exasperat*, veniabilis sit apud aures eorum veritatis asperitas. *Nullius apud bonos & graues tãtum præiudicata auctoritas, quantum ipsa veritas potest, odi homines ignaua opera, & adulatoria sententia, qui ex aliorum ore penduli semper annuunt*, cassa fide sunt qui iugiter blandiuntur. *Ne mirere ergo si aliorum in Sidonium sententijs, atrum, vel album calculum audenter adijcio*, non enim mihi Socratico decreto, fas esse arbitror, vel occuluisse veritatem, vel concessisse mendacium, *tacendo autem veritas occulitur, quã si celassem, vel adulationis, vt qui sciens veritatis fidem silentio violassem, vel indiligentiæ labem attraherem, vt qui auctores qui Sidonium interpretantur, nec legissem, neglexissemque. Et ne quis hac in re prurientem linguam, aut obloquij suaui veneno infectam putaret, eos qui benè sentiunt cum honoris elogio probo, qui secus, suppresso nomine sæpe, semperque nominetenus improbo; ne funem erroris ducant. Nolo cuiuspiam bonam famam malo carmine lædere, nec aliorum errores inquirere, & exinde laudem mihi quærere, propositum est*: nam lector hoc volens tantum legere quod carpat, sic non vtitur literis, quòd abutitur, *ex aliorum ruina laudem sibi struere, infantiæ: animi gratia cum doctis inimicitias exercere, imprudentiæ, simul & impudentiæ: seque improbè fatigando aliorum odium conciscere, mira meraque dementiæ est: hæc longe facessant à moribus meis*, præsertim cum non minus laudi feratur de palæstra publici ex

aminis, tam morum referre ſuffragia, quàm literarum, noſtraque poſt vitam opera, non opuſcula penſanda ſint. *Quia verò iudicij publici alea experienda mihi eſt; quædam præfari neceſſe eſt quibus inuidiam publicam amoliar. Si quis me impium in Pium iudicat, à tam iniquo iudice, Pium appello, qui ſua in Sidonium ſcholia ſe cenſore damnauit,* Sidoniani inter noſtra nolo recenſeantur, ſapiunt enim quid ἀμουσότερον & affectatũ. *Quid mirum ſi, (ſine vlla tamen animi læſione) Lugdunenſes notas, nota quandoque perſtringam, cum has non tam operis emittendi prurigo, quàm typographi calor inconſultus ediderit, quod ſanè ipſæ de ſe probant, nec eruditus auctor inficiabitur. Quod ſi quis ſtylum noſtrum vt tudem & affectatum reijciat, ſciat nos in interpretando Sidonio, Sidonij ſimiam egiſſe, qui* veteris eloquentiæ reparator habitus eſt. *Quòd autem minuſcularijs literis liber impreſſus eſt, ſi luſcitij queruntur, non auctoris culpa eſt, ſed editoris, qui diſpendij maioris aleam iacere noluit, nec dignus liber, qui literis vncialibus exararetur. Si Argi & oculei frequentibus næuis incandeant, quibus Sidonianum candorem typographi manus illiterata conſperſit, illos* ſiue ab induſtria, ſeu per incuriã, mihi magis, quàm typographo liuidus lector adſcribet, *candor animi & candidus lector, næuum tam miſeræ ſuſpicionis à me procul eliminabit; nil moror inuidos, nilque moror mores & moroſos homines, notæque ſeuerioris,* qui modo inuidiam, modò ignorantiam, fictæ ſeueritatis velamine tegunt.

> Non te terreat hic nimis peritus,
> Nullus ſcit (mihi crede) quanta neſcit.

Vos verò boni & ſtudioſi viri, qui bibliothecales pluteos librorum numeroſitate frangitis, in gratiam veſtram locupletem auctorum indicẽ, qui in hoc opere laudantur aggeſſi, quos ſi habueris legas, ſi non habueris, habeas vt legere poſſis, & ſi his fruſtis, quæ congeſſi famem non expleas, per me licet, vt ad integros auctores integram famem referas. At vos frugi homines, & paruo contenti, rerum congeries, & nimia diligentia non offendet, vt ſpero, cum ex tam magno aceruo paruum frugis colligere poſſitis. Quidni & in mala ſegete bonum aliquod ſpicum? *Tuam* CANDIDE *fidem quirito, aduerſus eos qui opus meũ proquiritant, et malo ſermone differunt, deferuntque me ad Apoſtolicũ tribunal læſæ Sanctitatis reum, ex eo quòd Archiepiſcopum Turonenſem, Sidoniano more Papam appello, Deum teſtor & Apoſtolicam fidem, id me ſine malo genio, ſine malo ingenio ſcripſiſſe, nec alio animo, quàm vt in hoc ſicut in reliquis Sidonium imitarer, qui omnibus ad coætaneos antiſtites epiſtolis Papæ titulum præfigit. Hoc dictum volo, de reliquis quid ſentiam, ne in mea cauſa iudicem, & ius mihi dicam, idem quod tu ſenties (erudite lector) Vale, & æqui conſule.*

Epiſt. ad Geſilardum.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAR grace & Priuilege du Roy. Il est permis a ADRIAN PERIER marchant libraire en l'vniuersité de Paris, d'imprimer, ou faire imprimer, & exposer en vente ce present liure intitulé *Caij Sollij Apollinaris Sidonij Aruernorum Episcopi opera. Joan. Sauaro Claremont. in Montiferanda subsidiorum curia Senator & Vicancellarius, &c.* Et deffenses sont faictes à tous autres Libraires & Imprimeurs, d'Imprimer, vendre, ny distribuer d'autres que de ceux dudict Perier, ou de son consentement, iusques à dix ans entiers, finis & accomplis, à peine de confiscation desdicts liures, & d'amende arbitraire, comme plus amplemét est declaré par lettres sur ce donnees à Paris ce 11. Feurier. 1598.

Par le Roy Signé.

De Lauetz.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII ARVERNORVM EPISCOPI,

EPISTOLARVM LIBER I.

SIDONIVS CONSTANTIO SVO, SALVTEM. EPISTOLA I.

DIV præcipis, domine maior, summa suadendi authoritate, sicuti es in ijs quæ deliberabuntur consiliosissimus, vt si quæ literæ paulò politiores varia occasione fluxerunt, prout eas causa, persona, tempus elicuit, omnes, retractatis exemplaribus, enucleatísque, vno volumine includam; Quinti Symmachi rotunditatem, Caij Plinij disciplinam, maturitatémque vestigiis præsumptuosis insequuturus. Nam de Marco Tullio silere in stylo epistolari meliùs puto, quem nec Iulius Titianus sub nominibus illustrium fœminarum digna similitudine expressit. Propter quod illũ cæteri quique Frontonianorum, vt pote consectaneum, æmulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupauerunt. Quibus omnibus ego, immane dictu est, quantum semper iudicio meo cesserim, quantúmque seruandam singulis pronunciauerim, temporum suorum meritorúmque prærogatiuam. Sed scilicet tibi parui, tuæque examinationi, has non recensendas (hoc enim paruum est) sed defæcandas (vt aiunt) limandásque commisi, sciens te immodicum esse fautorem, non studiorum modò, verùm etiam studiosorum. Quamobrem nos nunc perquàm hæsitabundos in hoc deinceps fa-

mæ pelagus impellis. Porrò autem ſuper huiuſmodi opuſculo tutiùs conticueramus, contenti verſuum feliciùs quàm peritiùs editorum opinione, de qua mihi iampridem in portu iudicij publici, poſt liuidorum latratuum ſcyllas enauigatas, ſufficientis gloriæ anchora ſedet. Sed ſi & hiſce deliramentis genuinum molarem inuidia non fixerit, actutum tibi à nobis volumina numeroſiora percopioſis ſcaturientia ſermocinationibus, multipcabuntur. Vale.

CONSTANTIO.] Sidonius Conſtantio Lugdunenſi preſbitero libros epiſtolarum octo nuncupauit, qualis autem quantusque vir fuerit ex Sidonio clarũ eſt, ſacræ literaturæ ſtudio ſus epiſt. vlt. lib. 7. nobilitate ſublimis epiſt. 2.l.3. poeta celebris & eminens epiſt. 10.l.2. hexametros ſecundum vicinantia altari Lugdunenſis eccleſiæ inſcripſit, eadem epiſtola: preſbyter ad extremum Lugdunenſis, epiſt. 2.l.3. vitam S. Germani Altiſſiodorenſis eleganti ſtylo perſcripſit ad Patientem Epiſcopum, Conſtantius in epiſt. 1. ad Patientem. & epiſt. 2. ad Cenſorium. ms. Fau. epiſt. 10.l.2 præterea vir ſingularis ingenij, & ſalutaris eloquentiæ Romanis partibus multum profuit, epiſt. 18.l.7. ep. 16 l.8. ep. 16.l.9. ciues Aruernos ab Aruerna ciuitate profugos & extorres in Aruernam reduxit epiſt. 2.l.3. idcircò Sidonius ei libros epiſtolarum dedicauit.

Diu præcipis.] ſtatim in primo limine Plinium imitatur, cuius ſe orbitas ſequi in hoc epiſtolari opere profeſſus eſt, Plinius epiſt. 1. lib. 1. *frequenter hortatus es vt epiſtolas, ſi quas paulò accuratiùs ſcripſiſſem, colligerem, publicaremque, &c.*

Domine maior.] peculiaris Sidonio loquendi formula, quæ Aruernum idioma redolet, nec alij quod legerim auctori vſitata, vulgò *ſenior maior* ep. vlt. lib. 1. ep. 3.l.2. ep. 6.l.3. e.3. & 17.l.4. ep. 4.l.8.

In iis quæ deliberabuntur] mutata coniugatio. j. ep. 2. huius libri. *Vigilabuntur*, e. 2.l.2. *imaginabuntur*, e. 12.l 4. *iudicabuntur*. & alias paſſim.

Conſilioſiſſimus] eundem Conſtantium, epiſt. vlt. lib. 9. virum ſalutaris conſilij, vocat, de nomine autem illò, *conſilioſus*, Cato apud Gellium. lib. 4. c. 9. *conſilioſior tractatus*.] lib. 7. in concione.

Prout eas cauſa, perſona, tempus elicuit] Sid. epiſt. 11. lib. 9. *Scripſeram librum ſicut pronuntiatis plenum onuſtumque vario cauſarum, temporum, perſonarumque congeſtu.*

Q. Symmachi rotunditatem] de Symmacho Sidonius carmine 9. ad Felicem epiſt. 10.l.2. epiſt. 10.l 8. Sidonii iudicium ſequutus eſt Politianus epiſt. 1. Pet. Medici. Et Cuſpinianus in comment. conſ.

C. Plinij diſciplinam maturitatemque] Plinii imitator eſt Sidonius, ſuis locis accuratè conſignabo, epiſt. 22.l.4. *Ego Plinio vt diſcipulus adſurgo.* Et epiſt. 1.l.9. *Plinij nos orbitas ſequi hoc opere pronuntias.*

Nam de M. Tullio ſilere, &c.] Petrarcha malè Sidonium ſuggillat in præfatione lib. 1. epiſt. non intellectis Sidonij verbis, vt ipſe fatetur. Sidonius enim ſuo ingenio diffidens, exiſtimauit in epiſtolari ſtylo ſe Ciceronem ſequi non debere, quòd aſſequi nequiret, nõ quia Cicero parùm integrè atque impropriè concinnarit epiſtolas. Malè etiam Angelus Politianus epiſt. 1. Medici, ex Sidonij ſententia, primas in epiſtolari fœtura Plinio tribuit, & in hoc ſcribendi genere prorſus eſſe ſilendum de Cicerone exiſtimat, longè quippe Sidonio mens fuit, qui Ciceroni dat honori, quod illi vituperio tribuunt, vt ex ſequentibus liquidum eſt.

Silere melius puto] Hæc verba Ciceroni honori cedunt, non dedecori. Salust. *De Carthagine silere melius puto, quàm pauca dicere.* Apuleius de Mundo, *De rectore quippe omnium, non (vt ait ille) silere melius est, sed vel parum dicere vetus opinio est.* Donatus in præfatione Æneid. initio: *Silere melius erat, quàm arrogantiæ crimen incurrere.* Et ita Sidonius de Marco Tullio silere melius putauit, quàm ausu remerario Ciceronem insequi, qui eò venit, vt ad eum nemo aspirare ausit.

Quem nec Iul. Titianus, &c.] Iulius Titianus temporibus Maximinorum vixit, Modestini I.C. coætaneus, multi nominis orator, quo magistro vsus est Maximinus Imperator, Capitolinus in Maximino Iuniore, de quo Ausonius ad Gratianum Aug. & epist. 16. ad Probum.

Fandi Titianus artifex.

Isidorus lib. 2. orig de Rhet *Hæc disciplina à Græcis inuenta est Gorgia, Aristotele, Ermagora, & translata in Latinum à Tullio videlicet, Quintiliano, & Titiano* Seruius Æneidos 10. *Titianus & Caluus, qui thematum materias omnes de Vergilio eliciuerunt, & conformarunt ad dicendi vsum.* Eadem penè verba infigit Pomp. Sabinus. Titianus etiam laudatur à Seruio lib. 2. de Amazonibus, *has Titianus vnimammas dicit*, & ex Seruio Isidorus l. 9. c. 2. Titianus de Agricultura citatur à Diomede lib. 1. Pomponius Sabinus ad hæc *Legifera Cereri.* l. 4. *Non sine ratione hoc inuentum est, mortales enim postquam fuere inuenta fruges, legibus vti cæpere.* Et hæc sunt Titiani fragmenta.

Sub nominibus illustrium fæminarum, &c.] non quod Titianus ad illustres heroinas scripserit, vt Pius arbitratur, sed quod prouinciis nomina fœminarum indiderit, alludens ad chorographiæ titulum, quo libros prouinciarum Titianus inscripsit. Seruius Æneidos 4. *Barcas secundum Titianum in chorographia Phœnicem nisu illis quondam certamine vicère*, & ita libros prouinciarum Titianus inscripsit Ciceronis imitatione, qui chorographiam composuit, de qua Priscianus l. 6. Libros autem prouinciarum pulcerrimos scripsisse Titianum tradit Capitolinus, quos sub nominibus illustrium fœminarum intelligendos puto hoc loco.

Digna similitudine expressit, &c.] *Arduum quippe est similitudinem effingere ex vero.* Plinius epist. 10. lib. 5. epist. 19. lib. 4. Fabius lib. 10. c. 2. *quia nunquam par sit imitator auctori.* Seneca in procœmio controuersiarum.

Cæteri quique Frontonianorum] id est, sectatores Frontonis oratoris inuidia notati, Titianum vt cooratorem, simiæ scommate notarunt, de Frontone oratore j. epist. 3. l. 4. ep. 3. & 10. l. 8.

Consectaneum] eiusdem sectæ, id est, cooratorem, j. ep. 6. l. 3. in Conc. & ep. 14. lib. 7.

Cur] id est, quia; j. ep. 3. huius lib. & epist 13. lib. 2.

Veternosum dicendi genus, &c.] veternosum, id est, antiquum & pene antiquatum. Tacitus de oratoribus, *Actij & Pacuuij veternum, veternus error.* Ennodio in Panegyrico Theodorici; *veternosi errores*, primæ Synodi Romanæ can. 5. & collationis Carthagensis terniæ, can. 74. *Veternosa lites* Nouella Theodosij de 30. annor. præscriptione. *Veternosum virginum.* D. Ambrosio epist. 24. *Veternosa charta* j. epist. 16. l. 9. *Veternosus ænigmatista*, epist. vlt. l. 8. Veternosum itaque dicendi genus antiquum est, quod cùm supra modum Titianus affectaret, nec contentus esset eloquentia sæculi sui, illique esset nimia cum Cicerone æmulatio, & id iam tum facere vellet, quod Tullius anteà perfecerat, simia sui temporis appellatus est Capitolinus Maximino, *Vsus est oratore Titiano, filio Titiani senioris, qui libros prouinciarum pulcerrimos scripsit, & qui dictus est, simia temporis sui, quod cuncta imitatus esset.*

Simiam, &c.] Simia, per quam humani gestus imitatrix est, ita vt prorsus ho-

minem effingere videatur. Ennius:

Simia quàm similis turpissima bestia nobis.

Ad quem Ennii locum respexit Arnobius lib.3. contra gentes, si modò veterem lectionem retineas inscientia librariorum interpolatam. *Nam quid in homine pithecum est, quid quæso admirabile vel decorum, nisi quod & elurino cum pecore necessitoque auctor voluit esse commune*, elurinum pecus Arnobio, vt Plauto in Truculento, act. 2. initio, elura enim glossis veterum, & Festo Simia est, vt in Arnobium doctissimus Pithoeus consignat, cuius editionem dispeream, nisi deperiam. Si vulgatem lectionem tuendam esse censeas, non abludet quod ait Vegetius lib.1.c.59. de arte veterinaria, & hoc sit in transcursu dictum. Ad rem maximè facit quod ait Priscianus de præexercitamentis Rhetoricæs, *imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic simius est locus.*

Sed defæcandas, &c.] defæcare, purgare & polire est hoc loco tropicè. Plau. Pseudolo, *Quidquid incerti mihi in animo prius aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est, defæcatus animus*, eidem, id est, purus, & iniurbatus, interprete Nonio, Cassiodorus epist.10.l 10. *Constat defæcari animum bonis præceptionibus institutum.* idem ep. 31.l.8. *viri literis defæcati*, idem ep.22.l.6. *defæcatus conscientia*, idem ep.7.l.9. *defæcatus*, & Psalmo 94. *defæcatum pectus*. Paulino ep. ad Macharium, eidem. ep.2. ad Seuerum, *vitiis defæcati*, ad eundem ep.2. *defæcatus animus*, & 3.e. ad Iouium *defæcata mens*. & Saluiano Caturæ sorori, præterea Cassiodoro. ep. 26.l. 6. *defæcatū eloquium & defæcatus sermo*. e 7.l.10. *defæcati mores*, Symmacho e 73.l. 7. figurarè vt dixi, vt *defæcata senectus*. Constantio in vita S. Germani e. 10.Ꝫ.e 9.l. 9. *defæcata membra*. Quod adieci, quia hoc verbum præfata venia videtur vsurpasse.

Limandasque commisi, &c.] Pliniana imitatio, epist 10.l.1. *illi te expoliendum, limandumque permittas.* Claudianus Mammercus de statu animæ epist. altera ad Sidonium: *si non hæc quæ ad te scribo, (venerande vir) discutienda & emendanda transmitto.*

Fautorem non studiorum modò, &c.] Pliniana etiam imitatio ep.6 l.6. *erat non studiosorum tantum, verum etiam studiorum amantissimus*, item epist.19.l.4 *quia tibi studiorum summa reuerentia, summus amor studiosorum.* Sidonius epist.10.l 2. *amo te, quòd literas amas*, vbi plura.

Hæsitabundos, &c.] sic ex mss. & vett. emendaui. Plinius epist. 5.l.1. *hæsitabundus interrogaui, non vt tibi nocerem, sed vt Modesto.*

Famæ pelagus, &c.] idem in Panegyrico Auiti soceri sui.

Pelago quia currere famæ.

Cepimus,

idem ad Petrum car.3.

Nam famæ pelagus sidere curro suo

Post liuidorum] derogatores habuit Sidonius Ꝫ.ep vlt.l 3 ep.1.l.8.e.2.& vlt l. 9. et si non derogator.ep 9.l.9.

In portu iudicij publici, &c.] Ꝫ. epist.16.l 9

Sistimus portu geminæ potiti

fronde coronæ

statua enim donatus fuit à Maioriano. A. in foro Traiani vt Ꝫ. dicemus, & præfecturam vrbanam ab Anthemio. A. obtinuit. Ꝫ. ep.9. huius l.

Anchora sedet, &c.] sic ex mss. & vett. emendaui, quam lectionem asserit Carmine.2.

Sisle Camena modos tenues, portumque petenti

Tam placido sedeat mihi Carminis anchora fundo.

Item epist.8.lib.1.*naues sedent.* Rutilius Itinerario 1.

Cunctamur tentare salum, portuque sedemus. Vergilius 7.

Fluminis intrastis ripas, portuque sedetis.

Genuinum molarem, &c] Sic mss. à quibus abest. & idem epist. 22.lib.4. *molaribus* *fixi* adagio cessit D. Hieronymus in Apologetico ad Domnionem: *Possum genuinum dentem lassus infigere.* Idem aduersus Rufinum: *Equidem prima est, me hominem maledicum, omnium detractorem, in praecessores meos genuinum semper infigere.* Quam lectionem Marianus interpolauit. Aimoin. *Omnibus detrahant & genuinum infigunt dentem.*

SIDONIVS AGRICOLÆ SVO, SALVTEM. EPISTOLA II.

SÆpenumero postulauisti, vt quia Theodorici regis Gothorum commendat populis fama ciuilitatem, literis tibi formæ suæ quantitas, vitæ qualitas significaretur. Pareo libens in quantum epistolaris pagina sinit, laudans in te tam delicatæ sollicitudinis ingenuitatem: igitur vir est, & illis dignus agnosci, qui cum minùs familiariter intuentur, ita personam suam Deus arbiter, & ratio naturæ, consummatæ fœlicitatis dote sociata, cumulauerunt. Mores autem huiusmodi, vt laudibus eorum nihil ne regni quidem defraudet inuidia. Si forma quæratur, corpore exacto; longissimis breuior; procerior, eminentiorque mediocribus, capitis apex rotundus, in quo paululum à planitie frontis in verticem, cæsaries refuga crispatur, ceruix non sedet neruis, geminos orbes hispidus superciliorum coronat arcus. Si verò cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo propè peruenit, aurium legulæ (sicut mos gentis est) crinium superiacentium flagellis operiuntur, nasus venustissimè incuruus, labra subtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata; si casu dentium series ordinata promineat, niueum protinus repræsentat ipsa colorem, pilis infra narium antra fruticantibus quotidiana succisio, barba concauis hirta temporibus, quam in subdita vultus parte surgentem stirpitus tonsor assiduus genas ad vsque forpicibus euellit, menti, gutturis, colli, non obæsi, sed succulenti, lactea cutis, quæ propiùs inspecta iuuenili rubore suffunditur. Namque hunc illi crebrò colorem, non ira, sed verecundia facit, teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus, recedente aluo pectus accedens, aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat, tuberosum est vtrumque musculis prominentibus latus, in succinctis regnat vigor ilibus, carneum femur, internodia poplitum bene mascula: maximus in minimè rugosis genibus honor, crura suris fulta turgentibus: & qui magna sustentat membra, pes modicus. Si actionem diurnam, quæ est forinsecus exposita, perquiras: antelucа-

nos sacerdotum suorum cœtus minimo comitatu, expetit: grandi sednlitate veneratur; quanquam (si sermo secretus) possis animo aduertere, quòd seruet istam pro consuetudine potiùs, quàm pro religione reuerentiam, reliquum mane administrandi regni cura sibi deputat, circunsistit sellam comes armiger, pellitorum turba satellitum ne absit, admittitur: ne obstrepat, eliminatur, sicque pro foribus immurmurat exclusa velis, inclusa cancellis, inter hæc intromissis gentium legationibus, audit plurima, pauca respondet. Si quid tractabitur, differt: si quid expedietur, accelerat: hora secunda surgit è solio, aut thesauris inspiciendis vacaturus, aut stabulis: si venatione nuntiata procedit, arcum lateri innectere citra grauitatem regiam iudicat: quem tamen si comminus auem feramque aut venanti monstres, aut vianti, manui post tergum reflexæ puer inserit, neruo loroue fluitantibus: quem sicut puerile computat gestare thecatum, ita muliebre accipere iam tensum. Igitur acceptum modò insinuatis è regione capitibus intendit, modò ad talum pendulum nodi parte conuersa languentem cordæ laqueum vagantis digito superlabente prosequitur: & mox spicula capit, implet, expellit: quidve cupias percuti, prior admonet. Eligis quid feriat, quod elegeris ferit: & si ab alterutro errandum est, rariùs fallitur figentis ictus, quàm destinantis obtutus. Si in conuiuium venitur, quod quidem diebus profestis simile priuato est, non ibi impolitam congeriem liuentis argenti mensis cedentibus suspiriosus minister imponit, maximum tunc pondus in verbis est, quippe cùm illic aut nulla narrantur, aut seria, toreumatum, peripetasmatumque modo conchyliata profertur suppellex, modo byssina, cibi, arte, non pretio placent, fercula nitore, non pondere, scyphorum paterarumque raras oblationes, faciliùs est vt accuset sitis, quàm recuset ebrietas. Quid multis? Videas ibi elegantiam Græcam, abundantiam Gallicanam, celeritatem Italam, publicam pompam, priuatam diligentiam, regiam disciplinam. De luxu autem illo sabbatario narrationi meæ supersedendum est, qui nec latentes potest latere personas. Ad cœpta redeatur: Dapibus expleto somnus meridianus sæpe nullus, semper exiguus, quibus horis viro tabula cordi est, tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè, voluit argutè, mittit instanter, ioculanter compellat, patienter expectat, in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur, secundas fastidit vel timere, vel facere: quarum opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine motu euaditur, sine colludio euadit, putes illum & in calculis arma tractare, sola est illi cura vincendi, cùm ludendum est, regiam sequestrat tantisper seueritatem, hortatur ad ludum, libertatem, communionemque,

dicam quid ſentio: timet timeri, denique oblectatur commotione ſuperati, & tunc demum credit ſibi non ceſſiſſe collegam, cùm fidem fecerit victoriæ ſuæ, bilis aliena, quodque mirere, ſæpè illa lætitia minimis occaſionibus veniens, ingentium negotiorum merita fortunat, tunc petitionibus diu antè per patrociniorum ſuffragia iactatis, abſolutionis ſubitæ portus aperitur, tunc ego etiam aliquid obſecraturus feliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula perit, vt cauſa ſaluetur. Circa nonam recrudeſcit moles illa regnandi, redeunt pulſantes, redeunt ſummouentes, vbique litigioſus fremit ambitus, qui tractus in veſperam, cœna regia interpellante rareſcit, & per aulicos deinceps pro patronorum varietate diſpargitur, vſque ad tempus concubiæ noctis excubaturus. Sanè intromittuntur (quanquam rarò) inter cœnandum mimici ſales, ita vt nullus conuiua mordacis linguæ felle feriatur. Sic tamen quod illic nec organa hydraulica ſonant, nec ſub Phonaſco vocalium concentus meditatum acroama ſimul intonat, nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit: Rege ſolùm illis fidibus delinito, quibus non minùs mulcet virtus animum, quàm cantus auditum. Cùm ſurrexerit, inchoat nocturnas aulica gaza cuſtodias, armati, regiæ domus aditibus aſſiſtunt, quibus horæ primi ſoporis vigilabuntur. Sed iam quid meas iſtud ad partes qui tibi indicanda non multa de regno, ſed pauca de rege promiſi? ſimul & ſtylo finem fieri decet, quia & tu cognoſcere viri non ampliùs quàm ſtudia, perſonamque voluiſti, & ego non hiſtoriam, ſed epiſtolam efficere curaui. Vale.

Theodorici regis, &c.] ſcilicet huius nominis ſecundi, Thoriſmundi fratris & ſucceſſoris, Idacius, Iornandes, & Iſidorus in Chronico Gothorum. Quod dictum volo, vt multi deſinant à recta via deuiare, qui hanc Sidonii epiſtolam Caſſiodori variis adſuunt, quaſi hic Theodoricus idem ſit cum Theodorico rege Italiæ & Gothorum, qui miſerè fallunt & falluntur, Radeuicus de Friderico I. lib. 2. cap. vlt. hanc pene omnem epiſtolam exſcribit.

Nihil ne regni, &c.] *Nemo eſt principum, quem non grauis fama perſtringat.* Capitolinus in Antonino philoſopho, *Homines enim periculoſiſſimè & libentiſſimè de rege ſuo malè exiſtimant.* Seneca 3. de Ira, cap. 22. ideò veniam obtrectatoribus ſuis vltrò Imperatores indulgent. l. vnic. C. Theod. ſi quis Imperator. maledixerit, vt apud Caſſiodorum Theodoricus l. 3. ep. 5. Æmilius Probus in Chabriadis vita. Seneca Thebaide in fine. Radeuicus, *Moribus huiuſmodi, vt laudibus eorum nihil ne imperii quidem fraudet inuidia.*

Si forma quæratur, &c.] Deſcribit eleganter ſtatam ſtaturam, quæ *iuſta* dicitur. Corn. Celſo libro 2. cap. 1. & Lampridio in Commodo, *commoda.* Plauto Aſinaria, Sidonio in Paneg. Anthemii: *Forma quidem pediti media & medij.* Arnobio lib. 3 id eſt, mediæ ſtaturæ: *bona ſtatura.* Firmico lib. 5. c. 7. Matheſ. quam in S. Epiphanio laudat Ennodius & in Paneg. Theodor. *Statura eſt quæ deſignet prolixitate regnantem.* vnde Capitolino dicitur in Pertinace, *ſtatura imperatoria,* & Æmilio Probo in Iphicratis vita, quæ *Prolixa,* Spartiano in Peſcennio Nigro.

Capitis apex rotundus, &c.] præter Lactantium de opificio Dei cap. 7. Cassiodorus lib. de anima cap. 16. *Caput nostrum sex ossibus compaginatum in similitudinem cælestis sphæræ rotunda concauitate formatum est.* Et hæc est forma perfectior.

Cæsaries refuga, &c.] Olim radices capillorum retroflectere decorum erat. & ea forma Alexandrum Apelles delineauit. Policletus ære duxit, vt eius icones fidem faciunt. Apuleius 1. Florid. de Alexandro loquens, *eadem gratia recillina frontis cerneretur*, nec est quod capillitio denudatam intelligas, vt Cœlius existimat lib. 4. cap. 23. idem de Pompeio Lucanus lib. 8. Capitolinus in Pertinace: *Fuit autem senex venerabilis immissa barba, reflexo capillo.* Spartianus in Pescennio Nigro: *Fuit statura Pescennius prolixa, forma decorus, capillo in verticem ad gratiam reflexo.* D. Hieronymus aduersus Iouinianum, lib. 2. *Comæ in occipitium frontemque tornantur.*

Refuga, &c.] id est, reflexa, recilliua, in occipitium tornata, refugus capillus Alcimo Auito l. 1.

Cæsaries incompta riget quæ crine supino
Stringitur, vt refugo careat frons nuda capillo.

De Indis Alcimus, de eisdem Lucanus lib. 10.

pars sanguinis vsti
Torta caput, refugosque gerens à fronte capillos.

Ceruix non sedet neruis, &c.] id est, ceruix succulenta est, ita vt non emineant nerui, paulò post, *colli non obesi, sed succulenti.* Apuleius de Batylli statua 2. Floridorum, *ceruix succi plena.*

Geminos orbes] id est, oculos, ab orbiculari forma orbes dictos præter Statium, Apuleium, Lactantium, Hieronymus ad Furiam: *nec orbes stibio fuliginatos.* Seruius lib. 4. Æneid. *sinus dicimus orbes oculorum*, Radeuicus *orbes oculorum*, &c.

Hispidus superciliorum coronat arcus] *Hirsutum supercilium*, Vergilio, *Deus autem vt oculi munitiores essent ab iniuria eos superciliorum tegminibus occuluit, vnde oculos dictos esse Varroni placet.* Lactantius de Opificio Dei, cap. 10. Trogus apud Plinium lib. 11. cap. 52. Apuleius de dogmate Platonis: *Ac superciliorum sepes præmuniunt oculos, ne desuper proruat quod teneras visiones mollesque perturbet.* Idem D. Ambrosius Hexam. lib. 6. cap. 9. & Isidorus lib. 11. cap. 1. eodem epitheto vocat capillos epist. 13. l. 9. in carmine:

Domet hispidos capillos.

Aurium legula] malè Pius, & ex eo Scardius in Lexico iuris, quorum interpretatione reiecta, legulæ sunt auriũ partes infimæ, sic vocatæ, quod speciem ligulæ præ se ferãt, promiscue veteres legulas & ligulas vsurparũt. Glossæ vett γλωσσίδες, *legulæ*, item *μύσρον legulam*, sicut summæ auriculæ & summæ aurium partes, *pinnulæ ab acumine dictæ sunt.* Isidorus lib. 11. cap. 1. *Pinnum* enim antiqui acutum dicebant Cassiodorus, Psal. 73. & ex eo Isidorus ibidem, & in Glossis mss. pari quo Sidonius tropo, Arnobius contra Gentes, lib. 2. *laminas aurium pertundere* dixit. & Cælius Aurelianus tard. pass. lib. 2. cap. 2. *sub aurium lamina*, & cap. 14. *aurium laminæ frigescunt.* Glossæ vett. λοβοὶ, *laminæ*, item λοβὸς ὠτὸς, *lamina*, id est, ima auricula, à laminæ similitudine, sicut lamina auri, à ligulæ similitudine *ligula dicitur.* Aldhelmo de laudibus virginitatis, cap 28. & *legula* Iosue ca. 7. non regula, vt mendosè legitur, auri lamina est, à specie legulæ dicta, ita ex Hebræo & Græco legendum est. Gloss. Ordinat. & D. Ambros. lib. 2. offic. cap. 26 linguam auream interpretatur. Paul. Diacon. de gestis Longobard. cap. 6. lib. 3. de Saxonibus: *multos in itinere negotiatione sua deceperunt, venundantes legulas æris, &c.* Quidam Cod. bracteas & laminas interpretantur, & Aimoinus lib. 3. cap. 7. Quæ duo in argumento dispari pari dicendi genere Iordanes copulat in historia.

ria Gothorum: *Primaque aggressione Aquileiensem obsedit ciuitatem, quæ est metropolis Venetiarum, in mucrone vel lingua Adriatici posita sinus: & Massilitanum littus ligula vulgi consuetudine vocatur.* Victor Vticensis lib. 1. de persecut. Vvandalica, ita & gladioli in speciem linguæ facti, linguli dicti sunt. Varro lib. 6. de lingua Lat. *Multa apud Poetas reliqua esse verba, quorum origines possunt dici non dubito*, vt apud Næuium Esiona, *enimuero gladij lingula, à lingua.* Gellius lib 10. cap. 25. Hæc mea interpretatio probata est magno Scaligero, in cuius sinum liberè effudi nugas meas, Scoliastes ab illo doctus, sententiam meam cursim in Petronium congessit, quam Scaligero acceptam ferre deberer, sed ab illa licet recedere, legulasque interpretari interiorem aurium partem, quæ conchæ speciem refert, quæ in cochlearis formæ anfractus formata est. Glossæ vett. *μιάκιον*, *ligula*, id est, *concha.* quam coniecturam confirmant hæc verba, *operiuntur flagellis*, antra aurium operiuntur, quæ cùm cochleari forma sint effictæ, legulæ à Sidonio dictæ sunt. Et ita Radeuicus interpretatur, *aures vix superiacentibus crinibus operiuntur, &c.*

Sicut mos gentis est.] Reges enim Gothorum eodem habitu quo reliqui vestiebantur. Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 24. vsque ad ætatem Leuuigildi regis. Isidorus in Chronico Era DCVIII. *Leuuigildus primus inter suos regali veste opertus, solio resedit. Nam ante eum, & habitus & consessus communis, vt genti, ita regibus erat.* Ennodius in Panegyrico Theodorici, in fine: *Quia quod agunt in aliis dominis diademata, hoc in rege meo operata est Deo fabricante natura, illos faciunt tot diuitiarum adiumenta conspicuos, sed hunc edidit simplex & immutabilis figura meliorem, &c.*

Crinium superiacentium flagellis operiuntur] vt Lucillium emolliam, & eius verba ad Gothos conuertam.

> *Aptari caput, atque comas fluitare capronas*
> *Altas, auribus immissas vt mos fuit illis.*

Gothi ab aure pendulam cæsariem alebant, ritu veterrimo Thracum & Scytarum, à quibus suam originem traxerunt. Procopius lib. 4. de bello Goth. & Iornand. de reb. Get. Seneca epist. vlt. in fine, & ea propter appellati sunt Acrocomæ. Cælius lib. 4. cap. 23. ne rem tam altè repetam, Sidonius epist. 3. lib. 3. *Nolo agnosci crinitum.* Claudianus de bello Getico.

> *Crinigeri sedere patres, pellita Getarum*
> *Curia,*

Prudentius libro 2.

> *Non armis, veste, comisque,*
> *Ignotus capta passim vagus erret in vrbe.*

i. Gothi. adeò inquam capillos promittebant, vt Gothi speciali nomine capillati dicantur. quod nomen illis Diceneus Boroista (regnante Sitalco) Gothicæ gentis oraculum imposuit. Theodoricus epist. 49. lib. 4. apud Cassiodorum: *vniuersis prouincialibus & capillatis.* Idem Edicti c. 195. *quælibet capillatorum tertio fuisse conuentū* Iordanes in historia Gothorum: *Fecitque sacerdotes nomen illis pileatorum contradens, vt reor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant: reliquam verò gentem capillatos dicere iussit, quod nomen Gothi pro magno suscipientes, adhuc hodie suis cautionibus* (emendo cautionibus) *reminiscuntur.* Num in re manifesta plura aggeram? vereor eruditis auribus tædium facessere, si pagina longiùs excrescat. verùm arrige aures, Lector, ni piget, & Isidori verba pensiculatim expende lib. 16. cap. 23. *Videmus cirros Germanorum, granos & cynnabar Gothorum.* Dicam liberè quid sentio, omnia tamen solida & illibata tuæ censuræ relinquens (erudite Lector) *granos* esse coniecto, sparsos & effusos crines, verbum, ni me mea fallit mens, merè Gothicum & illius ætatis, Concilii Gothici Braccarensis 1. can. 19. *Item placuit vt lectores in Ecclesia in habitu seculari ornati non psallant, neque granos gentili ritu demittant.* ita in Isidori libro, & in notæ melioris codd. disertim exaratum legitur, mendo-

sè in quibusdam *gradus*. Quæ lectio imis ceris eradenda est: vetus interpres Bibliæ, Iudith, cap. 9. *discriminauit*, id est, *granam fecit*. Et vt nullus dubio locus sit, Victoriatum Gothicum, licèt illiteratum, auersus & aduersus pingendum curaui, cuius mihi copiam fecit v. doct. Fr. Pithoeus, in quo mira arte efficti sunt grani, cæsaries refuga, & submentum rasum.





Ex quibus & ex supradictis colligere facile est, ab aure pronos & pendulos capillos veteres demisisse. Petronius in Satyra: *Hilarior post hanc pollicitationem facta mulier, basiauit me spißius, & ex lacrymis in risum mota, descendentes ab aure capillos meos lenta manu duxit.* Et in hunc sensum exhaudiendus est Seneca lib. 1. naturalium quæstionum, cap. vlt. *Coniugum quidem manu crinis ille quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur.* Aldhelmus de laudib. virginitatis, cap. 28. *Antiæ frontis & temporum cincinni calamistro crispantur, &c.* Isidorus lib. 9. cap. 31. *Antiæ*, inquit, *sunt cincinni dependentes prope auriculas.* idem in Glossis, *antiæ capilli dimißi.* Scholiastes qui in Petronium notas scripsit ex fragmento Varronis, & ex D. Hieronymo verba in hunc veterum morem probandum allegat, quæ de mulierum cirris, & senis capillis intelligenda sunt, non de virorum cincinnis ab aure pendulis, & in hoc inconsideratè lapsus est.

Crinium flagellis] cirri ab aure penduli leni, leuique flagello percellunt aures & flagellant. vnde crinium flagella signatè dixit. Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 24. *Vt regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demißis.* & lib. 8. cap. 10. vbi de capillitio Chlodouei: *Vna tantum pars capillorum, quæ subter fuerat iam defluxerat, alia verò cum ipsis crinium flagellis intacta durabat.* idem de vita Patrum, cap. 12. *Nec tamen ille (vt quidam) dimißis capillorum flagellis, aut barbarum demißione plaudebat.* Martialis lib. 1. Epigram. 122. ad Flaccum:

mollesque flagellant
Colla coma.

Nasus venustißimè incuruus] sic mss. Petronius in Satyra: *nares paululum inflexa.* Martialis lib. 1. Epigram. 122.

Frons breuis, atque modus breuiter sit naribus vncis.

Isidorus lib. 11. cap. 1. Artemidorus lib. 1. cap. 29. rationem elegantem reddit, cur nasuti cordatiores sint, eoque bis venustiores.

Labra subtilia] Labra sunt modica, labia immodica, & inde labeones dicti. Verrius Flaccus, Charisius, Nonius, Glossæ vett. *χεῖλων, labrosus*, Caper, Chilo dicitur modum labrorum excedens, quo vitio carebat Theodoricus, rectè etiam Ennodius in vita Epiphanii, *nitida semilabia dixit.* Radeuicus, *Labra subtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata.*

Si casu, dentium series ordinata promineat, &c.] hunc dissutum panniculum ex Amar.& Pith.mss.adsui, quod vt audacter facerem. Radeuicus impulit. vbi I. *dentium series ordinata, niueum colorem repræsentat.* discerptum etiam Apulei amatorius versiculum, quem Clau. Binetus, bis natus, literis & vitetis edidit, ex illius schedio ms. resarciam.

Olli purpurea delibantes oscula,
Clemente morsu rosea labella vellicent,
Candentes dentes effigient suauio, &c.

Idem lib. 7. *dentium candentium renudatis basiis totum me commorsicat.* & lib. 2. Florid. *Ea verba detractis pinnis intra murum candentium dentium premere.* I. epist. 13. lib. 4. *lactea dentium compages.*

Pilis infra narium antra] sic mss. *infra nares.* glossis veterum μύσαξ. coniunctim in Sidonio legendum putarem, *infra narium antro*, nisi mss. reclamarent. vulgò *intra* legebatur, quæ lectio sua non carebat elegantia, pilos enim studiosi elegantiæ & compti, intra nares pullulantes extirpabant. Ouid. 2. Amor.

Inque caua nullus stet tibi nare pilus.

Festus lib. vlt *Vibrissæ, pili in naribus hominum dicti, quod his euulsis caput vibratur.* & hoc est lauti hominis indicium, vt horridi & incompti, pilos naribus non euellere. Iuuenalis Sat. 14.

Sed caput intactum buxo, naresque pilosas
Adnotet.

Pilis fruticantibus] Iuuenalis Satyrâ 9.

Sed fruticante pilo neglecta & squalida crura.

Salisberiensis Policratici lib. 1. cap. 4. de Esau: *fruticantibus pilis horrebat manus.* Rutilius Itinerario 1. de arboribus.

Illis proceras mos est adnectere lauros,
Conspicuas ramis, & fruticante coma.

Barba concauis hirta temporibus, &c.] I. epist 13. lib. 4. *Barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forpicibus.* Barbam rasitare decorum erat, Gellius lib. 3. cap. 4. Tertullianus de cultu fœminarum: *propriasque prestigias formæ, & hic sexus sibi agnoscit, barbam acrius cadere, interuellere.* Constant. Imp. *molli capillo rasis assiduè genis lucentibus ad decorem erat.* Marcellinus lib. 21. Theodosio quoque *vellendo steriles genæ.* Aurel. Victor & Diaconus passim in historia Aug. quam non nisi in luctu demittere nefas erat præter ea quæ doctiss. Cuiacius obseruat lib. 6. cap. 5. Sisenna apud Nonium in *vicatim.* Valerius lib. 1. cap. 7. Seneca de Consolat. ad Polybium cap. 36 Iustinus lib. 36. sub finem. Orosius lib 5. cap. 17. Græcus interpres ad l. 15. de iniuriis. Gothi autem genas hirti, cætera rasi erant, icones testantur.

In subdita vultus parte] id est, submento, Glossæ veterum ὑπήνη, *submentum*, Cælius Aurelianus lib. 2. tardar. pass cap. 3. *Ex vtraque parte gutturis, quam Graci Antherecona vocant, nos rumam.* idem cap. 4.

Iuuenili rubore suffunditur.] iuuenes enim maximè decet pudor. Eucherius 1. Reg. cap. 14. *Sicut pudor quod ætatum viridiorum magnum est ornamentum.* Plin. epist. 14. l. 1. *est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusa* certum pudoris & verecundiæ indicium. Panegyricus Maximiani: *In ipso tuo Cæsar vultu, videbant omnia signa virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in sermone iustitiæ.* Cuius sedes in genis, *quas idcirco duodecim tabulæ interdicto radi à fœminis vetuerunt.* Plinius lib. 11. cap. 37. Radeuicus, *lactea cutis, & quæ iuuenili rubore suffundatur.*

Non ira, sed verecundia facit] ira rubore faciem suffundit. Seneca lib. 2. de ira, cap. 21. Gell. lib. 1. cap. vlt. & ex eo Salisberiensis Policratici lib. 4. cap. 8. vetus interpres Platonis in Genesim, quæst. 7. *densitas inde rabientis bestiæ ex ira, rubescit enim in sanguineum visum.* Radeuicus: *eumque illi crebrò colorem, non ira, sed verecundia facit.*

Dura brachia] id est, setis aspera. Iuuenalis initio Satyræ 3.

dura per brachia seta

Promittunt atrocem animum

Horatius lib. 3. ode 4. *Fidens iuuentus, horrida brachiis,* sic dispungo reclamantibus Acro. & Porph *Fidens, id est, audax & confidens, horrida brachiis, id est, setis aspera & atrox. Valentia brachia* Vegetio lib. 1. cap 6. Dura ergo brachia sunt pilosa. Arnob. lib. 5. *Et in speciem leuigari, nondum duri & striculi pusionis,* duri, id est, hirti & pilosi: striculi, id est, duri, cui pugæ pilant. Glossæ vett *histriculus,* δασύτριχες, non glabra. Veteres enim brachia & crura pumice, resina, psilothro, salamãdra, & Veneto luto expolibant & expoliabant. Quam expoliationẽ *pilorum euirationem* Plinius appellat lib. 29. cap. 2. Leues enim illi & glabri virum euirare videbantur. Tertullianus de cultu fœminarum: & Clemens Alexand. Pædagog lib. 3. cap. 3.

Recedente aluo, &c.] Plinius epist. 6. lib. 1. *recessit venter:* quantum verò recedit aluus, tantum accedit pectus, vt Ĵ. epist. 9. lib. 8.

Decrescit caput, additurque vultus.

Internodia] Ĵ. epist. 12. lib. 3. *de cuius licet internodiorum fomitibus.* Glossarium vetus, *καρπὸς χειρὸς, internodium.* item *κῶλον ἀνθρώπου κῶλον ἀλόγου, artus, internodium.*

In succinctis regnat vigor ilibus] Sidonius in Paneg. Anthemij.

Insignes humeri, succincta sub ilibus aluus.

Idem in Panegyrico Maiorani *Et angustam suspendit baltheus aluum.* *aluus exilis* epist. 13. lib. 3. Vegetius lib. 3. cap. 6. *ventre modicus.* Radeuicus *in succinctis ilibus vigor.*

Crura suris fulta turgentibus] *Crurum exilitas vitio fuit C. Cæsari.* Seneca, quod in sapientem non cadit iniuria, cap. 18. Vegetius lib. 2. cap. 6. Radeuicus, *Crura suris fulta turgentibus.*

Patulæ manus, dura brachia] Ĵ. epist. 13. lib. 3. *breues digitos* in homine vndecunque deformi, vt hoc loco in homine suis partibus absoluto, patulas manus, quas & in tyrone delecto laudat Vegetius lib. 1. cap. 6. Ennodius in vita Epiphanij, *manus teretes, prolixos digitos.* idem in Panegyrico Theodorici, *digne manus quæ exitia rebellibus tribuant.* patulis enim manibus & longioribus digitis milites valentius arma tractant, quique munus Martium & functionem militarem auersabantur, vt inhabiles essent, sibi digitos amputabant, l. 4. 5. & 10. Cod. Theod. de tyronibus: l. qui cum vno. §. qui filium, de re militari: l. 1. Cod. Theod. de filiis militarium apparitorum. Vide Cuiac. obseru. lib. 15. cap. 40. quibus adde quod ait Sueton. in Augusto, cap. 24. Valer. lib. 6. cap. 3. Plutarch. in Lysandro, vbi de Philocle. Innocentius PP. Felici Episcopo Nuceriano, cap. 1. & ex eo Burcardus lib. 2. cap. 14 nec in Aquitania nostra, quisquam vt in Italia munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit. Marcellinus lib. 15. quos iocaliter *murcos* appellant, eodem auctore, hodie *poltrones*, id est, pollice truncos, fictitio ex latino vocabulo, illo enim arma baiulabant, iaculabantur legis Bitariorum tit. 11. cap. 5. *qui nomen ab eo quod pollet accepit, nec minus quam tota manus in officio est, vnde & apud Græcos ἀντίχειρ vocatur, quasi manus altera.* Disarius apud Macrobium lib. 7. cap. 13. Lactantius de Opificio Dei, cap. 10. *maior digitus,* Cælio Aureliano lib. 3. acutorum morbor. cap 6. quique sibi pollicem præcidebant, rei erant læsæ reipublicæ, quasi sibi manum amputassent. Fortunatian. lib. 2. Rhetoricor. de Achronio, *Decem milites belli tempore pollicem sibi amputauerunt, rei sunt læsæ reipublicæ.*

Pes modicus] Ĵ. epist. 13. lib. 3. *pedes grandes:* hoc in vituperium, istud in laudem, hac corporis parte vitiosi, pedones, & planci dicti sunt. Glossæ vett. *pedo, plancus,* πλατύπους. Festus in Planca, *pedum enormitatem in C. Cæsare* notat Seneca, quod in sapientem non cadit iniuria, cap. 18.

Si actionem diurnam quae est, &c.] Radeuicus, *si actionem diurnam forinsecus perquiras.*

Antelucanos sacerdotum coetus] Arriani sacerdotes antelució Psalmos concinnebant. Socrates hist. Eccles. lib. 6. cap. 8. Sozomenus lib. 8. cap. 8. Hist. Tripartitæ lib. 10. cap. 8. Vualfridus Strabo cap. 25. de rebus Eccles. atque cum quodam frequentamento vocis & modulamine homousios increpabant, ritu in Ecclesia Catholica recepto, qui primitus institutus est, Cassiani eremitæ tempore in suo quoque monasterio, Cassianus lib. 3. cap. 4. & cap. 5. Institution. & ex eo concilii Aquisgranensis can. 129. *antelucani coetus* Tertulliano in Apologetico de corona militis, Radeuicus, *Antelucanos basilicarum & sacerdotum suorum coetus, aut solus, aut minimo comitatu expetit.*

Reliquum mane, &c.] Antiqui res operæ leuioris in postmeridianas horas transferebant, grauioribusque negotiis matutinas impendebant. Seneca, de tranquillitate animi cap vlt. Symmach. epist 17 lib. 1. Plutarch. rerum Roman, cap. 84. quò respexit Iurisconsultus l. 2. §. cuiuscumque, de verbor. significat. idcirco Vergilio melior dici pars matutina dicta est.

Nunc adeo melior quoniam pars acta diei,

id est maior & prima, consignante Seruio, quibus ius pro tribunali dicebatur, neque postmeridianis horis ius dicere fas erat, auctor ad Herennium lib. 1. l. ne quis domum. Cod. Theodos. de offic. rect. prouinciæ. ibidem Anianus, & l. 1. Cod. eod. de officio iudicum ciuilium. Anianus ibid. Radeuicus, *mane reliquum curæ administrandi regni deputat.*

Circumsistit sellam comes armiger] sellam dixit, non solium, nam ante Leuuigildum reges Gothorum in soliis non sedebant. Isidorus in Chronic. *comes armiger.* Marcus Tullius, *quis est iste Lollius? armiger Catilinæ, stipator sui corporis comes excubitorum,* Zonar. in Iustin Rutilius Itinerario 1.

Officiis regerem cum regia tecta magister,
Armigerasque pij principis excubias.

idem *Illustris nuper sacræ comes additus aulæ.*

Diaconus in Iustino, *Tloades Theoderici armiger.* Corripus lib. 3.

Armiger interea domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina.

Glossæ veterum ὑπασπιστής, *protector, armiger,* nomen dignitatis. Glossæ vet ὁπλοφόρος, *insignarius, armiger,* passim in hist. Aug.

Pellitorum turba satellitum] pelliti satellites, id est, Gothi stipatores & protectores corporis regij. Rutilius Numatianus

Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius, quam caperetur erat.

Pelliti dicti, quòd pellibus induerentur. Gothi enim prisco more Scytharum à quibus (vt dixi s.) suam traxerunt originem, pellibus vestiebantur. De Scythis Seneca epist. 90. de Gothis. D. Hieronymus in epitaphio Nepotiani, *& pellitorum turba populorum,* id est, Gothorum. Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Tentauit Geticus nuper delere tyrannus,
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro,
Has arces aequare solo, tecta aurea flammis
Soluere mastrucis proceres vestire togatos.

Mastrucæ autem siue mastrigæ, sunt vestes pelliceæ. Isidor. lib. 19. cap. 23. Prosper Aquitanicus de Prouidentia:

Quod si fortè lupos, lyncesque vrsosque creatos
Displicet, ad Scythia proceres, regesque Getarum
Respice, queis ostro contempto & vellere Serum,

Eximius decor est tergis horrere ferarum.

Maximus Taurinensis homelia 2. de auaritia, *vnde barbaro auri, gemmarumque monilia? vnde pellito serica vestimenta?* pellito, id est, Gotho. Sidonius epist. 20. lib. 4. in concione lib 7. in Paneg. Auiti, & aliàs passim, quibus locis plura.

Satellitum] id est, stipatorum, quos antiqui *latrones* appellabant. Varro libro 7. de lingua Lat. Festus libro 10. & 17. Seruius lib. 12. Æneid. *quasi laterones, quia circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant.* Hæc ille ex Varrone, *laterensis* Tertulliano lib. 4. aduersus Marcionem, sub finem, & *laterales* Ioan. Salisberiensi Policratici lib. 7. cap. 19. qui vt ex aliquo veterum Festi Epithomastes refert.

Stipati ferro circumdant corpora regum.

Glossæ vett. βασιλικὸν σώματος φύλαξ, *satelles*. Sidon. epist. 13. lib. 2, *qui septus armis, ac satellitibus.* Vt plurimùm autem satellites ex Gallia euocabantur, propter insitam animis eorum fidelitatem. Xiphilinus in Nerone. Egesippus lib. 1. cap. 34. *quadringentos quoque stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis regi concessit.* Sulpitius Alexander lib. 4. historiæ, *militaris rei cura Francis satellitibus tradita.*

Ne absit admittitur] id est, ne satellites abeant, postquam regem in consistorium duxerunt, intra cancellos admittuntur, ne verò obstrepant, & audientiam interturbent, extra secretarii limina excluduntur. Seruius Æneid. 1. *Ducuntur iudices vsque ad secretarij fores, ibidemque officium remanet, illi verò ingreßi solium ascendunt & sedent.* officium, id est, officiales. Qui intra cancellorum septa satellites admittebat, summouebat autem à secretarii foribus, ab admittendi verbo, admissionalis dictus est, de quo lex 1. Cod. Theod. de priuilegiis eorum qui in sac. pal. militant. Lampridius in Alexandro Seuero, initio. Notitia imperij occident: *admißionales cancellarij*, eratque sub dispositione viri illustris Magistri officiorum Notitia Imp. vetus interpres Iuuenalis satyra 4.

primus clamante liburno

Currite

id est, qui admißionibus præerat; cuius officium non ineleganter expressit. Iulius Firmicus lib. 4. cap. 14. *vel tale illis officium deputabitur, vt in in palatio admittendi, vel salutandi officia credantur.* Quo etiam verbo propriè vsus est epist. 9. huius libri: *præbebo admittendo aditum.* quod dictum volo, vt hunc locum vir non ineruditus interpolare desinat, qui legit *amittitur*, id est (inquit) *dimittitur*, auctore Donato, quod absonum est.

Exclusa velis, inclusa cancellis] ædium regiarum vestibula cancellis sepiebantur, fores autem velabantur aulæis, quod ex hoc Sidonii loco clarum est. Vnde Iulianus Iurisconsultus in l. cætera 43. §. sed si cancelli, de legatis 1. cancellos & vela coniungit, nec non Iulianus Architectus apud Harmenopulum lib. 2. titulo 4. cancelli circumuallabant vestibula, & illis inclusi, neque in via stabant, neque intra ædes erant, Gellius lib. 16. cap. 5. *qui domos amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus & viam medius esset.* paulò post: *Vestibula appellata sunt, spatia grandia ante fores ædium relicta, in quibus starent qui venissent, priusquam in domum intromitterentur.* Quæ verba multi in locis Sidonio adferunt, nec minùs illa Vitruuij libro 6. cap. 8. & 10. Macrobij libro 6. cap. 8. Seneca de Beneficiis libro 6. cap. 33. *In domo multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt* vt hoc loco satellites intra cancellos receptos vela excludebant, id est, fores velis velatæ, atque ita in vestibulis erant. Apuleius de Mundo, vbi de palatio regis Persarum, *Limina verò alia præ aliis erant, interiores fores, exteriores ianuæ muniebant.* paulò post, *ante fores viri fortes stipatoresque regalium laterum.* Vide Seruium libro 2. & 6. Æneid. Vestibula, vt dixi, cancellis ambiebantur, l. 9. quod vi aut clam, ad viæ tutelam, quos ideò vulgus *Lunulas* vocauit. Eucherius libro 3. Regum, cap. 9.

& cap.10. Vegetius libro 4. cap.18. & vetus interpres Bibliæ cap 1. lib. 4. Regum & Prouerbiorum, cap. 7. vir doctissimus hunc Sidonii locum in alium sensum contorsit, scilicet ad cancellos forenses, de quibus Tertullianus lib. de Pallio: Ammianus Marcellinus libro 30. Collatio 1. Carthag. cap. 70. in cuius sententiam non eo, neque minùs in Pij interpretis, qui cancellis satellites amolitos interpretatur omnino malè.

Exclusa, inclusa] Marcus Tullius in Bruto: *Cùm belli ciuilis causas, in priuatorum cupiditatibus inclusas, pacis spem à publico consilio exclusam videremus.*

Intromissis gentium legationibus] Idem in Trajano laudat Plinius in Panegyrico, & in Constantino Aurelius Victor: *Commodissimus multis rebus fuit, audire legationes & querimonias prouinciarum.* olimque *Romæ Februario mense frequens Senatus postulatis prouinciarum & legationibus audiendis dabatur.* Asconius 3. in Verrem. Vtinam hac nostra tempestate legationes & querimoniæ prouinciarum audirentur & exaudirentur.

Ita muliebre accipere iam tensum] argutè Sidonius dixit tensum, ad euitandam obscœnitatem quæ est in verbo *tentum*. Nam tentum pars est illa, qua vir, est vir. Catullus:

> *Grandia te medij tenta vorare viri.*

Deorumque vehiculum tensum dixerunt, non tentum, ne verbum turpe sonaret in sacris, Diomedes lib. 1. nam meliùs tentum diceretur eodem auctore. Iocando autem nonnulla scripsit Sidonius epist. vlt. lib. 7.

Implet] verbum artis sagittariæ, implere est quod Sidonius ait in Panegyrico Anthemij.

> *Captosque per arcus*
> *Flexa reluctantes in cornua tendere neruos.*

Statius libro 9. Thebaidos

> *Nondum tela procax, arcumque implere valebat.*

Vegetius de re militari lib. 1. cap. 15. *Vt arcum scienter teneant, vt fortiter impleant.* Radeuicus: *In bersando ipsemet arcum tendit, spicula capit, implet, expellit, eligit quod feriat, quod elegerit ferit.*

Rariùs fallitur figentis ictus, quàm destinantis obtutus.] Sagittandi peritiam in Theodorico laudat. Idem in Philoctete Dictis Cretensis lib. 3, initio: *Quippe Hercules sagittarum dominus, & destinata feriendi arte mirabilis.* Q. Curtius libro 7. in Catene: *Namque adeo certo ictu destinata feriebat, vt aues quoque exciperet.* Claudianus in Honorio 4. consul.

> *quam felix arcus, certique petitor*
> *Vulneris, & iussum mentiri nesciat ictum.*

Diuinæ autem artis credebat destinata ferire Gratianus, Paul. Diaconus.

Destinantis] id est, sagittãris ad metam. Glossæ vett. ἀπόταγμα *destinatio, missile.* Lucanus in Paneg. Pisonis:

> *Nec semper Gnosius arcu*
> *Destinat, exempto sed laxat cornua ferro.*

Donatus Æneid. ij. ad hæc:

> *aut album deiecit olorem.*

nouerat in illis et ste destinata percutere. Acron ad hæc Horatij:

> *Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.*

Non semper sagittarij destinata iaculantur. idem *minabitur arcus*, id est, *destinabit sagittarius.* Vegetius libro 1. cap. 16. lib. 4. cap. 14. & aliàs

Mensis cedentibus.] Sic ex mss. emendaui, id est, Non argenti congeries mensæ depressæ cedunt oneri. Auitus lib. 3.

> *Quod pelagus, quod terra tenet, quod flumina gignunt,*

Certatim mensis cedentibus vndique lapsum
Portabat pallens auri cum fasce minister.

Quò loci Sidonium effinxisse videtur.

Suspiriosus minister] Auitus.

Portabat pallens auri cum fasce minister.

Suspiriosus, propter congeriem liuentis argenti, quam humeris, aut capite portabat, ita pallens Auito præ onere. ℈. epist. 13. lib. 9 in carmine.

Geruli caput plicantis
Anaglyptico metallo.

Cibi arte, non pretio placent] quod est frugalitatis & parsimoniæ indicium, vt luxuriæ, si precio placeant, non arte. Seneca lib. 4. naturalium quæstion. cap. vltimo: *Et vilia quæque ingeniosa luxuria redigebat ad pretium, adeo nihil potest illi placere, nisi carum*, & ventris mancipium Heliogabalus, *amabat sibi pretia rerum maiora dici earum, quæ mensæ parabantur, orexim conuiuio hanc esse asserens*. Lampridius.

Scyphorum & paterarum raras oblationes.] Idem in Iustino laudat Corippus lib. 3. nec vltra ternarium scyphorum numerum in symposiis progrediendum esse, lex conuiualis edicit. Ausonius Edylio 13.

Ter bibe.

Petronius in satyra. *Excusare cœpit moram quòd amica se non dimisisset, tribus nisi potionibus ex lege siccatis.* Idemque numerus Synodo Nannetensi definitus est can. 4. neque quaternos potandos esse cyathos Democritus Physicus volumen condidit. Plinius lib. 28. cap 6 erantque antiquitus magistratus, qui conuiuas ne se nimio vino proluerent, legis symposiacæ admouerent, quos Plato de Republica *μνάμονας* vocat, quodque bibendi modum illa lege definitum imperatent, *moduperatores*. Varro. libro 20. rerum humanarum, quique dicti sunt ὀφθαλμοί, non quòd oculos mentis quos conuiuæ vini nimietate obcæcauerant monitionibus illuminarent, vt vir doctus existimat, quem nominare religio est, cum iudicio meo non satisfaciat, sed figuratè dictos existimo, quod toti Argi & oculei essent in conuiuarum compotationes, quodque conuiuiis spectatores adnotatoresque imminerent.

Fercula nitore, non pondere placent.] Sic ex mss. emendaui. Lampridius in Alexandro Seuero: *In conuiuio aurum nesciit, pocula mediocria, nitida semper habuit.* Splendor siquidem in vasculis laudatur. Isidorus lib. 20. cap. 4. Orig.

Elegantiam Græcam] Græci epularis elegantiæ studiosi maximè fuerunt. Athenæus & reliqui. Vide epist. 7. lib. 4.

Abundantiam Gallicanam] Gallos edacitatis notat Hieronymus aduersus Vigilantium. Sulpicius Seuerus Dialog. 1. cap. 2. 4. & 6. dialog. 2. cap 7. ℈. epist. 9. lib 2. *abundanter accipiebamur*, more scilicet Gallorum.

Luxu sabbatario.] Quid sit sabbatarius luxus, liquidò non liquet, si locus coniecturæ, sabbatarius luxus est, ita dictus, quòd Gothi Arriani sabbato genio indulgerent, & opiparè conuiuarentur, quo die Catholici & Romani ieiunabant, more Arrianorum Aerianorumque, qui diebus, quibus Christiani abstinebant, odio fidei fidei Catholicæ epulabantur. Et econtrà D. Augustin. ad quodvultDeum, hæresi 53. Melciades PP. in decretis. concilij Bracarensis 1. canone 4. Beda 4. Idus Decemb. vt sabbatho, quo primum Romæ ieiunium celebratum est. Diu. Augustin. epistola 86 ad Casulanum, & 97. ad Hieronymum: Socrates historiæ Ecclesiasticæ libro 5. cap. 22. historiæ Tripartitæ lib. 9. cap. 38. postea à Roma in vniuersum orbem diffusa est: hæc consuetudo, concilii Eliberitini canon. 26. & epist. decretali Innocentij Papæ ad Decentium Episcopum cap. 4. cur primum in vrbe obtinuerit, vt sabbatho ieiunaretur, futiles causas quidam Latinorum commenti sunt, si Balsamoni fides canon. 55. sextæ synodi in Trullo Rationem reddit

reddit Cassianus Eremita libro 3. cap. 10. cur in toto orbe Romano inoleuerit, ex supradictis canonibus liquet. Atque ita cùm in vniuerso orbe Romano die sabbati ieiunium celebraretur, & Arriani studia in contrarium destinarêt, hac die helluebantur, diemque Saturni otio & victui decernebant, more sabbatariorum, idcirco dixit Sidonius sabbatarium luxum. Die autem Solis, cùm lætitiæ Christiani indulgerent, & ieiunare nefas ducerent, illi abstinebant.

Somnus meridiarus] Antiqui meridiabant, id est, medio die dormiebant, leuandi animi causa, qui matutinis operis & operibus defatigatus erat. Sidonius epist. 9. lib. 2. *Excusso torpore meridiano, paulisper equitabamus.* Iob cap. 24. 2. Regum, cap. 11. Varro, *Simon institutio somno diem diffinderem meridie, non vincrim.* Meridiabat Augustus, Suetonius capite 78. Cæsonia, idem in Caligula cap. 38. necnon Seuerus Imperator, Lampridius in Alexandro Seuero, sub finem. Traianus, Plinius in Paneg. Iustinianus etiam, Aimoinus lib. 2. cap. 5, Histor. Alboin rex Longobardorum, Paulus Diaconus libro 2. capite 28. de gestis Longobardorum. plura 7. dicta epistola.

Sæpe nullus, semper exiguus] Concilii Toletani Quinti cap 2. *Experientia pene semper, ac sæpe fieri dicimus.* Petrus Aruernus Venerabilis: *Mattas antiquum monachorum opus compone, super quas aut sæpe, aut semper dormias.* Idem epist. 32. & 33. lib. 6. lib. 2. de Mirac. cap. 8. & 12. Sidon. Carmine 2.

Cui deesset, cùm sæpe Ceres, semperque Lyæus.

Quibus horis viro tabula cordi est.] Suidas in τάβλα: *tabula ludere.* Tertullianus lib. de Carne Christi, *tabula talaris*, quæ Cœlio Aureliano lib. 2. tardarum passionum cap. 1. *tabella alearis.* Concilij Eliberitani canon. 79. *si quis fidelis alea, id est, tabula luserit.* Festus in Alueolum: Isidorus lib. 18. cap. 60. vnde *tablizare* Iuliano Patricio. Sidonium vide epist. 17. lib. 5.

Cordi est] Aleatis enim tabula & latrunculatia, de qua Seneca epist. 117. animum oblectat & exacuit. Cœlius Aurelianus lib. 2. cap. 5. tardarum passionum, *vel calculorum ludus: habet enim quiddam quod animum exerceat.* Diuus Ambrosius Sermone 33. in fine: *non ludus tabulæ mentem auocet.* Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 5. Policratici lib. & cap. eodem. item lib. 8. cap. 12. Athalaricus apud Cassiodorum lib. 8. epist. 31.

Inspicit sollicitè] In hoc enim ludo sollicitè obseruandi sunt boli & tesseræ. Cœlius Aurelianus Tardarum passionum lib. 5. cap. 5. Sueton. in Augusto cap. 71: Vide Pium in posterioribus cap. 72.

Colludio] Verbum in Imperatorum constitutionibus frequens, & Aniano vsitatum. Marcellinus lib. 18. & 30. Symmachus epist. 86. lib. 1. epistol. 5. & 52. lib. 3. epist. 20. & 50. lib. 4. 36. lib. 10. Maiotanus de Episcopali iudicio nouella. Claudianus Mammertus de statu animæ lib. 1. cap. 10. in edicto Theodorici cap. 114. Tertullianus *inludium*: lib. de resur. carn. *eludium*. Isidoro in Chronico Gothor. *colludium* Solino, alia significatione.

Puteolum & in calculis arma tractare] Ludus calculorum inuentus fuit, vt qui eo genere ludicri certaminis exercerentur, rectè atque ordine instruerentur, exercitum mouere. Donatus in Eunucho actu 4. scena 7. *Rex Pirrhus peritissimus strategematum, primus, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit.* Fuit enim, vt ait Ammianus lib. 24. initio, *Opportunis in locis castrametandi, armorumque speciem diffundendo ex industria, vel attenuando, per quam scientissimus, maximusque fuit præceptor certaminis gymnici.* Seneca libro 2. de Ira cap. 14. Chilo, & ex eo Salisberiensis Policratici lib. 1. cap. 5. Attalo Asiatico inuentionem tribuunt in eosdem vsus, vt scilicet duces docerentur exercitum ducere. Non desunt qui Palamedem inuentorem adstruant. Sidon. in Narbo. vbi nos plura. Et hoc est quod ait Sidonius, Theodoricum in calculis arma tractare, qui ludus militi necessarius

deò visus est, vt qui in eo malè versatus esset, contumeliosè *muger* increparetur, id est, mucosus, nec emunctæ naris. Festus. Vide Lucanum in Panegyrico ad Pisonem.

Regiam sequestrat tantisper seueritatem] exemplo Scæuolæ, *qui in rebus seriis regem, in lusibus hominem agebat*. Salisberiensis Policrat. lib 8. cap. 12. sub fin. Radeuicus: *Cum ludendum est, regiam sequestrat tantisper seueritatem.*

Timet timeri] Claudianum imitatus est in panegyrico Stiliconis:

Ne timeare times.

Seneca in Agamemnone: *Metui cupiunt, metuique timent.*

Nam qui timetur, timeat necesse est. Publius.

Necesse est vt multos timeat, quem multi timent.

Seneca lib. 2. de Ira cap. 11. Diuus Cyprianus epist. 2. lib. 2. Plinius epist. vlt. lib. 8. Seneca Oedippo actu 3.

Timet timentes, metus in auctorem redit.

Negotiorum merita] *Negotij merita* l 4. Cod. de his qui potentior. nom. &c. & l. vltima, Codic. si per vim. &c. Collatio Carthaginensis 1. distinctione 85. Collatio tertia, distinctione 56. 63. 85. J. epistola 10. libri tertij, & epistola tertia libri 6.

Per patrociniorum naufragia iactatis] Anceps enim & crepera est forensium causarum alea. D. Ambrosius epistola 25. *Incerti euentus quædam, vt dicitur vulgò, alea, fortuna iudiciorum*. Quintilian. Declamation. 371 *fortuna litis*, Symmacho epistola 41. lib. 10. *fortuna causarum*, epistola 52. eiusdem lib. *iurgandi fortuna*. l. 2. Cod. Theodosiano, de offic. iud omn. *dubia causarum fata*, l. 3. Cod. de legibus: l. 1. Cod. de aduocatis diuer. iud. *incerta iudiciorum*, Calpurnio Declamation. 22. Alcimus Auitus lib. 3. cap. 12.

Ius anceps pugnare foro:

In actionibus enim vtramque in partem fortuna dominatur. Plinius epistola 20. libri 5. Vnde Sidonius scitè dixit, causas per patrociniorum naufragia iactatas.

Summouentes] id est, abigentes. Liuius libro 45. *Assuetis regio imperio nouum, formam terribilem præbuit, tribunal, summotor, aditus, præco, accensus, insueta omnia oculis auribusque.* Seneca epistola 95. de Prouidentia, cap. 3. libro 3. de Ira. cap. 37. Festus lib. 11. in *Matrone*.

Intromittuntur (quanquam rarò) inter cœnandum mimici sales] Constat 3. Theodoricum Regem inter cœnam cytharœdum intromisisse, Theodorico ipso teste apud Cassiodorum libro 2. epistola 40. initio: quem Clodoueo regi Francorum dono donauit. Cassiodorus ibidem, & epistola vltima, Mimi, comœdi, lyristes, veterum deliciæ conuiuiorum erant. Seneca epist. 84. Plinius epistola 15. lib. 2. epist. 1. lib. 1 epistol. 17. & 36 & 14. lib. 9. Gregorius Nyssenus oratione 1. in fine, de pauperibus amandis.

Mordacis linguæ felle feriatur] Scommatis asperis, atque mordacibus in epulis omnimodò abstinendum esse, lex conuiualis edicit, de qua Lucianus in Crosolone, in fine Macrobius libro 7. cap. 3. Saturnal. Policratici lib. 1. cap. 6. l. 7. cap. vltimo lib. 8. cap. 10. *Qui in conuiuiis, & cœtu hominum, alienas vitas amari sermonis licentia pulsent.* lib. 8. cap. 7. Math. Iul. Firmicus. vbi de his qui in hanc conuiualem legem committunt.

Nec organa hydraulica sonant] Hydraulica organa graphicè depingit. Vitruuius libro 9. cap. 9. & l. 10. cap. 1. & cap. 13. ex Herone Alexandro vetusto atque venusto scriptore, quem ms. tum penes se habet vir eruditissimus Ambronius, & extat in Bibliotheca regia libri. Theoremate 23. 24. 25. & eodem lib. vbi de Syphonibus, quibus incendia extinguuntur, hydraulica dicta, quod vento, qui aquæ motu

creatur inflata personent. Seruius Æneidos 7. initio: Isidorus lib. 8. capite vltimo: *Ipsas autem dicunt & musas, quas & nymphas, nec immeritò, nam aqua motus musicen efficit.* Athenæus libro 9. δειπνοσοφιστῶν. Plinius libro 7. cap. 37. Suetonius in Nerone cap. 41. Tertullianus lib. de Anima. *Portentosissimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tybiarum, & vna moles erunt omnia.* Ammianus Marcellinus libro 14. *Denique pro philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur, & in bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis, organa fabricantur hydraulica, & lyræ ad speciem carpentorum ingentes, & tybiæ.* Martianus Capella de Nuptiis Philologiæ, lib. 2. initio: *Nam nec tybiarum mela, nec ex tybiis sonitus, nec hydraularum harmonica decrant plenitudo.* Idem libro 9. de Musica: *Psaltas, cordacistas, sambucos, hydraulas, ad commodum humanæ sodalitatis inueni.* Et ita accipiendi sunt in l. 4. Cod. de excusation munerum, pro salpictis, & organariis. Claudianus elegans scriptor, in fine panegyrici Theodori, graphicè delineat.

Et qui magna leui detrudens murmura tactu,
Innumeras voces segetis moderatur ahenæ,
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte, laborantes in carmina concitat vndas.

Cuius organi artifex certò non constat, Plinius Ctesibium, Tertullianus Archimedem laudat auctorem, verum Ctesibium hydraulicas machinas primum instituisse, præter Plinium Vitruuius lib. 9. cap. vltimo. & Athenæus lib. 4. Dipnosophiston tradiderunt.

Nec sub Phonasco] Phonascus est magister atque formator vocis. Marco Fabio lib. 2 Institutionum cap. 10 & Suetonio in Nerone cap. 25. Sidonius epistola 11. l. 4. *Psalmorum hic modulator, & phonascus.* ad quem plura, adi.

Vocalium concentus] Vocales, id est, Musici, Lampridius in Alexandro Seuero: *Nanos, & nanas, vocales, & exoletos.* Glossæ veterum φωνασκὸς, *vocalis.* Vetus interpres Iuuenalis satyr. 6. initio: *Nam omnes pueri vocales fibulas in naturis habent, ne coeant.* Victor Vticensis libro 3. *Quos ille nouerat vocales strenuos, & aptos modulis cantilenæ.* Vetus glossog. *vocalis, fabarius, cantor:* Cur & vnde fabarius, vocalis, & psalta vocetur, docet Isidorus lib. 2. cap. 12. de diuin. offic.

Meditatum acroama] Sic mss. omnes & vulgati: Ioannes Vvouweren eruditissimus iuuenis hoc loco, & in Petron. legit, medietarum, ab eo quod sint medij soni, siue toni inter graues & acutos. Seneca epist. 84. Cassiodorus libro 2. epistol. 40. Boetius & Isidorus libro 3. cap. 22. de Musica. Sed vulgatam lectionem retineo, Vergil.

carmen meditaris auena.

Varro Triotide: *Prinsquam in Orchestra pytaules inflet tybias, domi suæ ramices rumpit, meditatum carmen.* Plinio in Paneg.

Acroama] Præter Senecam epist. 84. Plinium libro 6. epistola. 31. Lampridium in Alexandro, Gellium libro 19. cap. 9. Macrobium libro 2. cap. 4. Eusebius Papa in Decret. cap. 10. & ex eo Burchardus libro 14. cap. 7. *Remoueantur ab Episcopi conuiuio, cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non acroamatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigiæ.* Eginardus: *Inter cænandum acroama, &c.*

Choraules] Sidonius epist. 13. lib. 9. in carmine.

Dato raucos choraulas. Idem in Narbone: *Quid dicam cytharistrias choraules.*

De Choraule Apuleius libro 8. & libro de Deo Socratis. Iuuenalis Sat. 6. Vopiscus in Carino. & passim in probatis auctoribus. Fortunat. libro 3. Poemat.

Clericus ecce choris resonat, plebs inde choraulis.

Mesochorus] Plinius epist. 14 lib. 2. *Hic infiniti clamores commouentur, cum Mesochorus dedit signum.* Vetus interpres Iuuenalis Satyra 11. *Hic non erat, vt Mesochoro percuterent manibus.* ad hæc

Testarum crepitus.

Et est in medio, choro cordicista.

Tympanistria psaltria canit] Psaltria, lyristria interpretatur à veteri Iuuenalis interprete, Satyra 11. Mulier est quæ pulsat psalteriam, de qua M. Tullius de Harusp. respons. quæ ue ad molles corporis gesticulationes effracta est, quam olim symposiis intromitti solemne erat, vsque adeò, vt nec emendatioris vitæ Philosophi abstinerent. Seneca epistola 84. Macrobius libro 2. Saturnal. cap. 1. *Quis sub illorum supercilio non desuit, qui psaltriam intromitti peteret: vt puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine, & saltationis lubrico exerceat illecebris philosophantes.* Iuuenalis Satyra 11.

Forsitan expectes, vt Gaditana Canoro
Incipiant prurire choro, &c.

Vbi vetus interpres, *Quæ suo motu faciunt barbatos pati pruriginem*, id est, philosophos. Gellius libro 1. cap. 11. *Fistulatores, tibicinas, fidicinas, lasciuientium delicias conuiuiorum.* Ioannes Salisberiensis Policratici lib. 8. cap. 12. *puellam salticam* vocat Tertullianus aduersus Gnosticos. *psaltriam* Amoen. in Enchiridio Veteris & noui Testamenti: & D. Ambrosius libro 1. de Virginib. Diuus Hieronymus epist. ad Furiam, *Fidicinas, & psaltrias, & istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera Syrenarum carmina proturba ex ædibus tuis.* Quæ detestanda consuetudo pessumo exemplo vsque ad Theodosij imperium inualuit, quippe Theodosius psaltrias commessationibus edicto prohibuit. Aureli. Victor in Theodosio, *prohibueritque lege ministeria lasciua, psaltriasque comessationibus adhiberi.* Hisdem verbis Paulus Diaconus libro 2. Lex exstat in Cod. Thodos. de scenicis, & est huius tituli 10. *Fidicinam nulli liceat vel emere, vel docere, vel vendere, vel conuiuiis aut spectaculis adhibere, &c.*

Canit] Iure Theodoricus à Sidonio laudatur, quia tympanistrias, lyristes, præcipueque psaltrias tanquam prodigia (sic enim appellat Genitor apud Plinium epist. 17. lib. 8.) procul abdicarit à conuiuio suo. Ea de causa Traianus à Plinio commendatur in Panegyrico: *Neque enim aut peregrinæ superstitionis mysteria, aut obscœna petulantia mensis principis oberrat, sed benigna imitatio, & liberales ioci, & studiorum honor.* Alexander Seuerus, à Lampridio in eius vita, *Marius quoque parum festè conuiuium exornabat, neque histrionem vllum habebat.* Salustius in Iugurtha. Theodosius A. non solùm sibi, sed etiam aliis lege lata psaltrias atque voluptates illas interdixit. Aurelius Victor, & Paulus Diaconus in Theodosio, & in mensa Stiliconis.

nullo cytharæ conuiuia cantu,
Non pueri lasciua sonant.

Claudianus in Paneg. Stili. Varro Eumenidibus: *Cum psaltria & cum flora lurcare adstrepit.* Veteres enim prodigia illa in deliciis & delectamentis habebant. Quintilianus libro 1. cap. 14. *Sed veterum quoque Romanorum epulis, fides ac tibias adhibere moris fuit.* Idem cap. 3. lib. 1. *Omne conuiuium obscœnis canticis strepit, pudenda dicta spectantur.* Arnobius libro 4. *Scribuntur Dij vestris in tricliniis cælestibus, atque in chalcidicis aureis cœnitare, potare, & ad vltimum fidibus & vocum modulatione mulceri.* Lucianus in Crosolone, Clemens Alexandrinus pædagogi 2. cap. 4. Quæ cuncta procul à conuiuio Christianorum amandanda sunt, Concilij Turonensis cap. 1. Burchardus libro 1. cap. 226. idem libro 2. cap. 134. Policratici libro 1. cap. 6. lib. 8. cap. 12. adeò antiquam in delitiis fidicines erant Romanis, vt symphoniæ signo dato ad inferendam cœnam discurreretur. Petronius in Satyr. Seneca epistola 95. & lib. de breuit. vitæ cap. 12. *cupediasque cum canticis ministratores apponerent*, Sammonicus Seuerus

ad Seuerum Principem: *Quippe qui dignationi vestræ, cùm intersum conuiuio sacro, animaduerto huiusce piscem, a coronatis ministris cum tibicine introferri.* Ammianus Marcellinus libro 30. *Cumque apponerentur exquisitæ cupediæ, & ædes ampla neruorum articulato flatilique sonitu resultaret.* necnon obsonij scindendi magister, manum doctam peredulia circumferebat, atque ad symphoniam discerpebat. Petronius in Satyra. Iuuenalis Satyra 5. Buccina ad extremum conuiuium dimittebatur, & eò respexit Seneca epistola 84. cùm ait: *In commissationibus nostris plus cantorum est, quàm in theatris olim spectatorum fuit.*

Aulica gazæ] ita mss. omnes impressi casa, excubitorium est, vulgò *eschauguette.*

Hora primi soporis] Id est, primæ vigiliæ, quæ à vespera incipiebat. Vide 3. epistola 9. lib. 7.

Quia tu cognoscere, &c.] Hoc valde facit ad ea quæ ait initio huius epistolæ: quæue antea corrupta legebantur, *Laudans in te tam delicatæ sollicitudinis ingenuitatem.*

Et ego non historiam, sed epistolam efficere curaui] Sic mss. pro conficere. Plinius epist. 16. in fine: *Aliud est epistolam, aliud historiam scribere.* Sidonius epist. 3. lib. 3. *Sed quid ego ista hæc iusto plusculum garrio, qui laborum tuorum non ex asse historiam texere, sed pro parte memoriam facere præsumpsi.* Æmilius Probus in Pelopidæ vita, init: *quod vereor, si res explicare incipiam, non vitam eius enarrare, sed historiam videar scribere.* Diuus Hieronymus ad Heliodorum epist. 3. *Neque enim historiam proposui scribere, sed nostras breuiter flere miserias.* Saluianus lib. 1. *Possum innumera proferre, sed vereor ne dum satis rem probare nitamur, historiam texuisse videamur.*

SIDONIVS PHILIMACHIO SVO SALVTEM. EPISTOLA III.

INVNC, & legibus me ambitus interrogatum senatu moue, cur adipiscendæ dignitati hæreditariæ curis peruigilibus incumbam: cui pater, socer, auus, proauus, præfecturis vrbanis, prætorianisque; magisteriis, palatinis, militaribusque micuerunt. Et ecce Gaudentius meus hactenus tantùm Tribunitius, oscitantem nostrorum ciuium desidiam vicariano apice transcendit. Mussitat quidem iuuenum nostrorum calcata generositas: sed qui transit derogantes, in hoc solùm mouetur, vt gaudeat. Igitur venerantur hucusque contemptum, ac subitæ stupentes dona fortunæ, quem consessu despiciebant, sede suspiciunt. Ille obiter stertentum oblatratorum aures rauci voce præconis euerberat, qui licèt in eum stimulis inimicabilibus excitentur, scamnis tamen amicabilibus deputantur. Vnde te etiam par fuerit priuilegio consiliorum præfecturæ, in quam participandam deposceris, antiquati honoris perniciter sarcire dispendium, ne si extra prærogatiuam consiliarij in concilium veneris, solas vicariorum vices egisse videare. Vale.

I N V N C] Idem in Panegyrico Anthemij:

I nunc, & veteris profer præconia Tulli.

Seneca Naturalium quæstionum 1. cap. 6. *I nunc, dic speculum munditiarum causa repertum.* Martialis 1. lib 4.

I nunc, & ferrum turba molesta nega.

Idem 2. *I nunc, edere me iube libellos.*

Idem 11. *I nunc, liuor edax, dic te cessisse Neroni.*

Quinctilianus Declamation. 312. *I nunc, & nega, I nunc, & alienam pecuniam converte in tuas cupiditates.*

Legibus me ambitus] Cùm ambitus res vana, ventosa, nullum haberet terminum: Seneca epistola 84. lege Iulia coercitus est. Suetonius in Augusto cap. 34. de hac lege præter cæteros quos alij notarunt. Asconius in argumento Catilinariæ. Plinius epistola 5. & epistola 19. lib. 6. Symmachus PP. fratri Cæsario, in epistola decretali c. 5. *Nullus per ambitum ad episcopalem honorem permittatur accedere, cùm hic excessus in laica conuersatione culpetur.* Fortunatus libro 1. Poem. cap. 16. *Leges refutant ambitum, Inuasor omnis pellitur, Quod respuunt prætoria, Vitet nefas Ecclesia.* O vtinam more maiorum nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia liceret. Valerius Maximus libro 4. cap. 4. l. 1. C. TH. de numerariis. & l 37. Codice eodem de Decurionibus.

Senatu moue] Pœna legis Iuliæ hæc erat, vt qui magistratum ambiissent, quinquennium à Senatu & dignitatibus arcerentur: Dio lib. 56. Zonaras lib. 11. Signatè autem locutus est Asconius in orat contra Catilinam & Anton. *Senatu mouerunt*, & Val. lib. 2. cap. 4. exemplo 2. 5 & penultimo. Gellius libro 4. cap. 8. Vetus interpres Iuuenalis Satyra 4. de Palfurio, *Post inde à Vespasiano Senatu motus.* de viris illustribus cap. 72. l. 2. de senatoribus & l. 12. de iudiciis: senatu moue dixit, non quòd antea senator fuerit, sed eo loquendi genere, quo Asconius in argumento Catilinariæ, *vt Ciceronem consulatu deicerent*, qui nedum erat Consul.

Cui pater, socer, auus, proauus] Fuit Apollinaris genere nobilissimus, & illustrissimæ familiæ, in concione lib. 7. Maiorianus A. epist. 11. l. 1. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 21. de proauo, nihil aliud in Sidonio legi, præterquàm in hac epistola, & epistola 12. l. 3. in carmine, de auo, qui primus suæ gentis Christianus fuit, rexitque prætoria Galliarum. Sidon epist 12. lib. 3. De patre qui fuit etiam præf. præt. Sidon epistola 7. lib. 1. epist. 1. lib. 3. epist 9. & 16. lib. 5. & epist. 6. lib. 8. de socero scilicet Auito, toto paneg. & in inscripr. carminis 7. & carmin. 20.. Suis locis plura notabimus. His interim contentus esto, præf. illustriss. & vitam authoris a me scriptam consule si lubet.

Magisteriis palatinis, militaribusque] Magisterium erat Palatinum, de quo præter iuris auctores, Cassiodorus epistola 5. libri 5. & epistola 6. libri 6. De militari magisterio crebra est in iure mentio, *militaris magisteria* l. 1. C. de præp. sacri cubic. *magisteria militum potestas*. l. vltima Cod. Theod. de metatis. Notitia imperij, & Vegetius libro 2. cap. 9. par dignitas præfectoriani l. 1. de præfect. præt. &c. & l. 1. de præpos. sacri cubic.

Interrogatum] id est, reum factum. Asconius 2. contra Verrem: *Quid est reum fieri? nisi apud Prætorem legibus interrogari?* Idem 4. *Quos cum legibus interrogassent, victi eius apud populum gratia, destiterunt.* ibidem. *Quia Lepidus legibus tantùm interrogatus, necdum etiam cœperat accusari.* Præter auctores quos citat Brisso l. 2. antiq. & de verb. signific. Velleium vide l. 2.

Tribunitius] id est, Tribunus Prætorij, de quo epistola 10. lib. 7. Sueton. in Calig. cap. 40. & in Nerone 47. Petrum Fabrum vide Semest 1. cap. 3. erat sub dispositione præf. præt.

Oscitantem] id est, pigram & segnem. Seneca de breuitate vitæ capite 2. *Sed marcentes oscitantesque fata deprehendunt.* Ammianus Marcellinus libro 18. *Oscitante homunculo.* idem 26. *Oscitantem Gomoarium adgressurus* Glossæ veterum ἀργία, *oscitantia, pigritas.* Claudianus Mammercus de statu animæ libro 2. cap. 9. Oscitatio enim est animi otium & securitas, Gellius libro 4. cap. 20. libro 8. cap. 3. Idem apud Nonium in Allucinari: *Oscitatio iudicium fluxæ & aperta securitatis, vnde oscitantes securi, & nihil providentes.* Donatus]. *Oscitabunda supplicationes*, epistola. 14. libi. 3.

Vicariano apice] Vt erant præfecti Galliarum, sic quoque vicarii erant. Notitia Imp. passim in Cod Theodos. & Iustinian. Vide notitiam imperij orientalis, de disposit. præfect. præt. qui Vicarianus apex Barbarorum incursionibus, abolitus à Theodorico III. restitutus fuit Coss. Venantio iuniore & Celere. Cassiodorus in Chronico, idem epistola 16. & 17. libri 3. Tres autem erant vicarii præfecti præt. Galliarum. vide epist. 9. lib. 5.

Sede suspiciunt] scilicet vicaria, de qua Symmachus lib. 10. epistola 36. & Cassiodorus epist. 24. lib. 2. Ius enim pro tribunali dicebat, & ei propria erat iurisdictio, quæ dabatur à Principe. Cassiodorus epistola 15. lib. 6. Cuiacius l. 4. Cod. de anno. & tribut. prætoriana sedes *sedile* dicitur in l. 12. Codice Theodosiano, de legatis.

Rauci voce præconis] Præco prætorianæ dignitatis insigne erat. Sidonius epistola 12. lib. 7. *Pro totiens mutatu præconibus, præconia non negasset.* vbi de Ferreolo præfectorio viro. idem in Paneg. Maiorani:

Pollutus raucum præconem suscipit hostis.

Idem Panegyr. Auiti.

Ad leues post iura vocat, voluitque sonoris
Præconem mutare tubis.

quibus locis plura. Insigne vicarij fuisse præconem nedum legi, præterquàm Vicarii Ponticæ, cui præconem & lampadarios quatuor Iustinianus tribuit edicto 8. cap. 3. etsi vicarium cum præfecto carpentum habuisse commune tradant Cassiodorus epistola 15. lib. 6 præconem quoque habuisse communem, non scriptum est. Verùm hoc loco Vicarius ius dicturus sedet pro tribunali. Vicario autem ius dicente præco causas appellabat, & silentium indicebat. Symmachus epistola 36. lib. 10. quod & in reliquis iudiciis solemne erat, vt præco populo audientiam faceret. Plautus Pænulo. Apuleius libro 1. Florid. & l. 3. Metamorph. lib. 2. de iure immunitatis libro 8. de eo quod met causa l. vlt. Cod. de feriis. Eusebius libro 4. histor. cap 15. Petrus Chrysologus sermone 88. & 91. Cassiodorus libro duodecimo, epistola 5.

Scamnis] id est, subsellis, l 2. Cod. Theodosiano, de contrah. empt. *vt etiam subsellia, vel vt vulgò aiunt, scamna vendantur.* Scamna ergo quibus aduocati sedebant, edita erant & altata. Scamna enim sunt subsellia ad quæ pluribus scansionibus ascendebatur, à scandendo scamna dicta, Varro libro 4. cap. 95 de lingua Lat. Marc Fabius lib. 1. cap 7. & ex eo Isidorus lib. 20. cap. 11. Originum. Iuuenalis interpres satyra 7. *Subsellia super qua altius sedeatur, gradus superiores scansiles.* Idem longam cathedram interpretatur Satyra 11.

& strata positus longaque cathedra.

Scamnum dicit] epistola 14. lib. 9. sub fin. quam vide.

Amicabilibus] Paulò ante inimicabilia dixit, ab inimicandi verbo, de quo epist. 19. lib. 5. vt hic amicabilibus. Plautus Milite:

Vos modò vt occepistis, date operam amicabilem.

Vlpianus libro 10. §. si quis ea. Mandati. Glossæ veterum φιλικῶς, *amicabilis.* Iulius Firmicus libro quinto capite 6. Mathe. Apuleius libro de Mundo, sub finem.

l.tanta § finali C. de veteri iure enucl. l. sancimus 19. C. de sacrosanctis ecclesiis. Nouella Iustiniani. 55. §. illud quoque Iust. de confirmatione digest. §. leges autem nostras *amicabilis societas* Augustino, l. 19. de ciuitate Dei *amicabilis compositio*. Iuliano Nouella. 108. c. 15. *amicalis epistola*. Nouella. 88. eidem, Paul. Diaconus in Theodosio Iuniore: sunt autem *amicalia scamna* aduocatorum subsellia, qui speciali nota amici vocantur, Donatus in Phormione l. Diui Fratres de iure patronatus, à quibus amicalia scamna dicta sunt, aduocati enim apud vicarios negotia perorabant. l. nemini. C. de aduocat diuers. iud.

Priuilegio consiliorum præfecturæ] olim plerumque magistratus erant illiterati, idcirco consiliarij illis ius dicentibus adsidebant, Balsamo Synodi Carthaginensis Can. 15. Cassiodorus l. 8. epist. 12. *decet enim tractatores habere doctissimos, quibus potestas summa committitur*. Vide Hotomanum quæst. 26. & leg. primam. C. de adsessoribus, & ita præfecti præt. suos sibi consiliarios adiungebant. l. non minus, C. eod. de adsessoribus. l. vnica C. Th. de comitibus qui inlustribus agentibus adsederunt, sic quoque *comites* vocantur l. 10. § .ὀνηιμὴκτιλον, de excusation. & in l. 12. de vacat. munerum Ammia. Marcell l. 25. *Sallustius Præfectus actus in exitium praeceps, & opera sui apparitoru ereptus, Sfosforio amisso consiliario, qui ei aderat casu euasit*, Cassiodorus ep. 12. l. 6. *consiliarij quoque præfectorum*]. epist. 6. l 8.

In quam participandam] doctè Sidonius. namque impp Valentinian. & Valenti in l. omnis C. Th. l. 8. tit. 25. consiliarij dicuntur, *administrantium socij atque participes, quædam enim vniuscuiusque portio videtur adsessor*, hinc fit vt passim in iure nostro, participes appellentur adsessores, & vt Tribonianus interpretatur, consiliarij, l. vnica. C. si rector proui. & c. l. 1. de Adsessoribus. Ausonius Edilio. 2.

Curia me duplex, & vterque senatus habebat,
Muneris exortem, nomine participem.

consiliorum particeps Symmacho epist. 17. l. 1. & Ennodio, in paneg. Theodorici, Signatè igitur participandi verbo Sidonius vtitur, vt & Latinus Paca. initio Panegyrici Theodosij & Maiorianus A. Nou. de ortu & imperio D. Maiora. & Cassiodorus in præfat 11. l. necnon, in l. 3. Cod. Theod. de incestis nuptiis. *Participatus* consilium est, dicti participes, quòd genere quodam dignitatem præfecti prætorio participarent, & illud est quod ait *in præfecturam participandam deposceris*.

Antiquati honoris] de suetudine exoleti & abrogati honoris, id est, participat us & *adsessuræ*, vt loquitur lex vltima de proxeneτis, vel *adsessionis* lex vlt. Cod. de adsessoribus.

Prærogatiuam consiliarij] Prærogatiua consiliariorum qui inlustribus adsidebant, ea erat, vt vicariæ dignitatis priuilegio gauderent, l. vnica. Cod. Theodos. de Comit. qui in lustr. agent. adsed. quos cùm ex primoribus aduocatorum, sibi eminentissima præfectura in consilium adsumeret, l. nemini. de aduocat. diuers. iudic. primores illi aduocati præfecturæ prætorianæ, expleto vigesimo, vel quintodecimo aduocationis anno, vicariæ dignitatis ius potestatemque obtinebant: ita vt in salutationibus Imperatorum, in conuentibus publicis, omnibus qui post se vicariæ potestatem acepti erant, meritò præponerentur. Nouella Theod. & Valent. de postulando. quæ quidem sequentia plurimùm inlustrabunt.

Ne si extra prærogatiuam consiliarius] Locus impeditus, qui sic expediri debet, infrequentia & desuetudine Filimachius adsessuræ dispendium fecerat, quod nifrequentia & assiduitate farciri & reparari poterat, alioquin à Gaudentio Vicario nouo, vetus adsessor Filimachius præcederetur in consessu, argumento l. 2. Cod. de primicerio & secundicerio. Non enim infrequentes adsessores, qui in actu ipso positi non erant, vicariæ dignitatem assequebantur, nec qui (vt loquitur Nouella) *aduocatione functi sunt vna marita aut vacanima*. quinimo qui sine cõmeatu biennio, cum cõmeatu quinquennio abfuerant à iudicus matricula aduoca-

aduocatorum expungebantur, Constitutione Iustini, de qua Iustinianus l. vlt. C. de aduocat. diuers. iud. & l. 2, & 3. Cod. de commeatu, quæ in hanc sententiam singulares sunt. Ex quibus patet, palatinos milites infrequentes, gradus deminutione multatos fuisse.

Solas vicariorum vices] Si non vt præfecturæ consiliarius Filimatius in concilium venerit, vicariorum vices egisse, non præfectorum videbitur, præfectorum vices agit, adsessor, & præfecturæ consiliarius: vicarii verò vices agit, vicariæ dignitatis adsessor, vterque enim, tam præfectus, quàm vicarius, suos sibi habebat consiliarios. Iustinianus edicto 8. cap. 3. De vicario Ponticæ, Iulianus Nou. 15. cap. 4. Cassiodorus epistola 5. lib. 6.

In concilium] Vicarius enim in concilium admittebatur, Cassiodorus lib 6. epist. 15. & consessum merebatur, non solùm in diœcesi cui præerat, sed etiam Romæ. Cassiodorus: *Hinc est quod in aula libertatis locum patrium tenes, & ibi in veris consessum, vbi est vel intrasse præconium.* Pares autem cùm essent dignitate vicarii, & adsessores: l. vnica, Cod. Theod. de comitibus qui inlustribus, ag. &c. adsessoribus concilii quoque fores patebant.

SIDONIVS GAVDENTIO SVO SALVTEM. EPISTOLA IIII.

MActe esto, vir amplissime, fascibus partis dote meritorum, quorum vt titulis apicibusque potiare, non maternos reditus, non auitas largitiones, non vxorias gemmas, non paternas pecunias numerauisti, quia tibi è contrario apud principis domum, inspecta synceritas, spectata sedulitas, admissa sodalitas laudi fuere. O terque quaterque beatum te, de cuius culmine datur amicis lætitia, liuidis pœna, posteris gloria: tum præterea vegetis & alacribus exemplum, desidibus & pigris incitamentum, & tamen si qui sunt, qui te quocunque animo deinceps æmulabuntur, sibi forsitan, si te consequantur, debeant: ibi debebunt procul dubio, quod sequuntur. Spectare mihi videor (bonorum pace præfata) illam in inuidis ignauiam superbientem, & illud militandi inertibus familiare fastidium, cùm a desperatione crescendi, inter bibendum philosophantes, ferias inhonoratorum laudant, vitio desidiæ, non studio perfectionis. Huius enim appetitus, ne adhuc pueris vsui foret, maiorum iudicio reiciebatur, sic adolescentum declamatiunculas pannis textilibus comparantes, intelligebant eloquia iuuenum laboriosiùs breuia produci, quàm porrecta succidi. Sed hinc quia ista hæc satis, quod subest quæso reminiscaris, velle me tibi studij huiusce vicissitudinem reponderare, modò me actionibus iustis Deus annuens, & sospitem præstet & reducem. Vale.

VIR amplissime] Gaudentio vicario hæc epistola scripta est. Vicarius autem *vir spectabilis* in notitia imperij l. 61. Cod. Theodos. de appellat. l. 6. Cod. eodem, de

decuriis vrbis Romæ, l. nemini, Cod. de aduoc. diuers. & V. C. *& spectabilis* Symmacho epist. 36. & 46. l. 10. *V. C. & laudabilis* l. 22. Cod. Theod. de diuersis offic. & apparitoribus dicitur: virum amplissimum dici, nedum quod meminerim, legi, quinimo Arcadius & Honorius in l. 29. Cod. de appellat. Vicarianam dignitatem, ab amplissimis potestatibus distinguere videntur, ea propter hic Sidonij locus, vt singularis obseruandus esset, nisi amplissimus vocetur, quòd ad vicariatum virtute peruenerit. Gaudentius. Hi enim dicebantur amplissimi, qui honores virtute meruerant. j. epistola 9 huius libri.

Fascibus partis] Fasces Vicarij suscipiebant, & merebant securem, l. 7. C. Theod. de honoratorum codicillis. Nisi fasces hoc loco interpreteris, pro Vicariani magistratus infulis, & insignibus. j. epist. 6. lib. 3.

Dotem meritorum] Honores sunt dotes meritorum. Cassiodorus episto. 3. libri 1. Vnde sapienter ædes Honori & Virtuti gemellas iunctim locauit antiquitas, commenta ibi esse præmia honoris, vbi sunt merita virtutis. Valerius libro 1. cap. 1. Symmachus epist. 14. lib. 1. D. August. de Ciuitate Dei lib. 5. cap. 12, *Vicus enim Honoris & virtutis regione, i. porta Capena*. Ruffus, & Victor.

Apicibusque] s. epist. 3. *Vicariano apice transcendit, præfecturæ apex*, in Panegyr. Auiti,

> *Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.*

ibi plura.

Non maternos reditus] s. epist. 3. *Et subita stupentes dona fortunæ.* Gaudentius non in leges Iulias de ambitu commisit, vt qui vicariam dignitatem non pretio impetrauit, l. 1. & 2. Cod. Theod. de honorariis codicillis, leges quippe Iuliæ honores pecunia emere prohibebant, atque etiam constitutio Marciani A. de qua Theodorus l. 1. Collectaneorum & Glycas Annalium lib. 4. Ad quam respexisse videtur auctor hoc loco.

O terque quaterque beatum] id est sæpius, finitus numerus pro infinito. Seruius Æneid. 1. Et ita *plenum undefinit*, id est multipliciter. Cassiodorus Psalm. 118. vel plenè & per omnia beatum, quod ad septenarij numeri vim refert Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 6.

Et illud militandi, &c.] vitium illud est securi hominis & feriati. j. epist. 6. libri 3. *Porro autem desidiæ vicinior putabatur contemptus ille militiæ, ad quam iactitant inuidi, bonarum partium viros non posse, potius quàm nolle conscendere*. De quo hominum genere Apuleius libro 1. Florid. *Quoniam in magna ciuitate, hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare velint, quam imitari, & quorum similitudinem desperant, eorundem affectent simultatem, &c.*

Vitio desidiæ] Vide j. epistola 6. lib. 1. & epist. 8. lib. 8. quibus locis exempla suppetunt, desidum illorum, qui malunt inhonorati latere, quàm honores appetere, vitio desidiæ, non studio perfectionis, vt olim Philosophi, & hodie verè religiosi, qui hoc vnum ambiunt, nihil ambire, & idéo perfecti dicuntur j. epist. 12. lib. 7. Saluian. lib. 1. *Sine ambitione sunt, ambitum respuunt, inhonori sunt, honorem respuunt*. Vide j.

Eloquii iuuenum] Priscian. lib. 7. *Iuniores autem gaudentes breuiloquio, &c.*

SIDONIVS HERONIO SVO SALVTEM. EPISTOLA V.

Literas tuas Romæ positus accepi, quibus an secundùm commune consilium sese peregrinationis meæ cœpta promoueant, sollicitus

inquiris. Viam etiam qualem, qualiterque confecerim, quos aut fluuios viderim poetarum carminibus illustres, aut vrbes mœnium situ inclytas, aut montes nominum opinione vulgatos, aut campos præliorum replicatione monstrabiles: quia voluptuosum censeas, quæ lectione compereris, eorum, qui inspexerint, fideliore didicisse memoratu. Quocirca gaudeo te, quid agam cupere cognoscere, namque huiuscemodi studium de affectu interiore proficiscitur. Illicet & si secus quæpiam, sub ope tamen Dei ordiar à secundis, quibus maiores nostri primordiis etiam sinisteritatum suarum relationes euoluere auspicabantur. Egresso mihi Rhodanusiæ nostræ mœnibus publicus cursus vsui fuit, vtpote sacris apicibus accito, & quidem per domicilia sodalium propinquorumque: vbi sanè vianti moram non veredorum paucitas, sed amicorum multitudo faciebat: quæ mihi arcto implicita complexu, itum reditumque fœlicem certantibus votis comprecabatur, sic Alpium iugis appropinquatum: quarum mihi citus & facilis ascensus, & inter vtrinque torrentis latera prærupti cauatis in callem niuibus itinera mollita. Fluuiorum quoque si qui non nauigabiles, vada commoda, vel certè peruij pontes, quos antiquitas à fundamentis ad vsque aggerem, calcabili silice crustatum crypticis arcubus fornicauit. Ticini cursoriam (sic nauigio nomen) ascendi. Qua in Eridanum breui delatus, cantatas sæpe commessaliter nobis risi & Phaethontiadas, & commentitias arborei metalli lacrymas. Vluosum lambrum, cœrulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium, qui Liguflicis, Euganeisque montibus oriebantur, paulùm per ostia aduersa subuectus in suis etiam gurgitibus inspexi: Quorum ripæ thorique passim quernis acernisque nemoribus vestiebantur. Hic auium resonans dulce concentus, quibus nunc in concauis arundinibus, nunc quoque in iuncis pungentibus, nunc & in scyrpis enodibus, nidorum strues imposita nutabat. Quæ cuncta virgulta tumultuatim super amnicos margines soli bibuli succo fota fruticauerant. Atque obiter Cremonam peruectus adueni, cuius t lim est Tityro Mantuano larium suspirata proximitas. Brixillum dein opidum, dum succedenti Æmiliano nautæ decedit Venetus remex, tantùm vt exiremus, intrauimus, Rauennam paulopost cursu dexteriore subeuntes: quò loci veterem ciuitatem nouumque portum media via Cæsaris ambigas, vtrum connectat, an separet. Insuper oppidum duplex, pars interluit Padi, cætera pars alluit: Qui ab alueo principali molium publicarum discerptus obiectu, & per easdem diriuatis tramitibus exhaustus, sic diuidua fluenta partitur, vt præbeant mœnibus circumfusa præsidium, infusa commercium. Huc cùm peropportuna cuncta mercatui, tum præcipuè quod esui competeret, deferebatur: Nisi quod cùm sese hinc sallsum portis pela-

pelagus impingeret, hinc cloacali pulte fossarum discursu lintrium ventilata, & ipse lentati languidus lapsus humoris, nauticis cuspidibus foraminato fundi glutino sordidaretur, in medio vndarum sitiebamus: Quia nusquam vel aquæductuum liquor integer, vel cisterna defæcabilis, vel fons irriguus, vel puteus inlimis. Vnde progressis ad Rubiconem ventum, qui originem nomini de glarearum puniceo colore mutuatur, quique olim Gallis Cisalpinis, Italisque veteribus terminus erat, cum populis vtrisque Adriatici maris oppida diuisui fuere. Hinc Ariminum, Fanumque perueni, illud Iuliana rebellione memorabile, hoc Asdrubaliano funere infectum. Siquidem illic Metaurus, cuius ita in longum felicitas vno die parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadauera sanguinolenta decoloratis gurgitibus inferret. Hinc cætera Flaminiæ oppida statim vt ingrediebar, egressus; læuo Picentes, dextro Vmbros latere transmisi, vbi mihi seu Calaber Atabulus, seu pestilens regio Tuscorum, spiritu aëris venenatis flatibus inebriato, & modò calores alternante, modò frigora, vaporatum corpus infecit. Interea febris sitisque penitissimum cordis medullarumque secretum depopulabantur: Quarum auiditati non solùm amœna fontium, aut abstrusa puteorum (quanquam hæc quoque) sed tota illa vel vicina vel obuia fluenta, id est, vitrea, Fucini, gelida Clitumni, Anienis cœrula, Naris sulphurea, pura Fabaris, turbida Tyberis (metu tamen desiderium fallente) pollicebamur. Inter hæc patuit & Roma conspectui. Cuius mihi non solùm formas, verumetiam Naumachias videbar epotaturus. Vbi priusquam vel pomœria contingerem, triumphalibus Apostolorum liminibus affusus, omnem protinus sensi membris malè fortibus explosum esse languorem, post quæ cœlestis experimenta patrocinij, conducti diuersorij parte susceptus, atque etiam nunc ista hæc inter iacendum scriptitans, quieti pauxillulum operam impendo. Neque adhuc principis aulicorumque tumultuosis foribus obuersor. Interueni etenim nuptiis patricij Ricimeris, cui filia perennis Augusti, in spem publicæ securitatis copulabatur. Igitur nunc in ista non modò personarum, sed etiam ordinum partiumque lætitia, Transalpino tuo latere conducibiliùs visum, quippe cum hoc ipso tempore, quo hæc mihi exarabantur, vix per omnia theatra, macella, prætoria, fora, templa, gymnasia, thalassia, fescenninus explicaretur. Atque etiam nunc è contrario studia sileant, negotia quiescant, iudicia conticescant, differantur legationes, vacet ambitus, & inter scurrilitates histrionum, totus actionum feriarum status peregrinetur. Iam quidem virgo tradita est, iam coronâ sponsus, iam palmatâ consularis, iam cyclade pronuba, iam togâ senator honoratur, iam penulam deponit inglorius, & non-

D. Cardinal. Baron. an- tom. , anno 467. cap. 13

dum tamen cuncta thalamorum pompa defremuit, quia necdum ad mariti domum noua nupta migrauit: Qua festiuitate decursa, cætera tibi laborum meorum molimina reserabuntur, si tamen vel consummata solemnitas aliquando terminauerit istam totius ciuitatis occupatissimam vacationem. Vale.

ROMAE *positus*] Symmach. epistola 57. lib. 2. *Quamuis ipse dixerim Romæ, aut in proximo positos.* Idem epist. 62. lib. 4. *Dedisset Hispanus Romæ posito, moræ veniam.* Idem epist. 19. lib 8. *Sed his quoque gulæ illecebris, Romæ positus largiter veteris.* Egesippus lib. 1. cap 44. *quos Romæ positos in suam amicitiam iunxerat.* Ennodius in vita Epiphanij: *Nam Imperator Romæ posito seminarium iecit scandali, illa, quæ dominantes sequestrat. inuidia.* Petrus Aruernius Venerabilis lib. 1. de Ecclesiis: *Nonne & nos ipsi Romæ positi frequenter vidimus.* ꝟ. epist. 15. lib. 7. *ruri positi.* epistola 9. lib. 8. in Carm.

Nos istic positos, semelque visos

ibi plura.

Opinione] id est, fama, ꝟ. episto. 1 lib. 1. epist. 10 lib. 3. & 14. lib. 8. 4 & 13. lib. 7. Paulus 5. senten. titu. 4. §. 13. *Interest enim publicæ disciplinæ opinionem vniuscuiusque, turpis carminis infamia vindicare*, l. 7. quemadm. testam. aperiun. *optimæ opinionis viri.* Anianus in l. vnica, Cod. Theod. de his qui veniam ætat. impet. *honestatis commendat opinio.* Lex ait, *Certa fama commendat*: Opinio ergo est fama, vnde *opinati philosophi.* Iulio Firmico lib. 3. cap. 3. id est, famosi & celebres *opinatissimi.* Ruffino lib. 1. cap. 3. Histor Eccles. Orpheus Trax. *musicus opinabilis.* Cassiodoro in Chronico, *opinatissima ciuitas.* eidem lib. 8. epist 33. *opinatissimum Ephesi Dianæ templum.* Iordani in Hist. Goth. *Hilarion opinatissimus Palestinæ solitudinis accola.* Aldhelmo de laudib. virginit. cap 14. *Dauid opinatissimum regum.* eidem cap. 27.

Ordiar à secundis] Symmach epistola 19 libri 4. *A prosperis ordiendum est.*

Ilicet] Sic ex mss. emendaui Malè Lugdunenses libri disiungunt, illic et, Sidonio familiaris dictio, & probatis auctoribus, pro eo quod dicimus, scilicet, assumptum, vt Donatus ait: *Ex veteri consuetudine, et ex more iudicum, nam cum actus suos explessent, per præconem edicebant, ilicet, id est, ire licet.* L. 11. Æneid. idem in Heauton. actu 5. scen. 2. & in Phormione actu 1. scenæ 4. Quandoque pro illicò. Seruius aliàs pro sine dubio. Festus.

Sinisteritatum] ꝟ. epist. 11 libri 3. *Etsi desiderium vestrum sinisteritas tanta comitatur.* Plinius epistola 17. libri 6. *Quæ imo pigritia, arrogantia, sinisteritas, ac potius amentia.* Idem epist. 5. lib. 9.

Rhodanusia] Rhodanusia, Lugdunum Stephano, à Rhodano, à quo & *Rhodanenses regiones* Irenæo lib. 1. cap. 9. & Epiphanio libro 1. tomo tertio, hæresi 33. Est autem *pars Galliarum & Hispaniæ.* Acron ode vlt. libr. 2

Publicus cursus] De quo passim in iure, *cursus* absolutè Capitolino in Pertinace, à quo *equi cursuales*, Festo, *publici equi*, Cassiodoro libro 2. epist. 31. lib. 5. epist. 5. *δημόσιοι δρόμοι* Iuliano ad Basilium. D. Hieron. Iuliano init. *Iam de misso synthemate, equus publicus sternebatur publica iumenta.* Aurel. Victori in Constantio.

Vt pote sacris apicibus accito] Quia nondum præfectus erat, ideo illi euocatoria opus fuit, præfectis quippe sine diplomate & euectionis titulo cursum publicum præsumere licebat, l. 62. Codice Theodosiano, de cursu publico. Nam ipsi largiebantur euectiones, notitia imperij, & Cassiodorus epistola 3. libri 6. Nec illustres personæ inter quas præfecti censentur, euocatoriæ securitatem habebant, vt ad comitatum accederent, l. 14 Cod. Theodosiano, eodem titulo, l. 18. Codice de dignitatibus. l. tertia, Codice de silentiariis, & in Pragmatica sanctione cap. 26.

Accito] præter illustres personas, nulli temerè cursum publicum vsurpare licebat, præter iuris auctores, Plinius c. 123.& 124.l.10. Capitol.in Pertinace, Symmac. epi.63.l 3. Theodoritus hist.eccelef.l. 2 c.31. Socrates l.4. c. 1. Synodi Sardicensis c. 78.& 21. ibidem Balsamo. D. Hilarius. *occurrimus ad Serdicam, literis Imperatoris convenis.*

Sacris apicibus] id est Anthemij Imperatoris euocatoria, nihil est in iure frequentius, Anthemius Nouella de confirmatione legum Leonis Aug. Honorius Aug. ad Bonifacium PP. *ga ... nostrorum sacrorum apicum attestatione signauimus.* Gregorius in registro c. 42. *Ioui suo ad se sacris apicibus destinatis*, Corippus in Paneg. Anastasij,

Hi sacri monstrant Apices,

sacræ, absolutè dicuntur, Augustino, ad Donatistas, post collationem *illi portant (aiebat ille) multorum Imperatorum sacras, nos euangelia*, Iustiniano Nouel. 134. & Iuliano Nouel. 125. ibidem doct. scholiastes, *sacra*, Cassiodoro hist. Tripar. l.4.c.18. Iustinus Imp. *sacra Iustini Imp. ad Hormisdam PP. sacra Constantini Pogonati ad Dominum PP.* act. 1. & 2. Concilij Constantinopolit. *sacra Domini Regis* Lupo Ferrariensi epist. 78. illæ autem sacræ encausto, id est cocti muricis, & triti Conchilij ardore scribebantur, l. 6. C. de diuersis rescriptis & Constantinus Manasses, in Theodosio.

Per domicilia sodalium propinquorumque] sacris apicibus accitis, viatica dabantur. Marcus Tul de inuentione, l. 2. Fortunatianus l. 1. Rhetorico. & Martianus Felix, l. 1 C. de tractoriis, vide epist. 7. & 10 l. 5 quibus inquam euocatis licet viatica darentur, illis tamen viantibus sodalium hospitia patebant, Cicero l. 2. de officiis, *est enim vt mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos hominum illustrium, illustribus hospitibus*, Horatius, Satyr. 5. l. 1.

Nō veredorum paucitas] veredi, sunt equi publici & cursuales Festus, ita dicti quod veherent redas, inde *reda cursualis*, l. 9. C. Th. de legatis, quadriga. l 5. C. eodem de curiosis, quæ *fiscalis reda* dicitur Sulpicio Seuero Dialogo. 2. c. 4. vide epi. 7. l. 5. & 11. l 8.

Aggerem calcabili silice] agger calcabili silice constratus, id est strata, Festo & Isidoro *dilapidata*, Columellæ, l.1.c. 6. *Pauitum solum*, Capitolino *in Gordianis* & Carolo Magno, l. 5.c.201. de via publica, *Iubestrotum*, agger autem, est via, vide, epi. 3. l.9. necnon car. vlt.

Fornicauit] fornicare, arcuare est, id est in formam arcus parietem suspendere, Am. Marcellinus *pantheum velut regionem teretem, tam spatiosa celsitudine fornicatam* l. 16. *ibi lem formam edificij fornicati monstrarent conformari*, Vitruuius l. 5. cap. 5. & l. 8. c. 7. Narbone

Criptis carceribúsque fornicatus,

Facilis accensus] alpium quippe accolæ itinera molliebant, & per iuga alpium iter agentium instrumenta ferebant, qui *Marrucij* dicti sunt postea, Odo Cluniacensis in vita S. Beraldi Comitis Aureliacensis. ms. c. 16. *Congerij* Gregor. Tur. l. 1. de mirac. c. 45.

Cursoriam Ticini] id est Papiæ celocem, sic naues expeditiores appellabantur, Isidorus l. 19. c. 1. *dromones & cursoria*, dromones Agnello in vita Ioannis Episcopi Rauennatis, Fulgentio de Prisco sermone *dromo, id est lembus*: celox, dromo, cursoria, caupolus, bamplus, holcada, synonima sunt, quibus excursum per alueū Padi faciebant Cassiodorus, l. 2. epi. 31.

Qua in Eridanum breui delatus] Eridanum, id est Padum Vibius *Eridianus qui & Padus*, idem Iordanes in historia Goth. Procopius l. 1. de bello Goth. Cassiod. histor. tripar. l. 1. c. 7.

Phaetontiadas] hanc fabulam perstringit Vibius, *Eridanus Galliæ Cisalpinæ, qui &*

Padus, vbi heliades mutantur in populos arbores, Auienus.

> *Hic prius Eridani propter nemorosa fluenta,*
> *Fleuerunt liquidæ lapsum Phaetonta sorores,*
> *Mutatæque manus planxerunt pectora ramis,*

item Prisci. in Periegesi. *post hunc Celtica tellus*

> *Eridani fontis contingens rauca fluenta,*
> *Hic Phaetonta suum charæ luxere sorores.*

Fabula est decantatissima.

Commentitias &c.] præter ceteros, quos sciens omitto, D. Ambros. hexamer. l.3. c.15. & Priscianus vbi s.

> *Hic electra legunt alnus stillantia Celtæ,*
> *Succina quæ memorant mellis vimine colore,*
> *Quæ paleas rapiunt tractu, frondésque caducas.*

Præterea Tacitus de moribus Germ. & ex eo Cassiod. l.5. epi 2. quorum errores explodit Solinus, & huius erroris originem exponit, quem vide.

Siluosum Lambrum] Galliæ Cisalpinæ Fluuius Pado committitur, Plinius l.3. c.16. & 19. vluosum Lambrum dixit, quod vlua abundet.

Caruleum Adduam] imitatione Claudiana, in 6. consulatu Honorij

> *Frondentibus humida ripis.*
> *Colla leuant, pulcher Ticinus, & Addua visu*
> *Caruleus*

lacui Lario miscetur, ita vt vtriusque aquæ dignoscantur. Cassiod. epist. 14. l. ij. & Ennodius Fausto, proprietatem & originem nominis Adduæ reddit, Cassiod vbi s.

Velocem Athesim] imitatione Claudiana

> *& velox Athesis, tardusque meatu*
> *Mincius,*

Veronensium Fluuius, Vibius, & Seruius, Paneger. Constantini, *Athesis saxis asper, & gurgitibus vorticosus, & impetu ferox, oppugnationem* (Veronensium) *prohibebat* Paulus Diaco. l. 6. in Odoacro, *qui dum fugæ metu se præcipites in Athesim flumium mergunt, ex magna parte rapidissimis eius gurgitibus impliciti suffocantur:* qui licet præceps sit & supra modum rapidus, tamen dicitur amoenus Vergilio l. 9. D. Ambrosio, hexame. l.5. c. 2. Cassiod. l.5. epist. 48. propter loci naturam, & frondes arborum quibus coronatur.

Pigrum Mincium] quod pigrè duat, Vergil. init. 3. Georg.

> *tardis ingens vbi flexibus errat*
> *Mincius,*

Claudianus. *tardusque meatu*

> *Mincius,*

idem in epithalamio Honorij

> *Athesis strepat choreis,*
> *Calamisque flexuosus*
> *Leue Mincius susurret*

Galliæ Cisalpinæ fluuius, proximus Mantuanis, Vibius vnde *Mantuanorum Mincius*, eidem dicitur, vbi de Benaco, de quo Cassiod. epi. 17. & 20. l. 5. & Greg. Turon. l.2. c. 9. Paul. Diaco l.2. c.14. de gestis Longobardorum.

Ligusticus] Ligustici montes in tractu Ligurum, ad dexteram sub alpibus, vnde *Ligusticæ alpes* Pomp. Melæ l. 2. c. 2. Varroni, & Ptolemeo. *Liguræ Montani*, Portio Latroni, & Sempronio.

Euganeis] Euganei montes sunt in tractu Venetorum, & Veneti montes dicuntur Claudiano in Epithalamio Honorij, & in 6. eiusdem consulat.

Quorum ripa, torique &c.] Vergil. l. 9.

Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cælo
Attollunt capita,

Claud. *frondentibus humida ripis*
Colla leuant

Vestiebantur] id est, circumuallabantur, Plinius l. 8. epi. 8. *ripa fraxino multa, multa populo vestiuntur*, idem epi. 17. l. 2. *hortum morus & ficus frequens vestit*. Claud.

Subitisque se rosetis
Vestiat Alpinus apex.

Ennodius in natali Epiphanij

Regius agresti vestitur murice campus.

Arundinibus] Vergilius 3. Georg.

Mincius & tenera prætexit arundine ripas,

Et l. 10. Aenei. *velatus arundine longa*
Mincius

Claud. *Calamisque flexuosus,*
Leue Mincius susurret.

Donatus de Mincio, *habens arundinibus velata tempora, eo modo quo pinguntur flumina.*

Scirpis enodibus] scirpi sunt, sine nodo, id est enodes, Seruius 2. Georg. Auitus l. 1. c. 9.

Amnibus atque istis enodes ferre papiros
Aut scirpos,

vnde adagium, *nodum in scirpo quærere*, Ennius apud Festum Lucillius apud Donatum, Ennodius pro quarta synodo Romana *nunquam benè nodus in scirpo quæritur, enodes trunci*. Vergil. *enodis fistula* Martiano Felici, l. 9. *enode* Ennodio vbi. s. quod sine nodo, & facile est

Nidorum strues imposita nutabat] sic legendum, Seneca Thieste
nulla culminibus meis
Imposita nutat sylua.

quem hoc loco imitatus est Sidonius, Seneca epi. 122. *quorum syluæ in tectis domorum ac fastigiis nutant*. Manilius in præfat. l. 1.

Et viridi nutantes vertice syluas.

Cremonam prouectus &c.] Vergilius egloga 9.

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ

ibidem Seruium, & Pomponium vide, necnon Donatum in vita Vergilij sub finē Focas Grammaticus

Proscripsit miseræ florentia rura Cremonæ,
Totique militibus precium concessa laborum
Præda fuit, violenta manus bacchata per agros,
Non flatus, non tela Iouis, non spumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia vastat
Mantua tu coniuncta loco sociata periclis.

Mart l. 8. epig. 58. *Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ, &c.*

Dum succedenti Æmiliano nautæ] id est postquàm apulimus Aemiliam per Ioniū mare, & Rauennam attigimus, Rauennam enim ab Austro Padumque Venetiæ contingunt, ab Oriente mare Ionium. Cassiod. epi. 24. l. 12. & Iornandes in historia Goth.

Venetus remex] remex, id est scaphæ ductor, scaphis enim & scirpeis ratibus Veneti in Pado, & Ionio mari vehebantur, Cassiod. c. 24. l. 12. *viminibus flexibilibus illigatis*

gatis terrena illic soliditas aggregatur, & marino fluctui, tam fragilis munitio non dubitatur opponi, Ennodius lusit hoc carmine.

Hactenus Ionium perlustrans remige pauco,
Ad portum cymbam flecte Thalia meam.

Isidorus l. 19. c. 1. *Lembus nauicula breuis, quæ alia appellatione dicitur & cymba, & cantpolus, sicut & lintris, id est carabus, quo in Pado paludibusque vtuntur.*

Tantum vt extremus intrauimus] Martialis l. 4. Epigram,

An ideò tantum veneras, vt exires.

Veterem ciuitatem] vetertima ciuitas Rauenna, quam Remus condidit, si quadrato in Marco, & Olympiodoro fides, quorum sententiam reiicit Zosimus l. quinto, veterem tamen ciuitatem esse ibidem testatur. Claudianus.

Dixit, & antiquæ muris egressa Rauennæ.

Nouumque portum] Rauenna vetertimo etiam portu insignis erat, & apud vetustatis auctores celebri, in quo classem Augustus ad tutelam maris collocauit, Sueton. c. 49. Tacit. l. 4. Annal vnde præfectus classis Rauennatium, Notitia Imp. Notæ Magnonis, & Pet. Diaconi. *P. CL. R. id est præfectus classis Rauennatium, Classis Rauennas*, Spartiano in Didio Iuliano. Vegetium vide de re militari, l. 4. cap. 31. & 32. classem autem portus ille vetertimus CCL. nauium tutissima statione recipiebat, aucto re Dione, & ex eo Iordane, qui Sidonij æuo, & antè illud, *spatiosissimos hortos ostendebat arboribus plenos, verùm de quibus non pendebant vela, sed poma ex Fabio*, refert Iordanes. nouus autem portus de quo hic Sido. *Portellio* dictus est quod longè à priore portu deminutus esset. Agnellus, in vita Ioannis Episcopi Rauennatis, vetus nomen retinuit Iordanes, cui nouus portus, vt & vetus, Classis, appellatur.

Oppidum duplex] diuiduo Padi fluento dissecabatur vrbs Rauenna, pars enim Padi mediam influebat ciuitatē, cętera pars circumfluebat, Procop. l. 1. de bello Goth. triplex oppidum fuisse Iordanes notat, quòd nequaquam pugnat cum Sidonio, imò multum ei lucis adfert, cum ait, *trino siquidem vrbs ipsa, vocabulo gloriatur, tergeminaque positione exultat, id est prima Rauenna, vltima Classis, media Cæsarea, inter vrbem & mare plana mollitie, arenáque munita, vectationibus apta.* Sicque duplex vrbs Rauenna est Sidonio, si viam Cæsaris, quæ media est inter Rauénam, & Classem, non numeres, media enim Cæsaris via duplicem vrbem facit, quòd eam intercidat: si verò eam cum Iordane numeres, triplex oppidum erit, Rauenna, Classis, & quæ media est inter vtrámque, Cæsarea, sic à Cæsaris via de qua Sidonius hoc loco, denominata.

Cætera pars alluit] sic legendum malè Lugdunenses & mss. quidam certa, nam cum mediam vrbem pars Padi interluat, cætera pars alluit, pars autem quæ interluit, est aluei septima. Iordanes.

Molium publicarum discerptus obiectu] discerptus, id est discretus, vt quidam mss. legunt, obiectu molium, de molibus Sidonius in paneger. Anthemij init,

itur in equor
Molibus,

vbi plura: molium, obiectu, vt Tacitus l. 14. Annal. *hi molium obiectus, hi proximas scaphas scandere*, super quas moles, *pulcherrimus ordo insularum dispositus erat, prætoria verò longè latéque lucentia, Padi gurgitibus opposita.* Cassiod. l. 12. epi. 22. & Iordanes de rebus Geticis.

Nisi quod cum se se hinc salsum pelagus impingeret] sic ex mss. leg. idem error ex Ausonio expungendus est, de Catina vrbe, vbi de eodem mari Ionio,

Quam maris Ionij subter vada salsa meantes

sic legendum Vergilius 5. *longe sulcant vada salsa Carinæ,*
Sedulius 3. *trepidam quatiunt vada salsa Carinam,*

Vbi malè falsa impingeret] æstus maris Ionij Rauennam inluit Claudia. in 6. Cõsulatu Honorij, *certu vbi legibus aduena Neurus*

> *Æstuat, & pronas puppes, nunc amne secundo,*
> *Nunc redeunte vehit, nudatáque littora fluctu*
> *Deserit, Oceani lunaribus æmula damnis*

Vitru. l.1.c.4. Strabo, l.5.& Procop.l.1. de bello Goth. Sidonij iocus epist. 8.l.1. *sitiunt viui.*

Aquæductuum liquor integer] Rauennæ erant aquæductus Cassiod. in Chronico, *Auieno Iunio. & Probo Coss. D. N. Rex Theodoricus aquam Rauennam perduxit, cuius formam sumptu proprio, instaurauit, quæ longis antè fuerat ad solum reducta temporibus. Vet. Chronog. anno Anastasij. A. XIIII. Theodoricus aquam Rauennam perduxit.*

Cisterna defecabilis] *defecata cisterna* Isaiæ. cap. 25. id est pura & liquida. Vet. interpret.

Puteus illimis] id est sine limo, Ouidius

> *Fons erat illimis liquidis argenteus vndis,*

Auso. in Burdigala

> *Salue fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,*
> *Vitree, glauce, profunde, sonore, illimis, opace.*

Ad Rubiconem, &c.] præclara nominis proprietas, Lucanus, l.1.

> *Fonte cadit modico, paruisque impellitur vndis*
> *Puniceus Rubicon,*

Qui olim Gallis Cisalpinis, &c.] Lucanus l.1.

> *Perque imas serpit valles, & Gallica certus*
> *Limes, ab Ausoniis disterminat arua colonis*

Præter M. Tul. Philip. 6. init. Plinium, l.3. c. 15. Strabonem l. 5. Suetonium in Iulio. c. 31. Rufus Festus in breuiario, *Gallicam partem Italiæ, in qua nunc Mediolanum est, vsque ad Rubiconem fluuium tenebãt.* Vibius Sequester, *Rubicon Gallia iuxta Ariminum olim diuidens Galliam ab Italia*, idem, *Varus hic nunc Galliam ab Italia diuidit, olim Rubicon.* Seruius 1. Æneid. 1. ad hæc

> *Troiæ qui primus ab oris*

eo tempore quo Æneas ad Italiam venit, finis erat Italia vsque ad Rubiconem fluuium. vide Paulum Diaconum, l.2.c. 22. de gestis Longobardorum.

Veteribus Gallis] sic mss. rectè, veteribus Gallis terminus erat Rubicon, posteà Varus, Acron ode 4.l.4. Antoninus in itiner. Marcianus Felix. l.6. & Vibius, præter cæteros, quos sciens omitto.

Ariminum] Antoninus in itinerario, Mela l.2.c.4. *à Pado ad Anconam, transitur Rauenna, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia*, Ariminum à comitibus Herculis conditum tradit Cato in orig. Eutropius à Romanis Coss. Pub. Sempronio & Apio Claudio, est autem à nomine fluuij propinqui nominatum, Festus.

Fanum] Fanum fortunæ præter Cicer. Plinium, Melam *colonia Fanestris*, Vitruuio l. 2.c. 9. *colonia Iulia Fanestris*, l. 5.c.1. *Fanestris fortuna*, auctoribus limitum *fortunæ Fanum*, Aurelio Vict. in Aureliano, & Claud. in 6. Consul. Honorij, vnde, *Fanestris Episcopus* 1. synodo Romana & 3. *Fanestres*, Aggeno.

Iuliana rebellione] Cicero philipp. 6. Cæsar l. 1. de bello ciuili Lucanus 1. & reliqui, Arimino quippe Iulius Cæsar vsus occasione rapiendæ dominationis, ibi rebellionis signa cecinit.

Hoc Asdrubaliano funere infectum.] i. Fanum, propè quod, Asdrubalem cum ingentibus copiis in Italiam properantem, Apius Claudius, & Liuius Salinator ad internecionem deuicerunt, præter Liuium, l. 27. Valerium, l. septimo cap. 4. vide auctorem de viris illustribus, Orosium, l. 4.c.18.& Eutropium l. 3.

Si quidem illic Metaurus] Horatium vide ode 4. l. 4. fuso Asdrubalis exercitu.

profluuio ſanguinis decoloratus fuit Metaurus. ĩ. in paneg. Anthemij

Improbus vt rubeat Barchina cade Metaurus,

vbi plura

Decoloratus] Horatius ode 1. l. 2.

quod mare Daunia

Non decolorauere cædes.

Calaber Atabulus] verùm Atabulus non Calabriam, ſed Apuliam infeſtar, Seneca l. 5. natur quæſt. c. 17. Plinius, l. 17. c. 24. Gellius l. 2. c. 22. leuem tamen Sidonij errorem abſtergit. Quintilianus l. 8. c. 2. *Fallunt verba, vel regionibus quibuſdam magis familiaria, vel artium propria, vt Attabulus ventus, &c.*

Peſtilens Regio Tuſcorum] Plinius l. 5. epiſt. 6. *eſt ſanè grauis & peſtilens ora Tuſcorum, qua per litus extenditur, peſtiles loci,* Vitruuio l. 1. c. 4. id eſt inſalubres, & graues, Acron & Porphirio ode. 23. l. 3. *tempus autumnale graue eſt, & peſtilens, peſtilens Sardinia,* de viris illuſtribus c. 65.

Modò calores alternante, modò frigora] crebræ mutationes æris, aduerſam humanis corporibus valetudinem infligunt, Hypochrates l. 4. Aphoriſ. ſeptimo Celſus de re medica, l. 2. c. 1. initio Vitr. l. 1. c. 4. Ouid.

Dummodò frigoribus premimur, modò ſoluimur æſtu,

Aere non certo, corpora langor habet.

Italæ autem regionis elementa, ſimul & alimẽta nociua ſunt Aruernis, Petrus Aruernus Venerabilis epi. 3. l. 3. & epiſt. 44. l. 5.

Quarum ariditate, non ſolum amœna fontium] febricitantes & ægroti, fontes cogitant, quibus ſe abundè proluant, Plinius epiſt. octaua l. 2. *quæ ſic concupiſco, vt ægri vinum, balinea, fontes,* idem epiſt. 2. l. 7. & epiſt. 27. *Infirmus, balinea imaginatur & fontes, hæc ſumma curarum, ſumma votorum.*

Vitrea fucini] Horat. ode 2. l. 3.

Vitrea te Fucinus vnda.

id eſt perſpicua. Acron. Symmachus epiſt. 8. l. 1. *clarioremque hoc noſtro populari Fucino reddidiſti,* lacus ingens Marſorum, Seruius Aeneid. 7. Vibius. *Fucinus Marſis,* idem, *Pitornius qui per medium lacum Fucinum Marſorum ita decurrit, vt aqua eius non miſceatur ſtagno.* Fucinum autem Hadrianus emiſit, Spartia. de cuius origine mira narrant, Plinius, & Solinus.

Gelida Clitumni] *Clitumnus Vmbriæ fluuius,* Vibius, & vetus interpres Iuuenalis, ſatyra. 12. tantæ frigiditatis, vt in eum oues demerſę, vel eius aqua potæ candeſcant, Plinius l. 2. c. 103. & ex eo Seruius, Syllius & ex eo Pompo. Sabinus de quo Plinius epiſt. 8. l. 8.

Anienis cærula] Anio cæruli erat coloris, Statius de Balneis Etruſci

Extra autem niueo qui margine cærulus amnis

Viuit,

de quo Vibius, Frontinus, Plinius, epiſt. 17. l 8.

Anienis] *ſunt quædam nomina ita propria ac ſola, vt ne in analogiam quidem cadant, vt eſt caro carnis, Anio anienis &c.* P. Conſentius idem Cariſius. 1. & Marcianus Felix. l. 3. Priſcian. & reliqui.

Naris ſulfurea] Vergilius l. 7.

audiit amnis

Sulphurea Nar albus aqua

Claud. in paneg. Probi & Probini

& Nar vitiatus odoro

Sulphure

Nar Sabinorum ex Apennino in Tyberim, per Narniam fluit. Vibius,& Tyberino coniungitur, estque sulphurei saporis, ideirco sulphurea dixit, *vel quod sit coloris subuiridis*, Seruius. *nam currens colorem sulphuris monstrat*, Donatus. Hodie *Nera*.

Pura Fabaris] *Fabaris est fluuius Sabinorum, is Faber corruptè dicitur*. Vibius, Seruius Aeneidos 7. à Plauto & Ouidio Farfarum dici arbitratur, cuius opinionem Pompo. Sabi, reiicit, Hodie *Farfaro*, quod auctoritatem Seruij confirmat, & Tyberi miscetur.

Turbida Tyberis] Fluuius est, veterum scriptis celeberrimus, in quem fluuij plures influunt, hæc propter sæpius alueum excedit, & turbidus altè superfunditur, auctor Paneg. Constantini,& Plinius l. 8. epist. 17.

Cuius mihi non solum formas] formæ, sunt canales structiles, & arenati, vt loquitur Vitruuius, l. 8. c. 7. passim in veterum inscriptionibus, Palladius l. 9. titul. 11. *aqua si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas possit elabi.* dictio libratoribus, & aquariis amica, Frontinus l. 1. & 2. Anonymus auctor de aquæductibus, *nunc nomina aquarum, quæ vsibus æternæ vrbis formarum constructionibus adductæ sunt, indicemus, &c.* Symmachus epist. 33. l. 10. *itémque ex formarum conditis* Cassiod. epist. 21. 31. & vlt. l. tertij. epist. 30. l. 8. idem in Chronico, suprà notaui, vbi de aquæductibus Rauennæ, Pragmatica Iustiniani à Iuliano Patricio interpretata. c. 24. *reparationi formarum*, idem Nouel. 17. ἀλλαῖ, eleganter vertit *formarum* Placidus Grammaticus in Zeta, tradit *antequos in subterraneum fornicem, è formis demissa aqua, &c.* erat autem Magistratus, cui cura formarum commissa erat, & dictus est *curator formarum*, Cassiod. epist. 6. l. 7. *comes formarum*, Notitia Imperij, de cuius formula Cassiod. & erat sub dispositione Viri illustris præfecti vrbis, Notitia Imp.

Naumachias] Naumachiæ, sunt nauales pugnæ, quæ pòst bellum Punicum primum victis in mari Siculo Pœnis, institutæ sunt, Polibius l. & Probus Grammaticus, erant autem Romæ sex, P. Victor, Naumachias potare Lucillius duxit, l 14. apud Priscianum. 6. vulgò *putare* ratio carminis potius admitteret *buare*.

Pomeria] spacia extra muros, Aggenus, *pomerium vrbis est quod antè muros spaciũ, sub certa mensura dimissum est, sed & aliquibus vrbibus, & intra muros simili modo est statutum, propter custodiam fundamentorum.* Isidori .Gloss. mss.. *ponerium locus proximus muris.*

Triumphalibus apostolorum liminibus affusus] Triumphalia vocat limina, quia via Triumphali ædes apostolorum ædificata fuit, à Constantino Magno, videlicet quòd in ea princeps apostolorum cruci affixus est, Eusebius l. 10. c. 24. Hist. Eccles. D. Hieronimus de viris illustribus, & Damasus Papa, Vsuardus in Martyrol. die XXVIII. Iuin, & Melchiades PP. c. 10. Burcardus l 3. c. 5. de qua via P. Victor, & descriptio vrbis Romæ, Suetonius in August. c 100. & alij.

Apostolorum liminibus] id est DD. Petri & Pauli, & ita passim limina Apostolorũ, apud Ecclesiasticos auctores, erant autem limina Apostolorum, id est sacræ ædes, tam in antiqua, quam in noua Roma, de nouæ Romæ liminibus intelligenda est, l. 6. C. Th. de sepul. viol & l. 10. C. de relig. & sumpt. funer. Constantinopoli Apostolorum ædem Constantinus condidit, Nicefor is l. 7. c. 49 de qua Chrysostomus. Homelia quod Deus Christus, & Curopalates, necnon Balsamo, erat autem in regione 11. vrbis Cõstantinopoleos, vetus Notitia, quod adieci, vt quidam scioli legem s. d. C. Th. ad limina Apostolorum antiquæ Romæ referre destinant, lex enim illa (vt id obiter) sedes Apostolorum (id est vt loquitur vetus Constantinopoleos descriptio) *Martyrum*, Humandis corporibus interdicit Chrysostomus; Homelia. quod Deus Christus, & Euagrius historiæ Ecclesiasticæ, l. 4. c. 31. in huiusce legis sententiam singulares sunt, & hoc fit in transcursũ dictum, ne limina Apostolorũ antiquæ Romæ, pro nouæ liminibus accipiant imposterũ impostores.

Affusus] Nam Romipetæ in terram procidui, limina Apostolorum osculabantur. Prudentius in hymno S. Laurentij:

Apostolorum ac Martyrum
Exosculantur limina.

Petrus Aruernus Venerabilis lib. 1. de Ecclesiis contra Petrum de Bruis, vbi de liminibus Apostolorum, *Ab eisdem fidelibus dulcissimè ac deuotissimè deosculantur.* Chrysostomum vide Homel. 30. in epist. 2. Pauli ad Corynth. Arator, hist. Apost. lib. 2. vbi de Philipensi templo in honorem sancti Pauli:

Quàm bene carcer erat tota concurritur vrbe,
Qui primus, noua tecta petat, quiue oscula figat:
Postibus, & tacta sacretur parte cylindri.

Neque solum liminibus Apostolorum veteres prosternebantur, sed & reliquorum Sanctorum. Paulinus in 3. Natal. D. Felicis.

Certhere tunc passim est, sacra purgata medela
Pectora liminibus sterni.

Prudentius in hymno sancti Hipolyti:

Oscula perspicuo figunt impressa metallo.

Cassiodorus Historiæ Tripartitæ lib. 9. cap. 30. Fortunatus lib. 4. de vita sancti. Martini:

Rursus Apolinaris pretiosi limina lambe,
Fusus humi supplex.

Gregorius Aruernus de miraculis S. Martini lib. 4. cap. 14. *Vt basilica sancti Martini limina oscularentur*, quem morem Paganos obseruasse tradit Arnobius lib. 1. *Cum per omnia supplices irent templa, cùm Deorum ante ora prostrati, limina ipsa conuerrerent osculis.* Tibullus:

Non ego si merui dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Explosum esse langorem] Fusus liminibus Apostolorum Sidon. langorem quem ex mutatione aëris & viæ lassitudine contraxerat, explosum esse sensit. Ennodius Hilpidiari, *Tunc illa secularis pompa philosophia Hippocratis & Galieni, contrita subsidiis, ad adiutorum fidele se transtulit.* Vide Prudentium in hymno sancti Hypoliti, Paulinum in natali 3. Felicis, & Ionam Aurelianensem lib. 3. passim. Gregor. Turonensis, defixisque & denotatis, aut alio quouis genere maleficiatis, ad Apostolorum limina peregrinatio prodesse, Alexander 5. statuit.

Priusquam] More Religionis, priusquam Romam ingrederetur, Apostolorum liminibus affusus est. Pacatus in Paneg. Theodosij: *Sed quod facere magnas vrbes ingressi solemus, vt primùm sacras ædes, dicata numini summo delubra visamus.* Quia crebet ad hæc limina concursus fiebat, quæ putabantur benedicta, quia in his *Petrus & Paulus Christianæ exercitus duces, sanguinem fudere pro Christo.* Paula & Eustochium ad Marcellam, Prosper Aquitanicus in prædict. dimidij temporis promiss. 5. qui vetus & religiosus mos intepuit, ex eo quòd sub prætextu religionis, stipem mendici circumforanei meritarent, Salisberiensis Policratici lib. 6. cap. 1. Concilij Cabillonensis 2. can: 45. Burcardus lib. 19. cap. 51. quidamque procerum hanc occasionem suis exactionibus obtendebant, euntes enim, à populo commeatus exigebant supradict. concilij can. 45. Idcirco statutum fuit, vt nullus Romam iret, nisi cum licentia sui Episcopi, vel eius vicarij, concilij Salegustatiensis can. 16. Cabillonensis can. 44. Ionas Aurelianensis lib. 3. Et hæc primùm fuit causa, cur à patribus crebræ illæ peregrinationes prohibitæ sint. Alia etiam occurrit ratio, videlicet quòd nonnulli tanta fiducia in omne scelus vltro declines, crederent omnia scelera sanctorum visitatione locorum elui, & prorsus obliterari, quod eodem concilio Cabillonensi reformatum fuit, in quo patres ex Hieronymo decreuerunt, *non-*

Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymæ bene vixisse laudandum esse, Concilii Salegustaciensis can. 18 quod vnicè notandum est. Hi verò qui ad limina Apostolorum ibant, Romipetæ vocabantur, Gallis *Romiers*, Aruernis *Romoneou*, in veteribus libris Gallico idiomate conceptis, *Ramiers*. Sed hi non Romipetæ sunt, & diuersi ab his qui *Romiers* dicuntur: *Romiers* Romipetæ sunt, *Ramiers* Hierosolimipetæ, quia ab Hierosolyma reduces ramos palmarum reportarunt. vnde & *Palmiers* in hisdem libris vocantur.

Foribus obuersor] Plinius epist. 16. libri 6. *Ab his qui limini obuersabantur, audiebatur*. Idem in Paneg. Traiani: *obuersabantur foribus horror, & minæ.*

Interuens nuptiis patricij Ricimeris] Ricimer Patricius erat, 7. epist. 9. & in Paneg. Anthemij prosapia Gothus, vnde Getha vocatur ab Ennodio, in vita Epiphanij. Sidon. in Paneg. Anthemij:

A genitrice Gethes.

Paulus Diaconus in Leone, tamen Anthemij Augusti filiæ matrimonio coniunctus, exoleuerat enim prisca illa lex, qua cum Romanis matrimonij ius peregrini non habebant, Gothorumque cum Romanis coniugia vetabantur. Prudentius contra Symmachum, quod tamen ius ab Honorio Gothi impetrauerant. Iordanes, iusque connubij cum Romanis habebant, Cassiod. epist. 1. lib. 1. & epist. 1. lib. 8. legis Vvisigothorum lib. 3. tit. 1. era. 1. Quod satis etiam ex ipso Ricimere clarum est, cuius pater Romanus, mater Gotha

Cui filia] id est, *Ascella*, filia Anthemij, Martiani Imp. neptis, de qua ex libris consularibus, Gregorius Turonensis libro 2. cap. 9. histor. & ita in quibusdam mss. appellatur 7. carm. 2.

Perennis] id est, perpetui, malè in Basiliensi & Lugdunensibus maiuscula litera scribitur Perennis, ita enim Imperatores vocabantur perennes, & perpetui, in re nota non abutar otio, Prosperi tantùm locum adnotabo, prædictione 7. dimidij temporis: *Æterna cùm dicitur, quæ temporalis est, vtique est nomen blasphemiæ, cùm mortales licèt reges, in ea dicantur Diui, eique supplices dicunt, numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ.*

In spem publicæ securitatis] Hæc verba satis implicita, ex ignoratione historiæ, Ennodius explicat in vita Epiphanij, vbi Anthemius: *Quamuis inexplicabilis mihi, sancte Antistes, aduersus Ricimerem causa doloris sit, quod nihil profuerit maximis eum a nobis donatum esse beneficiis, quem etiam (quod non sine pudore & regni, & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indulsimus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere, quis hoc namque veterum retroprincipum fecit vnquam, vt inter munera quæ pellito Getha dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur? nescimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum, &c.*

Macella] id est, amphitheatra. Arnobius lib. 2. *Idcirco animas misit, vt quæ dudum fuerant mites, & feritatis affectibus nescia commouere, macella sibi & amphitheatra construerent, loca sanguinis & publica impietatis.* Glossæ veterum corpodicina μακελλίτης.

Thalassia] Sic veteres & mss. omnes, qui thalassia interpretantur loca maritima. Mare enim Romam deductum fuisse Varro, Seneca, Plinius scribunt, si thalassio legas, aperta est interpretatio. Pithoeus aduersar. 2. cap. 6.

Fescenninus] De Fescennino multi multa dixerunt. Cur autem Fescenninus in nuptiis caneretur, ratio ea esse videtur, quod virgines omnimodò verbis impudicis abstinebant, illisque aures diligenter obturabant. Plautus discolo: *Virgo sum, nundum didici verba nupta dicere, nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat.* Festus, quibus contraria erant, *Prætextata, quod prætextatis nefas esset obscœno verbo vti.* Idem Festus, Varro Agathone: *Maiores nostri, virginis aures, Veneris vocabulis imbui acerbè noluerunt: adeo, vt essent qui filiæ virginis ab omni verbo spurco tue-*

renturaures. Tertullianus lib. de ſpectaculis. Ne verbis improbis virginalis pudor delibari videretur, iniuriarumque tenebatur, qui turpibus verbis vtebatur apud virgines, l. item apud Labeonem, §. qui turpibus, de iniuriis. nec priuſquam virgo nupta, prætextam detuliſſet ad fortunam virginalem, pueris coram illa obſcœna fari licebat. Feſtus: *Nubentibus depoſitu prætextu, à multitudine puerorum obſcœna clamantur.* Varr. Agathone, *Pueri obſcœnis verbis, nouæ nuptæ aures returant*, quibus ſcilicet antea aures obrurauerant.

Virgo tradita eſt] Ricimeri ſcilicet ab Anthemio patre tradita eſt Aſcella filia, tradere ſponſis ſponſas patres vel proximiores parentes ſolebant. Quintil. declam. 306. *Vis ſcire quid ſint nuptiæ? aſpice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo.* Idem 247. 291. Tertullianus de virginibus velandis: *Et ideo penes Iſrael illicitum eſt, ad virum tradere, niſi poſt conteſtatam ſanguine maturitatem.* D. Ambroſius epiſt. 65. in fine. Saluianus Ypatio & Quietæ, *A vobis ſum viro tradita, à vobis coniugi mancipata?* Sponſo, inquam vel paranymphis, à patre, vel à parentibus ſponſa tradebatur. Leo Magnus, *Et à parentibus tradita, & à ſponſo & paranymphis accipienda.* Butchardus lib. 9. cap. 2. Legis Longobardorum titu. 67. §. 3. expreſſis verbis tit. 66. §. 2. Vide ĩ. carm. 15.

Iam corona ſponſus] Scilicet Ricimer, ſponſi in feſtiuitate nuptiarum coronabantur. Tertullianus de Corona militis. *Coronant & nuptiæ ſponſos.* Artemidor. lib. 2 cap. 54. Plura ſi velis mutuare ex Caſellio noſtro 1. variar. cap. 19.

Iam cyclade pronuba] Nihil Gothicum his ritibus mixtum eſt (vt vir doctus tradidit) De pronuba idem Sidonius ep. 10. lib. 2. *Nam ſicut nouam nuptam nihil minus, quàm pulcrior pronuba decet.* Tertullianus in exhortat. ad caſtitat. in fine: *Vt & virginibus legitimè nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, ſelicis omnis gratia.* Feſtus in pronuba.

Cyclade] Cyclas, *circumtextum & rotundum eſt velamen.* Seruius 1. Æneid. & ex eo Iſidorus lib. 19 cap. 24. *Toga mulierum honeſtiorum, nam togas etiam fœminas habuiſſe cycladum & ricinii vſus oſtendit.* Seruius Æneid. 1. ad hæc.

gentemque togatam.

Aſconius 3. Verrina, & Nonius in toga, toga inquam honeſtiorum. Lampridius in Alexandro Seuero: Vopiſcus in Saturnino, tenuis atque pellucida, Iuuenalis 6. Ibidem vetus interpres, & Saliberienſis Policratici 8. cap. 12. qua pronubæ & ſponſæ amiciebantur. Diu. Ambroſius Sermon. 9. *auro intexta*, ibidem, & Seuerus, vbi ſ.

Iam toga ſenator] Senatores togati erant, ita vt à reliquis dignitatibus togâ dignoſcerentur. Vide Apianum de bello ciuili. Acron epiſt. 7. lib. 1. *dicimus ſenatum togatum.* Iuuenalis Satyra 8.

de plebe togata.

id eſt, *ſenatoria.* Vetus interpres. Senatum Heliogabalus *mancipia togata* appellabat. Lampridius. Vide l. 1. Codic. Theodoſian. de habitu quo vti oportet intra vrbem.

Iam penulam deponit inglorius] id eſt, inhonorus veſtem humilem & ſordidam exuit, feſtiuam & honeſtam induit. Omnes enim omnis ordinis homines Romæ feriabantur in hac feſtiuitate nuptiarum, ĩ. epiſt. 9. Mihi probatior videtur ſententia, ſi hæc verba ad Rimicerem referas, qui cum toga honoratus fuit, penulam exuit: Tunc enim penulam reiiciebant, cùm togam induebant, l. 1. Cod. Theodoſ. de habitu quo vti oporteat intra vrbem, Senatores quippe intra vrbem, ſæpè penulati, aut ſemper togati erant, extra forum penulati, in iudicio, & in publicis feſtiuitatibus togati, Caſtritius apud Gellium lib. 13. cap. 20. & l. 1. Cod. Theodoſ. de hab. quo vti opor. intra vrbem. *Penula autem eſt pallium cum fimbriis longis.* Vetus interpres Perſij, & Eucherius ad Salonium lib. 2. *Eſt quaſi lacerna deſcendentibus clauis*

Pompa] id est, nuptiarum solemnitas Lucanus 1.

Fœdera sola tamen, vanaque carentia pompa
Iura placent.

Claudianus de nuptiis Honorij & Mariæ:

Ante fores iam pompa sonat.

L. 22. Cod. de nuptiis: *Pompa etiam, aliaque nuptiarum celebritas omittatur.* Concilij Aruernensis can. 8. & Burchardus lib. 9. c. 108.]. epi. 20. lib. 4. *Non apparet maior Martis pompa, quàm Veneris.*

Ad mariti domum] Secundum ius locutus est, deductione enim opus erat, in mariti domum, tanquam in matrimonii larem, l. 5. Cod. de ritu nupt. l. 3. §. mulieri. de vsu & habit. & aliàs passim. Nonius: *Innubere positum pro transire, quòd hæ quæ nubunt, in domum maritorum transeunt.* In qua significatione accipitur l. 1. Cod. Theod. de reuocand. donat. & l. 1. Cod. eodem, de secundis nuptiis. Vide epist. 10. lib. 2.

Qua festiuitate decursa] Vt in hoc nomine desinam. Gaudentius serm. 8. *Tamen illam aut festiuitatem nuptiarum, id est in domo epulationis quispiam nostrûm non sine ratione mirabitur.* Optatus lib. 6. *Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt, ex quibus si alicui mutare maritum contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas, non in altum tollitur,* &c. l. sancimus, C. de nuptiis. *Nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas.* In qua significatione festiuitatis verbum festiuum est, & lepidum,]. festa nuptiarum, carm 5.

SIDONIVS EVTROPIO SVO SALVTEM. EPISTOLA VI.

OLim quidem scribere tibi concupiscebam, sed nunc vel maximè impellor, id est, cùm mihi, ducens in vrbem, Christo propitiante, via carpitur. Scribendi causa vel sola, vel maxima, qua te scilicet à profundo domesticæ quietis extractum ad capessenda militiæ palatinæ munia vocem. Hiis additur, quod munere Dei tibi congruit æui, corporis, animi; vigor integer, dein quòd equis, armis, veste, sumptu, famulitio instructus. Solùm (nisi fallimur) incipere formidas; & cùm sis alacer domi, in aggredienda peregrinatione, trepidum te iners desperatio facit: si tamen senatorij seminis homo, qui quotidie trabeatis proauorum imaginibus ingeritur, iustè dicere potest semet peregrinatum, si semel, & in iuuenta viderit domicilium legum, gymnasium literarum, curiam dignitatum, verticem mundi, patriam libertatis, in qua vnica totius orbis ciuitate soli barbari & serui peregrinantur. Et nunc (proh pudor) si relinquâre inter bubsequas rusticanos, subulcosque roncantes. Quippe si & campum stiua tremente proscindas, aut prati floreas opes panda curuus falce populeris, aut vineam palmite grauem, cernuus rastris fossor inuertas, tunc est tibi summa votorum beatitudo. Quin potius expergiscere, & ad maiora se pingui ocio marcidus, & inneruis animus attollat. Non minus est tuorum natalium viro, personam suam excolere, quàm villam. Ad extremum quod tu tibi iuuentutis exercitium appellas, hoc est, ocium veteranorum, in quorum manibus effœtis enses rubiginosi sero ligone mutantur. Esto, multiplica-

tis

tis tibi ſpumabunt muſta vinetis, innumeros quoque cumulos frugibus rupta congeſtis horrea dabunt, denſum pecus grauidis vberibus in mulctram per antra olida caularum pinguis tibi paſtor includet. Quò ſpectat tam fœculento patrimonium promouiſſe compendio? & non ſolùm inter iſta, ſed quod eſt turpius, propter iſta latuiſſe? Non nequiter te concilij tempore poſt ſedentes, cenſenteſque iuuenes, in glorium ruſticum, ſenem ſtantem, latitabundum pauperis honorati ſententia premet, cùm eos, quos eſſet indignum, ſi veſtigia noſtra ſequerentur, videris dolens anteceſſiſſe? Sed quid plura? Si pateris hortantem, conatuum tuorum ſocius, adiutor, præuius & particeps ero. Sin autem illecebroſis deliciarum caſſibus inuolutus, mauis (vt aiunt) Epicuri dogmatibus copulari, qui iactura virtutis admiſſa, ſummum bonum ſola corporis voluptate determinat, teſtor ecce maiores, teſtor poſteros noſtros, huic me noxæ non eſſe confinem. Vale.

EVTROPIO] Eiuſdem argumenti eſt epiſtola 8. lib. 8. in vtraque Sidonius oſcitantes nobiles monet, vt loquitur lex 155. Cod. Theodoſ. de decurionibus, *ne otio & torpore degeneri, paternam exuant virtutem.* Vide 7. epiſt. 6. lib. 3.

Cum mihi ducens in vrbem, &c.] Id eſt. cùm Romam pergo, quando vrbem dicimus, nec addimus nomen, Romam ſignificamus κατ' ἐξοχὴν M. Fabius lib. 8. cap. 2. *Item quod commune eſt, & aliis nomen intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, vt vrbem, Romam accipimus.* Quemadmodum ἄστυ pro Athenis: Terentius Eunucho, actu 5. ſcen. 6. ibidem Donatus. Vitruuius lib. 7. in præfat. & lib. 8. cap. 3. Accius Oenoma. apud Nonium in *Obſcenum.* Æmilius Probus in Alcibiade. Ennius in Medea, apud Nonium, in *contempla.* Feſtus in *Aſtu.* Stephanus de vrbibus, & reliqui Alexandria etiam Πόλις dicta, per eminentiam, Stephanus. Vrbs ergo pro Roma, vt in l. 1. ad l. Iuliam, de ambitu: l. penult §. negotiatores, de munerib. & Honorib. l. 21. §. vlt. ad municip. H l. 1. de offic. præb. vrbi. Seneca de Conſ. ad Heluiam, Caſſiodorus lib. 2. epiſt. 2. inde *vrbici* pro Romanis. Victor Vticenſis libro 1. *Cuius exitum ita vrbici captiui planxerunt, vt tunc ſe putarent magis tradi manibus Barbarorum,* id eſt Romani & *Concilium vrbicum,* id eſt Romanum. Burchardus libro 3. cap. 226. & lib. 8. cap. vlt. & de conſecrat. diſtinct. 2. can. in altari.

Capeſcenda militia Palatina] Sic mss. pro capeſcendæ rectè 7. epiſt. 3. *magiſteria palatina,* 7. epiſt. 6. lib. 3. *contemptus ille militiæ.* Et ita accipitur militia palatina in l. 2. Cod. Theodoſ. lib 6. titul. 2. l. 1. Cod. eodem, de militari veſte, & aliàs paſſim. ad armatæ differentiam, de quibus lex 19. Cod. Theod. de diuerſis offic. & Apparitor. &c. *Non minùs enim Palatini prouident humano generi, quàm ſi præliis & vulneribus patriam, parenteſque ſeruarent.* l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iudic.

Famulitio] Feſtus lib. 6. *Famuletium dicebant, quod nunc ſeruitium.* Macrob. lib. 1. cap. 7. *Vnus è famulitio famuletium famulatum.* Sid. gloſſæ mss.

Si tamen ſenatorij ſeminis homo] Ad virtutem homines excitant, & inflammant, exempla domeſtica. Plinius epiſt. 3. lib. 3. epiſt. 8. & 17. lib. 5. & epiſt. 10. lib. 8. in fine. D. Cyprianus epiſt. 5 lib 4. Caſſiodorus epiſt. 22. lib. 9. & epiſt. 3. lib. 10. in fine. adeò vt quos *ad vitæ decora domeſtica laudis exempla non prouocarent, correctionis medicina compellere liceret.* l. vnica, Cod. de emendat. propinquorum, nec irrita erant huiuſcemodi ad virtutem adhortamenta, vel Eutropij noſtri exemplo, qui inſtigante Si-

donio, præfecturam ambiit, & exambiit, ʒ. epist. 6. lib. 3.

Senatorij seminis homo] Senatorum filij, auitæ & paternæ laudis hæredes esse censentur, l. 6. 7. 9. de Senatoribus, adeò vt in prehensandis honoribus, auitæ, atque paternæ virtutis recordatione, aliis anteferrentur, & munera generis felicitate sortirentur. Sueton. August. cap. 38. l. 1. Cod. Theod lib. 6. titu. 2. Cassiodorus epist. 42. lib. 4. & lib. 6. epist. 14. Plin. idcireo illis pronum ad honores iter esse scribit lib. 8. epist. 10. atque etiam indignis (quod notandum) recordatione parentum honores deferebantur Horatius 1. Sermon. Satyr. 6. initio. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 30. *Aliquando daturum me etiam indignis quædam non negauerim, in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus, quosdam turpissimos nobilitas, industriis nouis prætulit.* postea, *Ciceronem filium quæ res consulem fecit, nisi pater? etc.* Et hi Ciceroni dicuntur *in cunabulis consules facti.* Orator. 2. Pro lege Agraria, sub finem. Ascon. in oration. pro Scauro: *Quæ generis claritas, etiam inertes homines ad summos honores prouexit.* Nec abludit quod apud Cassiodorum epist. 13. lib. 6. habetur, & epist. 23. lib. 9. *Quid P. C. de vobis iudicemus, expendite, cùm ad summarum culmina dignitatum, germinis vestri viros, quos nunquam vidimus, digamus, non fastidio negligentiæ, sed honorabili præsumptione naturæ, &c.* Cùm igitur Sidonius Eutropio filio Senatoris, & nepoti, facilem ad honorem, aditum esse videret, oscitantem adhortatur, vt se senatorij seminis hominem esse meminerit, *Non enim relinqui inglorios decet, qui generis claritate prædicantur.* Cassiodor. epist. 2. lib. 2.

Senatorij seminis homo] Cassiod. ep. 23. lib. 9. *germinis vestri viros.* idem ep. 42. lib. 4. *præsertim cùm germen senatorium, nouis cupimus beneficiis enutrire.* Ennodius epist. ad Petrum, *donauit te honorum germine.*

Quo cotidiè trabeatis proauorum imaginibus ingeritur] Olim imagines in atriis, vt cùm hæc intuerentur, vehementissimè animus ad virtutem incenderetur: præter Salust. in Iugur. init. Valerium l. 5. c. 8, Tacit. 11. vide Ennod. ep. 2. & 3. Ioanni, & in gratiarum actione, quando Parthenius benè recitauit in hâc rem, vide l. lex quæ tutores, §. nec verò domum, C. de admnist. tutor. quique sic in atriis maiorum imagines digestas habebant, notæ nobilioris censebantur. Seneca lib. de Beneficiis, cap. 28. idem epist. 44. & lib. 1. Controuers. 6. M. Tullius pro lege Agraria, initio. Salust. in Iugurt. *Mutatus hominem veteris prosapiæ, ac multarum imaginum.* Senatores autem ius habebant imaginis ponendæ. Vopiscus in Floriano: *Senatores omnes ea lætitia elatos, vt domibus suis omnes albas hostias cæderent, imagines frequenter aperirent.* Dixit Sidon. *proauorum imaginibus*, vt altiùs Eutropij nobilitatem repeteret. Idem s. ep. 3. *Cui pater, socer, auus, proauus, &c.* Seneca vbi s. *atrium plenum fumosis imaginibus.* De Eutropij autem nobilitate ʒ. epist. 6. lib. 3.

Trabeatis imaginibus] Trabeis induti trabeati dicuntur, Macrob. lib. 1. cap. 6. *Trabea autem erat, vestis purpurea, & album aliquid habebat.* Suet. de genere vestium, & ex eo Seruius 7. Æneid. qua præter reges, consules, & equestris ordinis homines, reliqui nobiles induebantur, Cornutus: *Trabea erat togæ species ex purpura & cocco, qua operti nobiles Romanorum initio procedebant.* Idem inculcat. vet. gloss. in hist. D. Stephani, ad quem veterem nobilium morem respexit Apollinaris, nec enim in fastis consularibus, legimus quemquam Eutropium consularitatis insignibus honoratum, præter illud naturæ prodigiũ, scilicet spadonem Eutropium, qui cum Theodoto annum aperuit, cuius memoriam damnarunt Impp. l. 17. C. Theod. de pœnis. Mar. Comes in Chron. quinimo Sidon. Eutropium senatorij seminis hominem, in hac epist. & in ep. 6. l. 3. præfectum appellat, præfectique filium & nepotem: Proauus enim Eutropij fuit præf. prætorianam adeptus, Coss. Gratiano & Theodosio, AA. ad quem multæ extant Impp. constitutiones, & Symmachi epistolæ lib. 3.

Domicilium legum] Romæ elogia persequitur eruditè, quæ omnes ad sui contemplationem trahebat. Erat enim veluti peculiare iuridicinæ domicilium. Claudian. in

Paneg. 3. Stiliconis, *Armorum legumque parens, quæ fundit in omnes*
Imperium, primaque dedit cunabula iuris.

Scitè Cassiodoro, Romani sunt *legales domini* epist. 21. lib. 9. à qua manauit ius quo vtimur, nisi aliter moribus & consuetudine receptum sit, l. 7. Cod. de feriis: Iustin. Nouel. 10. *Vt legum originem anterior Roma sortita est; domicilium fatuerit facundiæ.* Symmachus epist. 68. lib. 8.

Gymnasium literarum.] Ennod. epist. 1. *Liberalis eruditionis gymnasium.* Cassiodoro epist. 22. lib. 5. *ciuitas literarum.* eidem lib. 1. epist. 39. *Eloquentiæ fœcunda mater, virtutumque omnium latissimum templum.* idem epist. 7. lib. 10. Non defuerunt qui literas Latinas Romæ non alibi esse discendas assererent. M. Tull. in Diuinat. *Si literas Græcas Athenis, non Lilybæi, Latinas Romæ non Siciliæ didicisses.* Paula & Eustochium, Marcellæ: *Certè si præclarus orator reprehendendum nescio quem putat, quod literas Græcas non Athenis, sed Lilybæi, Latinas non Romæ, sed in Sicilia didicerit, quòd videlicet vnaquæque prouincia habeat aliquid proprium, quod alia habere non possit.* Idem Cassiod. ep. 12. lib. 8. Gymnasium ergo erat literarum Roma, & quidem florentissimum, ad quod vndecumque studiosi confluebant, l. cùm filius, de reb. cred. l. 36. ad Municip. l. si longiùs, § vlt. de iudic. non quòd Sidonij ætate studia bonarum artium in Galliis non florerent, septemque collibus latiaris eloquentia concluderetur, sed (quod summè notandum) vt Gallicanam abundantiam, Romano sale siccarent, post decursa in Galliis studia, Romam proficiscebantur. D. Hieron. Rustico monacho, *Audio te habere matrem religiosam, multorum annorum viduam, quæ aluit, quæ erudiuit infantem: ac post studia Galliarum, quæ vel florentissima sunt, misit Romam.* Paulò post: *Vt vbertatem Gallici, nitoremque sermonis grauitas Romana condiret.* Ennodius Pomerio: *Et latiaris vndæ venam, alumnus Rhodani perquirebas.* Atque vt ius Romanum Romæ discerent. Rutilius Itinerario 1.

Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis,
Missus Romani discere iura fori.

Constantius in vita S. Germani cap. 1. *Atque vt in eum perfectio literarum plena conflueret, post auditoria Gallicana, intra vrbem Romam iuris scientiam, plenitudini perfectionis adiecit.* Erat enim domicilium legum, s. hac epist. vide i. epist. 14. lib. 9.

Curiam dignitatum.] Cassiodorus epist. 32. lib. 1. *Illa enim mater omnium dignitatum, viros sibi gaudet præsidere virtutum, virtutum omnium domicilium Roma.* Amm. Marcell. lib. 14. *lar omnium virtutum:* lib. 16 *virtutum omnium mater.* In collatione legis Mosaïcæ tit. de stupratorib. *patria virtutum.* Cassiodoro ep. 1. lib. 2.

Verticem mundi] Mar. Tull. in Catilinam: *Arx prouinciarum omnium, arx terrarum.* Symmac. epist. 34. lib. 10. Gergithio vetustissimo scriptori, *cephalon.* Pompeio Magno, *Roma caput rerum.* Polemoni historico apud Galienum, commentat. 1. in lib. Hippocratis, Athenæo, & ex eo Suidæ τῆς ἡγεμονίας κεφαλήν, *commune imperij caput.* Symmac. ep. 28. lib. 4. Nouella Theodosij de Pantab. ad vrbem Rom. reuocand. & l. 5. C. de Consulib. i. carm. 2. *Quid caput ò mundi.*
Cap. 7. *Quod te Roma caput.*

Patriam libertatis] Cassiod. ep. 15. lib. 6. *Hinc est quod in aula libertatis patrium locum tenes.* Idem epist. 4. & 16. lib. 6 *Iustè videtur & curiam libertatis intrare.* & ep. 25. lib. 9. *in ipsa curia libertatis, vrbs libera.* Symmacho ep. 17. lib. 10. Ennod. ep. 1. *Benè effugatur seruitus inter atria libertatis.* Idem. pro. IIII. Synodo Romana, in fine: *Ecce iam in illo sacrario libertatis, nihil seruile, parens libertatis.* Corippo lib. 1.

In qua vnica totius mundi ciuitate, &c.] Roma vulgò dicebatur *communis patria.* Seneca ad Heluiam cap. 6. deinde: *Ab hac ciuitate discedere, quæ veluti patria communis potest dici.* Plin. lib. 3. cap. 5. *Breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* Et sic accipe in l. 33. ad municipal. & hæc ante constitutionem Antonini Pij. Vide l. vlt. de interdict. & releg. & l. in orbe de statu homin. Symmac. e. 44. & 92. l. 5. Ratio

ea est, *Quòd omnes exerto, & pleno vbere Roma susciperet*. Symma. ep. 7. l. 2. Corip. 1.

Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam gestantem pectore mammam,
Altricem Imperij, libertatisque parentem.

Claudian. in 3. Paneg. Stiliconis.

Hæc est in gremium victos quæ sola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris, non dominæ ritu, ciuesque vocauit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.

Prudentius lib. 2. contra Symmach.

Viuitur omnigenis in partibus, haud secus ac si
Ciues congenitos concludat, mœnibus vnis.
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito.

Rutilius Itiner. 1. circa init. Doctè ergo dixit, *In qua vnica totius mundi ciuitate, soli barbari, & serui, peregrinantur.* Patria enim erat communis Roma, omnium qui ditioni eius subditi erant. Cassiod. epist. 2. lib. 11. *quæ licèt generalis mundo sit præstita.* Nec in ea præter seruos & peregrinos, quisquam peregrinabantur, omnes enim erant ciues Romani, non peregrini, ex constitutione Pij, Nouella 79. & Iulianus Nouella 72. §. 5. vel Marci Aur. Victor. de qua Spartianus in Seuero: *Maiores equites Romani, ante ciuitatem omnibus datam, &c.*

Bubsequus] Bubsequæ sunt bubulci, Apuleiana vox lib. 1. Florid. *quam Virgilianus opilio, seu bubsequa.* Idem initio lib. 8. Milesf. *Equisiones, opiliones que, bubsequa.* idem de Deo Socrat. *velut pastor, vel equisio, vel bubsequa.* insuper Apologia, *Vir vltra Virgilianos opiliones, & bubsequas Rusticanus.*

Stiua tremente] Stiua, est manicula, quæ manu bubulci tenetur, & est quasi temo inter boues. Varro, Pompo. Sabinus, *manicula aratri, qua tenetur aratrum.* Seru. Geor. 1. *manica aratri qua regitur.* Sidon. e. 8. lib. 8. *Cùm regas stiuam, despicimus optare palmatā.*

Quippe se campum] Sidonij æuo nobiles agriculturam excolebant. ꝉ. Car. 7. & e. 8. l. 8. & hoc loco. Ex quo perspicuum est, Eutropium Senatoriæ dignitati renūtiasse, vt ad ruris amœnitatem secederet, ratio suppetit (quod ab re non est) haud inelegans: videlicet, quia Senatores Romæ larem fouere necesse habebant, & in senatū assiduè descendere. M. Tull. l. 3. de Legib. ex l. 12. *Senatori qui non aderit, aut culpa, aut causa esto.* Alioqui captis pignoribus mulctabatur. Idem Philip. 1. senatorē infrequētem ab Augusto mulcta perculsum, in Xiph. legimus, in Augusto, vnumque capite ferijt Nero, qui cùm hoc elogio capite plexus est, quod infrequens esset. Xiph. in Nero. Itaque, vt ait Val. Maxim. l. 1. c. 2. *Cùm senatus assiduam stationem eò loci peragerent, qui senaculum appellabatur.* Vnde Ascon. Verr 3. *Graue onus erat, & incommodum iudicare.* & Symmach ep. 60 lib. 5. *onera senatoria dignitatis.* Præterea quod ante sexagesimum in otium non secederent. Varro sexage. idem de vit. P. R. l. 2. Capito. apud Festum Seneca de breuit. vitæ, cap. 4 & c. 20. & l. 1. Contr. vlt. Plin. l. 4. ep. 23. Macro. lib. 1. c. 5. Quintil. Declam. 306. *non perpetuò senatorem citat Consul, &c.*

Proscindas] Rectè, verbum est rusticanum. Varro de re rust. l. 1. c. 29, *Terram cùm primùm arant, proscindere appellant.* Paulus l. 30. de verb. signific. *noualis est terra proscissa.* Auctores limitum tit, de Agris: *noualis ager est primùm proscissus.* idem Seruius. Cæsarius Arelatensis Homel 24. *Terra proscinditur, combinatur, tertiatur.*

Non minus est, &c.] *Quidam*, inquit Cassiod. ep. 31. lib. 8. *cùm agros diligunt, se amare non norunt.* ꝉ. epist. 8. lib. 8.

Iuuentutis exercitum] eruditè, olim militari sacramento iuuenes adstringebātur, anno ætatis 17. M. Tull. Philip. 5. Æmil. Probus in Catone, ex more maiorū scilicet, & instituto Seruij Tullij. Gellius l. 10. c. 28. ex Tuberonis Hist. l. 1. quod Seruii institutum Grachana lege confirmatum fuit. Liuius l. 25. Plutar. in Gracho. Plin. e. 10.

l.1. Artemid. l.1 c.56. Iuuenes ergo anno 17. milites scribebantur. Tertullian lib. de Anima, c. an commorentur hic animæ post mortem, *ut & studeat ab infantia, pueritia delegata, & militet ab adolescentia, iuuenta excitata, & censeat à iuuenta senectæ ponderata.* l.1. Codice Theod. de tyronib. decimumnonum annum in eligendo tyrone requirit. Vegetius l.1. c.4. de re militari. Cassiod. l.6. epi. 24. & l.9. epi. 23. J. epi. 9. l.1. *quod iuuenem militantemque.*

Hoc est otium veteranorum] Veteranos, honesta, vel iusta missione, militari sacramento solutos, otio reddunt leges, adeò vt legibus pugnare prohiberentur, Cice. pro Roscio Ameri. præter Senecam, de vitæ breuit. c. 4. & 20. Quintil. decl. 306. *cum hos habueris annos, iam non militabis,* idem 258. *eo tempore fortiter feci, quo cogi non possem, vt militarem,* iusta autem missio dabatur, post septimam hebdomadem, præter cæteros Censori. de die natali c. 14. Macrob. in som. Scip. l.1. c. 6.

Ligone] ligo, rusticum instrumentum est, de quo Varro l. 4. de ling. Lat & Isid. Glossæ vett. *ligo, sarculum.* Sido. ep. 8. l. 8. idem in Car. 7.

Flexi dum fortè ligonis.

Exercet dentes.

Enses ligone mutantur.] Veterani Emeriti arua versabant. Lucan. l.1.

Quæ sedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,
Quæ noster veteranus aret?

Higin. de coloniis, *erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur,* l. 15. de rei vind. & l. in agris, de acquir. rer. domi. l 3. 7. & 8. de Vetera. C. TH. Anonymus de reb bellicis, *veteranos regiis donis opulentos, ad colendos agros adhuc praualentes, &c.* J. Car. 5

Emeritus iuuenis, sterilis ieiunia terræ.
Vomere fœcundans.

Esto multiplicatis] multiplicata musta, innumeros dicit frugum cumulos, num respexerit ad morem veterum ambigo: quo receptum erat, boni ominis, arcendique fascini gratia, cum legebantur vuæ, vináque diffundebantur, religiosum illud, atque solemne verbum effari, *multa* Varro l 4. de ling. Lat. Balsamo sextæ synodi in Trullo. c. 62. Cum verò, fruges coaceruabantur, & condebantur in horreum, *Grandia farra,* sicut habetur in antiquo carmine, quia numeratis nocere fascinum, facilis atque superstitiosa credebat antiquitas. Cúmque olim rustici interse confabularentur, *quantum quisque frugum faceret, vtque multitudo significaretur, quantum vel oppido satis esset, dicebant.* Festus in Oppido.

Frugibus rupta congestu] Vergil. 1. Georgicon.

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

Mamertinus in Genethliaco Maximiani. *nullus ager fallit agricolam, nisi quod spem vbertate superat hominum,* pauló post, *rumpunt horrea conditæ messes.* Pruden. l. 2. contra Symmach.

Nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpat,
Sardorum congesta vehens granaria classis

Horrea rupta] quod ad horrea pensilia referendum est, erant enim antiquitus horrea defossa, vide Varron. de re rustica, l. 1. c. 57. Columellam l. 1. c. 6. Plin. ca. 38. l. 18. *Horrea subterranea.* Cassiodoro. epist. 12, l. 12. de quibus lex. 18. de actioni. empt. & l. 76. de contrah. empt. Alia pensilia, & in editiore parte domus collocata, quæ Varroni *sublimia* Vitruuio. l. 6. c 9. *sublimata,* Collumellæ *pensilia,* vide Palladium, l. 1. c. 19. Pomp. Sabinus 1. Georgicon. *horreum, locus in quo triticum ponitur, ab horrore, is enim locus in eminentiore parte domus, sine villæ esse debet,* & de his granariis Sidonij locus intelligendus est, quæ frugum aceruis onerata, deprimi, frangique videbantur, vt plurimum enim ex tabulis fabricabantur, & inde *tabulata* dicta Columellæ, & l. 93. § penult. de legat. 1. vide J. Car. 22.

Mulctram] mulctra vas in quo expressis pecudum vberibus, longa linea lactis

effluit, à mulgendo. Serui. & reliqui.

Caularum] caulæ sunt septa, quibus oues concluduntur, Serui. Festus Charisi. 7. epi. 6. l. 7.

Latuisse] Latent, qui se non vtuntur, & inhonori degunt. Cassiod. epi. 24. l. 9. init. *& olim latere, mortis erat instar turpissimæ.* M. Tull. pro Rabirio. Sene. epi. 60. *viuit is, qui se vtitur, qui verò latitant, & torpent, sic in domo sunt, quasi in conditiuo,* vide 7. epi. 8. l. 8.

Conatuum tuorum socius, adiutor, præuius, particeps.] Pliniana imitatio, l. 6. epist. 9. *Ego precum tuarum, minister, adiutor, particeps ero.*

Noxæ non esse confinem] Cice. pro Roscio Amer. *hunc affinem culpæ iudicatote*, Val. Max. l. 8. c. 4. *pernegante se culpæ affinem esse.* Phædrus l. 1.

Negabat illa, se esse culpæ proximam.

Boët. de Consol. l. 1. prosa. 4. *atque hoc ipso, affines fuisse videmur maleficio, &c.*

SIDONIVS VINCENTIO SVO SALVTEM. EPISTOLA VII.

ANGIT me casus Aruandi, nec dissimulo, quin angat. Namque hic quoque cumulus accedit laudibus Imperatoris, quod amare palàm licet & capite damnatos. Amicus homini fui supra quàm morum eius facilitas varietásque patiebantur. Testatur hoc propter ipsum nuper mihi inuidia conflata, cuius me paulò incautiorem flamma detorruit. Sed quod in amicitia steti, mihi debui. Porrò autem in natura ille non habuit diligentiam perseuerandi, liberè queror, non insultatoriè, quia fidelium consilia despiciens, fortunæ ludibrium per omnia fuit. denique non eum aliquando cecidisse, sed tam diu stetisse plus miror. O quotiens sæpè ipse se aduersa perpessum gloriabatur, cũ tamen nos ab effectu profundiore ruituram eius quandoque temeritatem miseraremur! definientes non esse felicem qui hoc frequenter potius esse, quàm semper iudicaretur. Sed gubernationis suæ ordinẽ exposcis. Salua fidei reuerẽtia, quæ amicò etiam debetur afflicto, rem breuiter exponam. Præfecturam primam gubernauit cum magna popularitate, cõsequentémque cum maxima populatione. Pariter onere depressus æris alieni metu creditorum, successuros sibi optimates æmulabatur: Omnium colloquia ridere, consilia rimari, officia contemnere, pati de cõcurrentum raritate suspicionem, de assiduitate fastidium, donec odij publici mole vallatus, & priùs cinctus custodia, quàm potestate discinctus, captus destinatúsque peruenit Romam. Illicò tumens quòd prospero cursu procellosum Thusciæ littus enauigasset, tanquam sibi bene conscio ipsa quodammodo elementa famularentur. In Capitolio custodiebatur ab hospite Flauio Asello, comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur. Interea legati prouinciæ Galliæ, Tonantius, Ferreolus præfectorius Affranij Syagrij consulis è filia nepos, Thaumastus quoque, & Petronius, maxima rerum verbo-

túmque scientia præditi, & inter principalia patriæ nostræ decora ponendi, præuium Aruandum publico nomine accusaturi cum gestis decretalibus insequuntur. Qui inter cætera quæ sibi prouinciales agenda mandauerant, interceptas literas deferebant, quas Aruandi scriba correptus dominum dictasse profitebatur, hæc ad regem Gothorum charta videbatur emitti, pacem cum Græco Imperatore dissuadens, Britannos supra Ligerim sitos impugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Gallias diuidi debere confirmans, & in hunc fermè modum plurima insana, quæ iram regi feroci, placido verecundiam inferrent. Hanc epistolam læsæ maiestatis crimine ardenter iurisconsulti interpretabantur. Me, & Auxanium præstantissimũ virum tractatus iste non latuit, qui Aruandi amicitias, quoquo genere incursas, inter ipsius aduersa vitare, perfidum, ignauum, barbarum, cõputabamus. Deferimus igitur nihil tale metuẽti totam perimachiam, quam summo artificio acres & flammei viri occulere in tempus iudicij meditabantur: scilicet vt aduersarium incautum, & consiliis sodalium repudiatis sibi soli temerè fidentem, professione responsi præcipitis inuoluerent. Dicimus ergo quid nobis, quid amicis secretioribus tutum putaretur. Suademus nil leue fatendum, si quid ab inimicis etiã pro leuissimo flagitaretur: ipsam illam dissimulationem tribulosissimã fore, quò facilius securitatem persuasionis inferrent. Quibus agnitis, proripit sese: atque in conuicia subita prorumpens, Abite degeneres, inquit, & præfectoriis patribus indigni, cùm hac superforanea trepidatione, mihi (quia nihil intelligitis) hanc negocij partem sinite curandam: satis Aruando conscientia sua sufficit, vix illud dignabor admittere, vt aduocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur. Discedimus tristes, & non magis iniuria, quàm mœrore confusi. Quis enim medicorum iure moueatur, quotiens desperatum furor arripiat? Inter hæc reus noster aream Capitolinam percurrere albatus, modò subdolis salutationibus pasci, modò crepantes adulationum bullas, vt recognoscens libenter audire, modò serica, & gemmas & pretiosa quæque trapezitarum inuolucra rimari, & quasi mercaturus inspicere, pensare, depretiari, deuoluere, & inter agendum multùm de legibus, de temporibus, de senatu, de principe queri: quod se prius quàm discuterent, vlciscerentur. Pauci medij dies, & in tractatorium frequens senatus (sic post comperi, nam inter ista discesseram) procedit noster ad curiam paulò antè detonsus pumicatusque, cum accusatores semipullati atque concreti, nuntios à decemuiris operirentur, & ab industria squalidi præripuissent reo debitam miserationem sub inuidia sordidatorum. Citati intromittuntur; partes, vt moris est, è regione consistunt. Offertur præfectoriis antè propositionis exordium, ius seden-

di. Aruandus iam tunc infelici impudẽtia concito gressu mediis propè iudicum finibus ingeritur. Ferreolus circunsistentibus latera collegis verecundè ac leniter in imo subselliorum capite consedit, ita vt nõ minus legatum se quàm senatorem reminisceretur, plus ob hoc postea laudatus, honoratúsque, dum hæc, & qui procerum defuerant, affuerunt, consurgunt partes, legatíque proponunt. Epistola pòst prouinciale mandatum, cuius suprà mentio facta est, profertur: atque cùm sensim recitaretur, Aruandus necdum interrogatus, se dictasse proclamat. Respondère legati, quanquam valdè nequiter constaret, quod ipse dictasset. At vbi se furens ille, quantúmque caderet ignarus, bis, terque repetita confessione transfodit, acclamatur ab accusatoribus, conclamatur à iudicibus reum se lesæ maiestatis confitentem teneri. Ad hoc & millibus formularum iuris id sanciẽtum iugulabatur. Tum demum laboriosus tarda pœnitudine loquacitatis impalluisse perhibetur, serò cognoscens posse reum maiestatis pronuntiari etiam eum, qui non affectasset habitum purpuratorum. Confestim priuilegiis geminæ præfecturæ, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat, exauctoratus, & plebeiæ familiæ non vt additus, sed vt redditus, publico carceri adiudicatus est. Illud sanè ærumnosissimum (sicut narrauère qui viderant) quod quia se sub atratis accusatoribus exornatum ille politunque iudicibus intulerat, paulò pòst cum duceretur addictus, miser, nec miserabilis erat. Quis enim super statu eius nimis inflecteretur, quem videret, accuratum delibutumque latumiis, aut ergastulo inferri? Sed & iudicio vix per hebdomaden duplicem comperendinato, capite multatus, in insulam coniectus est serpentis Epidauri: vbi vsque ad inimicorum dolorem deuenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exputus, nũc ex vetere Senatusconsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit, vncum & gemonias, & laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens. Nos quidem prout valemus, absentes præsentésque vota facimus, preces, supplicationésque geminamus, vt suspenso ictu iam iámque mucronis exerti, pietas Augusta seminecem (quanquam publicatis bonis) vel exilio muneretur. Illo tamen seu expectat extrema quæque, seu sustinet, infelicius nihil est, si post tot notas inustas contumeliásque, aliquid nunc amplius quàm viuere timet. Vale.

Angit me casus Aruandi] pathicum dicendi genus, præsertim in ipsis epistolarũ initiis, & probatis auctoribus familiare, qui non sine stomacho, velut os ad rictum eiulantis componere videntur. Sido. epi. 11. l. 4. *Angit me nimis damnum seculi mei.* Plinius e. 19. l. 7. *Angit me Fanniæ valetudo*, idem epi. 5. l. 5. *Angit me super ista, casus ipsius*, & D. Ambr. epi. 29. *illud autem quod me angit, & iure me angit, exclude atque eiice.* Remigius Remensis epi. consolatoria, ad Clodoueum regem. *Angit me, & satis me angit vestra causa tristitia, quod bonæ memoriæ germana vestra transiit Alboftedis.*

Cumulus

Cumulus accedit laudibus Imperatoris, quòd amare, &c.] scio in quem sensum vir nõ ineruditus, hunc locum contorserit, l. 1. variarum. c. 3. & ex eo Coluius, sed quod cum bona eorum venia dictum sit, à mente Sidonij longè recedit. Sido. enim ne odium sibi conflaret, quòd Aruandi inter reos maiestatis delati, solidam amicitiam exoleret, non ineptè præfatus est, etiam Imperatorem laudibus efferẽdum, si vel amaret capite damnatum, & hæc est genuina interpretatio: est autem Pliniana imitatio l. 3. e. 7. *accedit ergo hoc quoque laudibus principis nostri*, Symmach. e. 40. l. 5. *nam mihi quoque plurimum honoris accedit*, Boet. l. 1. prof. 4. *at verò hic etiam nostris malis cumulus accedit.*

Imperatorem licet amare capite damnatum] hoc est *proprium potentiæ regalis, benignitatẽ suam negare nulli, nec reputare quis mereatur, aut minimè.* Arnob. l. 1. *& ideò maximum scelus putandum est, odisse hominem, vel nocentem.* Lact. l. 6. c. 10 diuin. inst. præcipuè in Imp. nec enim princeps, odit quemquam qui sunt in eius regno, aut si quis inuentus fuerit, Is protinus inter mortuos connumerabitur, Theophilus Institutio. nib. de iure nat. Gent. & Ciuili. §. prætotum. & princeps Dei clementiam imitatur, qui sic homines odit, vt amet, quique diuinæ maiestatis reos amplectitur, l. 21. C. de Nuptiis. l. finali. Cod. de donat. inter vir. & vxor. Claud. in quarta Conf. Hon.

nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Vulcatius in Auidio Cassio. *non enim quicquam est, quod Imp. Romanum melius commendet gentibus, quàm clementia, hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecrauit, hæc patrem tuum imprimis Pij nomine ornauit. est clementia Imperatorum dos prima*, Vopiscus in Aureliano. quæ nec hominem odisse, nec accusatorem esse permittit Imperatorem, Symmach. Papa in Apolog. ad Anastasium. A. & Ennodius in vita Epiphanij Ticinensis.

Testatur hoc propter ipsum, nuper mihi inuidia conflata] ex eo vides, cur ita præfatus sit Apollinaris, vt dixi, qui sibi inuidiam conflarat, quòd in amicitia Aruandi pertinax esset, cum quòd omnes in reos maiestatis armari atque animari iura voluerunt, tum quod pro eis intercedere lege punitur, l. 3. C. Th. ad l. Cornel. de sicariis & l. 5. §. denique C. ad l. Iul. Maiestatis.

Sed quòd in amicitia fleti, mihi debui] in amicitiæ fide constantissimus Apollinaris. J. epi. 9. l 9. & ab eis longè dissimilis, *qui cum primum crepuerit cathena, discedunt* Seneca epi. 9. *quique miserorum, non secus ac defunctorum obliuiscuntur.* Plinius epist. 9. l. 9. sed miseros amicos ita amabat, vt tueretur, ita tuebatur, vt amaret, cum enim ageretur amici caput, aut vita, sibi de via declinandum esse putauit, quod an liceat ex philosophorum opinione recenset. A. Gellius, l. 1. c. 3. hoc in Sidonio tam laudandum est, *quàm rarum, atque difficile seruare fidem, quum fatorum aduersa fuerit facta conuersio, perinde enim vt (sunt humana) inter amicos fides est, vt fortunæ & fatorum cursus se se habuerint.* Donatus l 3. Æneid. vide Velleium, l. 2.

Præfecturam] Paul. Diacon. in Leone, *Seruandus Gallorum præfectus, &c.* idem Otho. Frising. & Abbas Versperg. ex Diaco.

Successuros sibi optimates] duabus de causis, successuros sibi, id est in suum honorem, optimates æmulabatur Aruandus, primò, quòd coràm dignitatis suæ successore, repetundarum reus postulari poterat, quod Gallias diripuisset, qua actione experiri cum eo non licebat, nisi deposita præfectura. J. hac epi. secundò, quòd creditoribus eum conuenire licebat postquam magistratu abierat.

Et prius cinctus custodia, quam potestate discinctus] Symmachus l. 10. epist. vlt. *continuò vt seueritas exigebat, reos custodia militaris, dissimulata dignitate circundedit.* loquẽdi pari forma. Ascon. *sed etiam factionibus armatorum succincti.*

Captus, destinatusque peruenit Romam] destinatus, id est missus, Aurel. Victor. in

Geta, & in Aureliano. ℥.l. 6. epi. 9. & aliàs passim, & apud coæuos authores: rei autem illustres Romam mittebantur. ℥. epi. 7.l. 7. Pius, & Lugd. malè destinatum, interpretantur compeditum, præter Apul. l. 1. 4. & 6. Vitruu. l. 5. c. vlt. *arcæ stipitibus robustis & cathenis inclusæ, in aquam dimittendæ, destinandæque firmiter*, id est alligandæ, à destinis verbum deductum, *destinæ* sunt vincula. Vitr. ibidem. & Glossæ vett. *destinæ πιρισσαὶ*. inde destini id est pertinaces, Glossæ vett. *destinus, pertinax*. id est sententiæ suæ alligatus & addictus.

Elementa famularentur] plerunque elementa suffragantur innocentibus, nocentibus irascuntur, *magnum est præsidium in periculis innocentia, sæuum mare inuoluitur, procellæ spumante impetu latera nauigij vrgent, pulsatur vndique nauis periculis, innocentia tamen tuta est, O maria iustiora iudiciis, O mitiores procellæ patre, quam eiecistis animam, nec hoc tantum diuinitus gestum est, quod peruenit in portum, excipitur classe prædonum.* Seneca, l. 7. Controuer. 1. Egesippus, l. 1. c. 44. *præsto sum pater, nec perfunctoriè de vilioribus testibus requirendum, pro salute tua veritate æstimo: non præiudicent qui possunt timere tormenta, nec qui possunt contemnere, omnis homo mendax dicit scriptura: ego refero incorruptibilia Elementorum testimonia, venio ad te per maria & per terras, nusquam aliquid passus, parricida non debui euadere, si reus essem, absoluat me pater apud te cælum, quod non fulminauit, mare quod non demersit, terra qua non absorbuit, per hæc ad te tutus venio, quæ non solent euadere, etiam qui non sunt patrum genitalium parricidæ.*

Custodiebatur ab hospite Flauio Assello] inlustres personæ, honestorum hominum custodiæ committebantur, præter Sallust. in Catil Coniurat. & alios, quos alij notarunt, D. Hieron. aduersus Vigilanti. *Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestáque custodia in fortunatorum insulis, & in campis Elysiis recludantur.* Fortunatianus, l. primo Rhetor. *magistratus qui proditionis damnatus fuerit, magistratui detur custodiendus.* Iul. Firm. l. 5. cap. 3. *ac frequenter erit, in libera custodia constitutus.* in hunc morem singularis est Artemidorus Dard. l. 1. c. 50. de Somni. Symmachus epist. 36. l. 10. *statui vt felix vadibus qui Fulgentio non essent cogniti, traderetur*, l. secunda Cod. de exact. Trib. Gregor. Turon. l. 5. cap. 3. *Meroneum datis custodibus liberè custodiri præcepit.* l. 1. de miracul. cap. 45. de filio Sidonij Apollinare, *sub libera enim custodia absolutus attendebatur, &c.*

Comite sacrarum largitionum] ab eo, qui sacros thesauros gubernabat, l. 25. C. vbi Senat. vel Cla. Rutilius, itine. 1.

Namneque opum curam, quamuis sit magna sacrarum

erat autem vir Clariss. & Illustriss. & ita vocatur á Symmach. epi. 33. l. 10. vbi mendosè legitur, *vir consularis* pro V. C. error. ex notarum ignoratione confla. tus, *vir Clarissim.* appellatur in l. 7. Cod. Theod. de extraord. siue sordib. muneribus.

Tonantius] Tonantius Sidonij coætaneus genere nobilis, & filius illius senis Tonantij quem. Car. vlt. vocat.

Rectorem, columenque Galliarum,

cuius honorifica mentio fit. ℥. epi. 9. l. 2. e. 13. & 15. l. 9. & Carmin. vlt. legati verò. prouinciæ Galliæ, id est, Galliæ Narbonensis.

Ferreolus præfectorius,] ℥. epi. 9. l. 2. *quia Ferreolo præfectorio viro*, idem epist. 12. l. 7.

Siagrij consulis è filia nepos] Siagrij consulis meminit. ℥. e. 5. & 17. l. 5. præter fastos Consulares. ℥. Car. vlt.

Prisci Ferreolum parem Siagrl.

& apud Symmachum. epi. 95. & 97. l. prima epist. 21. l. 3. & 103. l. 9. Marcellius Comes & Cassiod. in Chronicis.

Thaumastus quoque, & Petronius] sic mss. ℷ. e. 6. & 7. l. 5. Sidonij consanguineus. ℷ. Car. vlt.

Petronius] multi nominis Iurisconsultus. ℷ. e. 5. l. 2. e. 1. l. 5. & e. 1. & 16. l. 8. vbi vir illustris appellatur, ex eorum familia, quorum vnus fuit Bononiensis Episcop. alter pater Episcopi Præf. præt. Gall. Eucherius, ad Valetianum. Gennad. c. 41. & Honorius eap. eod.

Cum gestis decretalibus] hic gesta sunt, notoria & elogia, quibus Aruandus inter reos maiestatis relatus est, quæ quia ex decreto prouincialium per legatos afferuntur, decretalia gesta dicuntur. Sidon. ℷ. eadem epist. *prouinciale mandatum vide*, l. prima de decretis ab ord. fac. l. prima, tertia, 10. 11. & 16. Cod. Theod. de legatis.

Gestis] Seuerus Sulp. l. 2. hist. sacræ, *gestis ad palatiū delatis, censuit Imperator Priscillianum sociosque eius, capitis damnari oportere. Series gestorum, & gestorum volumen.* Am. Marcell. l 29. Palæmonis Glossæ *elogium, textus malorum gestorū &c.* Beat. August. in breuiculo collationum contra Donatist. Optatus in gestis Cæciliani, & Collatio Carthagin. tertia.

Ad Regem Gothorum] id est Euarigem, *qui anno Imperij Leonis viij. pari scelere quo frater succedit in regnum.* Isido. in Chroni.

Pacem cum Græco Imp.] id est Leone Aug. qui Anthemium occidentis Imperio præfecit. ℷ. Car. 2.

Britannos super Ligerim sitos] tractus Britanniæ, in quinque prouincias diuisus latissimè porrigebatur. S. Ruffus, & erant Vicarij, Comites, & Duces Britanniarum, qui tractum Britannicum sub sua dispositione, haberent: Notitia Imperij Occiden. Constantius in vita. S. Germani. Gylda Sapiens de excidio Britan cuius nonnullæ ciuitates, hæque nobiliores propter actam Ligeris sitæ sunt, quas Iul. Cæsar longis nauibus super Ligerim extructis expugnauit Cæsar, Orosius, & obtinuit Sex. Ruffus in Epit. *Liger autem in mare Britannicum influit.* Vibius.

Cum Burgundionibus] Burgundiones à Burgis, quos circa limitem Rheni statuerant. ℷ. Car. 5. quibus relictis trans Rhodanum migrarunt, Orosius l. 7. c. 32. Agathias, & Gregorius Turo. l. 2. c. 9. ex Fastis Consularibus, & ex eo Hincmarus de S. Remigio, ibique sedes locarunt.

Læsæ maiestatis crimine. I C.ti ardenter interpretabantur] ex lege. XII. scilicet, l. 1. & l. 3. ad legem Iul. Maiestatis, & ex lege Iulia, Paulus 5. sentent. tit. 29. l. 1. & 9. Cod. Theod. de re mil. ex lege etiam Varia. M. Tull. in Bruto. & 2. Tusc. Ascon. Valer. lib. 8 c. scitè Ennodius, in legatum proditorem, *quale est hostibus enuntiasse interna patria, pro quibus segnius certasse sacrilegium fuit? quibus sunt expianda tortoribus, quando illud perdideris, quod nefas est non fuisse,* vide Cassiodorum in Chronico, sub Honorio. A. Mariano & Asclepiodoto. Coss. Balsamon. in Photij Nomoca. tit. 9. c. 37. Concil. Tolet. 8. cau. 2. Legis Aleman. tit. 25. & legis Boioa tit. 10. c. 1. Legis Rip. titul. 71.

Me & Auxanium] de hoc Auxanio, nihil quod sciam legi, Auxanij Episcopi, qui subscripsit Fausti Regiensis Synodali epistolæ, mentio est apud Faustum, quē nescio, an idem fuerit, & infrà. c. vlt. l. 7. Auxiani Abbatis Cœnobij Claromontensis, quod condidit & instituit, S. Abraham.

Perimachiam] id est vltrò citròque velitationem, & pugnam in forensi puluere.

Flammei viri] id est ardentes atque concitati. ℷ. epi. 17. l. 5. *vt est natura vir flammeus.*

Tribulosissimam] id est senticosam, & asperrimam. ℷ. epi. 3. l. 4. *& quamquam propter hamata syllogismorum puncta tribulosum, & viarum voragines frigorum siccatæ tribulosæ,* c. 2. l. 3. à tributis militaribus Veget.

Et præfectoriis patribus indigni] s̄. epi. 3. j̄. & vlt. l. 1. & e. 16. l 5. ex quibus patet Sidonij patrem præfectorium esse, & ex Mamerto. l. 1. de statu Animæ. epist. ad Sido. in præfa.

Satis Aruando conscientia sufficit] D. Hiero. de vitando. susp. contub. *quod si dixeris & mihi sufficit conscientia mea, &c.*

Superforanea] Idem epi. 11. l. 4. *plura replicare superforaneum statuo.* Symmachus epi. 48. l. 3. & Ennodius ab Olybrium, *in literis vestris superforaneam cautionem mei extimator expaui*, forense vocabulum, & à foro deductum, aduocati olim ad aquam dicebāt, Plinius c. 23. l. 1. e. 11. l. 2. c. 2. l. 6. & in causis capitalibus, sex horas accusator, nouem reus accipiebat. Plin. e. 9. l. 4. Asco. 3. in verrem. Apul. 3. & Apolog. Iulianus Aug. in serm. de Impp. quidquid suprà clepsidram dicebatur, superforaneum erat, & vt adagio cesserat, præter aquam, vltra rem, & super forum, vnde *superforaneum, & superuacuum.*

Vt aduocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur] Aruandus, *præfecturam primam gubernarat cum magna popularitate, sequentemque cum maxima populatione*, s̄. itaque cum reus maiestatis ageretur, repetundarum etiam actione, Narbonenses. experti sunt, postquam in reatu fuit Aruandus, læsæ maiestatis scilicet, nec antea licebat, quàm præfectoria potestate discingeretur, vel maiestatis anquireretur, ex capite legis Seruiliæ repetundarum, quod in tabulam æream incisum, & Romæ nō ita dudum repertum est, DE PECVNIIS REPETVNDIS DVM MAGISTRATVS, IVDICIVM HABEBVNT IVDICIVM NE SIET. Varro apud Nonium in *Rapones*, & Asconius. 3. in Verrem. de qua repetundarum actione toto titulo ad L. Iul. repetundarum, & alias passim in iure.

Percurrere albatus] quod nouum erat, & insolens in reo, quem sordidatum esse oporteret, l. vestem de iniuriis, Seneca, l. 6. Controuersia 30. præter M. Tull. pro Sextio Iustin. l. 36. sub finem. Valer. Max. l. 6 c. 4. de Rutilio. *reus factus, nec obsoletam vestem induit, nec insignia Senatoris deposuit*, idem Velleius, insuper præter Sueton. in Nerone. c. 47. Plin. e. 9. l. 4. in fine Ammi. Marcell. l. 29. de Theodoro. Gellius. l. 3. c 4. *eumque cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque candida veste vti, neque fuisse cultu solito reorum.*

Trapezitarum] Trapezitæ, non hîc pro collybistis, & argentariis accipiēdi sunt, de quibus eleganter præter cæteros, Balsamo. in can. 76. Sextæ Synodi in Trullo sed eo modo, quo accipiuntur in l. 12. C. de cohortalibus gemmarum, argenti, & serici venditores, de quibus lex vlt. C. de pignoribus, nota obiter, in area Capitolij tabernas fuisse, in quibus, Trapezitæ, & metaxarij merces suas producebant, vt venderent; Vitruu. l. 5 c. 1. Liui. Blibiopolæ. etiam libros suos exponebant. Asco. vt hodie in Parisiensi palatio.

Crepantes adulationum bullas] Ennodius, in Natali. S. Epiphanij, *quod insignitus humilitatis titulus, per crepantes ex more vulgi cuneos, votum plausus expectat, quos tumescentibus fautorum bullis, aura popularis exsuscitat.*

Depreciari] deprecio munere, & paruipendere, Fortunatus ad Syagrium Augustod. ep. *depreciatur tibi merces captiui.* j̄ c. 10. l. 2. sub finem & Car. 22.

Multum de legibus, &c.] notandum, quòd qui in tempora, & sæculi mores inuehebatur, crimen maiestatis incurrebat, interp. Basilic. l. 60. quod l. vnica. C. si quis. Imp. maledixerit fuit abrogattum, quæ in hanc rem singularis est, qui enim in sæculum, & in eiusdem sæculi homines inuehitur, Claudius Taurinensis en epist. ad Galat. c. 1. *dicimus autem non tam sæculum ipsum quod die & nocte annis currit, & mensibus, appellari malum, quàm ea quæ in sæcula sunt.* Eucherius in Genesim. l. tertio cap. 33.

De senatu] qui de senatu oblòquitur, reus est maiestatis, Arn. l. 4. sub fin. & Salnia. l. 6. *Nam & ipsi quedam pars principis sunt*, l. 5. C. ad leg. Iul. Maiest. & princeps.

in ordine senatorio numeratur, l. 1. Cod. Theodos. de exhibendis & transf. reis. & l. 8. Cod. de dignitatibus. Cassiod. epist. 27. lib. 1. nota. & Symmach. epist. 34. lib. 10. Phot. in Nomoc. titu. 9. cap. 36. Atque etiam senator, *qui dignitatem suam non defendebat, imminuti magistratus velut maiestatis reus erat*. Ascon. Verrin. 3.

De principe] Qui de principe secus obmurmurat, grauiùs impingit. Arnobius ibidem, l. 7. §. vltimo, ad legem Iuliam maiestatis, & Paulus 5. sentent. titulo 29. Vide Suetonium in Tiberio, cap. 11. & 58. in Vespasiano, capite nono, j. epistola 17. lib. 5.

Quam discuterent vlciscerentur] Contra l. 1. Cod. Theodos. de exhib. vel transmitt. reis, j. epist. 7. lib. 5.

Et in tractatorium] Tractatorium Gerusia est, & senaculum. Vett. glossæ, *tractatorium, oratorium, quòd illic causas orarent*. Quod verbum non intelligens Baronius, intrat prætorium frequens, intrudit omnino malè. Tractare est verbum Iurisconsultorum. Lampridius in Alexandro Seuero. Plinius lib. 8. epistola 14. Vetus interpres Iuuen. saty. 1. ad hæc.

iurisque peritus Apollo.

Aut quia iuxta Apollinis templum iurisperiti sedebant, & tractabant. Isidorus lib. 6. cap. 16. *Concilij nomen tractum est ex Romano more, tempore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant*, à quo *tractatus*. nouel. Theo. de indulg. reliq. consilium est & tractatores, consiliarii, & adsessores. Cassiodorus lib. 8. epist. 12. *Decet enim tractatores habere doctissimos, quibus potestas summa committitur.*

Frequens senatus] Asconius 3. in Verrem: *Romæ Februario mense frequens senatus, &c.*

Procedit] *Procedere est ita superbè incedere, vt appareat dignitas in incessu.* Donatus in Terent.

Paulò ante detonsus] Contra morem reorum, qui capillum barbamque summittebant, præter Cicero. 4. in Verrem. Liui. lib. 2. decad. 2. & libro 4. decad. 5. Valerium lib. 1. cap 7. & lib. 6. cap. 4. Plinium. lib. 7. epist. 27. Iustinum lib. 36. sub finem. Petron. *Sed quia nocentes horridos longosque habebant capillos.* Tertulliano de anima: *totum caput reatus vouere*, est comam reorum promittere. Fortunatus de sancto Martino lib. 4.

Et longa cathena reorum,

Accrescente coma.

vt scilicet hoc habitu suffragatores conciliarent, inimicos permulcerent, iudices temperarent. Sisenna hist. lib. 3. *Cùm complures menses barba immissa, intonso capillo, lugubri vestitu vicatim flens vnà cum liberis circumiret.* Plutarc. rerum Romanarum, cap. 14. & Orosius lib. 5. cap 17.

Pumicatusque] Sic ex mss. & vett. legendum est, pumicatus, id est, comptutus, pexibarbus, totus de capsula, & vt interpretatur Sidonius, j. *politus & exornatus* Plinius lib. 2. cap. 11. in fine. *Qui titulus à vita hominis compti, & pumicati semper non abhorrebat.* Lucillius libro 7. satyr.

Sardor, subbellor, desquamor, pumicor, ornor,
Expilor, pingor.

j. epist. 3. lib. 8. *pumicatos, malobatratos, &c.*

Cum accusatores semipullati, atque concreti] Sic mss. Gallorum legati cùm accusarent, sordidati deprecabantur. Cicero pro Fonteio: *Si existimatis eos hic sagatos braccatosque versati, animo demisso atque humili vt solèt hi, qui affecti iniuriis, ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt.* Idem in Verrem lib. 2. *Et Heraclius ille Syracusanus, & hic Epidicus Epicrates, expulsi rebus omnibus Romam venerunt, sordidati, maxima barba, & capillo.* Apuleius lib. 3. & passim in Controuersiis.

Atque concreti] id est, squalidi, vt & ʒ. interpretatur atrati. idem epist. 3. lib. 8. *Inter alabastra censorium, concretum, hispidum,* quas sordes supplices affectabant, vt iudicum animos inflecterent, ʒ. Carm. 7.

curuato cernua collo
Ora ferens, pendent crines de vertice tecti.
Puluere non galea.

id est, concreti. Vergilius:

concretipuluere crines.

Sub inuidia sordidatorum] Accusatores iudicum oculis sordidati obuersabantur, impexi, squalidique incedebant verecundè, vt inuidiam reis facerent. Seneca lib. 10. Controuers 1. *Sordidatus es, non queror, sed si sordes tua inuidiam mihi concitant, queror.* Petronius, *Amollitur Ascyltos inuidiam.* paulò post: *inundatus hac Eumolpus inuidia.* & Quintilianus Declam. 283. *Quis est iste filij habitus? qua sordes? quid mihi hanc inuidiam facis.* idem Declamat. 279. *Non vociferatione saltem inuidiam facere apud populum conatus est.* Plinius epist. 11. lib. 2. *Siue quia miserabiliorem, siue quia inuidiosiorem fore arbitrabatur, si præsens fuisset.* Zeno Veronensis Serm. de Iob. *Quo nuncio accepto, Dei seruus scidit vestimenta sua, non vt Deo inuidiam faceret, sed vt expeditus cum hoste pugnaret.* ʒ. epist. vlt. huius libri.

Citati intromittuntur] id est Aruandus, & legati Galliæ, *quia non intrare præsumunt, nisi quos iudex vocauit.* Saluianus libro 3. Rei verò, & accusatores à præcone citabantur, de reo M. Tull. lib. 2. in Verrem: M. Tull. pro Cluentio, penes init. Suet. in Tiberio, cap 11. Symmachus lib 10. epist. 36. Plutarchus in Gracchis, præterea citabantur accusatores. Apuleius lib. 3. *Sic rursum præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit.* Rei nonnunquam & accusatores simul. M. Tull. lib. 1. in Verrem: *Citat reum, non respondet, citat accusatorem.*

Offertur præfectorrii ius sedendi] quia scilicet præfecti & eorum vicarij Romæ sedendi cum senatoribus auctoritatem obtinebant. Cassiod. epist. 15. lib. 6. & illis multum honoris deferebatur, l. 17. Cod. Theod. de legatis. quæ, qui sunt Cassiodoro *primates* explicat, & in primatum numero collocat præfectorios.

Infœlix impudentia] Cum præfectoriis sedendi ius offerretur, Aruandus præfectorius uir iudicum finibus ingeritur impudenter, quia licèt rei ante rem iudicatam dignitatem retinerent, l. libertus, §. in quæstionibus, ad municipalem. ibidem Accursius. Tamen Præfectis Prætorianis, & Vrbicariis inter reos delatis, in iudicum cuneis & maioribus subselliis sedere ius atque potestas denegabatur, ita tamen, vt à cæteris altercantibus editiore loco constituerentur, l. 3. §. eo qui in crimen. Cod. vbi senatores vel clariss. *eo qui in crimen vocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur, sedendi quoque in aliqua secretarij parte, quæ iudicibus inferior, altercantibus verò superior esse videatur habituro licentiam.* Hæc Imp. Zeno.

Ferreolus circumsistentibus latera collegis, &c.] *Antiquitus Romæ, sub dextra Curia Hostiliæ, locus à comitio substructus, vbi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi.* Varro lib. 4. de lingua Latina: At cùm se senatorem reminisceretur Ferreolus, in imo subsellij capite consedit ex supradicta l. & ex Nouella 71. ita vt eum iudicibus non sederet, neque staret tanquam litigator, & aduocatus. Plinius epistola 23. libri 1.

Consurgunt partes, legatique proponunt] Quia cùm causæ facta pandebantur, tunc residendi cum iudice non habebant facultatem, l. 1. Cod. de offic. ciuil. iudicum, & Anianus in l. vnica, C. Theod. eod. tit.

Prouinciale mandatum] ʒ. *gesta decretalia, publicas authoritates* vocat Cicero 2. Verrina, & *publicas literas* Asconius interpretatur. idem, *decretum publicum* 3. Verrin. ʒ. l. 7 in conc. *Pagina decretalis, legatos enim oportebat vtrum ex omnium voluntate, vtrum communi mandato perrexerint docere.* Coll. Carthag. tit. 38. & 56.

Bis terque] Laberius apud Gellium libro 7. cap. 9. Cicero ad Quintum Fratrem, lib. 3, epist. 8. Martialis 6.

Non dedignatur bis terque reuoluere Cæsar.

Vetus interpres Iuuenalis: *Magnoque successu bis ac ter auditus est.* Statius Achilleidos 1. *Vt placata fames epulis bis terque repostis.*

Reum se læsæ maiestatis confitentem teneri] Est in confesso, confessos pro iudicatis haberi multis formularum iuris id sancientum, vt loquitur Sido. M. Cato: *De confessis sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum.* l. si confessus, de custodia reorum. Calpurnius Declamat. 41. *magistratus de confesso sumat supplicium.* Tertullianus in Apologet. *Nisi enim fallor leges malos erui iubent, non abscondi: confessos damnari præscribunt, non absolui, hoc senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt, hoc imperium, cuius ministri estis.* Idem ad Scapulam. *Quid enim amplius tibi mandatur, quàm nocentes confessos damnare.* Aurelius Victor in Tito, *Patresque censuissent de confessis supplicium sumendum.* In fragmentis C. Gregoriani, nihil in iure frequentius. D. Ambrosius Sermo. 50. Boetius de Consolat. lib. 1. Prosa. 4. ꝉ. epist. 14. lib. 4. *Qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur.*

Reum maiestatis pronuntiari] Verbo iuris vsus est idem ꝉ. epist. 12. lib. 3. *Pronuntians more maiorum, &c.* epist. 4. *Vnde liquidò patet incongrue à partibus vestris nimis pronuntiari.*

Qui non affectasset habitum purpuratorum] Regum habitum affectare, crimen est læsæ maiestatis. Ammian. Marcell lib. 16. *Suasitque consarcinatis mendaciis, læsæ maiestatis arcessere maritum insontem, & fingere quod velamen purpureum à Diocletiani sepulchro furatus, quibusdam conscijs occultabat.* Idem lib. 17. de Pompei æmulis, Petrus Archiepiscopus Rauennas Sermo. 104. *Tyrannus est, tyranni habitum qui præsumit.* Vide Paulum 5. Sentent. titu. 25. §. penult. Zosimum lib. 4. vbi de Procopio. Egesyppum lib. 1. cap. 1. de excidio Hieroso. l. penult. Cod. de vestibus Olouetis: l. vnica, Cod. nulli licere in frænis. l. 1. Cod. quæ res venundari non possunt Iulianus Nouella 113. cap. 420. *Illicita verba, & vestimentum sibi vindicare, nulli concedimus, sin autem hoc fiat, maiestatis crimini temeratores obnoxij sunt.*

Confestim priuilegiis geminæ præfecturæ exauctoratus] id est, præfecturæ prætorianæ, & vrbicariæ, quibus post manifestam probationem discinctus fuit, nam rei; nedum peracti, ante probationes iniuriam non patiebantur, Asconius vbi s. *& prius cinctus custodia, quàm potestate discinctus*, l. 3. §. alias, Cod. vbi senatus vel clar. Balsamo 3. canon. Sardicensis Synodi. neque magistratu deponebantur, l. 1. Cod. Theo de exhibendis & transmittendis reis, *Locoque moti habentur ignominiosi*, lege Oninia Tribunitia. Festus.

Exauctoratus] Verbum militare. Exauctorare enim est insignia militaria detrahere, l. 2. §. ignominia, de iis qui not. infam. Et eo modo accipienda est *exauctoritas*, in l. à nullo, Cod. Theod. de cursu publico. Plinius epist. 31. lib. 6. tropicè à Sidonio pro ordine motus, & magistratus infulis exutus & exactus, M. Cato in orat. de Auguribus, *Adicit quoque, virgines vestales sacerdotio exauctorat*: eodem tropo, *exauctorata verba*, id est, antiquata, & à multis annis desita. Macrob. lib. 1. cap. 5.

Et plebeiæ non vt additus, sed vt redditus] Ex eo loco colligere facile est, Aruandum è fæce plebis, ad ordinem amplissimæ prætorianæ & vrbicariæ sedis eleuàtum fuisse, qui verò propter facinus ignominiosè magistratibus abdicabantur, ordine moueri, & in ordinem scilicet plebeium redigi dicebantur, quemadmodum posteà clerici depositi, laicorum loco censebantur. Balsamo. canon. 9. synodi. Neocæsa. locoque moti; *reiecti in ordinem plebeiorum dicuntur* in l. vlt. Cod. Theodos. de his qui ad Ecclesias confugiunt: & l. 12. Cod. de dignitatibus: & l. 2. ad legem Iuliam; repetend. Cod. Theod.

Atratis accusatoribus] id est, legatis Galliæ Narbonensis, atratos vocat, quos ş. *semipullatos atque concretos*.

Exornatum politumque] ş. paulò ante, *detonsum pumicatumque* vocat, j. *accuratum delibutumque*.

Duceretur] In publicum carcerem scilicet. Liuius libro 3. *Appius in vincula duci iubet*. Glossæ vett. ducitur Ἄγεται Ἕλκεται.

Addictus] id est, condemnatus, de viris inlustr. cap 21. *Et filiam iam addictam videret*. Idem cap. 24. *Et addictos propria pecunia liberaret*. Ammianus Marcellinus lib. 29. *Et ne vel coniugibus maritorum vacaret miseras flere, immittebantur confestim, qui signatu domibus inter seruitia supellectilis patris addicti*, id est, condemnati. Mar. Victor lib. 2. in Genesim.

quantus cum iudice missa modesto,
Addictos, rursum vitæ sententia reddit.

Petrus Chrysologus Serm. 8. sub finem: *Misericordia non solùm causam præuenit, anticipat cognitorem, sed etiam sententiam reuocat, absoluit addictos*, j. epist. 1. lib. 2. *addicit vel iudex*. & epist. 7. eius libri *dependunt addicti reuerentiam*. Cuius nominis proprietas à Lugdunensibus non intellecta est.

Miser, nec miserabilis erat] *Miser*, quia confessus & addictus, *nec miserabilis*, quia politus pumicatusque: adeo vt nemo eius miseraretur. Ouidius in Ibim:

Sisque miser semper, nec sis miserabilis vlli.

Alc. Auitus lib. 5. de Euangelico Prodigo.

Iamque miser factus, nondum miserabilis ille est.

D. Hieronym. aduersus Iouinianum lib. 2. sub finem: *Sed et ipse mulierculæ miseræ, & non miserabiles, &c.* Salisberiensis Policratici lib. 1. cap. 5. de aleatoribus, *quos in miseram, & si non miserabilem inculunt egestatem, miseri & miserabiles*. Lactantio libro 6. ca. 10. Cassiano Collat. 7. cap. 31.

Latumiis] Latumiæ sunt lapidicinæ, postea inualuit vt carceres dicerentur: Asco. Varro, Festus, quas Tarquinius Superbus primitus excogitauit. Theophilus, Eusebius, & Eutropius Tulliano adiacebant. Varro, Liu. libro 26. & Calpurn. Declamat. 4.

In insulam coniectus est serpentis Epidauri] id est, in insulam Tyberinam. Plinius lib. 29. cap. 1. Arnobius lib. 7. *Æsculapius inquitis Epidauro, bonis Deus valetudinibus præsidens, et Tyberina in insula constitutus*: in quam coniiciebantur rei capitales, postquam Christiani imperium adepti sunt. prius enim in robur Tullianum, carcerem teterrimum impingebantur, & in custodiam Mamortini. Vetus historia S. Marcelli Papæ, vbi de S. Trasone *Mamortini commentarensi*, & vetus historia SS. Processi & Martiniani, *mancipauit custodiæ Mamortini*, & aliàs passim. Beda Vsuardus in martyrologiis, pridie idus Martij, & Martyrolog. Romanum, ibidem Baro senex multiiugis literaturæ & eruditionis. & hoc in honorem Apostolorum, qui in eo carcere nouem menses detensi sunt, imperatores obseruarunt.

Nunc ex vetere S.C. Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit] Sic omnes vett. & mss. Nec est quod viri docti, Sidonium incuriæ & impolitiæ arguant, quòd veteri S. C. Tiberiano triginta dies tribuat, nec Sidonium, nec me fugit, pœnam damnatorum in decimum diem delatam fuisse à Tiberio. Seneca de Tranquillit. cap. 14. Sueton. in Tiber. cap. 75. Tac. 3. Dio. 57. vir. doctiss. Cuiac. Obseruat. lib. 5. cap. 9. Senatusconsulto Tiberiano, viginti dies, quos Theodosius A. adiecit, adnumerandos putat, & ita Sidonium cum supradictis auctoribus conciliat, sed cum bona eius venia dictum sit, longè ante legem, si vindicari, 20. Cod. de pœnis, triginta dies iusti erant damnatis. Posthumius Iunior Declamat. 349. & 314. Calpurnius Flaccus Declamat 25. Fortunatianus lib. 1. Rhetoricorum, *Vt qui proditionis damnatus fuerit, magistratui detur custodiendus, & trigesima die torqueatur, vt conscios dicat*, necnon

Seneca

Seneca in ludo Claudij, *Placet mihi in eum seuerè animaduerti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari, eumque quamprimùm exportari, & cœlo intra dies triginta excedere, &c.* Ex disciplina curiæ, quam vt seruarent Augustus iussit, eodem Seneca auctore.

Vncum] quo damnati trahebantur ad gemonias, præter cæteros Pacatus in Panegyr. Theodos. de Enchrotia Delphidii vxore, *quæ vnco ad pœnam tracta est.* Ĩ. Carm. 2.

quem cæcus, carcer & vncus,
Et quem spectabat fracturus guttura lictor.

Gemonias] *Scalæ Gemoniæ erant, in Regio* 13. P. Victor, *gradus Gemonij*, Tertulliano aduersus Valentinianos.

Et laqueum turbulenti carnificis] Turbare, est turbas agere, apud Plautum & Petronium: hinc turbulentus carnifex, qui turbellas agit, Ĩ. epistola 1. lib. 7. in fine.

Vt suspenso ictu acieque Mucronis exerti.] l. si vindicari, Cod. de pœnis: *Superstatu eorum sors & fortuna suspensa sit.* Seneca lib. 2. de Ira, cap. 23. *In suspenso ira retinenda, potest enim pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari.* Et hæc Sidonius, quoad executionem rei iudicatæ ex SC. Tiberiano.

Pietas Augusta.] Stabat principis arbitrio pœnam mitigare, vel à Senatu decretam stabilire, præsertim eùm de capite senatoris agebatur, l. 10. Cod. Theodos. de pœnis, l. 13. Cod. eodem. de accus. & inscript l. 3. §. adeo autem, Cod. vbi senat. vel clariss. vice mutua, quando princeps morti quempiam addixerat, consultus à Principe senatus, vel principis sententiæ subscribebat, aut refragabatur, & seueriorem pœnam emolliebat. Nam vixdum senator, nisi ex senatus sententia puniebatur, ex decreto Adriani. Spartianus, Ammianus Marcellinus lib. 28. de Hymetio: *Sæpius autem ad principem consulta senatus referebat.* Cornelius Tac lib. 14. Annal. Quidam mss. Augusti, id est, Anthemij, quod idem est. Sic Ĩ. epist. vlt. huius lib. *compellatio Augusta.*

Semineces.] Vel quod ignominiosè loco motus est, vel quòd in insulam Tiberinam detrusus squalore penè confectus erat, & ad inimicorum vsque dolorem deuenustatus, in ordinem redacti pro mortuis habentur. Zeno Veronensis de Isaya, Serm. 3. *Sed quia apud sapientes, & honestos, grauius est aliqua nota confundi, quàm mori.* Optatus lib. 2. *Quid prodest, quia viuunt homines, & occisi sunt honores, valent quidem membris, sed erepta portant funera dignitatis.* Vt enim honorum, ita hominum albo expungi videntur. M. Tullius epist. 1. lib. 7. ad Marium, *Vbi non sis, qui fueris, non esse cur velis viuere.* Glossæ vett. ἡμιθανὴς semineх. Glossæ. Isidori *semineсem, semimortuum.*

Vel exilio muneretur] Plinius epist 11. lib. 4. sub fin. *exiliumque molle, velut præmium dedit.* Maiestatis reos non vltra pœnam exilij Vespasianus puniit. Victor, & Eutropius, item Theodosius. D. Ambros. in laudatione Theodosij, *Qui his à quibus est appetitus, ignouit, qui regni affectatores perire non passus est.* Neque semper pœna capitis in reos maiestatis animaduersum. Quintil. Declamat. 256. 334. & 366. sed placito principis, pœna capitis in exilium commutata est, Concilij Toletani 4. ca. 30. 5. c. 8. con. 6. c 2 atque etiam 10. c. 2. legis Vvisigothorum, lib. 2. tit. 1. Era 7. & l. 12. titu. 2. Era 11. legis Alemannorum, tit. 25. legis Boioariorum, tit. 10. c. 1. §. 2. Et hic Aruandus confessus maiestatis reus, exilii pœna multatus tantum fuit. Cassiodorus in Chronic. *Arbundus imperium tentans, iussu Anthemij exilio deportatur.* Paul. Diaconus in Leone: *Seruandus Gallorum præfectus imperium tentans inuadere, iussu Anthemij principis in exilium trusus est.* Pœnam autem mortis in exilium mutauit Anthemius A. fauore Sidonij.

Cassiodorus optime restituit, contra aduersus Onuphr. D. Card. Baron. ann. 6. anni 4 6 8. ca

SIDONIVS CANDIDIANO SVO SALVTEM. EPISTOLA VIII.

MOrari me Romæ congratularis, illud tamen quaſi facetè, & fatigationum ſalibus admixtis. Ais enim gaudere te, quòd aliquando neceſſarius tuus videam ſolem, quem vtique raró bibitor Araricus inſpexerim. Nebulas ergo mihi meorum Lugdunenſium exprobras, & diem quereris nobis matutina caligine obſtructum vix meridiano feruore reſerari. Et tu iſta hæc mihi Ceſenatis furni potius quàm oppidi verna deblateras? De cuius natalis tibi ſoli, vel iocunditate, vel commodo, quid etiam ipſe ſentires, dum migras iudicauiſti: ita tamen quod te Rauennæ felicius exulantem, auribus Padano culice perfoſſis, municipalium ranarum loquax turba circunſilit: in qua palude indeſinenter rerum omnium lege peruerſa, muri cadunt, aquæ ſtant: turres fluunt, naues ſedent: ægri deambulant, medici iacent: algent balnea, domicilia conflagrant: ſitiunt viui, natant ſepulti: vigilant fures, dormiunt poteſtates: fœnerantur clerici, Syri pſallunt: negotiatores militant, milites negotiantur: ſtudent pilæ ſenes, aleæ iuuenes: armis eunuchi, literis fœderati. Tu vide qualis ſit ciuitas, vbi tibi lar familiaris incolitur, quæ facilius territorium potuit habere quàm terram. Quocirca memento innoxiis Tranſalpinis eſſe parcendum, quibus cœli ſui dote contentis non grandis gloria datur, ſi deteriorum collatione clareſcant. Vale.

Fatigationum ſalibus] Fatigationes ſunt faceriæ, & dicteria. Aeton lib. I. Satyra 7. *Solent vindemiatores cum viatoribus ſalſa fatigatione contendere*. Victor in Caro: *Condiſcipulis quoque qui taxauerant eum verbi fatigatione, perniciosus fuit*. Idem Eutrop. Sulp. Seuerus dialog. 1. cap. 2. *Tum ille ſicut eſt verecundiſſimus, aliquantulum erubeſcens, dum fatigationem meam accepit. Facis (inquit) Sulpici tuo more, qui nullam occaſionem, ſi qua tibi porrecta fuerit, omittis, quin nos edacitatis fatiges*, Ṽ. ep 13. lib. 3. ep. 10. lib. 4. & ep. 17 lib. 5. quibus locis inſpergam aliquid.

Bibitor Araricus] qui Horatio, *Rhodanipotor*, ode vlt. lib. 2. id eſt, Lugdunenſis, Arar enim Lugdunum alluit, & Rhodano committitur. Seneca in ludo Claudij, *originem ducit à Vogeſo monte*. Vibius, quem *indigenæ Sauconam appellant*. Ammia. lib. 15. in fine: à quo *Ararica* Lugdunum dicitur in hiſtoria Lupi Lugdunenſis Archiepiſcopi, vt à Rhodano, *Rhodanuſia*. ṽ. epiſt. 5. huius libri.

Nebulas mihi meorum Lugdunenſium] Lugdunum licèt eminulo loco editum ſit, vnde & Lugdunum, vetus itinerarium à Burdigala Hieruſalem vſque, quod Pithoeo debemus, in fine, *Lugdunum deſideratum montem interpretatur*, idiomate Gallico ſcilicet. Erricus Monach. lib. 4. de vita S. Germani:

Lugduno celebrant Gallorum famine nomen,
Impoſitum quondam, quòd ſit mons lucidus.

Idem Seneca in Ludo Claudij:

Vidi duobus imminens fluuiis iugum.

Petrus Aruernus Cluniacen. Abbas lib. 4. epist. 2. *At postquam de Vidarensium colle, ad Lugdunensium montem te domina dispositio transtulit.* tamen propter confluentia Rhodani & Araris sæpè nebulis obductum est, ibi enim humectus, decolor, coactus aër est, diesque crassior, & nubilus.

Cesenatis furni] Cæsena ciuitas est Arimino proxima, nec procul à Rauenna, Itiner. Antonini, quæ à Rauenna trecentis stadiis distat. Procopius lib. 1. de Bello Gothorum. de qua M. Tullius epistola vltima, lib. 16. Erat autem ciuitas, & quidem munitissima, non furnum, vt iocatur Apollinaris, qui talione ferit Candidianum, & lacessitus conuitium facere videtur, quòd ei tenebras Lugdunensium exprobraret, & amico ludenti, ludibundè reponit: *Ordini Cæsinatium.* lex 6. scripta est Cod. Theodos. de annon. & tributis. & Cæsinas episcopus suffraganeus est Archiepiscopi Rauennatis. vet. liber Cancellariæ, & Maurus Cæsenas episcopus tenuit locum Rauennatis Archiepiscopi in Concilio Romano, sub Martino Papa habito. acta Concil.

Furni] D. Hieronymus in Amos. *Afrorum casas, & furnorum similes, Afri mapalia vocant.*

Verna] Increpatoriè, *habebatur nomen hoc pro vitabili & maledicto.* Nonius. Ennodius de Veneto, qui Gallis oblocutus est.

maculata vernula terra.

Vel verna, id est, incola, vt ī epistola vltima lib. 9. *Mitylenæi oppidi vernulas.*

Deblateras] Confingis, inconditè & inaniter loqueris. Nonius in *blatit.* Idem in *deblaterare*, quod à Græco βλὰξ originem ducit. Festus lib. 2. & lib. 4. in blaterare, blitum & deblaterare. Glossæ vet. *μωρὸς, blax, simplex.* Glossæ Isidori mss. *Blax, stultus, vnde blaterare.*

Auribus padana culice perfossis] Rauenna in Padi paludibus sub aëre calido sita est. ī. epistola 5. lib. 1. ī. epist. 17. libri 7. Et ita ranis & culicibus infestatur. Martialis libro 3. Epigramm. 51.

Meliusque ranæ garriant Rauennates
Et Adriaticus dulcius culex cantet.

Perfossis] Culicum aculei Rauennatium aures pertundebant, si Sidonio fides fruniter iocanti. Plinius lib. 11. cap. 28. culicibus tribuit aculeos, muscæ spicula, culicis lanceam, Tertullianus appellat libro 1. aduersus Marcion. & Phædrus dolonem libro 3.

Municipalium ranarum] Non illepidum epithetum, municipalium ranarum, id est, Rauennatium. Martialis ī.

Loquax turba] *Ranæ loquaces.* Vergilio 3. Georg. *blaterantes.* Sidonio epist. 2. lib. 2. Inde coniectores & somniorum interpretes, ranas pro locutuleiis & impostoribus accipiunt. Arthemidorus libro 2. cap. 15. & Eucherius in formulis, *qui vana garrulitate blaterare non desinunt.* Origenes in Exod. cap. 8. *Ranæ significant clamosas aduocatorum allegationes, quæ inani & inflata modulatione perstrepunt, &c.*

Muri cadunt, aquæ stant] Cauillari videtur: *Cùm enim mare Hadriaticum Rauennæ paludibus immisceatur, non patitur bestiarum palustrium genera ibi nasci, quæ marina salsitudine necantur.* Vitruuius libro 1. cap. 4. *Neque Rauennæ aquæ stant, verùm per exitus profluentes labuntur,* eodem auctore ibidem. Verùm illos exitus obstruxerant ruinæ Rauennates, de quibus Procopius libro 1. de bello Gothor. & Marcell. Comes in Chron. Puscio & Ioanne Coss. *Rauennam terræ motus deterruit.*

Turres fluunt] quæ subuersæ aquis innatabant. Procopius ibidem, vel senio collapsæ, ī. epistola 5. vel terræ motu, de quo Marcell. Comes. vbi ī. quas postea reparauit & muniit. Odoacer, Iornandes, cap. 57. & Histor. Rauennas. Ennod in Paneg. & Diacon in Odoacro.

Naues sedent] In portellellione, de quo s̄. epist. 5. lib. 1. Sedere autem dicuntur naues, cùm in portu stant, s̄. epist. 1. verè dictum. Procopius libro 1. de Bello Gothorum, initio, quem vide.

Ægroti deambulant, medici iacent] Naturæ lege peruersa, ægrotorum enim iacere est. Artemidorus libro 1. cap. 62. vnde *iacentes*. Petro Chrysologo, Sermo. 30. & *grabatarii* Concil. Altissiodoren. cano. 18. pro ægris, medicorum deambulare. Seneca de Beneficiis libro 6. cap. 16. *Et me inter eos quos perambulat, ponit*. Idcirco Περιοδευταί dicuntur à Modestino, in l. 6. §. Grammatici, de excusat. tutor. qui à vetere interptere *circuitores* vertuntur rectè.

Sitiunt viui, natant sepulti] s̄. epistola 5. lib. 1. quia cùm maris æstus augescente Luna Rauennam alluat, & sua salsitudine potabiles aquas vitiet, Tantaleo exemplo in medio vndarum viui sitiscunt. j̄. Cat. 9.

Vndosæ petunt sitim Rauennæ.

Tum quòd arcus & formæ, per quas dulces aquæ Rauennam perducebantur, destructæ erant & euersæ. Cassiodorus in Chron. Auieno Iun. & Probo Coss. Vide s̄. ep. 5.

Algent balnea, domicilia conflagrant] Illa propter aquas subterreas, quæ in balneares cellas penetrabant, algebant, hæc conflagrabant, quia Rauenna sub aëre calido sita erat, nihil mutandum est.

Natant sepulti] Quia cùm terra effoditur, statim exsiliunt aquæ. Pallad lib. 1. titu. 13. *Sed ager vliginosus, qui humores altius fossus eructat, sicut Rauennatis soli.* Vitruuium vide libro 1. cap. 9. Mordax autem est cauillum, nam natare sepultos piaculum erat, adeò vt si fluminis incursu reliquiæ sepultorum contingerentur (etiam si perpetuæ sepulturæ traditum corpus loco mouere non liceret) consulto Pontifice, in alium locum transferre permitteretur, l. r. Cod. de religios. & sumpt. funer. Plinius epistola 71. lib. 10. ad Traian. & agri olim excolidi, petrei, & multùm aridi humandis corporibus coemebantur ex lege, præter Platonem, & ex eo Cic. de leg. libro 2. Siculus Flaccus de condition. agror. *Nam in locis saxuosis, & in sterilibus, etiam in mediis possessionibus sepulchra faciunt.*

Vigilant fures, dormiunt potestates] Rerum lege peruersa: Fures dormire, potestates vigilare deberent. Glossæ veterum ἡμεροκοίτης, *dormitator, fur nocturnus*, qui vt loquitur Sidonius, *dormitat verius quàm dormit*. Fures noctem appetunt, tenebras quærunt. Altercatio Hadriani A. & Epicteti. *Quid est nox? laboranti requies, grassanti lucrum: Per obscuras enim noctes atque atras faciliùs furantur.* Varro rerum diuinatum, lib. 14. *vnde fures dicti*, fides sit penes eum. Firmic. libro 6. cap. 31. De hoc genere hominum, qui *præmiatores* Næuio, qui *vesperi suo viuunt*, Plauto, *nocturni grassatores*. Petronio, & Gellio lib. 10. cap 1. quique lege xii. grauiùs puniuntur, quàm fures interdiarii, quia noctu maior delinquendi facultas, & facilitas: ideo pœna seuerior indici debet, Græci interpretes apud doctorem meum, l. 6. Obseruat. ca. 8. qui vt anxiè anquirerentur, nocturnos magistratus antiqui creauerunt, quos Rauennæ dormire, iocatur Apollinaris.

Dormiunt potestates] Potestates, id est, tribuni, & præfectus vigilum, qui cognoscebat de effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus. Paulus l. 3. de offic. præf. vigilum: Cassiodorus lib. 7. epist. 7. & 8. Nouell. 13. ca. 4. Photius in Nomoc. titu. 9. cap. 27. Qui quòd per noctem vigilaret, & coerraret, à Græcis *Nyctéparchus*, id est, præfectus noctis dictus est, Nouella 13. Et illæ potestates, de quibus Sidon. *Nyctostrategi*. l. vltima, §. 1. de munerib. & honorib. *nocturni aduocati*: Petro in Satyra, & νυκτοφύλαξ, *noctuanus, noctecustos, vigilis*, in glossis vett. interpretatur, nec solùm Romæ, sed etiam Constantinopoli, magistratus huiusmodi erant, descriptio vrbis Constantinopol. erantque numero LXV. sub dispositione

nycteparchi, vt patet ex veteri vrbis Constantinop. descrip. necnon Rauennæ vrbi populosæ]. c. 17. l. 7. erat præfectus vigilum Cassiod. l. 7. c. 8. *qui securus somnus vigilante carpebatur, quique in pace positus sumebat de nocturno fure victoriam* (vt elegante ait) *Rauennates excubiæ*, Ennodio. c. Agapyto, & Fausto, iocatur itaque Sidonius quod præfecto dormiente, reliquisque magistratibus nocturnis, fures licenter grassarentur.

Fœnerantur clerici] Fœnerari Clericis interdicitur, Tertul. de idol. c. 12. Nicenæ synodi can. 17. ibi, Bals. Laodicenæ can. 5. Carthaginensis 1. c. 6. 9. & 10. Carthag. 3. c. 15. Calcedonensis can. 3. Sextæ synodi in Trullo. can. 10. ibid. Balsamo, Martinus Braccharensis in Breuiculo Græcarum synodo c 65. & Fulgent. Ferrandus in breuiario Canonum. c. 115. Balsa. in Photij Nomocano. tit. 9. c. 27. ex quibus defiorauit Car. Magn. capitul. l. 1. c. 5. l. 2. c. 36. l. 5. c. 36. & c. 163. & 173.]. c. 24. l. 4. pœna interdictionis ea erat, vt si moniti fœnus exercere non desisterent, omninò deponerentur. Can. Apost. 44. Synodi Nicenæ. Can 17. ibid. Balsamo.

Syri psallunt] *Syri auarissimi mortalium*. D. Hier. ad Demetriadem. Iulius Firmicus Matheseos. l. 1. cap. 1. *Aphri subdoli, auari Syri*, idem c. vltim. eiusdem libri, *à plurimis Hispanis iactantiæ vitia deseruntur, et Syrorum auaritiam mutauit repētina profusio.* Apol. Ionius, l. 4. d. Excidio Hier.

aucta Syri, quæ vox vt militis aures
Contigit, atque Arabs (gens hac auidissima censu) &c.

Syrus erat Seuerus Alexander, ea propter aurum amabat Lamprid. qui vt aliquā stipem cogerent terra marique negotiabantur. *Neque vestis (me monet) aut cælatum aurum, & argentum, quo nostros veteres Marcellos, maximosque: multi Eunuchi è Syria, Ægyptoque vicerunt, neque verò mouent me ornamenta ista villarum, quibus L. Paulū & Memmium, qui rebus his vrbem Italiamque referserunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco, aut Syro potuisse superari.* M. Fabius, l 9. cap. vlt. ex Cicero. in oratore perfecto D. Hier. in Ezechiel. c 27. *vsque hodie autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum lucri cupiditate discurrunt, & tantam habent mercandi vesaniam, vt occupato nunc orbe Romano inter gladios, & miserorum neces quærant diuitias, & paupertatem periculis fugiant: Syrus negotiator*, Eumenio, in orat. pro scholis. Saluiano: Massil. l. 4. Gregor. Turo. l. 4. c. 12. l. 7. c. 31. hist. Carolus Mag. l. 1. c. 117. & l. 4. Variarerū. c. 17. vsque adeò vt si in hac ancipiti negotiationis alea, facultatibus laberentur, aut plus solitò tributis opprimerentur, ius auaritiæ suæ gladio dicerent, non nisi cum vita vitium auaritiæ deponentes. Philo Iudæus, de specialibus legibus, Epiphanius Hæresi. 4. Samaritanorum, Iustinianus in edict. 9. c. 2. præterea pecuniam quam maximo fœnori locabant, vixdum contenti sanguinolenta centesima, idque sibi lege Dei licere credebant, Deutero. c. 23. Nemiæ. 5. Ezechielis 18. Rabi Salomon Exodi. 22. *non excluditur gentilis, & extraneus, quod ab illis poterant vsuras exigere:* quibus quidem ita mancipati erant, vt ap sacculi tinnirent, non psalteria cogitarēt, musicam enim vt virus auersabantur, Eumenius in orat. pro scholis. *Neque enim Syrus mercator, aut Deliacus, aut Indicus, ad vberrima ista compendia laudis aspirat*: vilissima igitur pecuniæ mancipia Syros, Rauennæ psallere salsè iocatur Apollinaris, sicut Clericos fœnerari, cum vice versa Clericorum esset psallere, Syrorum fœnerari, quod Pius & Lugdd. non intellexerunt.

Negotiatores militant] negotiatores militiæ cingulo prohibentur, l. vnica. Cod. Negotiatores ne militent ibid. Cuiac. & Forn. l. 2. c. 3. selec. præterea quæ illi notarunt. Onosand. strataget. c. 1. sub fin. D. Chrysost. *Quis miles mercaturam exercet? nullus certè, neque id iniuria ad prelium enim, non ad cauponis venisti artes*: neque publicani ad militandum adigi poterant, Vlpianus in orat. contra Mysiam.

Milites negotiantur] militibus negotiationem exercere interdicitur, l. 13. & 15. C.

de re Milit. l. Milites & l. vlt. C. de Locato, l. si ignorans quis, Locati, l. dicta C. Negotiatores ne militent Nouella Iustiniani. 116. l. 5. C. de Condict ob causam datorum, Vegetius de re militari, l. 1. c. 19. D. Ambros. l. 1. de officiis. c. 36. nam vt ait Nouella Theodosij & Valent. de offic. & numer. præfectorum, *indigna & pudenda armato nomini negotiatio, &c.*

Student pilæ senes, aleæ iuuenes] pilæ lusus iuuenum est exercitium non senum. ℑ c. 17. l. 5.

Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.

Sphæristarum se turmalibus constanter immiscuit, Symmach. e. 66. l. 5. cui quidem exercitio graues annis renuntiare solent, & alea animum oblectare, multi tamen senes hoc *exercitationis genere pugnabant cum senectute*, Plinius. e. 1. l. 3. Anton. Philoso. *pila lusit apprime* Capitoli.

Aleæ iuuenes] Cum senes non ita viribus polleant, vt polleant, id est pila ludant, interprete Festo, ad alueolum se transferunt. senem vellicat Apollinaris, quod in Sphæristerio defatigetur. e. 17. l. 5. & Petronius Satyricè, Trimalcioni illudit, quod senex caluus inter pueros capillatos ludat pila sparsiua, nec enim senilis ludus est pila, sed alea, Suetonius in Augusto. c. 71. *inter cœnam lusimus γεροντικῶς, & heri, & hodie*, vbi de aleæ lusu, & Mar. Tull. de Senectute, *nobis relinquat talos & tesseras.*

Armis Eunuchi, literis fœderati] sic ex vett. & mss. legendum est, indititiam Pij lectionem, quam Vinetus retinet, expunge, quæ anthitetorum peruertit elegantiam, Eunuchis arma, fœderatis etiam arma tribuens inconcinnè: Eunucho arma, vt boui Clitellæ sunt, Claud. in Eutropium Eunuchum.

quid te turpissime bellis,
Inseris? aut Scuis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius studiis hærere Mineruæ,
Tu telas, non tela pati, tu stamina nesse.

& Sophia Aug. Narsetem Eunuchum, etsi strenuum, & multorum historiis nobilitatum, ad gynæceum relegauit, Diaco. l. 8. *cui illa inter cætera quod Eunuchus erat, hæc fertur mandasse, vt eum puellis in gynæcio lanarum faceret pensa diuidere*, & quod scitu optimum puto, molles & effœminati milites ignominiosè muliebrib⁹ operibus addicebantur, Eusebius in Constantini vita, l. 2. & Iulianus Imp. *desertores amictos veste muliebri per castra duxit distrahendos, ratus militibus, qui viri essent huiusmodi pœnam, & supplicio morte grauius futurum.* Zosimus l. 2. S. *Hesichius qui sub Diocletiano cũ esset miles, & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum solueret, repentè cingulum soluit, ob hanc causam Imp. colobio muliebri indutum primo eum in gynæcium dedit, &c.* Beda XIIII. Cal. Decembris, Ado. Treui. ex Eusebio. lib. 8. cap. 12. quæ præfari oportuit, quò facilius intelligas, l. 8. C. Th. de Tyronibus, quæ honesto verborum circuitu inauspicatum hominum genus à militia segregat, *vel etiam quẽ obsequij deformitas, mulieris secernit*, turpe enim admodũ erat, viros gynæciis inseruire, eadem loquẽdi formula, Vegetius Eunuchos à militari functione excipit l. 1. c. 7. *omnisque qui aliquid tractasse videbuntur ad gynæcia pertinens, longè arbitror pellendos à castris*, id est Eunuchos qui militare non possunt, vnicolei possunt, ex rescripto Traiani, l. 4. de re militari idcircò Eunuchi signatè dicuntur *Imbelles* Iuuenali Satyr. 6.

Literis fœderati] id est Gothi qui dicti sunt *fœderati*, Idacius in Chron. & Iordanes de Rebus Geticis, Sudas in Φοιδεράτοι, & ex Idac. Isid. in Chro. quique bonas artes & literas auersabantur. ℑ. c. 1. l. 2. *tractat inter ciues pugnas, inter barbaros literas*, quod euidens est ex historia Amalasuenthæ, quæ cum Athalaricum filium optimis disciplinis erudiendum curaret fœderati aduersabantur, dicẽtes Regem Gothorum lituis, non literis adsuescendum esse, Procopius, l. 1. de bello Gothor. vide ℑ. c. 1. & 13. l. 2.

Literis] Eunuchis literas aptat, non ineptè Sido. ficut barbaris ar na, exemplo fit Menophilus, Mithridatis Eunuchus, & Euthenus qui fub Conftante vixit, *quem ex omni latere ita peritum neque legiffe fe, neque audiuiffe* fcribit Ammia. l. 16. fub Mardonio Eunucho Iulianus Imperatorum doctiffimus inftitutus eft, Socrates hiftoriæ,l. 3.c 1. hift. Tripart l. 6. c. 1. de Candacis Eunucho Actuum. c. 8. de Cuphanta Euagrius,l. 4.c. 21. de Probano Sozomenus,l. 6.c.5. de Eugenio Socrates,l 1. c.1. Theodoricus,l. 1. c.16. de Protho.& Hyacintho Vfuardus, qui fummi doctores, & egregij philofophi fuerunt, reliquofque fui fæculi homines eruditione antiftarunt. Rationem reddit Phædrus, vbi Eunuchus lib.3.

En, ait, hoc vnum eft, cur laborem validius,
Integritatis teftes quia defunt mihi.

Tibilar familiaris incolitur] 7. Polemio ante Car. 22. *Et fi vtrique noftrum difparatu æquo plufculum locis lar familiaris incolitur.*

Quæ facilius territorium potuit habere, quam terram] locus iocufque fubobfcurus, qui fic elucidandus eft, Rauenna vfque adeò paludibus & aquis inundatur, vt vix locum habeas, quo pedem ficcum terræ figere poffis, atque ita territorium potius habet, quam terram, Rauenna enim præter æftum maris, Padi fluentis alluitur, & interluitur. 5.e. 5. *quod flumen torrentem tam violenter decurrit, vt alueum mutet*, Aggenus, vnde quia aquis operitur, non habet terram, fed quia eius fines latè porriguntur, habet territorium fine terra, aquis fcilicet obruta.

Innoxius Cifalpinus] Ennodius de Veneto.

Defpicit infontes maculata vernula terræ,
Sed natos Rhodani nox probitatis habet.

Arueni innocentes. Pet. Venerabilis,l.6.e 33.in fine idcircò quia fimplices vt ftolidos, & brutos increpat. Iul. Fir. l. 1.c. 1 & c.vlt. Paulus 1. ad Galatas. c. 3. ibid. Hiero.& in præf. epift. 2. 7 in Concio. *fi fimplex eligitur, defpicitur vt brutus*, Sulp Seuerus, dial. 1 c.vlt. *neque Gallum decet effe tam callidum*: ne quis autem id de Aruernis à Firmico, Hieron.& Seuero dictū putet, fciat à Firmico dictum, *in finibus Galliarum ingeniofos nafci*, dicto. c vlt. quod & verum effe Florus adftruit, l. 3. c 10. *Aquitani callidum genus*, Saluianus paffim, licet callidi, tamen innoxij.

Cæli fui dote] dos cœli tropicè, ficut Tertull. *dos lucis*, de refur. car. *dotes prædij*. Plin epi vlt. l. 1. *frugum manfionumque dos*, 7. e.14.l.2.

Non grandis gloria datur, fi deteriorum collatione clarefcaut] pari genere loquendi in argumento difpari, Laberius.

Non eft bonitas effe meliorem peßimo,

quæ fuppreffo nomine indidit Seneca, epift. 79. *non enim bonitas eft, peßimis effe meliorem.* idem in præf l 1. Nat. quæft. *quid eft quod fufpiciamus nofmet ipfos, quia difsimiles deterrimis, fumus?* idem epi. 85. *hæc eft pernicitas per fe æftimata, non quæ tardißimorum collatione laudatur.* Tacit. 1. ann. tradidit Tiberium comparatione, deterrima fibi gloriam quæfiuiffe, Saluia. *iam primum enim indecorum hoc fanctimoniæ eft, vt fua bona crefcere malis arbitrentur alienis, & meliorem fe effe æftimet, comparatione peiorum.* vide Poherat, l.5.c. 9.

SIDONIVS HERONIO SVO SALVTEM. EPIST. IX.

POft nuptias patricij Recimeris, id eft, poft imperij vtriufque opes euentilatas, tandem reditum eft in publicam ferietatem, quæ rebus actitandis ianuam, campúmque patefecit. Interea nos Pauli præ-

fectorij, tam doctrina quàm sanctitate venerandi laribus excepti comiter blandæ hospitalitatis officiis excolebamur. Porrò non isto quisquam viro est in omni artium genere præstantior. Deus bone, quæ ille propositionibus ænigmata, sententiis schemata, versibus commata, digitis mechanemata facit. illud tamen in eo studiorum omnium culmen antecuenit, quod habet huic eminenti scientiæ conscientiam superiorem. Igitur per hunc primum si quis quoquo modo in aulam gratiæ aditus, exploro: cum hoc confero, quinam potissimum procerum spebus valeret nostris opitulari. Nec sanè multa cunctatio, quia pauci, de quorum eligendo patrocinio dubitaretur. Erant quidem in senatu plerique opibus culti, genere sublimes, ætate graues, consilio vtiles, dignitate elati, dignatione communes, sed seruata pace reliquorum, duo fastigatissimi consulares, Gennadius Auienus, & Cecina Basilius præ ceteris conspiciebantur. hij in amplissimo ordine, seposita prærogatiua partis armatæ, facilè post purpuratum principem, principes erant. Sed inter hos quoque quanquam stupendi, tamen varij mores, & genij potius quàm ingenij similitudo. Fabor nanque super his aliqua succinctiùs. Auienus ad consulatum felicitate, Basilius virtute peruenerat. Itaque dignitatum in Auieno iocunda velocitas, in Basilio sera numerositas prædicabatur. Vtrunque quidem, si fors laribus egrediabantur, arctabat clientium præuia pedissequa, circunfusa populositas, sed longè in paribus dispares sodalium spes & spiritus erant. Auienus siquid poterat, in filius, generis, fratribus prouehendis moliebatur. Cumque semper domesticis candidatis distringeretur, erga expediendas forinsecus ambientum necessitates minus valenter efficax erat, & in hoc Coruinorum familiæ Deciana præferebatur, quod qualia impetrabat cinctus Auienus suis, talia conferebat Basilius discinctus alienis. Auieni animus, totis, & citò, sed infructuosiùs: Basilij, paucis, & serò, sed commodiùs aperiebatur. Neuter aditu difficili, neuter sumptuoso. Sed si vtrunque consuluisses, faciliùs ab Auieno familiaritatem, faciliùs à Basilio beneficium consequebare. Quibus diu vtrinque libratis, id tractatus mutuus temperauit, vt reseruata senioris consularis reuerentia, in domum cuius nec nimis rarò ventitabamus, Basilianis potius frequentatoribus applicaremur. Ilicet dum per hunc amplissimum virum aliquid de legationis Aruernæ petitionibus elaboramus: ecce, & Calendæ Ianuariæ, quæ Augusti consulis mox futuri repetendum fastis nomen operiebantur, tunc patronus, Eia inquit, Solli meus quanquam suscepti officij onere pressaris, exeras volo in obsequium noui consulis veterem musam, votiuum quippiam vel tumultuariis fidibus carminanté. Præbeoo admittendo aditum, recitaturoque solatium, recitantique

suffragium.

ſuffragium. Si quid experto credis multa tibi ſeria hoc ludo promouebuntur. Parüi ego præceptis, fauorem ille non ſubtraxit iniunctis, & impoſitæ deuotionis aſtipulator inuictus, egit cum conſule meo vt me præfectum faceret ſenatui ſuo. Sed tu ni fallor epiſtolæ peroſus prolixitatem, voluptuoſiùs nunc opuſculi ipſius relegendis verſibus immorabere ſcio: atque ob hoc carmen ipſum loquax in conſequentibus carta deportat, quæ pro me, interim dum venio, diebus tibi pauculis ſermocinetur. Cui ſi examinis tui quoque puncta tribuātur, æquè gratum mihi, ac ſi me comitio, vel inter roſtra concionante, ad ſophos meum, non modo laticlaui, ſed tribulium quoque fragor concitaretur. Sanè moneo, præque denuntio quiſquilias ipſas Clius tuæ hexametris, minimè exæques. Meritò enim collata veſtris mea carmina, non heroicorum phaleris, ſed epitaphiſtarum næniis comparabuntur. Attamen gaude quod hic ipſe panegyricus, etſi non iudicium, certè euentum boni operis accepit. Quapropter (ſi tamen tetrica ſunt amœnanda iocularibus) volo paginam glorioſo, id eſt, quaſi Thraſoniano fine concludere, Plautini Pyrgopolynicis imitator. Igitur cum ad præfecturam ſub ope Chriſti, ſtyli occaſione peruenerim, iubeas ilicet pro poteſtate, cinctuti vndique omnium laudum conuaſatis acclamationibus, ad aſtra portare, ſi placeo, eloquentiam, ſi diſpliceo, felicitatem. Videre mihi videor vt rideas, quia perſpicis noſtram cum milite Comico ferociſſimè iactantiam. Vale.

Poſt nuptias patricij Ricimeris] cum Aſcella ſcilicet Anthemij. A. filia, de quibus ꝫ. e.5.& j̄. Carm. 2.

Sit ſocer Auguſtus genero Ricimere beatus
Nobilitate micans, eſt vobis regia virgo,
Regius ille mihi.

Patricij.] s̄. epiſt. 5. *interueni nuptiis patricij Ricimeris.* ibidem Conſularis, & Senator vocatur. Vet inscribtio.

FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE PATRITIVS ET EXCONSVL ORD. PRO VOTO SVO ADORNAVIT. Nouella Maioriani de Epiſco. Iudic. *vir inluſtris, Comes & magiſter vtriuſque militiæ, & Patricius. Patricius factus pridie Kal. Martias. Conſtantino & Ruſo. Conſſ.* Inno. Chronograph.

Poſt imperij vtriuſque] id eſt Orientalis quod regebat Leo, & Occidentalis, quod regebat Anthemius à Leone miſſus. j̄. Car. 2.

Reditum eſt in publicam ſerietatem.] Quia tempore nuptiarum, *totus actionum ſeriarum ſtatus peregrinabatur.* s̄. epiſt. 5.

Serietatem] j̄. epiſt. 13. l. 9. *non enim iuſtum eſt, vt cenſor incipias cum ſeueritate diſcutere, quod non potuit amicus cum ſerietate dictare.* idem in laude Narbonæ.

Riſus, ſerietas, dicacitates.

Auſonius in Epithaphio Aemiliæ Aoniæ matris,

Et grauitas comis, lætaque ſerietas.

Iannam campumque patefecit] Catullus.

Is laxum læto patefecit limite campum,
ꝭ. e. vlt. huius, l. & c. 7. l 3.

Intereanos Pauli præfectorij] qui Eudoxio & Dioscuro Coss. præfecturam prætorianam rexerat. Nouella Theodosij & Valentiniani. de postulando.

Schemata] sunt perfectæ sermonum connexiones, Seruius Cassiodorus Psal. 1. *schema est figura dictionis in ordine verborum cum decore composita,* vide Fab. l. 1. c. 9. Rutilium, Aquilam, & reliquos.

Digitis mechanemata] id est ingeniosa manuum opificia. Cassiod. epi. 45. l. 1. cap. vlt. l. 3. quique huiuscemodi mechanica opera, pneumata, automatopoëtica, faciebant, mechanici sunt in l. 2. C. de Excusatio. artifici. & Vegetio, l. 4. de re mil. c. 10. & Prospero Aquita. parte 3. premissi. 38. Iul. Firm. l. 5. c. 2. Mat. Cœl. Aurel. l. 2. acut. morbor. c. 38. *more mechanico ac simili miraculo.* Quæ à philosophis excogitata Posidonius apud Senecam e. 9 constanter adstruit: & ab his exculta, & in vsu habita, vt de Eleo Hippia tradidit Plato in Hippia, & M. Tul. 3. de orat. & Apuleius, l. 2. Floridor. initi. Boëtius de Consolat. l. 1. prosa. 1. *vestes sibi suis manibus philosophia texuerat.* D. Hier. in Epitaphio Nepotiani, *vnde & apud Græcos philosophos ille laudatur, qui omne quo vteretur vsque ad pallium & annulum, manu sua factum gloriatus est,* vbi in Nepotiano laudat Hiero. quod in Paulo præf. Sidonius, nec enim opera mechanica sua carent elegantia. Ideo Homerus vnam gratiarum Vulcano cohabitasse asserit: quod gratiosa sint mechanica opera. Phornutus de Natura Deorum c. de Gratiis.

Dignitate clari, dignatione communes.] eadem combinatio. ꝭ. epistola quarta, l. 7. *non tamen amplius esse nos dignitate, quàm dignatione laudandos*, dignatio est amplitudo propter honores gestos aut magistratum quæsita, Marc. Tull. lib. decimo ad Atticum, epistol. 10. Suetonius in Vespasiano, *exinde sortitus Africam integerrimè, nec sine dignatione administrauit*, dignitas autem est magistratus ipse.

Duo fastigatissimi Consulares] id est suprà cæteros elati, *fastigatissima fælicitas.* ꝭ. e. 4. l. 2. Solinus, *pyramides turres sunt in Ægypto, fastigatæ vltra celsitudinem omnem quæ fieri posit.* Fulgent. 1. mythol. ꝭ. Car. 2. *Fastigatus eas.*

Gennadius Auienus] Auienus collega fuit Valentiniani August. Consulis, fasti consulares, Prosper. & Cassiod. in Chronicis. Marcellino Comiti, dicitur Abienus enuntiatione non contemnenda, Gennadius Valerius, Coruinus Auienus, vet inscrip.

Et Cecina Basilius] Vibiani conlega, Fasti Consulares in Leone Aug. à quibus discrepat Comes Marc. Viuianum enim & fœlicem coniungit, omninò malè: malè etiam Onuphrius l. 3. Fastor. An. Christi cɔxxc. *Fla. Basilius Consul occidentalis solus fuit ex Sidonio Apollinare intelligi potest*, ille enim alius est ab isto, iste subseuero cum Viuiano consulatum gessit, ille solus, Fasti Consulares ideircò Cassiodor. Basilius. V. C. iunior dicitur, non Consul. 11. ille etiam fuit Præf. præt. & Patricius vicesagens Odoacris, Concilij Romani. 3. can. 12. Quem cum Onufriò Baronius malè existimat istum esse, de quo Sidonius. tom. 6. Annal. Ann. Domi 483.

Amplissimo ordine] id est ordine Senatorio, Sueton. in Vespasiano. c. 9. Paulus 4. sentent. tit. 13. §. 3. & l. 5. tit. 4. §. 12. Symmachus epist. 37. l. 10. *viri amplissimi* id est Senatores. Flor. l. 1. c. 13. l. 1. C. TH. de prætor. & quæsito. & Cassiod. l. 6. epist. 14.

Seposita prærogatiua partis armatæ.] Magisteriis quippe militaribus multum detulit antiquitas, Cassiod. epist. 3. l. 6. *nullus ei miles de foro sui auctoritate præscribit, excepto officiali magistri militum, credo vt vel illis aliquid antiquitas cederet, qui videbantur aliquid pro Rep. tractare.* L. 1. C. TH. de proxim. Comit. dispos. *in rebus prima.*

militia est, secundus in literarum præsidiis pacis ornatus, huic loco lucem adfert, quod ait lex vn. C. TH. de Consul. præf. &c. in qua culmine militari conspicui, pridem cōsularibus præferuntur.

Partis armatæ] id est militiæ armatæ, s̄. c. 3. ita *pars ciuilis*, Vegetio, l. 1. cap. 5. id est militia palatina. s̄. c. 6.

Facilè post purpuratum principem] id est imp. Anthemium. s̄ epist. 5. *Serò cognoscens posse reum maiestatis pronuntiari, etiam eum qui non affectasset habitum purpuratorum.* idem epist. vlti. l. 1. *vltimus ego iacebam, quà purpurati læuum latus in dextro margine porrigebatur.* idem epist. 13. l. 2. *qui videbatur in iugulum purpurati iam iam ruiturus.* idem in concione, l. 7. *non semel apud purpuratos principes*, quidam mss. purpuratorium.

Et genij potius, quàm ingenij similitudo] *genium* (inquit Isidorus in Glossis mss.) *est vigor, potentia, opinio, honor, vel ordinatio*, quibus omnibus pares erant, Basilius & Auienus, sicque in his duobus consularibus, erat genij similitudo, sed ingenij dissimilitudo, in eo quòd studiis, & actionibus dispares erant, j̄. Car. 10.

> *Qui non ingenio, fors placuit genio.*

Rutilius itiner. 1.

> *Hæc proprios nuper tutata est insula saltus,*
> *Siue loci ingenio, seu domini genio.*

Pauli. l. 5. de S. Mart.

> *venerans pro numine solum*
> *Ingenium, geniumque Dei de nomine fabri.*

Auienus ad Consulatum felicitate] quia cum ad Consulatum secum participandum Valentinianus. A. adlegerat. Fasti Consulares.

Coruinorum familia Deciana præferebatur] id est familia ex qua ortus erat Basilius. præferebatur familiæ ex qua ortus erat Auienus, qui erat ex Coruinorum familia, Vetus inscriptio Romæ, & ex ea Onufrius in Fastis, l. 3. *Coruinus Auienus*: ita Basilius ex Deciorum familia, vnde dictus *Cæcina Decius Basilius*, ex qua fuit Cæcina Decius Albinus. Vet. inscrib. & Fasti. Consul. Onufr. atque etiam *Cæcina Maurus Basilius Decius*. Vet. inscrib. & Onuf. l. 3. *Decius Patricius*, Cassiodor. l. 2. epist. 32. & 33 nec est quod petas lucem ex Liuio. l. 7. vt malè Coluius.

Cinctus, discinctus] eadem combinatio. s̄. epist. 5. *& prius cinctus custodia, quàm potestate discinctus.* idem j̄. c. 7. l. 5. *cinctis iura, discinctis priuilegia.*

Senioris Consularis] id est Auieni, qui longè antè Basilium Consulatum gessit, videlicet annis. 12. Fasti Consulares.

Ilicet dum per hanc ampliss. virum] vel quia ad Consulatum virtute peruenerat. s̄. epist. 4. l. 1. Marc. Tul. pro Roscio Amerino, *is enim mihi videtur amplissimus, qui sua virtute, in altiorem locum peruenit.* vel quia Consules hoc honoris titulo cohonestantur. l. 1. §. cùm per errorem de appellationibus, l si cui. 49. de condit. & Demost Mamertinus in Gratiarum actione. *sum planè consul, & ampliss. Consul, quis enim me fuit amplior Consul, quem sublimat & illustrat Consulatus quem tribuisti, amplitudo quam tribuis.*

De legationis Aruerna] quia antè peractam festiuitatem nuptiarum, Patricij Ricimeris & Ascelæ, *negotia quiescebant, iudicia conticescebant, differebantur legationes.* j̄. epist. 5.

Quæ Augusti Consulis mox futuri] Anthemius. A. Consulare fastigium secundò conscendit, post Pusæum & Ioannem, quibus Coss. illum Imp. Leo Romam misit Imperatorémque constituit, & postea Kal. Ianuariis consulatum auspicatus est. j̄. Car. 2.

> *Annum pande nouum consul vetus, ac sine fastu*
> *Scribere bis fastis.*

Primum Anthemius consulatum obtinuerat cum Valentiniano. A. VIII. Consule fasti Consulares, & Nouella Marciani de testamentis Clericorum, Nouella Anthemij de mulieribus quæ se seruis, &c. *& quæ vsque ad secundum nominis nostri consulatum similia prohibentur iniussi conuugia*, & quibus Coss. Valentinianus. A. ab Ætij buccellario occisus est, vt infra dicemus, in Paneg. Maioriani, idcircò solus Anthemius in dicta Nouella legitur.

Ecce Calendæ Ianuariæ] Kalendis enim Ianuariis Consules aperiebant annum. Sidonius in Panegericis, l. Publius de condit. & demonstrat. l. item veniunt. §. pridie de petitio. heredit. l. pridie de feriis, & Consules annum aperire dicuntur. Ĵ. epist. 6. l. 8.

Repetendum fastis nomen operiebantur] sic mss. notandum quòd olim Impp. cum Imperio Consulatum auspicabantur, quod præter fastos consulares, liquidò liquet ex Plinij panegerico. *Consulatum noui Impp. destinatum aliis in se transferebant*, paulò post, *quem & incipientes principes, & desinentes, adeò concupiscunt, vt auferant. Ea enim lenitas nominis quoque Augusto quoddam decus videbatur adquirere*, Nouella Theodosij de Honoratis, & quis in gradu præferebatur. qui vt principes semper, sic semper Consules erant, Ausonius ad Gratianum. cap. 9. Nouella Iustiniani de Consulibus, *Imperatoris vigis & indesinens Consulatus*: quò se defraudabant, vt aliis conferrent Plinius in Paneger. & Ausonius in Gratiarum actione Corrippus, l. 2.

nomenque negatum
Consulibus, consul post tempora cuncta nouabo.

Ex his itaque patet Augustos, in ipsis Imperij auspicibus consulatum inire solitos, quem aliis conferebant, & sibi cum libebat adsumebant Plinius epist. 11. l. 2. Cassiodorus epist. 2. l. 6. veterum monimenta, & munismata fidem faciunt, Nouella Maioriani de ortu Imperij Diui Maioriani & Corrippus. l. 4.

Consule te felix, te principe floreat orbis

Ĵ. Car. 2. & Car. 7. init.

Eia inquit Sollimeus] gentilitium nomen Sollins, Ĵ. e. 15. l. 9.

vt ipse cernis esse Sollium mihi

idem.

Blando fœnore Sollium ligasti.

Gregor. Turon. l. 4. c. 12. *vt Sollius noster ait*, & Claudian. Mamertus, l. 1. c. 1. de statu animæ. *Solli Sidoni.*

Quamquam suscepti officij onere pressaris] sic mss. & vett. presso lariare est verbum necinelegans Glossæ vett. non semel. Plinius, l. 28. c. 7. *in stomachi solutione pedes pressare*, Tertul. aduersus Gnosticos, *& compressati sunt valdè, postquam instituit super illos Deus Critas, quos censores intelligimus*, maneat igitur illibata vetus lectio. Claudia. Mam. de statu Animæ.

Noui consulis, veterem musam] nouis enim consulibus Panegerici dicebantur vett. Panegeristæ, Corippus, l. 4. Ĵ. Car. 2. c. & 7. & epi. 6. l. 8.

Vt me præfectum faceret senatus suo] sic mss. præfecturam adeptus est Apollinaris ab Anthemio. A. eodémque Consule, propter Panegericum quem ei nuncupauit. Præfectus autem vrbi, erat præfectus Senatui, & caput illius ordinis Ampliss. l. 3. de off. P. Vrbi. Cassiod. epist. 4. l. 6. & Nouella. 62. *primus in senatu sententiam dicebat* Nouel. Iuliani. 56. c. 200. idcircò Cassiodoro *Præsul.* vocatur epist. 34. l. 2. Sidon. epist. vlt. l. 9. in Car. & D. Ambros. Serm. 90. *cumque pater dicerer in fascibus præfectura se agere, & idcircò non sibi quamuis inlustrissimum virum etiam posse præferri*, vbi de præfecto Vrbi Symphonio, vide. Ĵ. l. 9. cap. vlt. in Carm. quibus locis nugas blatiunt interpretes.

Puncta tribuuntur] id est, suffragia, Sidonio protritum vocabulum, ep. 14. lib. 3. ep. 6. lib. 8. & epist. 11. & vlt. lib. 9. & in Paneg. Anthemij:

Te punctis scripsere tribus.

Id est, suffragiis, in Paneg. Auiti sub finem.

Concurrunt ad puncta tribus.

M. Tull pro Plancio: *An vna fieri potuerunt, si vna tribus non tulissent? at nonnullis punctu penè totidem.* Idem pro Murena: *Recordor quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis Serui detraxerint.* Idem in Fundiana, Acrone consignante. Asconius in orat. pro Scauro: *Et in eis pauca puncta inter damnationem & absolutionem interessent.* Ausonius, *Non forum, non puncta perpessus*, sic vocata suffragia, quòd ea antiqui non scribebant, sed puncto notabant. Porphyrio, *in tabulis ceratis.* M. Tull. in diuinat. & Acron. *suffragia cereis ferebantur*, id est, ceratis tabellis, non viua voce, iuxta legem tabellariam, *Quæ cauerat non voce, sed puncto debere ferri suffragia.* Acron. ad hæc Horatij de Arte poetica:

Omne tulit punctum.

Id est, legem Cassiam. M. Tull de Legib. lib. 3. & Asconius in Corneliana. Plinius libro 3. epist. 20. Asconius in 2. contra Verrem de L. Cassio. *Inde sunt leges Cassiæ Tabellariæ de suffragiis liberè ferendis, non voce, sed tabula, &c.*

Non modò laticlaui] Laticlaui sunt Senatores, sic à latoclauo, id est, veste senatoria vocati. Acron 1. Sermonum Sat. 6. *Latusclauus vestis est senatoria.* Laticlaui honot. l. nuper, de donation. inter vir. & vxor. Lampridio in Commodo, & in Alexandro Seuero, *laticlauus* libro 17. Cod. Theod. de Prætoribus & Quæstoribus, & *laticlauia dignitas* Cassiodoro epist. 14. lib. 6. id est, senatoria dignitas, vt laticlauus pro senatoria dignitate, ita laticlaui pro senatoribus. Laticlauus autem est maior purpura, quæ togis senatorum insuebatur. Vetus interpres Iuuen. Sat. 1. ad hæc.

quid confert purpura maior

Optandum.

id est, *laticlauium*, necnon vet. interpres Persii satyra 1. ad hæc.

Et natalitia tandem cum sardoniche albus.

Veste candida, nondum purpureum adeptus vestimentum quod laticlauium dicitur. Acron satyra 1. lib. 5. *Latum clauum purpuram dicit quæ in pectore extenditur senatorum, Græci τὸν πλατύσημα vocant, &c.* Vsum enim purpureæ vestis senatoribus permisit Cæsar, reliquis omnibus interdixit, eodem auctore. Quod autem ad mentem auctoris spectat ꝗ. Carm. 8.

Vel quod adhuc populo simul & plaudente senatu.

Tribulium fragor] Tribules, qui sunt ex tribubus, in quas P. R. diuisus erat, qui suffragij ius habebant. M. Tull. pro Plancio, Quintil. Declam. 252. *Attamen in cæteris petentes magistratus dico, atque prouinciis, positis tribus emere.* ꝗ. Carm. 1.

Te punctis scripsere tribus.

Carm. 7. *Concurrunt ad puncta tribus.*

Vide Acron. ad hæc Horatij in arte poet.

Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.

Sanè moneo praque denuntio] Claudius Mamercus de statu animæ lib. 2. cap. 10. *moneo præque denuntio, &c.*

Quisquilias ipsas] Quisquiliæ, consignante Festo, sunt surculi decidui ex minutis arboribus, quæ cremia dicuntur, L. 55. §. 2. de legat. 2. Columellæ lib. 12. cap. 19. Psalmo 101. interprete Arnobio, & D. Ambros. epi. 39. Isido. & Diac. in Glossis mss. *gremia, siccamina lignorum.* Victor Vtic. lib. 3. *Alij diffusi per campos, alij syluarum secreta petebant, antiquas radices herbarum, vel quisquilias requirentes.* Figuratè pro re non nauci. & nullius momenti, præter cæteros. Claudian. Mammerc. lib. 2. cap. 10. vel quisquiliæ sunt purgamenta frumenti, Amos. cap. 8. D. Hieron. epist. ad Rusticum.

Isidor. in Glossis mss. *Quisquiliæ, surculi minuti, quisquiliæ frumentorum purgamenta, vel palea execrata.*

Non heroicorum Phaleris] Phaleræ heroicorum, id est, ornamenta, politiæ, Seuerus Sulpicius dialog. 1. cap. vlt. *Nam si mihi tribuitis Martini esse discipulum, illud etiam concedite, vt exemplo illius mihi liceat inanes sermonum phaleras & verborum ornamenta contemnere.* D. Ambrosius in Lucam lib. 2. cap. 15. *Nam si orator illorum qui phaleras sequuntur, &c. Verborum phalera* Paulino in vita D. Ambrosij, init. & Fausto Rhegiensi in præfat. lib. 1. de libero arbitrio, ad Leontium Papam, *Non autem aliquos, qui verborum phaleris delectantur, loquendi phaleræ.* Symmacho epist. 83. lib. 2. ab ephibiis equi metaphora ducta, *depinnatum orationis eloquium,* Varroni Mystagogo.

picta tectoria linguæ.

Iuuenali; *sermonum insulæ,* in Lucam lib. 8. cap. 3 D. Ambros. *Enthecatum dicendi genus.* Fulgentio Mytholog. *bractea eloquentiæ.* Solino in epist. ad Aduentum. Figuratè hæc omnia, vt ad rem, *phalerati sermones,* J. epist. 3. lib. 4. vbi plura.

Epitaphistarum nænias] Rectè epitaphistarum nænias dixit: *Nænia carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, quod nunc Græce ἐπιτάφιοι vocatur, quod Simonides Lyricus primus instituit.* Ascon. lib. 2. Carm. & Synodi Carthaginensis can. CVI. Balsamo.

Certè euentum bonum operis accepit] Omnium omnis ordinis hominum iudicio Sidonij poema eleuatum fuit, Sidon epist. 1. lib. 1. *Contenti versuum felicius, quàm peritius editorum opinione:* illique in huiusce poematis remunerationem conlata est præfectura vrbana. Romæ colebatur euentus bonus. Ammian. Marcell. lib. 29. in fine, & S. Ruffus.

Si tamen tetrica sunt amœnanda secularibus] Sic mss. amœnare tersæ latinitatis est. D. Cyprianus epist. 2. lib. 2. ad Donatum: *Benè hic studia in aures damus, & dum in arbores & vites quas videmus oblectante prospectu oculos amœnamus.* Marius Victor lib. 3. in Genesim.

Iunior elegit quà dulcibus vndique fusis
Rura maritat aquis, ripisque vmbrantibus inter
Labitur, & teretes salsus Iordanus amœnat.

Saluianus Massil. lib. 7. de Aquitanis & Nouempopulis: *Adeo illic omnis admodum regio aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amœnata lucis, &c.* Petrus Archiepisc Rauennas Serm. 42. *Aula regis fulget auro, nitet marmore, pictura splendet, leuatur culmine, amœnatur viretis, &c.* Acron lib. 3. ode 4. *Batina ciuitas Apuliæ, contermina Venusinæ ciuitati, huius territorium pascuis amœnatur.* Ennod. de vectatione sua:

Rura amœnati facies depicta vocauit.

Idem in vita Epiphanij: *Pascebatur alumni sui optabili conuersatione pater, & omnibus eius actibus oculos amœnabat.* Sic mss Cassiodorus epi. 40 lib. 2 *Quod per elysios campos fœlices animas septem chordarum pulsibus amœnabat.* Idem epist. 39 lib. 5. *Quæ laus excolentis est, si agreste solum dulcissimis fructibus amœnetur.*

Et quasi Thrasoniano fine concludere] Sic veti. & mss. iactitabundi, Thrasonis imitatores adagio dicuntur Paulin epist 7. ad Seuerum: *Ego flatum Thrasonis ructantis effugio.* Ioan. Salisberiensis Policratici lib. 8. cap. 3. & cap. 8. lib. 8. cap. 1. cap. 3. & cap. 15. item libellus qui Valerii maximi circumfertur, ad Ruffinum, ne ducat vxorem. Salomonem vocat *Thrasonem tenebrarum* à Terentiano Thrasone.

Pyrgopolinicis] Miles gloriosus sic à Plauto fictitio nomine comicè vocatur, vnde comœdia illa pyrgopolinicen, & ita citatur à Seruio init. lib. 12. Æneid.

Vndique omnium laudum conuasatis acclamationibus] Id est, collectis & coadunatis figuratum est à colligendis vasis, quod faciebant milites cùm receptui canebant, atque aliò diuortebant Seneca epist. 19. J epist. 21. 7.

Videre mihi videor vt rideas, &c.] Prædicare proprias laudes, quia sordidum

omnino, & putidum est, solent auctores alicuius iactitabundi exemplum superbiæ suæ prætexere. Iulianus Imper. epi. ad Basilium: ἐπίνοια γὰρ ἑαυτοῦ αὐτῆς Αρυδάμας Plinius epist. 4 lib. 7. in fine. D. Hieronymus Paulino, *Obuiis te manibus excipiam, & vt ineptè aliquid, ac vt de Hermagora tumiditate effutiam, quicquid tecum scire conabor.*

SIDONIVS CAMPANIO SVO SALVTEM. EPIST. X.

ACcepi per præfectum annonæ literas tuas, quibus eum tibi sodalem veterem mihi insinuas iudici nouo. Gratias ago magnas illi, maximas tibi, quòd statuistis de amicitia mea, vel præsumere tuta, vel illæsa credere. Ego verò notitiam viri familiaritatemque, non solùm volens, sed & auidus amplector, quippe qui nouerim nostram quoque gratiam hoc obsequio meo fore copulatiorem. Sed & tu vigilantiæ suæ, me, id est, famæ meæ statum, causamque commenda. Vereor autem ne famem populi Romani theatralis caueæ fragor insonet, & infortunio meo publica deputetur esuries. Sanè hunc ipsum è vestigio ad portum mittere paro, quia comperi naues quinque Brundusio profectas cum speciebus tritici ac mellis, ostia Tyberina tetigisse: Quarum onera expectationi plebis, si quid strenuè gerit, raptim faciet offerri, commendaturus se mihi, me populo, vtrunque tibi.

Præfectum annonæ] Præfectus ille vtilitatis publicæ causa creatus curabat annonam, ne panis abundantia deficeret. Seneca de breuit. vitæ cap. 18. & 19. l. 1. Cod. de off. præf. vrbi Et Cassiodor lib. 6. epist. 18. Eratque magna potestas præf. annonæ, Boetius lib. 3. pros. 4. de Consolat. *Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur.* Et inde Pompeius, Magni nomen obtinuit. Cassiod. vbi s, quem vbique sequebantur adparitores, præter l. 1. Cod. Theod. de conditis in publ. horreis, & l. 4. Cod. eod. de cano. frument. vrbis Rom. l. 1. Cod. de adparit. præf. annon. Frontinus l. 2. de aquæduct & D. Ambros. epist. 35. ad Eusebium Episc.

Sodalem veterem iudici nouo] Ita Symmach. epist. 54. lib. 6. *Maximum veterem amicum, sed nouum agentem in rebus.* perfamiliaris Sidonio loquendi formula.

Iudici nouo] id est, præfecto vrbi, sub cuius dispositione erat præf. annonæ. Notit. Imperii, & D. Ambros. lib. 3. de offic. cap. 7. Cassiod. epist. 18. lib. 6.

Famem populi Romani] Quia quotiescunque tritici pecunia ingruebat, seditiones concitabantur, præter M. Tull. pro Milone, & ibid. Asconium & Senecam de breuit. vitæ, cap. 18. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 15. cap. 12. Symmach. epist. 5. lib. 2. *Frequens enim sermo est tenui victu, ut turbas plebem mouere.* Idem epist. 18. & epist. 54. lib. 4. & epist. 19. lib. 6. nec semel lib. 10. Claudian. in Paneg. Stiliconis;

aulæque tumultum

Et Romæ lenire famem.

Cassiod. lib. 6 epist. 18. *Nam si querela panis vt adsolet, concitetur, tu promissor vbertatis, seditiones ciuicas momentanea satisfactione dissoluis: & per te prospicitur, ne quid à populo conquerentibus excedatur.* Marcell. Comes Honorio VIII. & Theodosio iuniore III. Coss. *Apud Constantinopolim magna exarsit populi seditio, penuria ingruente.*

Publica deputetur esuries] Seditiosa plebs annonariorum magistratuum incuriæ, vel rapinis publicam deputabat esuriem, *quòd Romæ assiduè contigisse tradit* Ammian.

Marcell. lib. 26. & Victor Epitomastes in Antonino Pio, sub finem. Neque solùm in solos magistratus annonariæ caritatis inuidiam retorquebant, sed etiam in imperatores, qui, vt ait Symmach. *rebus grauiter afflictis, sua munificentia subuenire solebant inopiæ.* l. 10. epist. 22. & 31. adeò vt Claudium Imp. *conuicius medio foro populus corripuerit, & fragminibus panis turpissimè infestarit.* Sueton. cap. 18. Oros. lib. 7. cap. 6. & ex eo Ado & reliqui in Chron. cumque Antiocho & Basso Coss. *Ad horrea publica processum celebraret Theodosius Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab Orientis populo lapidibus impetitus est.* Marcell. Comes in Chron

Infortunio meo] Qui creatus sum præfectus vrbi ab Anthemio. A. præfectus vrbi curabat annonam. Symmach. epist. 31. lib. 10. & Amm. Marcell. lib. 16. & 17. de Aproniano, & eius successore Symmacho præf. vrbi.

Sanè hunc ipsum] scilicet præfectum annonæ, *ad portum mittere*, quia incumbebat præfecto nauicularios & naues frumentarias diligenter inspicere, cùm portum adpellebant, ne publicarum specierum inuectio clanculò subtraheretur, & in priuatæ negotiationis conuerteretur emolumenta, l. vnica, Cod. Theod. de saccariis vrb. Romæ, & l. 9. Cod. eodem, de suariis: & l. 1. C. de nauiculariis. vtque sciret an vis aduersa naufragij, susceptæ deferre prohibuisset, l. 5. Cod. Theod. de naufragiis: neue nautici & caudicarij corruptas frumenti species conueherent, l. 2. C. Theod. de can. frum. vrb. Rom. Caudicariis autem nauibus ad ostia Tyberina commeatus subuehebantur. Seneca de breuit. vitæ cap. 13.

Ostia Tyberina] Ad quæ naues annonariæ adpellebant, præter Martianum Felicem lib. 6. Prudentius contra Symmach.

Respice nunc Lybici desistat rurus arator
Frumentis onerare rates, & ad ostia Tybris
Mittere triticeos in pastum plebis aceruos?

Paneg. Constantino Constantij filio dictus de Tyberi: *Tu Roma tua alter copiis subuehendis, &c.*

Tyberina tetigisse] Symmach. epist. 59. lib. 4. *Cùm homines tui Tyberina tetigissent, tetigisse*, id est, adpulisse. Verg.

ni littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Heluius de Telefo:

Nam Graij Troiam peterent cum mille carinis,
Tangeret, & classis littus adacta suum.

Catul. *tetigissent littora puppes.*

Rutilius Itin. 1. *Tangimus Vmbronem, &c.*

Victor Vticen. lib. 1. *Quædam multitudo Africanum attigisset littus.* L. 1. C. de naufragiis, *Et reliquam terram attigerit.*] epist. 16. lib. 5.

SIDONIVS MONTIO SVO TEM. EPIST. XI.

PEtis tibi, vir disertissime, Sequanos tuos expetituros satyram nescio quam, si sit à nobis perscripta transmitti, quod quidem te postulasse demiror. Non enim sanctum est, vt de moribus amici citò perperam sentias. Huic eram themati scilicet incubaturus? id iam agens otij, idque habens æui, quod iuuenem militantemque dictasse præsumptuosum fuisset, publicasse autem periculosum. Cui namque gram-

grammaticum vel ſalutanti Calaber ille non dixit?

Si mala condiderit in quem quis carmina ius eſt,
Iudiciumque.

Sed ne quid vltra tu de ſodali ſimile credas: Quid fuerit illud quod me ſiniſtræ rumor, ac fumus opinionis afflarit, paulò longiùs, ſed ab origine exponam. Temporibus Auguſti Maioriani venit in medium carta comitatum, ſed carens indice, verſuum plena ſatyricorum mordacium: Sanè qui ſatis inuectiualiter abuſi nominum nuditate, carpebant plurimùm vitia, plus homines. Inter hæc fremere Arelatenſes, quò loci res agebatur, & quærere quem poëtarum publici furoris meritò pondus vrgeret, iis maximè authoribus, quos notis certis author incertus exacerbauerat. Accidit caſu vt Catullinus illuſtris, tunc ab Aruernis illò veniret, cùm ſemper mihi, tum præcipuè commilitio recenti familiaris. Sæpè enim ciues, magis amicos peregrinatio facit. Igitur inſidias neſcienti, tam Pæonius, quàm Bigerrus has tetenderunt, vt plurimis coràm tanquam ab incauto ſiſcitarentur, hoc nouum carmen an recognoſceret. Et ille: Si dixeritis. Cumque fruſta diuerſa, quaſi per iocum effunderent, ſoluitur Catullinus in riſum, intempeſtiuoque ſuffragio clamare cœpit: dignum poëma, quod perennandum apicibus auratis iuſtè tabula roſtralis acciperet, aut etiam Capitolina. Pæonius exarſit, cui ſatyricus ille morſum dentis igniti auidiùs impreſſerat, atque ad aſtantes circulatores, iniuriæ communis (inquit) iam reum inueni: Videtis, vt Catullinus deperit riſu? apparet ei nota memorari: Nam quæ cauſa compulit feſtinam præcipitare ſentētiam, niſi quod iam tenet totum, qui de parte ſic iudicat? Itaque Sidonius nunc in Aruerno eſt, vnde colligitur auctore illo, iſto auditore, rem textam. Itur in furias, inque conuitia abſentis, neſcientis, innocentiſque conſcientiæ: fidei quæſtioni nil reſeruatur. Sic leuis turbæ facilitatem, qua voluit, contraxit perſona popularis. Erat enim ipſe Pæonius populi totus, qui tribunitiis flatibus crebrò ſeditionum pelagus impelleret. Cæterùm ſi requiſiſſes *Qui genus, vnde domo?* non eminentiùs quàm municipaliter natus: quemque inter initia cognoſci, claritas vitrici magis quàm patris fecerit. Identidem tamen per fas nefaſque creſcere affectans, pecuniæque per auaritiam parcus, per ambitum prodigus. Namque vt familiæ ſuperiori, per filiam ſaltem quamquam honeſtiſſimam, iungeretur, contra rigorem ciuici moris, ſplendidam (vt ferunt) dotem Chremes noſter Pamphilo ſuo dixerat. Cúmque de capeſſendo diademate coniuratio Marcelliana coqueretur, nobilium iuuentuti ſigniferum ſeſe in factione præbuerat, homo adhuc nouus in ſenectute, donec aliquando propter experimenta felicis audaciæ natalium eius obſcuritati dedit hiàtis interregni rima fulgorem. Nam

vacante aula, turbataque republica, ſolus inuentus eſt, qui ad Gallias adminiſtrandas,faſcibus priùs quàm codicillis auſus accingi,menſibus multis tribunal illuſtrium poteſtatum ſpectabilis præfectus aſcenderet, anno peracto militiæ extremæ terminum circa vix honoratus, numerariorum more, ſeu potiùs aduocatorum, quorum cùm finiuntur actiones,tunc incipiunt dignitates.Igitur iſte ſic præfectorius,ſic ſenator (cuius moribus quod præconia competentia non ex aſſe perſoluo, generi ſui moribus debeo) multorum plus quàm bonorum odia commouit, adhuc ignoranti mihi, adhuc amico, tanquam ſæculo meo canere ſolus verſu valerem. Venio Arelatem,nihil adhuc ſuſpicans; vnde enim? quanquam putarer ab inimicis non affuturus, ac principe poſt diem viſo,in forum ex more deſcendo: quod vbi vſum eſt, illicò expauit(vt ait ille)*nil fortiter auſa Seditio.* Alij tamen mihi plus quàm deceret ad genua prouolui, alij ne ſalutarent, fugere poſt ſtatuas, occuli poſt columnas,alij triſtes, vultuoſique iunctis mihi lateribus incedere. Hîc ego quid ſibi hæc vellet in illis ſuperbiæ nimiæ, in iſtis humilitatis forma,mirari, nec vltrò tamen cauſas interrogare,cùm ſubornatus vnus è turba factioſorum dat ſeſe mihi conſalutandum. Tum procedente ſermone; cernis hos,inquit?Et ego:Video, inquam, geſtúſque eorum miror equidem,nec admiror. Ad hæc noſter interpres:Vt ſatyrographum te,inquit,aut execrantur,aut reformidant.Vnde?cur?quando? reſpondi: Quis crimen agnouit? quis detulit? quis probauit? Moxque ſubridens:Perge,inquam,amice, niſi moleſtum eſt, & tumeſcentes nomine meo conſulere dignare, vtrumnam delator ille, aut index, qui ſatyram me ſcripſiſſe confinxit, & perſcripſiſſe confinxerit: vnde fortè ſit tutiùs, ſi retractabunt, vt ſuperbire deſiſtant. Quod vbi nuncius retulit, protinus cuncti non modeſtè, neque ſinguli, ſed properè & cateruatim oſcula ac dexteras mihi dederunt. Solus Curio meus,in transfugarum perfidiam inuectus,cùm adueſperaſceret, per cathedrarios ſeruos veſpillonibus tetriores domum raptus ac reportatus eſt. Poſtridie iuſſit Auguſtus,vt epulo ſuo circenſibus ludis intereſſemus. Primus iacebat cornu ſiniſtro conſul ordinarius Seuerinus,vir inter ingentes principum motus, atque inæqualem reipublicæ ſtatum, gratiæ ſemper æqualis. Iuxta eum Magnus, olim expræfecto, nuper exconſule, par honoribus perſona geminatis: Recumbente poſt ſe Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipſe decurſis, pariter ornauerat proconſulatum patris, patrui conſulatum. Pæonius hinc propter: Atque hinc Athenius homo litium, temporumque varietatibus exercitatus. Hunc ſequebatur Gratianenſis, omni ab infamia vir ſequeſtrandus, qui Seuerinum, ſicut honore poſtibat,ita fauore præceſſerat. Vltimus ego iacebam, quà purpurati læuum latus in dextro margine porrige-

batur.Edulium multa parte finita, Cæſaris ad conſulem ſermo dirigitur, iſque ſuccinctus, inde deuoluitur ad conſularem, cum quo ſæpè repetitus,quia de literis factus,ad virum illuſtrem Camillum ex occaſione transfertur, in tantum vt diceret princeps:Verè habès patruum, frater Camille, propter quem me familiæ tuæ conſulatum vnum gratuler contuliſſe.Tunc ille qui ſimile aliquid optaret,tempore inuento: Non vnum,inquit,domine Auguſte, ſed primum. Summo fragore, vt nec Auguſti reuerentia obſiſteret, excepta ſententia eſt. Inde neſcio quid Athenium interrogans, ſuperiectum Pæonium compellatio Auguſta præteriit, caſu an induſtria,ignoro. Quod cùm turpiter Pæonius ægrè tuliſſet(quod fuit turpius)compellato tacente,reſpondit.Subriſit Auguſtus,vt erat auctoritate ſeruata, cùm ſe communioni dediſſet ioci plenus, per quem cachinnum non minus obtigit Athenio vindictæ quàm contigiſſet iniuriæ. Colligit itaque ſeſe trebaciſſimus ſenex, & (vt ſemper) intrinſecus æſtu pudoris excoquebatur, cur ſibi Pæonius anteferretur. Non miror, inquit, Auguſte: ſi mihi ſtandi locum præripere conetur, qui tibi inuadere non erubeſcit loquendi. Et vir illuſtris Gratianenſis: Multis, inquit, Satyricis hoc iurgio campus aperitur. Hic Imperator ad me ceruice conuerſa. Audio, ait, comes Sidoni, quòd ſatyram ſcribas: & ego, inquam, hoc audio, domine princeps. Tunc ille(ſed ridens) Parce vel nobis. At ego inquam;Quod ab illicitis tempero,mihi parco. Poſtque ille: Et quid faciemus his, inquit, qui te laceſſunt? & ego: Quiſquis eſt iſte,domine Imperator,publicè accuſet. Si redarguimur,debita ſupplicia luamus conuicti. Cæterùm obiecta,ſi non improbabiliter caſſauerimus, oro vt indultu clementiæ tuæ præter iuris iniuriam, in accuſatorem meum, quæ volo ſcribam. Ad hæc ipſe Pæonium conſpicatus,nutu cœpit conſulere nutantem, placeretne conditio.Sed cùm ille confuſus reticuiſſet,princepsque conſuleret: erubeſcenti,ait: Annuo poſtularis, ſi hoc ipſum è veſtigio verſibus petas. Fiat inquam: Retrorſumque conuerſus, tanquam aquam manibus poſcerem,tantumque remoratus, quantum ſtibadij circulum celerantia miniſteria percurrunt, cubitum toro reddidi. Et imperator: Spoponderas te licentiam ſcribendæ ſatyræ verſibus ſubitis poſtulaturum. Et ego:

Scribere me ſatyram qui culpat, maxime princeps:
Hanc rogo decernas, aut probet, aut timeat.

Sequutus eſt fragor (niſi quod dico iactantia eſt) par Camillano, quem quidem non tam carminis dignitas, quàm temporis breuitas meruit. Et princeps Deum teſtor, & ſtatum publicum, me de cætero nunquam prohibiturum, quin quæ velis ſcribas: quippe cùm tibi crimen impactum probari nullo modo poſſit, ſimul & periniurium eſt

ſententiam purpurati tribuere priuatis hoc ſimultatibus, vt innocens ac ſecura nobilitas propter odia certa, crimine incerto periclitetur. Ad hanc ipſe ſententiam cùm verecundè capite demiſſo gratias agerem, concionatoris mei cœperunt ora pallere, in quæ paulò antè, poſt iram triſtitia ſucceſſerat, nec ſatis defuit, quin gelarent, tanquam ad exertum præbere ceruices iuſſa mucronem. Vix poſt hæc alia pauca, ſurreximus; paululum ab inſpectu Imperatoris proceſſeramus: atque etiamnum chlamydibus induebamur, cùm mihi conſul ad pectus, præfectorij ad manus cadere, ipſe ille meus amicus, crebrò & abiectè miſerantibus cunctis humiliari, ita vt timerem ne mihi inuidiam ſupplicando moueret, quam criminando non concitauerat. Dixi ad extremum preſſus oratu procerum conglobatorum, ſciret conatibus ſuis verſu nil reponendum, derogare actibus meis in poſterum tamen ſi pepercisset; etenim ſufficere debere quod ſatyræ obiectio famam mihi parauiſſet, ſibi infamiam. In ſumma pertuli quidem, domine maior, non aſſertorem calumniæ tantum, quantum murmuratorem. Sed cùm mihi ſic factum eſt, vt pectori meo pro reatu eius, tot poteſtatum dignitatumque culmina, & iura ſummitterentur, fateor exordium contumeliæ talis, tanti fuiſſe, cui finis gloria fuit. Vale.

Sequanos tuos] Sequani Cæſari, M. Tull. 1. ad Atticum, & 16. Ptolemæo *σηκουανοί*: & Ammian. Marcell. libro 15. Burgundiones ſunt, qui comitatum incolunt, nam & Sequani ſunt, qui ducatum incolunt. Notitia prouinciarum: *Prouincia maxima Sequanorum, metropolis ciuitas Veſontienſis*. Ammiano Marcell. lib. 15. ſub finem, & notitia metropolῶν in Galliis, *& dux prouinciæ ſequanici*, in Not. Imp. *& dux ſequanica*, ibid.

Perſcripta] Sic ex mss. emendaui, 7. hac epiſt. *Vtrumnam delator ille aut index, qui ſatyram me ſcripſiſſe confinxit, etiam perſcripſiſſe confinxerit*.

Publicaſſe autem periculoſum] quia l. 12. tabularum pœna capitis ſequebatur eos, qui malo carmine, bonam alicuius famam ſuggillaſſent. M. Tullius de Republ. lib. 4. *Noſtræ contrà 12. tabulæ cùm perpaucas res capite ſanxiſſent in his hanc quoque ſanciendam putauerunt, ſi quis actitauiſſet, ſiue carmen condidiſſet, quòd infamiam afferret, flagitiumue alteri.* Idem: *Probris & iniuriis poetarum ſubiectam vitam, famamque habere noluerunt, capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere, ſi quis auderet*. apud D. Auguſt lib 2. de Ciuitate Dei, cap. 9. & cap. 12. idem l. 12. tabul. cautum eſſe tradit Cornutus in Perſij Satyr. 1. ſcilicet pœnam capitis. Et ita intelligendus eſt ille locus Horatij in ep. ad Auguſtum *quin etiam lex*

Pœnaque lata malo quo nollet carmine quemquam
Deſcribi, &c.

Pœnaque lata, id eſt, pœna capitis, & fuſtis. Arnobius lib. 4. *Carmen malum conſcribere, quo fama alterius coinquinetur, & vita: decemuiralibus ſcitis euadere noluiſtis impunè.* L. ergo 12 tab. cautum erat pœna capitis & fuſtis, ne quis in quenquam maledicum carmen ſcriberet. M. Tull init lib. 4. Tuſcul. Quæſt. Donatus in Teren. vbi de comœdia, Pau. 5. Sent. ti. 4. de iniuriis, § eo quod, & l. vn. C. de famoſis libellis. cõfirmatur ab Accur. in l lex Cornelia. §: ſi quis librum, de iniuriis: & l. 7. C. Th. de famo. libellis.

Si mala condiderit] Verſus Hor. Saty. 1. l. 2. in fi. Saliſber. Policrat. l. 7. c. 24. in fine, eoſdem inculcat, qui verſus referendi ſunt ad l. 12. tab. quod & Acron adnotat, ad hæc, *Tu miſſus abibis*, in fine Satyræ.

Mala carmina] id est famosa, criminosa Acron, & Porphyrio, verbum legis. 12. Horat in epist. ad Augustum.

malo quæ nollet carmine quenquam

Describi. Arnobius l. 4. *carmen malum conscribere id est famosum*, interprete Paulo. I. C. l. 5. sentent. tit. 4. §. 6. & §. 12. & l. ob carmen. D. de testibus, *infame* Donato. in Terent. *turpe.* Paulo. 1. c. vbi s.

Charta] id est famosus libellus, l. 7. C. Th. de famo s. libel. Anianus l. 1. & 9. eod. tit. *famosas chartas*, famosos. libellos interpretatur

Comitatum] Maioriani Imp. scilicet, comitatus est, *vbi Rex, Imperator aut comes est*, Balsamo Synodi. Carthag. can. 109. J. e. 2 l. 7.

Fremere] id est *magnum sonare*. Nonius. M. Tull 1. de oratore, *frement omnes licet, dicam quod sentio, &c.* proprietatem hanc esse huius verbi tradit Cassiodorus. Psal. 2. *Fremitus propriè ferarum est, qui iniustè feruentibus datus est, quando ratione postposita belluino furore succensi sunt.* infrà c. 5. l. 7.

Sed carens indice] id est auctoris nomine, carens titulo, quo nomen auctoris indicari solet, Florus l. 1. de mutatione Reip. *mutato tamen indice & nomine, sine nomine* dicitur in l. lex Cornelia. §. si quis librum. de iniuriis, *qua nomine accusatoris caret*, l. 3. & 4. C. Th. de famosis libellis, & huiuscemodi chartæ famosæ sine titulo & nomine incendi debent, l. 3. 7. & 10. de famosis libellis C. Th. *interest enim publicæ disciplinæ, opinionem vniuscuiusque turpi carminis infamia vindicare*. Paulus 5. sentent. tit. 4. §. 12.

Concitatoribus] sic vet. Bas. & Vin. libri Paul. 5. sent. tit. 22. §. 1. *concitatores populi* & l. 39. de pœnis, & l. 16. de appellatio. Anianus, l. vnic. C. Th. de his qui plebem contra pub. coll. &c. & Firmic. l. 3. c. 3. *turbarum concitator, comutator tumultus*, Am. Marcell l. 25. sub finem, mss. auctoribus. Quæ lectio æquè elegans est, iidémque sunt auctores, qui concitatores: Paulus 5 sent. tit. 22 l. 39 § auctores de pœnis, & l. 3. §. item qui, ad l. Corn. de sicariis Sulpic. Seuer. histo. Sacr. l. 2. *rapiad se turbarum authores iubet*, l. 1. C. Theodo. de his qui super religio. contendunt. Quint. Curt. l. 10. *non aliter positu eros arma equites, quàm si rex discordia authores dedidisset*, coniungit has voces Iustin. l. 2. *Hippias auctor & concitator eius belli*, & Amm. Marcell. l. 25. in fine.

Tabula rostralis] præter Varron. de lingua: l. 4. T. Liui. l. 8. Florum, l. t. & ex eo Iordanem de successione regnorum, & Isidorum, l. 15. c. 2. Mamertinus in Genetliaco, *itémque præter victorias toto orbe terrarum partas, etiam naualia trophæa promittunt, vt post bella Punica, post Asia Syriæque reges, Romani rostra campi, nouis ornentur exuuiis, & oblitos iam Quirites in memoriam reducant, cur ille solemnis concionibus locus, rostra vocetur.*

Capitolina] triumphaturi duces, tabulas victoriæque suæ titulos in Capitolio figebant. Fortunatianus, vnde Sidonio *tabula Capitolina*, qui hunc locum videtur à Suetonio sumpsisse in Nerone cap. 10. *Recitauit & carmina in theatro, tanta vniuersorum lætitia, vt supplicatio decreta sit, atque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.*

Perennandum] J. e. 1 l. 4. *à nobis in æuum si quid est vitæ reliquum perennabitur*, quem locum consule.

Igniti dentis] id est mordacis & satyrici, *flammant satyræ* J. e. 11. l. 8. in Carm. & *flammei versus*, Ennio, l 3. satyra, idest, Satyrici.

Ad astantes] scilicet dixit, Cicero: *sed in comitium veniant ad astantem iudicem dicant.*

Circulatores] Circulatores non sunt hoc loco, præstigiatores, qui vt ait Victorinus Afer, animos hominum sensusque, quadam specie veritatis illudunt, de quibus præter cæteros Celsus de re med. l. 5. c. 7. Porphyrio, l. 1. Satyr. 2. Prudent. in

hym. Romani martyr. & D. Hiero. epist. ad Paulinum, vt Pius, commentus est, verum circulatores sunt qui Pœnium circulabant, à circulo dicti, circusus, M. Tull. ad Q. Frat. e.4. l.3. Fabio, l. 12.c.3. Gellio, l. 4.c. 1. Am. Marcelli. l.14. & 21. Vopisco in Probo. D. Hiero. Apolog. ad Domnionem, & l. 11. C. Th. de hæret. populi corona est, à quo circulo circulatores, Plinio. c.7. l.4.

Sidonius in Aruerno est] s̄. de Sollio diximus, nunc de Sidonio, quod nomen non semel occurrit. j̄. eadem epist. *Comes Sidone*, & alias passim, cognomines authores multi fuerunt. *Sidonius Antipater*. Plinius, l. 7. epist. 51. *Sidonius mensuras & pondera reperit*, Eutropius in Syluio, l. 1. *Sidonius*. D. Cypriano. c. vlt. l. 2. *& Sidonius Rhegiensis* Episcopus. Cathologus Rhegiensis Ecclesiæ, *Sidonius Moguntinus* Episcopus. Fortunat alius *Sidonius Curiensium* Episcopus quintus, Epigramma *Ceterij Sidonij Syracusani*, l. 4. Epig. Vett. & apud Auson. *Sidonius vir prudentissimus, apotelesmata disertissimis versibus scripsit*, Iul. Firmi. l. 2.c.32. qui longè diuersus est ab isto, in quo Pius cœcutiit.

Qui genus, vnde domo] Hemistichium Vergilianum, l.5. lex. 4. C. Theod de Agentibus in rebus, *qualis moribus sit, vnde domo*, Alcimus Auitus, l. 4.

> *Qui genus, vnde patres,*

hist. ms: S. Genesij Aruernensis Episcopi c. 4.

> *Qui genus, vnde domo.*

Figura Græca, Seruius Aeneid. 5.

Pecuniaque per auaritiam parcus, per ambitum prodigus.] Claudianus 2. Paneg. Stiliconis.

> *At primum scelerum matrem, quæ semper habendo*
> *Plus sitiens, patulis rimatur, faucibus aurum,*
> *Trudis Auaritiam. cuius fœdissima nutrix*
> *Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum*
> *Excubat, & pretium commercia poscit honorum,*
> *Pulsa simul.*

Dotem dixerat] Vlpianus l. Regularum *dos autem datur, aut dicitur, aut promittitur*. l. 3. C. Th. de incestis nuptiis, *dos si qua fortè solenniter aut data, aut dicta, aut promissa fuerit*, & Gaius Institutionibus de obligationibus, tit. 7. *vt si mulier siue sponso vxor futura, siue iam marito dotem dicat, dotis dictio*, l. vlt. C. Th. de dotibus Plinius epist. 4. lib. 2. *in dotem centum milia contulerim, præter eam summam quam pater tuus quasi de meo dixit, &c.* Martialis l. 12. *Dos etiam dicta est*, & Aurel. Victor in Nerone, & Vet. Iuuen. interpr. in fine Saty. 2. *dos enim à ciue, Rom. data, non patrio dicta nomine.* Solemnia dictionis dotis vide apud Gaium, l. 2. c.9. in fragm.

Chremes] id est senex auarus, & tenax. Horat. Ode. 1. Epod. ibid. Acron & Porphi. Senex autem erat Pœnius. j̄. & auarus. s̄. hac epist. *pecunia per auaritiam parcus.*

Coniuratio Marcelliana coqueretur] *coqui consilia* dicuntur T. Liuio, l 3. *decoqui*, Portio Latroni, *quas criminum coxerit moles*, Ammia. Marcell. lib. 29. j̄. Car. 5.

> *Coxerat internum per barbara corda venenum.*

Coniuratio Marcelliana] à Marcelliano dicta, Procopius, l. 1. de bello Vvand. *erat ea tempestate, in Delmatia, quidam Marcellianus, notus Ætio, vir admodum probus, qui post Ætium interfectum, ad Impe. redire recusauit, res in ea parte nouas excitando, eaque fuit potentia vt nemo resistere auderet, &c. Per quem Vvandali in Sicilia cæsi postquam effugati sunt*, Idac. ms in Chro. postea. *Anthemio Augusto. 11. Cos. in Sicilia occiditur.* Cassiod. in Leone Aug. Anthemio. A. 11. Cos. *Marcellinus occidentis Patricius, idémque Paganus, dum Romanis contrà Vvandalos, apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliumque fert, ab hisdē dolo confoditur, pro quibus venerat pugnaturus.* Marcell. Comes, *mēse Aug.* innominatus Chronographus. vir Patricius, & Iulij Nepotis. A. auunculus Ior-

dan. in hist. Goth. *Nepos Marcellini quondam Patricij sororis filius*, *&c.* idem, Friculfus, l. 5. c. 17. Hist. & Marcell. Comes indict. XII. Leone Iuniore solo Cos. de quo etiam Nouell. Theodosij de Patrim. rei domi.

Hiantis interregni] post mortem Petronij Maximi, in Paneg. Auiti,

regnum non praeripis vlli,

Nec quisquam Latias Augustus possidet arces,

Qua vacat, aula tua est, &c.

Fuit autem interregnum mensium. x. dierum, XIIII. Innominat. Chronograph. *captus est Imp. Auitus Placentiae à Magistro militum Ricimere. xvj. kal. Iun. leuatus imperator Maiorianus Kal. Aprilis.*

Vacante aula] post mortem Petronij Maximi, vt dixi, j. Car. 7.

Qua vacat aula tua est.

Turbatáque Rep.] Roma scilicet à Genzerico Vvandalorum rege capta atque direpta. Idacius. ms. *Genzericus sollicitatus à relicta Valentiniani, & malum fama dispergente priusquam Auitus Augustus fieret, Romam ingreditur, ditatusque opibus Romanorũ Carthaginem redit, &c.* plura j. Car. 5. & 7.

Qui ad Gallias administrandas] praefectus enim praetorio Galliarum, Gallias administrare dicebatur. j. l. 7. epist. 12. *praetermisit Gallias tibi administratas, &c.*

Fascibus] id est praetorianae dignitatis infulis, erant autem Praetorianae praefecturae seni fasces vt j. notaui ex Rutilio.

Codicillis] per quos honores à principe deferebantur, praeter Sueton. in Tiberio. c. 42. & in Claudio cap. 29. Tacitum l. 13. Annal. verbum protritum est in Impp. Constitut. Petrus Chrysologus. Serm. 144. in fine, *hic honores designantur, hic qui non de Euangelij fide acceperit codicillos, ibi aeternarum infulas non habebit dignitatum.* vide j. epist. 16. l. 5. grauiter autem Paeonium exagitat Sidonius, quòd sine Codicillis Gallias administrarit, idque iure punitur, l. 1. C. Th. vt dignitatum ordo seruetur, & ibid. Anianus. Petrus Rauennas. Serm. 109. *Quis non vocatus ad aula regalis se proripit seruitutem? quis sine titulo militari militem se ausus est profiteri? quis sine dignitatis infulis nomen dignitatis inuadit? Et si haec penes homines sollicita cautaque sunt, si ratione constant, si conualescunt ordine, si tremore seruantur, &c.*

Tribunal inlustrium potestatum] id est carpentum praefectorum praetorio, quod in Imperij notitia depingitur, Cassiod. l. 6. epi. 3. *ipse carpentum reuerendus ascendit*, ibidem in fine, idem, l. 1. diuin. inst. *si praefectum vox praeconis enuntiet, si carpentum ipsius strepentibus rotis transire noscamus*, idẽ de carpento praef. vrbi, l. 6. e. 4. & 15. & 18. Symmachus e. 17. l. 10. Vopiscus in Aureliano, initio quod eleganter vocat *iudiciale carpentum*, in eo enim sedentes ius dicebant, maiores magistratus; anteà pro tribunali M. Tull. 2. in Verrem, *palàm de sella ac tribunali pronuntias*, Plinius epist. 10 l. 1. *Sedeo pro tribunali, subnoto libellos*, lex. 2. de re iudicata, *qui pro tribunali cognoscit*, pro tribunali, id est in tribunali interprete Festo. Apuleius, l. 1. Floridorum, *praeco cum proconsule, & ipse tribunal ascendit.* Seneca 1. de ira. c. 16. idcircò carpentum praefecti praetorio *tribunal* vocatur à Cassiodoro. l. 6. c. 3. in fine quod in eo, sicut prius in tribunali, antè carpenti vsum ius dicerent maiores magistratus, quippe minores magistratus *ex aequo loco, & imis subselliis ius dicebant, non pro tribunali.* Asconius in diuinatione.

Numerariorum more] Numerarij, iidem qui Tabularij, l. 1. C. Th. & l. 13. C. de Tabulariis l. 4. C. de Numerariis, iique sunt qui publicas rationes tractant, Anianus in l. vlt. C. Th. de Tabulariis, ita à rationibus subducendis, & munerandis appellati, Glossae vett. ἀριθμητής, Numerarius, Augustinus de libero arbitrio, l. 2. epist. 1. l. 2. *colludensque numerariis*, quem locum adi sic lubet: qui quidem militia deposita, cum honore primi ordinis Comitiuae dimittebantur, l. vlt. C. de Numerariis, & hóc est quod ait Sidonius, *quorũ cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates,*

quod de numerariis præfectorum intelligendum est, penes quos publicatum rationum notitia consistebat, Nouella Valentiniani de officio & numerariis, olim ex perfectissimis dimittebantur, postquam quinquennio chartas administrauerant benè, probè, & puris manibus, l. 6. C. Th. eod. tit. sicque olim *scribæ, pro præmio consequebantur, vt magistratus essent.* Horat. Satyr. 5. l. 1.

ridentes præmia scribæ.

ibid. Acron.

Seu potius aduocatorum, quorum cum finiuntur actiones tunc incipiunt dignitates] aduocati prætoriani, postquàm ad fisci patronatum peruenerant, & in eo annum compleuerant, Consistoriani Comites abscedebant, l. cum aduocatio. C. de Aduocatus diuers. iudicio. Ennodius Marciano, *Non est bonis artibus infœcunda Liguria, nutrit foro germina, quæ libenter amplectatur & Curia, nota proximitate sociantur causidicus & senator, his qui bene toga vsi fuerint, reseratis susceptura sinibus palmata blanditur,* postea constitutum est vt patroni fisci post biennium crearentur exconsules, l. sancimus. §. egredientem C. eod. tit. aduocati quoque Comitis rerum priuatarum, & proconsulis Asiæ, post depositum aduocationis officium Clarissimi ordinis Comitis perfruebatur dignitate, l. 1. C. de aduo. diuers. iudic. necnon aduocati intrà Africam manentes, Clarissimatus honore potiebantur. Nouella Theodosij de Tributis fiscalibus, prætorianæ insuper siue vrbanæ præfecturæ Causidici, expleto aduocationis vicensimo anno, Vicariæ dignitatis ius potestatémque obtinebant. Nouella Theodosij de postulando Nouel. Valentiniani de confir. his quæ administ. vel publicum off. &c. *in diuersis prouinciis vacuas curas derelinquunt, qui certatim ad priuilegia causidicis illustris prætoriana sedis atque vrbanæ delata festinant.* quæ quidem omnia Sidonij locum illustrant aduocatos enim *ad finem aduocationis specialium priuilegiorum fructus proposita etiam palma dignitatis hortabatur.* Nouella alia Theodosij de postulando, & perpetuanda aduocatione, vbi ea propter aduocatio, *seminarium dignitatum* appellatur vnde Capitol. in Macrino. *deinceps aduocatum fuisse Fisci, ex quo officio ad amplissima quæque peruenit.* vide ĵ. e. 6. l. 8.

Igitur sic præfectorius, sic Senator] præfecti prætorio Senatores erant, ĩ. 8. & 7. l. 1. de Ferreolo præfectorio, *non minus legatum se, quam Senatorem reminisceretur, præfectis enim prætorio Senatoriam dignitatem adiecit.* Alexander Seuerus, Lampridus vide. ĵ. c. 6. l. 3. itaque vt numerariorum, & aduocatorum cum finiuntur actiones, incipiũt dignitates, sic postquam Pæonij finita est dignitas præfectoriana, expræfecti & Senatoris dignitas illi accessit, quia scilicet dignitatem quam sine codicillis sibi Pæonius absumpserat, illi eiusdem dignitatis priuilegia Auito Imperium auspicante concessa fuerint. vide ĵ. c. 16. l. 5.

Venio Arelatem] Augusti Maioriani domicilium Arelate, Nouella Maioriani, de Episcopali iudicio, & Nouella eiusdem de Adulteriis, in qua sedem Imperij Constantinus Tyrannus conlocauit, Constantinamque vrbem vocari iussit, constat ex constitutione illius Constantini, ad Agricolam præf. prætorio Galliarum, ex qua etiam constitutione liquet, & ex Strabone, libro quarto, vberrimum fuisse Emporium. Rhodani quippe fluentis interluitur. Ausonius, Constantini Tyranni Constitutio. & Festus Auienus in ora maritima, sub finem, Cassiodo. l. 8. e. 10. vnde & *præfectus Classis Fluminis Rhodani, Vienna, siue Arelati.* Notitia Imperij, præter alias appellationes, quas alij notarunt, Theline etiã vocata est. Festus Auienus.

Arelatus illic Ciuitas attollitur,
Theline vocata sub priore sæculo,
Graio incolente.

quæ eò sublimitatis venit, vt Gallula Roma diceretur, quam appellationem nonnisi

nisi præcipuæ vrbes & Romæ æmulæ sortiebantur, veluti Constantinopolis, quæ noua Roma Sidonio. J. Paneg.

regina orientis

Orbis Roma tui

Saluiano Massil. l. 7. de Prouidentia. *Carthago, vniuersarum Africæ vrbium princeps & quasi mater, & in Africano orbe, quasi Roma*, & Campaniæ præcipua vrbs Capua. *Roma altera quondam* Ausonio, necnon Aedui, Sigeberto, *Celtica Roma*, in Chro. Aquileia etiam Romania, *& Roma secunda* dicta est, Leand. indéque Chromatius Aquileiensis Episcopus, Romanus dictus est Episcopus, in libro de octo beatitudinibus, & ita Arelas Gallula Roma vocata est, ab Ausonio, vt verbo celeberrimæ vrbis excellentiam exprimeret, erat enim nobilissimum oppidum Galliæ, Isidorus in Chronico Gothorum Era. ccccclxvij. Ligurinus lib. 5.

In forum ex more descendo] Val. Antias, lxxv. *deinde funere locato, ad forum descendit* & Seneca de prouident. c. 3. Asconius pro Scauro, *in forum quoque sic descenderat, ibique dicebat*, idem in enarratione Milonianæ, *ad Comitia descendere*, Cicero. in offic. *in rostra descendere.*

Illicò expauit vt ait ille] *nil fortiter ausa, Seditio.* Lucanus. lib 5.

Alij tamen mihi plusquàm deceret ad genua prouolui] quod erat humillimè supplicantium, *genua enim misericordiæ consecrata dicunt Physici, vnde hæc tangunt rogantes*, Seruius, lib. 3. Aeneidos Glossæ vett. *γουνατισις, genuatus supplex.* Plutarchus, rerum Romanarum c. 49. & Plinius, l. 11. c. 45. Nat. Hist. J. epist. 9. l. 9. *capti hostis genua complector*, quò loci plura.

Alij ne salutarent fugere post statuas, occuli post columnas] loquitur Sidonius de foro Arelatensi, in foro autem pleræque columnæ, & statuæ, quibus à Principe vel à Senatu donabantur viri strenui, egregiè docti, aut quouis alio modo de Rep. benè meriti: de columnis Vitruuius. l. 5. c. 1. de statuis infrà e. vlt. l. 9. quam vide ni piget. Apuleius, l. 3. pœnes initium, *plerique columnis implexi, alij statuis dependuli, nonnulli per lacunaria & fenestras semi-conspicui, miro tamen omnes studio visendi, pericula salutis negligebant*, hæc Apuleius, quando in forum asinus à publicis ministeriis adductus est, in foro itaque crebræ erant statuæ, atque columnæ, circà quas se occultare solebant, vt ex Luciano in Anarc. D. Ambrosio, Tobiæ c. 7. & T. C. docet doctiss. Alciat. parerg. l. 4. c. 27. & Cuiacius obseruat. l. 1. c. 13. quibus adde Basilium in Psal 14.

Alij tristes, vultuosique] vultuosi id est adducta fronte, & vultu ad tristitiam composito, quod verbum M. Tull. non respuit in oratore, *vultuosum, tristem*, interpretatur Nonius, Glossæ Isidori. mss. *vultuosus, tristis.* Ammi. Marcell. l. 29. *incedebat passim ac latè os circumferens vultuosum.* J. epist. 12. l. 4. *puer familiaris adstitit vultuosus.*

Vnde, cur, quando respondi, quis crimen agnouit? quis detulit? quis probauit?] vt legum gnarus accusatorem poscebat, atque solemnia, quæ accuratè persequitur: eodem ordine Iuuenalis Saty. 10.

Sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indicibus? quo teste probauit?

M. Tull pro Cælio, *Accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet.* Asconium consule.

Protinus cuncti non modestè, neque singuli, &c.] J. e. 6. l. 8. *qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim petitur, & cunctim*

Oscula, ac dexteras mihi dederunt.] *Mos antiquus erat iungere dextram, amplecti, & osculari, quoties inuicem occurrebatur*, Pomponius Sabinus 1. Aeneidos, Ennius Medea. *Saluete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite*, vtrumque solemne in salutationibus, & manus dare, & osculari. Amm. Marcell. l. 16. *quendam Vitalianum*

L

quem si norat ambigitur, latinè salute data, blandè produxit, eúmque porrecta dextera suauiatus. M. Tull. l. 2. epi. 9. de osculo, Seneca, l. 2. de ira. c. 24. Apuleius, l. 1. 2 4. c. 7. Metamorphosis, quem salutandi morem neque patres, neque Christiani exhorruerunt, Tertull. aduers. Marcio. l. 5. D. Hiero. epi. ad Ruffinum initio. dextras etiam dare in salutationibus, vt & hodie moris erat, ratio redditur à Plinio, l. 11. c. 45. Plutarcho rerum Romanarum cap. 49. sed omnium elegantissimè Varro, *qui* ἀντιον *& causam Callimachum secutus sic exponit, asserens omnem maiorum honorem dextrarum constitisse virtute, ob quam hac se venerabantur corporis parte,* auctor est Seruius l. 1. Æneidos.

Solus Curio meus] id est Pæonius denominatiue, à populari, & seditioso Curione, de quo præter Dion. l. 40. Petro. in Saty.

Tu concute plebem

Curio.

J. c. 3. l. 4. *incitat vt Curio, Præonius enim erat populi totus, qui Tribunitiis flatibus crebrò seditionum pelagus impelleret,* addit, *meus*, quia plebem Arelatensem in eum concitauerat. J.

Cathedrarios seruos] cathedrarij serui, serui sunt lecticarij, *cathedralitij ministri* Martiali, l. 10. epig 13. *geruli*, Senecæ, l. 3. de Benef. cap. 28. à gerendo, vt à baiulãdo, *baiuli* Tertull. l. de Virgin. velan. & l 1. ad vxorem, *& sessio baiulatoria*, Cœlio Aurel. l. 1. c. 15. acut. morbor. vet. interpres Iuuenal. Satyr. 3. idem Saty. 6. Liburnos interpretatur *lecticarios, & gerulos*, & ab his ditiores portabantur in lectica, *quæ sella portatoria*, Cœlio Aureliano dicitur acut. morbor. l. 3. c. 15. & l. 1. tard. pass. c. 1. *& fertulum*, Asconio. 3. in Verrem *& fertorium*, à ferendo eidem Cœlio, l. 1. tard. affect. c. 1. *fertoria sella.* cap. 5. l. eiusdem à qua sella, *sellarius* Gloss. vett. Διφροφόρος, à ferendo etiam feretrum Gloss. φορεῖον, *lectica, feretrum* φορωφόρος *lecticarius*, cathedra Iuuenali

cum iam sexta ceruice feratur

Hinc atque inde patens, ac nuda penè Cathedra.

Cœlius Aurel. l. 1. tard. pass. c. 5. *quapropter ob resumendum corpus adhibenda gestatio sella, vel cathedra.* idem l. 1. tard. pass. c. 5 *leuem & delectabilem, adhibeat gestationem vt fertoria sella, vel cathedra*, à qua cathedrarij serui.

Vespilonibus] Vespilones sunt, qui cadauera efferunt, Isidorus in Gloss. *Vespilones, fossarij, qui mortuos sepeliunt, baiuli*, J. epist. 12. l. 3. *quibus mortuorum sepulturæ officia creduntur.* Iul. Firmicus, l. 8. c. 29. Mathes. de quibus Vlpianus in l. sed sciendum, ad Senatusconsultum Trebell. & l. qui decem, de solutionibus, Glossæ veterum, Νεκροθάπτης Vespillo, libitinarius plura. J. l. 2. c. 8. sic dicti auctore Festo, vel potius Epitomaste, quòd Vespertino tempore cadauera efferrent, patet ex Paulo. 1. sentent. tit. 21. de sepulchris, & l. 5. C. Th. de sepulchr. violat. Donatus Andria *mortui noctu efferebantur, propter sacrorum celebrationem diurnam.* Varro, Seruius, Cassiodorus, & Isidorus, vbi de notatione funeris, Seruius Aeneid. 11. *per noctem cadauera funerabantur, cum faculis.*

Vespilonibus tetriores] quantum coniecto teter erat, & nubelli coloris habitus vespilonum, omnia quippe in funere furua erant, vnde & funus, auctore Festo, quo quidem habitu à reliquis agnoscebantur, priusquam censoria negligentia, vestibus ex libito vti percrebuit. Tertull. l. de Pallio, vespillo, leno, lanista, tecum vestiuntur, cùm antea colorati essent lenones: eodem Tertulliano auctore, libro de spectaculis. c. 23. & Donato in Terentium initio, Vespillonum autem habitus, atri coloris erat, quod vel ex his patet *vespillonibus tetriores*, quasi dicat, tetri quidem sunt serui cathedrarij, verum Peonij ministri, etiam ipsis atratis vespillonibus tetriores.

Tetriores] tetri ergò erant serui cathedrarij, & vestis seruilis atra, Accius Telepho. *quem ego vbi adspexi, virum memorabilem intus viderer, ni vestitus teter, mæstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse*, id est seruum, vide Arthemidor. l. 2. c. 3. de seruis Romanorum, & Fabrum Semest. l. 2. c. 10.

Iussit Aug.] August. Maiorianus Circensibus ludis quos quinquennalibus suis edebat, illustres ad epulum vocauit, solemne erat vt cum Circenses ederentur euocatis apponeretur epulum, quod multis confirmat Petr. Faber. l. 1. Semest. cap. 6. *quia spectaculorum gratiam, debet etiam refectio corporum sequi.* Donatus Aeneid. 5. præsertim inlustribus Vopis. in Aureliano vbi de editione Circensium, *conuiuium autem publicum edi iubebit, Senatoribus, equitibus Romanis, &c.*

Intercessemus] maximi erat honoris Imperatoriæ mensæ sacris admoueri, Statius. 4. Syluar. in epulo Domitiani, & Sulpicius Seuerus in vita. S. Martini cap. 23. D. Hilarius, aduersus Constantium. A. Serenus, ad Seuerum, *quippe qui dignatione vestra, cum intersum conuiuio sacro, &c.* ad quæ nonnisi primarij viri vocabantur, veluti legati, Sueton. in Nerone, cap. 22. Cassiod. l. 6. epist. 9. *duosque patricij generis familiari mensæ, Vespasianus adhibuit.* Sueto. cap. 9. *necnon Tribuni Scholarum diuinis epulis adhibebantur.* L. vnic. C. Theod. de Comitibus & Tribunis Scholarum. Ammi. Marcell. l. 15. *vt spectabilis colebatur & intimus, facilitate aditus, honoréque mensæ regalis antepositus aliis, vt iam secretius de rerum summa consultaretur*, nec prætereundum est, quod si olim reges, ab Episcopis anathemate perculsos, mensæ regalis honore dignarentur, vinculo anathematis excommunicati liberabantur, inque communionem Ecclesiæ recipiebantur. Concil. Toler. 12. c. 3. Iuo Carno. Sanctioni Coepiscopo. c. 123 & c. 195. *ex libro regalium capitulorum*, id est ex Concilio Toletano, non ex capitulis Caroli Magni, vt viri docti. P. Pithoeus in Capit. Caroli Magni, & Iuretus ad Iuonis epist. consignant, & ita Prætextatus Episcopus Rhotamagensis, per iudicium quadraginta quinque Episcoporum à sacerdotali officio segregatus, à Gunethramno rege susceptus, atque conniuio eius ascitus, ad vrbem Rotomagum regressus est, & in Episcopatum restitutus, Gregor. Turo. l. 7. cap. 16. eiusdémque Epitomastes, ms.

Primus iacebat cornu sinistro] id est primum locum obtinebat in sinistro semirotundi margine Cons. Seuerinus, cornu enim sinistrum referendum esse puto, ad Sigma, quod ab Apuleio semirotundum appellatur, vt j. dicemus epist. 2. l. 2. cuius quidem Sigmatis extrema, porrecta videtur in cornua, sicque ideò vocantur cornua, Iuuencus, l. 3. in caput. Lucæ 14.

Sic vos quisque vocat, cœna conuiuia ponat,
Cornibus in summis deuitet ponere membra
Quisque sapit, veniat forsan si nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu.

Gregor. Turon. l. 1. de mirac. cap. 80. *discumbentibus autem ad conuiuium, vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens, &c.*

Sinistro] locus in mensa sinisterior, an dexterior esset honoratior, variant auctores, vide Lypsi. l. 2. Elector. cap. 1. Baroni. in Annal. quantum ex hoc Sidonij loco colligere licet, sinister honestior erat, & ex actione. 1. sextæ Sinodi Constantinopol in qua, in læua parte Constantini Pogonati, Vicarij Agathonis Papæ resederunt, vide Gregor. Turo. de vita patrum. de S. Nicetio, *ad cuius & ego læuam cum Diaconatus fungerer officio propinquus accubueram*, ex eodem vbi. s. l. 1. de mirac. cap. 8. ex quo patet dextrum cornu honorabilius esse, Paulinus, l. 4. de S. Martin. *Ad dextram Regis sancto venerabilis ore Consedit senior, &c.* Otto Frisingen. l. 8. cap. 17. *vna ad dexteram, id est partem potiorem, altera ad sinistram posita* Marcell. Comes indic. 111. Philoxeno & Probo. Coss. de Ioanne. PP. *solus duntaxat Romanorum sibi de-*

cessorum, vrbe digressus, Constantinopolim venit, & miro honore resumptus est, dexter dextro Ecclesiæ insedit solio, &c. qui dexter locus, *honorabilis consessus dicitur*, Cassiodoro Psal. cix. illos auctores diuersa sentire non puto, sed diuersa ratione dextram & sinistram accipere, vt *antica & postica*, Arnob.

Consul ordinarius Seuerinus] Fasti Consulares, *Seuerinus & Degalaphius Coss.* quibus Coss. Maiorianus Augustùs circenses edidit post quintum Imperij annum, non biennium vt Euagrius allucinatur, l. 2. c. 7. hist. Eccl. nec triennium, vt Iornand. de regnor. successs. neque quadriennium, vt Paul. Diaco. l. 6. Idacius: *Maiorianus est in quinto anno regni, &c.* quod verum esse ex Fastis liquet, Conss. enim Constantino & Ruffo (alias Ruffino) leuatus est Imperator, Seuerino autem & Degalaphio Coss. Dertonæ iuxta Hyram fluuium dolo Ricimeris occisus est. Idac. Marcell. Comes. & Cassiod. in Chro. Iornand. de reb. Get. & de successs. reg. Procopius tamen ex morbo decessisse scribit, l. 1. de bello Vvand. quod insuper ex hoc loco clarum est, nam quinquennalibus Circenses edere solemne erat. vita Sidonij, ms. in ms. Claud. Puteani. V. C. & Senatoris doctiss. *Circenses quinquennalibus suis edidit, &c.*

Ordinarius] Consules erant ordinarij, & honorarij, honorarij, qui honestamenta nominis, potius quam insignia potestatis habebant, Ausonius in Gratiar. act. c. 10. ordinarij qui in potestate erant, & à quibus annus numerabatur. Seneca 3. de ira c. 31. Iulianus Nouella. 64. c. 216. quæ dignitas reliquis omnibus antistabat, vt j. dicemus, epist. 13. l. 2. & c. 16. l. 5. ordinarius autem dictus est, ad differentiam suffecti & honorarij, ita vocatus, quia maior magistratus erat, consulatus ordinarius, & maiores magistratus, ordinarij vocabantur. Ammian. Marcell. l. 14. *vnde Ruffinus ea tempestate præf. præt. ad discrimen trusus est vltimum; ire enim ipse compellebatur ad militem, quem exagitabat inopia simul & feritas, & alioqui coalito more in ordinarias potestates asperum semper & sæuum*, id est maiores magistratus, idem l. 16. *sub hoc enim ordinum singulorum auctores, infinita cupidine diuitiarum arserunt, sine iustitiæ distinctione, vel recti: inter ordinarios iudices Ruffinus primus præf. præt. & inter militares equitum magister Arbetio, &c.* idem lib. 21. *sed cunctæ castrenses, & ordinariæ potestates, vt honorum omnium apicem priscæ reuerentia more præfectos semper suspexere prætorianos*, Iul. Firmic. Matth. l. 3. cap. 6. *Consulares faciet, ac proconsulares, datque magistratus ordinarios* Nouella Theodosij de Tributis fiscalibus, *ad has itaque prouincias præter ducem, vel consularem, & præsidem, (qui vetustatis priuilegio ordinariorum iudicum nomen obtinent) &c. ordinariam Patriciam* dixit Iordanes in historia Gothorum. *Germanus Patricius fratruelis Domini Iustiniani. Imp. Mathusuentam in coniugio sumens, Patriciam ordinariam fecit:* erant enim minores, & secundariæ præfecturæ, & patriciatus, Dij etiam summi, Dij maximi (quos Apuleius enumerat, libro de Deo Socratis ex Ennio) & Martianus Capella lib. 2. ordinarij à Seneca vocantur, epist. 110. *vnicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ouidius ait, de plebe Deos*, idem de philosophia, epist. 53. *exercet philosophia regnum suum, dat tempus, non accipit, non est res subsiciua, ordinaria est, domina est, adest, & iubet*, & ita ordinarius Consul, maximus Consul est, & potissimus magistratus. Ausonius Mosella de secundaria præfectura.

Aut Italûm populos, Aquilonigenasque Britannos,
Præfecturarum titulo tenuere secundo.

Prosper. in Chron. de secundario patriciatu, Theodosio xvii. & Festo Coss. *Litorius qui secunda ab Ætio Patricio potestati Hunis auxiliaribus præerat*, id est vt habet Diacon. l. 4. *qui secunda ab Aetio patricia potestate, &c.*

Atque inæqualem Reipublicæ statum, gratia semper æqualis] Sic ex mss. emendo: Simili modo Seneca epist. 104. de Socrate; *Æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ.*

Iuxta eum Magnus olim expræfecto, nuper exconsule] Id est, post Seuerinum consulem ordinarium, in sinistro cornu iacebat Magnus, qui præfecturam obtinuerat, & præcedente anno cum Apollonio Consulatum gesserat. Nouella Maioriani de episcopali iudicio, fasti consulares. De eo Sidonius Carm.9. initio, & in propemptico ad libellum.

Par honoribus persona geminatis] Honoribus geminatis, id est, præfectura & consulatu, quos Magnus deposuerat, *Quibus conspicuus pridem consulari præfertur, & consuli par esse censetur, & proximus*, l. vnica, Cod. Theod de consulibus: & Nouella Theodosij, de honoratis.

Recumbente post se Camillo filio fratris, &c.] Quas dignitates Camillus decurrerit nescio, sed ex eo quòd post Camillum recumbit, illustrem potestatem eum gessisse satis liquet, præsertim cùm filius Proconsulis, patrui sui scilicet Magni consulatum ornauerit. Reliqua sunt perspicua, J. Carm.9 initio:

Et summo patruelium Camillo.

Vltimus ego iacebam qua purpurati læuum latus in dextro margine porrigebatur] à dextro quidem latere imperatoris esse magis honestum, non sine auctore probat lumen Belgicæ electorum 2. cap 2. Nec obstat quominus in mensa cornu sinistrum sit honorabilius, in quo qui iacebāt, erant à latere dextro Imperatoris, læuum enim latus in dextro margine, dextrum in sinistro porrigebatur.

Qua purpurati læuum latus] Purpurati, id est, imperatoris, s̄. notaui epist.7. Locus autem Imperatori primus seruabatur. Petronius in Satyrico. Apuleius lib.7. *Et in summo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inauguratur.* Qui locus erat à mensa pauxillulum discretus. Festus in Ordo sacerdotum, *Maximus videtur rex itaque in conuiuiis solus rex supra omnes accubat*, regio scilicet & imperatorio more. Ditmarus Episcopus in Othone Imper. lib. 4. Chronicorum, *Imperator antiquam Romanorum cupiens consuetudinem renocare, magna ex parte iam suis deletam temporibus, multa faciebat quæ diuersè diuersi accipiebant, solus ad mensam quasi semicirculum factam, loco cæteris eminentiore sedebat.*

Ego iacebam] Omnes conuiuas si numeres, quos ad epulum acciuerat Maiorianus August. sunt numero septem, Seuerinus vtpote, Magnus, Camillus, Pæonius, Athenius, Gratianensis, & Sidonius, viri principales & inlustres, ne quis fortuitò scriptum existimet ab Apollinare, sciat moris antiqui fuisse, & peruulgati prouerbij, septem conuiuium, sin plures conuicium. Iul. Capitolinus in Vero. *Cùm sit notissimum dictum de numero conuiuarum, septem conuiuium, nouem verò conuicium.* Ausonius in Ephemer.

Sex enim conuiuium

Cum rege iustum, si super conuicium est.

Gellius lib. 18. cap. 2. *Nuper quæsita esse memini numero septem*, quia scilicet 7. conuiuæ eodem auctore, & illud olim ex lege Orchia, cuius præscripto cauebatur, ne plures ad cœnam vocarentur, vel quod, vt ait Varro in Satyra Menippæa, nescis quid serus vesper vehat, *plures esse non conuenit, quòd turba plerumque est turbulenta.* Contentiones enim plærumque solent in conuiuiis generari. Cassianus Ere. lib. 4. cap. 17. quod & lege Salica cautum esse videtur, de homicidiis in conuiuio factis, titu. 46. §.1. & §. 2. *Si in conuiuio vbi quatuor aut quinque fuerint homines, vnus ex eis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut vnum conuictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem conlectent, quæ lex vsque ad septem, qui fuerint in conuiuio conuenit obseruari, si verò in conuiuio plusquam septem fuerint, &c.* Quæ lex si cominus expendatur, instituta fuit, ne vltra septem conuiuarum numerus progrederetur, propter seditiones quæ inter multos euenire solent. Ne quis argutetur, & opponat Maiorianum, qui numerum auxit, neue vllus restet argutandi locus, scias velim, à conuiuarum numero regem

conuiuij excipi, id est, dominum, qui ad cœnam vocauit. Macrob libro 1. Satuinal. cap. 7. *Varro in Libero, numerum conuiuarum hac lege definit, vt neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior, hic video excepto rege conuiuij, tot nos esse, quot sunt Musæ.* Excepto itaque Maioriano rege conuiuij, tot sunt conuiuæ, quot lege permissum est, & veteri more receptum.

Quia de literis factus] Quædam olim intercœnandum lætæ literatæque quæ- quæstiunculæ ventilabantur, 7. epist. 9. lib. 2. quem locum consule, & epist. 13 lib. 9. Idem de epulo Theodorici 5. epist 2 *Maximum tunc pondus in verbis est, quippe cum illic aut nulla narrantur, aut seria.* Suetonius in Tyberio cap. 56. Gell lib 15. cap. 2. & libro 18 cap. 2.

Verè habes patruum, frater Camille] Frater, nomen amicitiæ, Homel. 4. Apostolorum quæ Eucherij est, sub nomine tamen Eusebij, *Fratres autem, sorores, patres, & matres, vxores & filij dicuntur non natura, sed officio, & affectione: Quos enim multum diligimus, his nominibus vocare solemus.* Quò viri illustres ab imperatoribus honorantur, Constantinus Imp. ep ad Porphyrium: *Frater charissime.* Maiorianus, Nouella de bonis caducis: *Ennodi, frater amantissime.* Nouella Theodosij de Tyronibus: *Hisidore frater*, & Nouella de Lampadariis: *Opilio frater.* & Nouella eiusdem de principibus Agent. in rebus: *Opilio frater*, & aliàs passim, vt Nouella Theodosij de ambitu & locis limita. Nouella eiusdem de metatis, & Nouella de patrimonialibus, &c. Cassiod. lib. 6. ep. 21 *additur quod à principe frater vocaris*, vbi de rectore prouinciæ.

Per quem cachinnum] Non propriè loquitur Apollinaris, subrisit enim, nec in cachinnum Maiorianus A. effusus est. Cachinnus est cum voce risus lasciuior. Vetus interpres Persii Sat. 2. & Salonius Sidonii coetaneus in Ecclesiasten risum immoderatum, dissolutum, atque perstrepentem interpretatur cachinnum. *Est autem verbum secundum ὀνοματοποιίας fictum, à sono risus.* Porphyrio. Cachinnus tamen aliquando pro risu. Næuius Protesilao *Clam ineunt, inruunt, cachinnos, ioca, dicta risitant: cachinnat autem satyra.* Fulgent. lib. 1. Mytologiarum.

Trebacissimus] Ausim legere, Tribacissimus, vel æquo Ioue & æmula ratione, sicque tribacissimus Athenius erit, id est, interprete Sidonio 5. *Athenius homo litium temporumque varietatibus exercitatus*, qui τρίβαξις Eustathio vocatur, *Detritus & retorridus* lib. 25. cap. 30. Gellio *tritus.* Plinio & Petro Rauennati Sermon. 70. *nocendi vsu tritus, lædendi arte peritissimus.* Fortun. Gregorio Papæ Turon. episc. *vsu triti.* Glossæ vett. *tritum, perfectum.* Deest Græcum. Sext. Auienus Fabula 39.

Venerat attritus quondam per prælia miles, &c.

Tritura mendacij Saluian. lib. 4. de Syris, dictio in latinam coloniam recepta. Plautus Mostellar. Actu 2. *Vbi sunt plagipatida ferrei, trebaces viri.* Sic quidam Codices legunt, quamue lectionem tuentur interpretes Valla. & Saracenus, id est, plagis & vinculis attriti, & tribare, verberibus atterere est. Legis Salicæ tit. 41. de furtis caballorum §. 11. & 16. *si quis aliena iumenta tribauerit*, 7. epist. 11. lib. 9. *Malui factum confiteri simpliciter, quam tribaciter diffiteri*, id est, subinde & pertinaciter negationem refricare, & velut atterere differendo, vt vel illa probant, *simpliciter, tribaciter, confiteri, diffiteri*, & hæc est hac de re mea suspicio (præses tribacissime) quam doctis & probis probatam, si probes, proba est lectio, eaque genuina, vel meo periculo. Quid fieri possit, vt à Trebatio trebacissimus dicatur non video, sed eadem enunciatione qua 5. epist. 2. lib. 1. legulas dixit pro ligulas, ita trebacissimum, pro tribacissimum hoc loco.

Æstu pudoris excoquebatur, cur sibi Pæonius anteferretur] *Minus honorato loco positus, irasci solet illi, qui sibi præfertur.* Seneca 3. de Ira, cap. 37.

Si mihi standi locum præripere conetur] Dedecet minoris dignitatis virum honoratiori præferri: idcirco variæ latæ sunt imperatorum constitutiones, vt dignitatum

ordo ſeruetur, pœnæ etiam refractatiis indictæ, l.1. & l.2. Cod. Theod. vt dignitatum ordo ſeruetur, ibid Anianus & Carol. Mag. lib. 6. cap 290. Balſamo. in can 7. ſextæ ſynodi in Trulo: *In ſæcularibus dignitatibus non licet ei, qui eſt minoris dignitatis præſidere vel præferri ei, qui eſt maiori dignitate præditus* Vide Alexij Comn. Nouellam de Carthophylace. apud Balſamonem in can. 18. Nicenæ ſynodi, exinde ſuggillat Apollinaris genus quoddam hominum qui conſeſſum prioribus inuidebant, ĵ. lib. 5. epiſt. 7. qui præſertim in epulis obſeruabatur, Prouerb. cap. 25. Feſtus in Ordo ſacerdotum. Idem Seruius, Valerius Max. lib. 2. cap. 1. exemp. 5. ſextæ ſynodi in Trullo can. 7 diſtinct 93. cap. vlt. & concilij Nannetenſis can. 21. Photius in Nomocan. tit. 8. cap. vlt. & Iuſtinian. Nouella 5. ĵ. ep. 2 lib 8.

Audio, ait, comes Sidoni] Ex eo loco viri docti collegerunt Sidonium Comitem fuiſſe, quod à vero longè aberrat, illudque in Chronica retulerunt. Comes autem à Maioriano vocatur Sidonius, eo modo quo š. *Camillus frater*, & ita vir perfectiſſimus, *Comes* à Conſtantino nuncupatur, l. 2. C: Theod. de bonis vacantibus.

Retrorſumque conuerſus, tanquam manibus aquam poſcerem] Sic mss. pro poſtularem, & rectè: veteres non ſolùm antequam accumberent, manus lauabant. Plautus Amphit. *Lauiſti A. quid poſtquam laui, accubuiſti.* Idem Stycho. *Quàm mox cocta eſt cœna, impranſus ego ſum. E. Abi intro ad me, & laua.* Veratius Pontificalis, *Cùm iam manus pranſores lauarent.* Petronius in Satyra: *Tandem ergo diſcubuimus pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus.* Apuleius lib. 9. *Ipſo momento quo nos lauti cœnam petebamus:* Non ſolùm, inquam, ante promulſidem, & antecœnium: ſed etiam per ſingulos miſſus abluebant manus, præſertim in imperatoriis conuiuiis. Athenæus libro 4. cap. 1. & Lampridius in Heliog. *Inde lautia, epularum magnificentia à lauatione dicta.* Feſtus, quod quo pacto fieret, docetur hoc loco, retrorſum enim conuertebantur, & ſe auertebant à menſa conuiuæ, vt manus lauarent, delitiæ literatorum. Lipſius lib. 2. Saturn. cap. 1. in fine.

Aquam poſcerem] Sic omnes mss. & vett. Sidonius epiſt. 17. lib. 5. *Exhibita poſcenti eſt*, ſcitè & eleganter: *In manus enim aquam poſcimus.* Caper, Petronius in Saty. *aquam popoſcit ad manus.* Plinius epiſt. 16. lib. 6. *Frigidam popoſcit hauſitque.* Martialis:

Caldam poſcis aquam.

Plinius lib. 7. cap. 53. *calidam in pultario popoſcit.* Seneca epiſt. 122. *quæro quid ſit, dicitur mulſum & alicam popoſciſſe.* Petronius: *Ego experiri volui, an tota familia cantaret. Itaque potionem popoſci.* Non eſt igitur quod ſubtrudant, Poſtularem, pro Poſcerem inemendatè.

Quantum ſtibadij circulum] ĵ. epiſt. 2. lib. 2. *In hac ſtibadium & nitens abacus.* quem locum conſule.

Secutus eſt fragor (niſi quod dico iactantia eſt) par Camillano] Nugas deblaterat Pius interpres hoc loco, qui alioquin expeditus eſt, & facilis, vel interprete Sidonio ſupra eadem epiſtola: *Camilli enim ſummo fragore, vt nec Auguſti reuerentia obſiſteret, excepta ſententia eſt.* Ad quem non ad illum veterem Camillum reſpexit Apollinaris.

Simul per iniurium eſt, &c.] Calumniatoribus infenſiſſimus Maiorianus Nouella de ortu imperii Diui Maiorani: *Nemo dilationes metuet, quas & priuati in aliorum moribus condemnauimus, & nunc ſpecialiter proſequimur: nullus calumnias reformidet, niſi quas ipſe commouerit, &c.*

Propter odia certa, crimine incerto periclitetur] š. eadem epiſt. *Quos notis certis, auctor incertus exacerbauerat.* ĵ. Carm. 2.

Incertum crepat ille patrem, cùm ſerua ſit illi
Certa parens.

Seneca Thebaid. act. 4. *Præmium incertum petit certum ſcelus.* Synodi Cabillonenſis 2. cano. 38. *Repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorum ſunt*

vacante aula, turbataque republica, ſolus inuentus eſt, qui ad Gallias adminiſtrandas,faſcibus priùs quàm codicillis auſus accingi,menſibus multis tribunal illuſtrium poteſtatum ſpectabilis præfectus aſcenderet, anno peracto militiæ extremæ terminum circa vix honoratus, numerariorum more, ſeu potiùs aduocatorum, quorum cùm finiuntur actiones,tunc incipiunt dignitates.Igitur iſte ſic præfectorius,ſic ſenator (cuius moribus quod præconia competentia non ex aſſe perſoluo, generi ſui moribus debeo) multorum plus quàm bonorum odia commouit, adhuc ignoranti mihi, adhuc amico, tanquam ſæculo meo canere ſolus verſu valerem. Venio Arelatem,nihil adhuc ſuſpicans; vnde enim? quanquam putarer ab inimicis non affuturus, ac principe poſt diem viſo,in forum ex more deſcendo: quod vbi vſum eſt, illicò expauit(vt ait ille)*nil fortiter auſa Seditio*. Alij tamen mihi plus quàm deceret ad genua prouolui, alij ne ſalutarent, fugere poſt ſtatuas, occuli poſt columnas,alij triſtes, vultuoſique iunctis mihi lateribus incedere. Hîc ego quid ſibi hæc vellet in illis ſuperbiæ nimiæ, in iſtis humilitatis forma,mirari, nec vltrò tamen cauſas interrogare,cùm ſubornatus vnus è turba factioſorum dat ſeſe mihi conſalutandum. Tum procedente ſermone; cernis hos,inquit?Et ego: Video, inquam, geſtúſque eorum miror equidem,nec admiror. Ad hæc noſter interpres: Vt ſatyrographum te,inquit,aut execrantur,aut reformidant. Vnde?cur?quando? reſpondi: Quis crimen agnouit? quis detulit? quis probauit? Moxque ſubridens:Perge,inquam,amice, niſi moleſtum eſt, & tumeſcentes nomine meo conſulere dignare, vtrumnam delator ille, aut index, qui ſatyram me ſcripſiſſe confinxit, & perſcripſiſſe confinxerit: vnde fortè ſit tutiùs, ſi retractabunt, vt ſuperbire deſiſtant. Quod vbi nuncius retulit, protinus cuncti non modeſtè, neque ſinguli, ſed properè & cateruatim oſcula ac dexteras mihi dederunt. Solus Curio meus,in transfugarum perfidiam inuectus,cùm adueſperaſceret, per cathedrarios ſeruos veſpillonibus tetriores domum raptus ac reportatus eſt. Poſtridie iuſſit Auguſtus,vt epulo ſuo circenſibus ludis intereſſemus. Primus iacebat cornu ſiniſtro conſul ordinarius Seuerinus,vir inter ingentes principum motus, atque inæqualem reipublicæ ſtatum, gratiæ ſemper æqualis. Iuxta eum Magnus, olim expræfecto, nuper exconſule, par honoribus perſona geminatis: Recumbente poſt ſe Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipſe decurſis, pariter ornauerat proconſulatum patris, patrui conſulatum. Pæonius hinc propter: Atque hinc Athenius homo litium, temporumque varietatibus exercitatus. Hunc ſequebatur Gratianenſis, omni ab infamia vir ſequeſtrandus, qui Seuerinum, ſicut honore poſtibat,ita fauore præceſſerat. Vltimus ego iacebam, quà purpurati læuum latus in dextro margine porrige-

batur. Edulium multa parte finita, Cæsaris ad consulem sermo dirigitur, isque succinctus, inde deuoluitur ad consularem, cum quo sæpè repetitus, quia de literis factus, ad virum illustrem Camillum ex occasione transfertur, in tantum vt diceret princeps: Verè habes patruum, frater Camille, propter quem me familiæ tuæ consulatum vnum gratuler contulisse. Tunc ille qui simile aliquid optaret, tempore inuento: Non vnum, inquit, domine Auguste, sed primum. Summo fragore, vt nec Augusti reuerentia obsisteret, excepta sententia est. Inde nescio quid Athenium interrogans, superiectum Pæonium compellatio Augusta præteriit, casu an industria, ignoro. Quod cùm turpiter Pæonius ægrè tulisset (quod fuit turpius) compellato tacente, respondit. Subrisit Augustus, vt erat auctoritate seruata, cùm se communioni dedisset ioci plenus, per quem cachinnum non minus obtigit Athenio vindictæ quàm contigisset iniuriæ. Colligit itaque sese trebacissimus senex, & (vt semper) intrinsecus æstu pudoris excoquebatur, cur sibi Pæonius anteferretur. Non miror, inquit, Auguste: si mihi standi locum præripere conetur, qui tibi inuadere non erubescit loquendi. Et vir illustris Gratianensis: Multis, inquit, Satyricis hoc iurgio campus aperitur. Hic Imperator ad me ceruice conuersa. Audio, ait, comes Sidoni, quòd satyram scribas: & ego, inquam, hoc audio, domine princeps. Tunc ille (sed ridens) Parce vel nobis. At ego inquam; Quod ab illicitis tempero, mihi parco. Postque ille: Et quid faciemus his, inquit, qui te lacessunt? & ego: Quisquis est iste, domine Imperator, publicè accuset. Si redarguimur, debita supplicia luamus conuicti. Cæterùm obiecta, si non improbabiliter cassauerimus, oro vt indultu clementiæ tuæ præter iuris iniuriam, in accusatorem meum, quæ volo scribam. Ad hæc ipse Pæonium conspicatus, nutu cœpit consulere nutantem, placeretne conditio. Sed cùm ille confusus reticuisset, princepsque consuleret: erubescenti, ait: Annuo postularis, si hoc ipsum è vestigio versibus petas. Fiat inquam: Retrorsumque conuersus, tanquam aquam manibus poscerem, tantumque remoratus, quantum stibadij circulum celerantia ministeria percurrunt, cubitum toro reddidi. Et imperator: Spoponderas te licentiam scribendæ satyræ versibus subitis postulaturum. Et ego:

Scribere me satyram qui culpat, maxime princeps:
Hanc rogo decernas, aut probet, aut timeat.

Sequutus est fragor (nisi quod dico iactantia est) par Camillano, quem quidem non tam carminis dignitas, quàm temporis breuitas meruit. Et princeps Deum testor, & statum publicum, me de cætero nunquam prohibiturum, quin quæ velis scribas: quippe cùm tibi crimen impactum probari nullo modo possit, simul & periniurium est

ſententiam purpurati tribuere priuatis hoc ſimultatibus, vt innocens ac ſecura nobilitas propter odia certa, crimine incerto periclitetur. Ad hanc ipſe ſententiam cùm verecundè capite demiſſo gratias agerem, concionatoris mei cœperunt ora pallere, in quæ paulò antè, poſt iram triſtitia ſucceſſerat, nec ſatis defuit, quin gelarent, tanquam ad exertum præbere ceruices iuſſa mucronem. Vix poſt hæc alia pauca, ſurreximus; paululum ab inſpectu Imperatoris proceſſeramus: atque etiamnum chlamydibus induebamur, cùm mihi conſul ad pectus, præfectorij ad manus cadere, ipſe ille meus amicus, crebrò & abiectè miſerantibus cunctis humiliari, ita vt timerem ne mihi inuidiam ſupplicando moueret, quam criminando non concitauerat. Dixi ad extremum preſſus oratu procerum conglobatorum, ſciret conatibus ſuis verſu nil reponendum, derogare actibus meis in poſterum tamen ſi pepercisset; etenim ſufficere debere quod ſatyræ obiectio famam mihi parauiſſe, ſibi infamiam. In ſumma pertuli quidem, domine maior, non aſſertorem calumniæ tantum, quantum murmuratorem. Sed cùm mihi ſic factum eſt, vt pectori meo pro reatu eius, tot poteſtatum dignitatumque culmina, & iura ſummitterentur, fateor exordium contumeliæ talis, tanti fuiſſe, cui finis gloria fuit. Vale.

Sequanos tuos] Sequani Cæſari, M. Tull. 1. ad Atticum, & 16. Ptolemæo *σηκανοί*: & Ammian. Marcell. libro 15. Burgundiones ſunt, qui comitatum incolunt, nam & Sequani ſunt, qui ducatum incolunt. Notitia prouinciarum: *Prouincia maxima Sequanorum, metropolis ciuitas Veſontienſis.* Ammiano Marcell. lib. 15. ſub finem, & notitia metropolũ in Galliis, *& dux prouinciæ ſequanici*. in Not. Imp. *& dux ſequanica*, ibid.

Perſcripta] Sic ex mss. emendaui, I. hac epiſt. *Vtrumnam delator ille aut index, qui ſatyram me ſcripſiſſe confinxit, vel perſcripſiſſe confinxerit.*

Publicaſſe autem periculoſum] quia l. 12. tabularum pœna capitis ſequebatur eos, qui malo carmine, bonam alicuius famam ſuggillaſſent. M. Tullius de Republ. lib. 4. *Noſtræ contrà 12. tabulæ cùm perpaucas res capite ſanxiſſent in his hanc quoque ſanciendam putauerunt, ſi quis actitauiſſet, ſiue carmen condidiſſet; quod infamiam afferret, flagitiumue alteri.* Idem: *Probris & iniuriis poetarum ſubiectam vitam, famamque habere noluerunt, capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere, ſi quis auderet.* apud D. Auguſt lib 2. de Ciuitate Dei, cap. 9. & cap. 12. idem l. 12. tabul. cautum eſſe tradit Cornutus in Perſij Satyr. 1. ſcilicet pœnam capitis, Et ita intelligendus eſt ille locus Horatij in ep. ad Auguſtum *quin etiam lex*

Pœnaque lata malo quæ nollet carmine quemquam
Deſcribi, &c.

Pœnaque lata, id eſt, pœna capitis, & fuſtis. Arnobius lib. 4. *Carmen malum conſcribere, quo fama alterius conquinetur, & vita: decemuiralibus ſcitis euadere noluiſtis impunè.* L. ergo 12 tab. cautum erat pœna capitis & fuſtis, ne quis in quenquam maledicum carmen ſcriberet. M. Tull init lib. 4. Tuſcul. Quæſt. Donatus in Teren. vbi de comœdia, Pau. 5. Sent. ti. 4. de iniuriis, §. eo quod, & l. vn. C. de famoſis libellis. cõfirmatur ab Accur. in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum, de iniuriis: & l. 7. C. Th. de famo. libellis.

Si mala condiderit] Verſus Hor. Saty. 1 l. 2. in fi. Saliſber. Policrat. l. 7. c. 24. in fine, eoſdem inculcat, qui verſus referendi ſunt ad l. 12. tab. quod & Acron adnotat, ad hæc, *Tu miſſus abibis*, in fine Satyræ.

Mala carmina] id est famosa, criminosa Acron, & Porphyrio, verbum legis. 12. Horat in epist. ad Augustum.

malo quæ nollet carmine quenquam

Describi. Arnobius l. 4. *carmen malum conscribere id est famosum*, interprete Paulo. I. C. l. 5. sentent. tit. 4. §. 6. & §. 12. & l. ob carmen. D. de testibus, *infame* Donato. in Terent. *turpe.* Paulo. 1. c. vbi s.

Charta] id est famosus libellus, l. 7. C. Th. de famo s. libel. Anianus l. 1. & 9. eod. tit. *famosas chartas*, famosos. libellos interpretatur

Comitatum] Maioriani Imp. scilicet, comitatus est, *vbi Rex, Imperator aut comes est*, Balsamo Synodi. Carthag. can. 109. J. e. 2 k 7.

Fremere] id est *magnum sonare.* Nonius. M. Tull 1. de oratore, *fremant omnes licet, dicam quod sentio, &c.* proprietatem hanc esse huius verbi tradit Cassiodorus. Psal. 2. *Fremitus propriè ferarum est, qui instè feruentibus datus est, quando ratione postposita belluino furore succensi sunt.* infrà c. 5. l. 7.

Sed carens indice] id est auctoris nomine, carens titulo, quo nomen auctoris indicari solet, Florus l. 1. de mutatione Reip. *mutato tamen indice &c. nomine, sine nomine* dicitur in l. lex Cornelia. §. si quis librum. de iniuriis, *quæ nomine accusatoris caret*, l. 3. & 4. C. Th. de famosis libellis, & huiuscemodi chartæ famosæ sine titulo & nomine incendi debent, l. 3. 7. & 10. de famosis libellis C. Th. *interest enim publicæ disciplinæ, opinionem vniuscuiusque turpi carminis infamia vindicare*, Paulus 5. sentent. tit. 4. §. 12.

Concitatoribus] sic vet. Bas. & Vin. libri Paul. 5. sent. tit. 22. §. 1. *concitatores populi* & l. 39. de pœnis, & l. 16. de appellatio. Anianus, l. vnic. C. Th. de his qui plebem contra pub. coll. &c. & Firmic. l. 3. c. 3. *turbarum concitator, comitator tumultus*, Am. Marcell l. 25. sub finem, mss. auctoribus. Quæ lectio æquè elegans est, iidémque sunt auctores, qui concitatores: Paulus 5 sent. tit. 22 l. 39. § auctores de pœnis, & l. 3. §. item qui, ad l. Corn. de sicariis Sulpic. Seuer. histo. Sacr. l. 2. *rapead se turbarum authores iubet*, l. 1. C. Theodo. de his qui super religio. contendunt. Quint. Curt. l 10. *non aliter posituros arma equites, quàm si rex discordiæ authores dedidisset*, coniungit has voces Iustin. l. 2. *Hippias auctor & concitator eius belli*, & Amm. Marcell. l. 25. in fine.

Tabula rostralis] præter Varron. de lingua. l. 4. T. Liui. l. 8. Florum, l. 1. & ex eo Iordanem de successione regnorum, & Isidorum, l. 15. c. 2. Mamertinus in Genetliaco, *itémque præter victorias toto orbe terrarum partas, etiam naualia trophæa promittunt, vt post bella Punica, post Asiæ Syriæque reges, Romani rostra campi, nouis ornentur exuuiis, & oblitos iam Quirites in memoriam reducatis, cur ille solemnis concionibus locus, rostra vocitetur.*

Capitolina] triumphaturi duces, tabulas victoriæque suæ titulos in Capitolio figebant. Fortunatianus, vnde Sidonio *tabula Capitolina*, qui hunc locum videtur à Suetonio sumpsisse in Nerone cap. 10. *Recitauit & carmina in theatro, tanta vniuersorum lætitia, vt supplicatio decreta sit, atque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.*

Perennandum] J. c. 1. l. 4. *à nobis in annum si quid est vitæ reliquum, perennabitur*, quem locum consule.

Igniti dentis] id est mordacis & satyrici, *flammant satyra* J. c. 11. l. 8. in Carm. *&c. flammei versus*, Ennio, l 3. satyra, idest, Satyrici.

Ad astantes] scilicet dixit, Cicero: *sed in comitium veniant ad astantem iudicem dicant.*

Circulatores] Circulatores non sunt hoc loco, præstigiatores, qui vt ait Victorinus Afer, animos hominum sensusque, quadam specie veritatis illudunt; de quibus præter cæteros Celsus de re. med. l. 5. c. 7. Porphyrio, l. 1. Satyr. 2. Prudent. in

hym. Romani martyr. & D. Hiero. epist. ad Paulinum, vt Pius, commentus est, verum circulatores sunt qui Pœnium circulabant, à circulo dicti, circulus, M. Tull. ad Q. Frat. c.4. l.3. Fabio, l. 11. c.3. Gellio, l. 4. c. 1. Am. Marcelli. l.14. & 21. Vopisco in Probo. D. Hiero. Apolog. ad Domnionem, & l. 11. C. Th. de hæret. populi corona est, à quo circulo circulatores, Plinio. c.7. l.4.

Sidonius in Aruerno est] s. de Sollio diximus, nunc de Sidonio, quod nomen non semel occurrit. j. eadem epist. *Comes Sidonii*, & alias passim, cognomines authores multi fuerunt. *Sidonius Antipater.* Plinius, l.7. epist. 51. *Sidonius mensuras & pondera reperit*, Eutropius in Syluio, l. 1. *Sidonius.* D. Cypriano. c. vlt. l. 2. *& Sidonius Rhegiensis* Episcopus. Cathologus Rhegiensis Ecclesiæ, *Sidonius Moguntinus* Episcopus. Fortunat. alius *Sidonius Cutiensium* Episcopus quintus, Epigramma *Citerii Sidonii Syracusani*, l. 4. Epig. Vett. & apud Auson. *Sidonius vir prudentissimus, apotelesmata disertissimis versibus scripsit*, Iul. Firmi. l. 2. c. 32. qui longè diuersus est ab isto, in quo Pius excutiit.

Qui genus, vnde domo] Hemistichium Vergilianum, l. 5. lex. 4. C. Theod de Agentibus in rebus, *qualis moribus sit, vnde domo*, Alcimus Auitus, l. 4.

Qui genus, vnde patres,

hist. ms: S. Genesij Aruernensis Episcopi c. 4.

Qui genus, vnde domo.

Figura Græca, Seruius Aeneid. 5.

Pecuniaque per auaritiam parcus, per ambitum prodigus.] Claudianus 2. Paneg. Stiliconis.

At primum scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Auaritiam. cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum
Excubat, & pretio commercia poscit honorum,
Pulsa simul.

Dotem dixerat] Vlpianus l. Regularum *dos autem datur, aut dicitur, aut promittitur*, l. 3. C. Th. de incestis nuptiis, *dos si quis fortè solemniter aut data, aut dicta, aut promissa fuerit*, & Gaius Institutionibus de obligationibus, tit. 7. *vt si mulier siue sponso vxor futura, siue iam marito dotem dicat, dotis dictio*, l. vlt. C. Th. de dotibus Plinius epist. 4. lib. 2. *in dotem centum milia contulerim, præter eam summam quam pater tuus quasi de meo dixit, &c.* Martialis l. 12. *Dos etiam dicta est*, & Aurel. Victor in Nerone, & Vet. Iuuen. interpr. in fine Saty. 2. *dos enimà ciue, Rom. data, non patrio dicta nomine.* Solemnia dictionis dotis vide apud Gaium, l. 1. c. 9. in fragm.

Chremes] id est senex auarus, & tenax. Horat. Ode. 1. Epod. ibid. Aeron & Porphi. Senex autem erat Pœnius. j. & auarus. s. hac epist. *pecunia per auaritiam parcus.*

Coniuratio Marcelliana coqueretur] *coqui consilia* dicuntur T. Liuio, l 3. *decoqui*, Portio Latroni, *quas criminum coxerit moles*, Ammia. Marcell. lib. 29. j. Car. 5.

Coxerat internum per barbara corda venenum.

Coniuratio Marcelliana] à Marcelliano dicta, Procopius, l. 1. de bello Vvand. *erat ea tempestate, in Delmatia, quidam Marcellianus, notus Ætio, ius admodum probus, qui post Ætium interfectum, ad Impe. redire recusauit, res in ea parte nouas excitando, eaque sint potentiâ vt nemo resistere auderet, &c. Per quem Vvandali in Sicilia cæsi postquam effugati sunt*, Idac. ms in Chro. postea. *Anthemio August. 11. Cos. in Sicilia occiditur.* Cassiod. in Leone Aug. Anthemio. A. 11. Cos. *Marcellinus occidentis Patricius, idémque Paganus, dum Romanis contrà Vvandalos, apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliumque fert, ab hisdē dolo confoditur, pro quibus venerat pugnaturus.* Marcell. Comes, *mēse Aug.* innominatus Chronographus. vir Patricius, & Iulij Nepotis. A. auunculus Ior-

dan. in hist. Goth. *Nepos Marcellini quondam Patricij sororis filius*, *&c.* idem, Friculfus, l. 5. c. 17. Hist. & Marcell. Comes indict. XII. Leone Iuniore solo Cos. de quo etiam Nouell. Theodosij de Patrim. rei domi.

Hiantis interregni] post mortem Petronij Maximi, in Paneg. Auiti,

regnum non praripis vlli,
Nec quisquam Latias Augustus possidet arces,
Qua vacat, aula tua est, &c.

Fuit autem interregnum mensium. X. dierum, XIIII. Innominat. Chronograph. *captus est Imp. Auitus Placentia à Magistro militum Ricimere. xvj. kal. Iun. leuatus imperator Maiorianus* Kal. *Aprilis.*

Vacante aula] post mortem Petronij Maximi, vt dixi, J. Car. 7.

Qua vacat aula tua est.

Turbatáque Rep.] Roma scilicet à Genzerico Vvandalorum rege capta atque direpta. Idacius. ms. *Genzaricus sollicitatus à relicta Valentiniani, & malum fama dispergente priusquam Auitus Augustus fieret, Romam ingreditur, ditatusque opibus Romanorũ Carthaginem redit, &c.* plura J. Car. 5. & 7.

Qui ad Gallias administrandas] præfectus enim prætorio Galliarum, Gallias administrare dicebatur. J. l. 7. epist. 12. *pratermisit Gallias tibi administratas, &c.*

Fascibus] id est prætorianæ dignitatis infulis, erant autem Prætorianæ præfecturæ seni fasces vt J. notaui ex Rutilio.

Codicillis] per quos honores à principe deferebantur, præter Sueton. in Tiberio. c. 42. & in Claudio cap. 29. Tacitum l. 13. Annal. verbum protritum est in Impp. Constitut. Petrus Chrysologus. Serm. 144. in fine, *hic honores designantur, hic qui non de Euangelij fide acceperit codicillos, ibi aternarum infulas non habebit dignitatum.* vide J. epist. 16. l. 5. grauiter autem Pæonium exagitat Sidonius, quòd sine Codicillis Gallias administrarit, idque iure punitur, l. 1. C. Th. vt dignitatum ordo seruetur, & ibid. Anianus. Petrus Rauennas. Serm. 109. *Quis non vocatus ad aula regalis se proripit seruitutem? quis sine titulo militari militem se ausus est profiteri? quis sine dignitatis infulis nomen dignitatis inuadit? Et si hac penes homines sollicita cautaque sunt, si ratione constant, si conualescunt ordine, si tremore seruantur, &c.*

Tribunal inlustrium potestatum] id est carpentum præfectórum prætorio, quod in Imperij notitia depingitur, Cassiod. l. 6. epi. 3. *ipse carpentum reuerendus ascendit*, ibidem in fine, idem, l. 1. diuin. inst. *si prafectum vox praconis enuntiet, si carpentum ipsius strepentibus rotis transire noscamus*, idẽ de carpento præf. vrbi, l. 6. c. 4. & 15. & 18. Symmachus c. 17. l. 10. Vopiscus in Aureliano, initio quod eleganter vocat *iudiciale carpentum*, in eo enim sedentes ius dicebant, maiores magistratus; anteà pro tribunali M. Tull. 2. in Verrem, *palàm de sella ac tribunali pronuntiat*, Plinius epist. 10 l. 1. *Sedeo pro tribunali, subnoto libellos*, lex. 2 de re iudicata, *qui pro tribunali cognoscit*, pro tribunali, id est in tribunali interprete Festo. Apuleius, l. 1. Floridorum, *praco cum proconsule, & ipse tribunal ascendit.* Seneca 1. de ira. c. 16. idcircò carpentum præfecti prætorio *tribunal* vocatur à Cassiodoro. l. 6. c. 3. in fine quod in eo, sicut prius in tribunali, antè carpenti vsum ius dicerent maiores magistratus, quippe minores magistratus *ex aquo loco, & imis subselliis ius dicebant, non pro tribunali.* Asconius in diuinatione.

Numerariorum more] Numerarij, iidem qui Tabularij. l. 1. C. Th. & l. 13. C. de Tabulariis l. 4. C. de Numerariis, iique sunt qui publicas rationes tractant, Anianus in l vlt. C. Th. de Tabulariis, ita à rationibus subducendis, & numerandis appellati, Glossæ vett. ἀριθμητὴς, Numerarius, Augustinus de libero arbitrio, l. 2. epist. 1. l. 2. *colludensque numerariis*, quem locum adi si lubet: qui quidem militia deposita, cum honore primi ordinis Comitiuæ dimittebantur, l. vlt. C. de Numerariis, & hoc est quod ait Sidonius, *quorũ cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates,*

nisi præcipuæ vrbes & Romæ æmulæ sortiebantur, veluti Constantinopolis, quæ noua Roma Sidonio. J. Paneg.

regina orientis

Orbis Roma tui

Saluiano Massil. l. 7. de Prouidentia. *Carthago, vniuersarum Africæ vrbium princeps & quasi mater, & in Africano orbe, quasi Roma*, & Campaniæ præcipua vrbs Capua. *Roma altera quondam* Ausonio, necnon Aedui, Sigeberto, *Celtica Roma*, in Chro. Aquileia etiam Romania, *& Roma secunda* dicta est, Leand. indéque Chromatius Aquileiensis Episcopus, Romanus dictus est Episcopus, in libro de octo beatitudinibus, & ita Arelas Gallula Roma vocata est, ab Ausonio, vt verbo celeberrimæ vrbis excellentiam exprimeret, erat enim nobilissimum oppidum Galliæ, Isidorus in Chronico Gothorum Era. cccclxvij. Ligurinus lib. 5.

In forum ex more descendo] Val. Antias, lxxv. *deinde funere locato, ad forum descendit* & Seneca de prouident. c. 3. Asconius pro Scauro, *in forum quoque sic descenderat, iusque dicebat*, idem in enarratione Milonianæ, *ad Comitia descendere*, Cicero. in offic. *in rostra descendere*.

Illicò expauit vt ait ille] *nil fortiter ausa*, *Seditio*. Lucanus. lib 5.

Alij tamen mihi plusquàm deceret ad genua prouolui] quod erat humillimè supplicantium, *genua enim misericordiæ consecrata dicunt Physici, vnde hæc tangunt rogantes*, Seruius, lib. 3. Aeneidos Glossæ vett. *γονυπετὴς, genuarius supplex*. Plutarchus, rerum Romanarum c. 49. & Plinius, l. 11. c. 45. Nat. Hist. J. epist. 9. l. 9. *capti hostis genua complector*, quò loci plura.

Alij ne salutarent fugere post statuas, occuli post columnas] loquitur Sidonius de foro Arelatensi, in foro autem pleræque columnæ, & statuæ, quibus à Principe vel à Senatu donabantur viri strenui, egregiè docti, aut quouis alio modo de Rep. benè meriti: de columnis Vitruuius. l. 5. c. 1. de statuis infrà c. vlt. l. 9. quam vide ni piget. Apuleius, l. 3. pœnes initium, *plerique columnis implexi, alij statuis dependuli, nonnulli per lacunaria & fenestras semi-conspicui, miro tamen omnes studio visendi, pericula salutis negligebant*, hæc Apuleius, quando in forum asinus à publicis ministeriis adductus est, in foro itaque crebræ erant statuæ, atque columnæ, circà quas se occultare solebant, vt ex Luciano in Anarc. D. Ambrosio, Tobiæ c. 7. & I. C. docet doctiss. Alciat. parerg. l. 4. c. 27. & Cuiacius obseruat. l. 1. c. 13. quibus adde Basilium in Psal 14.

Alij tristes, vultuosique] vultuosi id est adducta fronte, & vultu ad tristitiam composito, quod verbum M. Tull. non respuit in oratore, *vultuosum, tristem*, interpretatur Nonius, Glossæ Isidori. mss. *vultuosus, tristis*. Ammi. Marcell. l. 29. *incedebat passim ac latè os circumferens vultuosum*. J. epist. 12. l. 4. *puer familiaris adsistit vultuosus*.

Vnde, cur, quando respondi, quis crimen agnouit? quis detulit? quis probauit?] vt legum gnarus accusatorem poscebat, atque solemnia, quæ accuratè persequitur: eodem ordine Iuuenalis Saty. 10.

Sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indicibus? quo teste probauit?

M. Tull pro Cælio, *Accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet*. Asconium consule.

Proximus cuncti non modestè, neque singuli, &c.] J. c. 6. l. 8. *qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim, petitus, & cunctim*

Oscula, ac dexteras mihi dederunt] *Mos antiquus erat iungere dextram, amplecti, & osculari, quoties inuicem occurrebatur*, Pomponius Sabinus, 1. Aeneidos, Ennius Medea. *Saluete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite*, vtrumque solemne in salutationibus, & manus dare, & osculari. Amm. Marcell. l. 16. *quendam Vitalianum*

quem si norat ambigitur, latinè salute data, blandè produxit, cúmque porrecta dextera suauiatus. M. Tull. l. 2. epi. 9 de osculn, Seneca, l. 2. de ira. c 24. Apuleius, l. 1. 2 4. c. 7. Metamorphosis, quem salntandi morem neque patres, neque Christiani exhorruerunt, Tertull. aduers. Marcio. l. 5. D. Hiero. epi. ad Ruffinum initin. dextras etiam dare in salutationibus, vt & hodie moris erat, ratio redditur à Plinio, l. 11. c. 45. Plutarcho rerum Romanatum cap. 49. sed omnium elegantissimè Varro, *qui αἴτιον & causam Callimachum secutus sic exponit, asserens omnem maiorum honorem dextrarum constitisse virtute, ob quam hac se venerabantur corporis parte*, auctot est Seruins l. 1. Æneidos.

Solus Curio meus] id est Pæonius denominatiue, à pnpulari, & seditioso Curione, de quo præter Dion. l. 40. Petro. in Saty.

Tu concute plebem

Curio.

J. c. 3. l. 4. *incitat vt Curio, Pæonius enim erat populi totus, qui Tribunitiis flatibus crebrò seditionum pelagus impelleret*, addit, *meus*, quia plebem Arelatensem in eum concitauerat. S.

Cathedrarios seruos] cathedrarij serui, serui sunt lecticarij, *cathedralitij ministri* Martiali, l. 10. epig 13. *geruli*, Senecæ, l. 3. de Benef. cap. 28. à gerendo, vt à baiulãdo, *baiuli* Tertull. l. de Virgin. velan. & l 1. ad vxorem, *& sessio baiulatoria*, Cœlio Aurel. l. 1. c. 15. acut. morbor. vet. inrerpres Iuuenal. Satyr. 3 idem Saty. 6. Liburnos interpretatur *lecticarios, & gerulos*, & ab his ditiores portabantur in lectica, *quæ sella portatoria*, Cœlio Aureliano dicitur acut. morbor. l. 3. c. 15. & l. 1. tard. pass. c. 1. *& fertulum*, Asconio. 3. in Verrem *& fertorium*, à ferendo eidem Cœlio, l. 1. tard. affect. c. 1. *fertoria sella*. cap. 5. l. eiusdem à qua sella, *sellarius* Gloss. vett. Διφροφόροι, à ferendo etiam feretrum Gloss. φορεῖον, *lectica, feretrum* φορωφόροι *lecticarius*, cathedra Iuuenali

cum iam sexta ceruice feratur

Hinc atque inde patens, ac nuda pene Cathedra.

Cœlius Aurel. l. 1. tard. pass. c. 5. *quapropter ob resumendum corpus adhibenda gestatio sella, vel cathedra.* idem l. 1. tard. pass. c. 5 *leuem & delectabilem, adhibeat gestationem vt fertoria sella, vel cathedra*, à qua carhedrarij serui.

Vespilonibus] Vespilones sunt, qui cadauera efferunt, Isidorus in Gloss. *Vespilones, fossarij, qui mortuos sepeliunt, baiuli*, J. epist. 12. l. 3. *quibus mortuorum sepulturæ officia creduntur.* Iul. Firmicus, l. 8. c. 29. Mathes. de quibus Vlpianus in l. sed sciendum, ad Senatusconsultum Trebell. & l. qui decem, de solutionibus, Glossæ veterum, Νεκροθάπτης Vespillo, libitinarius plura. J. l. 2. c. 8. sic dicti auctore Festo, vel potius Epitomaste, quòd Vespertino tempnre cadauera efferrent, patet ex Paulo. 1. sentent. tit. 21. de sepulchris, & l. 5. C. Th. de sepulchr. violat. Donatus Andria. *mortui noctu efferebantur, propter sacrorum celebrationem diurnam.* Varro, Seruius, Cassiodorus, & Isidorus, vbi de notatione funeris, Seruius Aeneid. 11. *per noctem cadauera funerabantur, cum faculis.*

Vespillonibus tetriores] quantum coniecto teter erat, & nubelli coloris habitus vespilnnum, omnia quippe in funere furua erant, vnde & funus, auctore Festo, quo quidem habitu à reliquis agnnscebantur, priusquam censoria negligentia, vestibns ex libitn vti percrebuit. Tertull l. de Pallio, vespillo, leno, lanista, tecum vestiuntur, cùm antea colorati essent lenones: eodem Tertulliano auctore, libro de spectaculis. c. 23. & Donato in Terentium initio, Vespillonum autem habitus, atri coloris erat, quod vel ex his patet *vespillonibus tetriores*, quasi dicat, tetri quidem sunt serui cathedrarij, verum Peonij ministri, etiam ipsis atratis vespillonibus teriores.

Tetriores] tetri ergò erant serui cathedrarij, & vestis seruilis atra, Accius Telepho. *quem ego vbi adspexi, virum memorabilem intus viderer, ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse*, id est seruum, vide Arthemidor. l. 2. c. 3. de seruis Romanorum, & Fabrum Semest. l. 2. c. 10.

Iussit Aug.] August. Maiorianus Circensibus ludis quos quinquennalibus suis edebat, illustres ad epulum vocauit, solemne erat vt cum Circenses ederentur euocatis apponeretur epulum, quod multis confirmat Petr. Faber. l. 1. Semest. cap. 6. *quia spectaculorum gratiam, debet etiam refectio corporum sequi.* Donatus Aeneid. 5. præsertim inlustribus Vopis. in Aureliano vbi de editione Circensium, *conuiuium autem publicum edi iubebit, Senatoribus, equitibus Romanis, &c.*

Intercessemus] maximi erat honoris Imperatoriæ mensæ sacris admoueri, Statius. 4. Syluar. in epulo Domitiani, & Sulpicius Seuerus in vita. S. Martini cap. 23. D. Hilarius, aduersus Constantium. A. Serenus, ad Seuerum, *quippe qui dignatione vestra, cum intersum conuiuio sacro, &c.* ad quæ nonnisi primarij viri vocabantur, veluti legati, Sueton. in Nerone, cap. 22. Cassiod. l. 6. epist. 9. *duosque patricij generis familiari mensa*, Vespasianus adhibuit. Sueto. cap. 9. *necnon Tribuni Scholarum diuinis epulis adhibebantur.* L. vnic. C. Theod. de Comitibus & Tribunis Scholarum. Ammi. Marcell. l. 15. *vt spectabilis colebatur & intimus, facilitate aditus, honoréque mensa regalis antepositus aliis, vt iam secretius de rerum summa consultaretur*, nec prætereundum est, quod si olim reges, ab Episcopis anathemate perculsos, mensæ regalis honore dignarentur, vinculo anathematis excommunicati liberabantur, inque communionem Ecclesiæ recipiebantur. Concil. Tolet. 12. c. 3. Iuo Carno. Sanctioni Coepiscopo. c. 123. & c. 195. *ex libro regalium capitulorum*, id est ex Concilio Toletano, non ex capitulis Caroli Magni, vt viri docti. P. Pithoeus in Capit. Caroli Magni, & Iuretus ad Iuonis epist. consignant, & ita Prætextatus Episcopus Rhotamagensis, per iudicium quadraginta quinque Episcoporum à sacerdotali officio segregatus, à Gunethramno rege susceptus, atque conuiuio eius ascitus, ad vrbem Rotomagum regressus est, & in Episcopatum restitutus, Gregor. Turo. l. 7. cap. 16. eiusdémque Epitomastes. ms.

Primus iacebat cornu sinistro] id est primum locum obtinebat in sinistro semirotundi margine Cons. Seuerinus, cornu enim sinistrum referendum esse puto, ad Sigma, quod ab Apuleio semirotundum appellatur, vt ĩ. dicemus epist. 2. l. 2. cuius quidem Sigmatis extrema, porrecta vidẽtur in cornua, sicque ideò vocantur cornua, Iuuencus, l. 3. in caput. Lucæ 14.

> *Sic vos quisque vocat, cœna conuiuia ponat,*
> *Cornibus in summis deuitet ponere membra*
> *Quisque sapit, veniat forsan si nobilis alter,*
> *Turpiter eximio cogetur cedere cornu.*

Gregor. Turon. l. 1. de mirac. cap. 80. *discumbentibus autem ad conuiuium, vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens, &c.*

Sinistro] locus in mensa sinisterior, an dexterior esset honoratior, variant auctores, vide Lypsi, l. 2. Elector. cap. 2. Baroni. in Annal. quantum ex hoc Sidonij loco colligere licet, sinister honestior erat, & ex actione. 1. sextæ Sinodi Constantinopol in qua, in læua parte Constantini Pogonati, Vicarij Agathonis Papæ resederunt, vide Gregor. Turo. de vita patrum. de S. Nicetio, *ad cuius & ego lanam cum Diaconatus fungerer officio propinquus accubueram*, ex eodem vbi. ĩ. l. 1. de mirac. cap. 8. ex quo patet dextrum cornu honorabilius esse, Paulinus, l. 4. de S. Martin. *Ad dextram Regis sancto venerabilis ore Consedit senior, &c.* Otto Frisingen. l. 8. cap. 17. *vna ad dexteram, id est partem potiorem, altera ad sinistram posita* Marcell. Comes indic. 11. Philoxeno & Probo. Coss. de Ioanne. PP. *solus duntaxat Romanorum sibi de-*

cessorum, vrbe digressus, Constantinopolim venit, & miro honore resumptus est, dexter dextro Ecclesiæ insedit solio, &c. qui dexter locus, *honorabilis consessus dicitur*, Cassiodoro Psal. CIX. illos auctores diuersa sentire non puto, sed diuersa ratione dextram & sinistram accipere, vt *antica & postica*, Arnob.

Consul ordinarius Seuerinus] Fasti Consulares, *Seuerinus & Degalaphius Coss.* quibus Coss. Maiorianus Augustus circenses edidit post quintum Imperij annum, non biennium vt Euagrius allucinatur, l. 2. c. 7. hist. Eccl. nec triennium, vt Iornand. de regnor. success. neque quadriennium, vt Paul. Diaco. l. 6. Idacius: *Maiorianus est in quinto anno regni, &c.* quod verum esse ex Fastis liquet, Conss. enim Constantino & Ruffo (alias Ruffino) leuatus est Imperator, Seuerino autem & Degalaphio Coss. Dertonæ iuxta Hyram fluuium dolo Ricimeris occisus est. Idac. Marcell. Comes. & Cassiod. in Chro. Iornand. de reb. Ger. & de success. reg. Procopius tamen ex morbo decessisse scribit, l. 1. de bello Vvand. quod insuper ex hoc loco clarum est, nam quinquennalibus Circenses edere solemne erat. vita Sidonij, ms. in ms. Claud. Puteani. V. C. & Senatoris doctiss. *Circenses quinquennalibus suis edidit, &c.*

Ordinarius] Consules erant ordinarij, & honorarij, honorarij, qui honestamenta nominis, potius quam insignia potestatis habebant, Ausonius in Gratiar. act. c. 10. ordinarij qui in potestate erant, & à quibus annus numerabatur. Seneca 3. de ira c. 31. Iulianus Nouella. 64. c. 216. quæ dignitas reliquis omnibus antistabat, vt ĵ. dicemus, epist. 13. l. 2. & c. 16. l. 5. ordinarius autem dictus est, ad differentiam suffecti & honorarij, ita vocatus, quia maior magistratus erat, consulatus ordinarius, & maiores magistratus, ordinarij vocabantur. Ammian. Marcell. l. 14. *vnde Ruffinus ea tempestate præf. præt. ad discrimen trusus est vltimum; ire enim ipse compellebatur ad militem, quem exagitabat inopia simul & feritas, & alioqui coalito more in ordinarias potestates asperum semper & sæuum*, id est maiores magistratus, idem l. 16. *sub hoc enim ordinum singulorum auctores, infinita cupidine diuitiarum arserunt, sine iustitiæ distinctione, vel recti: inter ordinarios iudices Ruffinus primus præf. præt. & inter militares equitum magister Arbetio, &c.* idem lib. 21. *sed cunctæ castrenses, & ordinariæ potestates, vt honorum omnium apicem priscæ reuerentia more præfectos semper suspexere prætorianos*, Iul. Firmic. Matth. l. 3. cap. 6. *Consulares faciet, ac proconsulares, datque magistratus ordinarios* Nouella Theodosij de Tributis fiscalibus, *ad has itaque prouincias præter ducem, vel consularem, & præsidem, (qui vetustatis priuilegio ordinariorum iudicum nomen obtinent) &c. ordinariam Patriciam* dixit Iordanes in historia Gothorum. *Germanus Patricius fratruelis Domini Iustiniani. Imp. Mathasuentam in coniugio sumens, Patriciam ordinariam fecit:* erant enim minores, & secundariæ præfecturæ, & patriciatus, Dij etiam summi, Dij maximi (quos Apuleius enumerat, libro de Deo Socratis ex Ennio) & Martianus Capella lib. 2. ordinarij à Seneca vocantur, epist. 110. *vnicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ouidius ait, de plebe Deos,* idem de philosophia, epist. 53. *exercet philosophia regnum suum, dat tempus, non accipit, non est res subsiciua, ordinaria est, domina est, adest, & iubet*, & ita ordinarius Consul, maximus Consul est, & potissimus magistratus. Ausonius Mosella de secundaria præfectura.

Aut Italûm populos, Aquilonigenasque Britannos,
Præfecturarum titulo tenuere secundo.

Prosper. in Chron. de secundario patriciatu, Theodosio XVII. & Festo Coss. *Litorius qui secunda ab Ætio Patricio potestati Hunis auxiliaribus præerat*, id est vt habet Diacon. l. 4. *qui secunda ab Aetio patricia potestate, &c.*

Atque inæqualem Republicæ statum, gratia semper æqualis] Sic ex mss. emendo: Simili modo Seneca epist. 104. de Socrate; *Æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ.*

Iuxta eum Magnus olim expræfecto, nuper exconsule.] Id est, post Seuerinum consulem ordinarium, in sinistro cornu iacebat Magnus, qui præfecturam obtinuerat, & præcedente anno cum Apollonio Consulatum gesserat. Nouella Maioriani de episcopali iudicio, fasti consulares. De eo Sidonius Carm. 9. initio, & in propemptico ad libellum.

Par honoribus persona geminatis] Honoribus geminatis, id est, præfectura & consulatu, quos Magnus deposuerat, *Quibus conspicuus pridem consulari præfertur, & consuli par esse censetur, & proximus*, l. vnica, Cod. Theod. de consulibus: & Nouella Theodosij, de honoratis.

Recumbente post se Camillo filio fratris, &c.] Quas dignitates Camillus decurrerit nescio, sed ex eo quòd post Camillum recumbit, illustrem potestatem eum gessisse satis liquet, præsertim cùm filius Proconsulis, patrui sui scilicet Magni consulatum ornauerit. Reliqua sunt perspicua, ſ. Carm. 9 initio:

Et summo patruelium Camillo.

Vltimus ego iacebam qua purpurati laeuum latus in dextro margine porrigebatur] à dextro quidem latere imperatoris esse magis honestum, non sine auctore probat lumen Belgicæ electorum 2. cap. 2. Nec obstat quominus in mensa cornu sinistrum sit honorabilius, in quo qui iacebāt, erant à latere dextro Imperatoris, laeuum enim latus in dextro margine, dextrum in sinistro porrigebatur.

Qua purpurati laeuum latus] Purpurati, id est, imperatoris, ſ. notaui epist. 7. Locus autem Imperatori primus seruabatur. Petronius in Satyrico. Apuleius lib. 7. *Et in summo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inaugurat.* Qui locus erat à mensa pauxillulum discretus. Festus in Ordo sacerdotum, *Maximus videtur rex itaque in conuiuiis solus rex supra omnes accubat*, regio scilicet & imperatorio more. Ditmarus Episcopus in Othone Imper. lib. 4. Chronicorum, *Imperator antiquam Romanorum cupiens consuetudinem renocare, magna ex parte iam suis deletam temporibus, multa faciebat quæ diuersè diuersi accipiebant, solus ad mensam quasi semicirculum factam, loco cæteris eminentiore sedebat.*

Ego iacebam] Omnes conuiuas si numeres, quos ad epulum acciuerat Maiorianus August. sunt numero septem, Seuerinus vtpote, Magnus, Camillus, Pæonius, Athenius, Gratianensis, & Sidonius, viri principales & inlustres, ne quis fortuitò scriptum existimet ab Apollinare, sciat moris antiqui fuisse, & peruulgati prouerbij, septem conuiuium, sin plures conuicium. Iul. Capitolinus in Vero. *Cum sit notissimum dictum de numero conuiuarum, septem conuiuium, nouem verò conuicium.* Ausonius in Ephemer.

sex enim conuiuium

Cum rege iustum, si super conuicium est.

Gellius lib. 18. cap. 2. *Nuper quæsita esse memini numero septem*, quia scilicet 7. conuiuæ eodem auctore, & illud olim ex lege Orchia, cuius præscripto cauebatur, ne plures ad cœnam vocarentur, vel quod, vt ait Varro in Satyra Menippæa, nescis quid serus vesper vehat, *plures esse non conuenit, quòd turba plerumque est turbulenta.* Contentiones enim plærumque solent in conuiuiis generari. Cassianus Ere. lib. 4. cap. 17. quod & lege Salica cautum esse videtur, de homicidiis in conuiuio factis, titu. 46. §. 1. & §. 2. *Si in conuiuio vbi quatuor aut quinque fuerint homines, vnus ex eis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut vnum conuictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem conlectent, quæ lex vsque ad septem, qui fuerint in conuiuio conuenit obseruari, si verò in conuiuio plusquam septem fuerint, &c.* Quæ lex si cominus expendatur, instituta fuit, ne vltra septem conuiuarum numerus progrederetur, propter seditiones quæ inter multos euenire solent. Ne quis argutetur, & opponat Maiorianum, qui numerum auxit, neue vllus restet argutandi locus, scias velim, à conuiuarum numero regem

conuiuij excipi, id est, dominum, qui ad cœnam vocauit. Macrob libro 1. Saturnal. cap. 7. *Varro in Libero, numerum conuiuarum hac lege definit, vt neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior, hic video excepto rege conuiuij, tot nos esse, quot sunt Musæ.* Excepto itaque Maioriano rege conuiuij, tot sunt conuiuæ, quot lege permissum est, & veteri more receptum.

Quia de literis factus] Quædam olim intercœnandum lætæ literatæque quæquæstiunculæ ventilabantur, 7. epist. 9. lib. 2. quem locum consule, & epist. 13 lib. 9. Idem de epulo Theodorici 5. epist 2 *Maximum tunc pondus in verbis est, quippe cum illic aut nulla narrantur, aut seria.* Suetonius in Tyberio cap. 56. Gell lib 15. cap. 2. & libro 18 cap. 2.

Verè habes patruum, frater Camille] Frater, nomen amicitiæ, Homel. 4. Apostolorum quæ Eucherij est, sub nomine tamen Eusebij, *Fratres autem, sorores, patres, & matres, vxores & filij dicuntur non natura, sed officio, & affectione: Quos enim multum diligimus, his nominibus vocare solemus.* Quò viri illustres ab imperatoribus honorantur, Constantinus Imp. ep ad Porphyrium: *Frater charissime.* Maiorianus, Nouella de bonis caducis: *Ennodi, frater amantissime.* Nouella Theodosij de Tyronibus: *Hisdore frater*, & Nouella de Lampadariis: *Opilio frater.* & Nouella eiusdem de principibus Agent. in rebus: *Opilio frater*, & aliàs passim, vt Nouella Theodosij de ambitu & locis limita. Nouella eiusdem de metatis, & Nouella de patrimonialibus, &c. Cassiod. lib. 6. ep. 21 *additur quod à principe frater vocaris*, vbi de rectore prouinciæ.

Per quem cachinnum] Non propriè loquitur Apollinaris, subrisit enim, nec in cachinnum Maiorianus A. effusus est. Cachinnus est cum voce risus lasciuior. Vetus interpres Persii Sat. 2. & Salonius Sidonii coetaneus in Ecclesiasten risum immoderatum, dissolutum, atque perstrepentem interpretatur cachinnum. *Est autem verbum secundum ὀνοματοποιίαν fictum, à sono risus.* Porphyrio. Cachinnus tamen aliquando pro risu. Næuius Protesilao *Clam mussitant, inruunt, cachinnos, ioca, dicta risitant: cachinnat autem satyra.* Fulgent. lib. 1. Mytologiarum.

Trebacissimus] Ausim legere. Tribacissimus, vel æquo Ione & æmula ratione, sicque tribacissimus Athenius erit, id est, interprete Sidonio 5. *Athenius homo litium temporumque varietatibus exercitatus*, qui τρίβακες Eustathio vocatur, *Detritus & retorridus* lib. 25. cap. 30. Gellio *tritus.* Plinio & Petro Rauennati Sermon. 70. *nocendi vsu tritus, lædendi arte peritissimus.* Fortun. Gregorio Papæ Turon. episc. *vsu triti.* Glossæ vett. *tritum, perfectum.* Deest Græcum. Sext. Auienus Fabula 39.

Venerat attritus quondam per prælia miles, &c.

Tritura mendacij Saluian. lib. 4. de Syris, dictio in latinam coloniam recepta. Plautus Mostellar. Actu 2. *Vbi sunt plagipatida ferrei, trebaces viri.* Sic quidam Codices legunt, quamue lectionem tuentur interpretes Valla. & Saracenus, id est, plagis & vinculis attriti, & tribare, verberibus atterere est. Legis Salicæ tit. 41. de furtis caballorum §. 11. & 16. *si quis aliena iumenta tribauerit*, 7. epist. 11. lib. 9. *Malui factum confiteri simpliciter, quam tribaciter diffiteri*, id est, subinde & pertinaciter negationem refricare, & velut atterere diffirendo, vt vel illa probant, *simpliciter, tribaciter, confiteri, diffiteri*, & hæc est hac de re mea suspicio (præses tribacissime) quam doctis & probis probatam, si probes, proba est lectio, eaque genuina, vel meo periculo. Quid fieri possit, vt à Trebatio trebacissimus dicatur non video, sed eadem enunciatione qua 5. epist. 2. lib. 1. legulas dixit pro ligulas, ita trebacissimum, pro tribacissimum hoc loco.

Æstu pudoris excoquebatur, cur sibi Paeonius anteferretur] *Minus honorato loco positus, irasci soles illi, qui sibi præfertur.* Seneca 3. de Ira, cap. 37.

Si mihi standi locum præripere conetur] Dedecet minoris dignitatis virum honoratiori præferri: idcirco variæ latæ sunt imperatorum constitutiones, vt dignitatum

ordo ſeruetur, pœnæ etiam refractariis indictæ, l. 1. & l. 2. Cod. Theod. vt dignitatum ordo ſeruetur, ibid Anianus & Carol. Mag. lib. 6. cap 290. Balſamo. in can 7. ſextæ ſynodi in Trulo: *In ſecularibus dignitatibus non licet ei, qui eſt minoris dignitatis præſidere vel præferri ei, qui eſt maiori dignitate præditus* Vide Alexij Comn. Nouellam de Carthophylace. apud Balſamonem in can. 18. Nicenæ ſynodi, exinde ſuggillat Apollinaris genus quoddam hominum qui conſeſſum prioribus inuidebant, ĵ. lib. 5. epiſt. 7. qui præſertim in epulis obſeruabatur, Prouerb. cap. 25. Feſtus in Ordo ſacerdotum. Idem Seruius, Valerius Max. lib. 2. cap. 1. exemp. 5. ſextæ ſynodi in Trullo can. 7 diſtinct 93. cap. vlt. & concilij Nannetenſis can. 11. Photius in Nomocan. tit. 8. cap. vlt. & Iuſtinian. Nouella 5. ĵ. ep. 2 lib 8.

Audio, ait, comes Sidoni] Ex eo loco viri docti collegerunt Sidonium Comitem fuiſſe, quod à vero longè aberrat, illudque in Chronica retulerunt. Comes autem à Maioriano vocatur Sidonius, eo modo quo s̄. *Camillus frater*, & ita vir perfectiſſimus, *Comes* à Conſtantino nuncupatur, l. 2. C. Theod. de bonis vacantibus.

Retrorſumque conuerſus, tanquam manibus aquam poſcerem] Sic mss. pro poſtularem, & rectè: veteres non ſolùm antequam accumberent, manus lauabant. Plautus Amphit. *Lauiſti A. quod poſtquam laui, accubuiſti.* Idem Stycho. *Quàm mox cocta eſt cœna, impranſus ego ſum. E. Abi intro ad me, & laua.* Veratius Pontificalis, *Cùm iam manus pranſores lauarent.* Petronius in Satyra: *Tandem ergo diſcubuimus pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus.* Apuleius lib. 9. *Ipſo momento quo nos lauti cœnam petebamus.* Non ſolùm, inquam, ante promulſidem, & anticœnium: ſed etiam per ſingulos miſſus abluebant manus, præſertim in imperatoriis conuiuiis. Athenæus libro 4. cap. 1. & Lampridius in Heliog. *Inde lautia, epularum magnificentia à lauatione dicta.* Feſtus, quod quo pacto fieret, docetur hoc loco, retrorſum enim conuertebantur, & ſe auertebant à menſa conuiuæ, vt manus lauarent, delitiæ literatorum. Lipſius lib. 2. Saturn. cap. 1. in fine.

Aquam poſcerem] Sic omnes mss. & vett. Sidonius epiſt. 17. lib. 5. *Exhibita poſcenti eſt*, ſcitè & eleganter: *In manus enim aquam poſcimus.* Caper, Petronius in Saty. *aquam popoſcit ad manus.* Plinius epiſt. 16. lib. 6. *Frigidam popoſcit hauſitque.* Martialis:

Caldam poſcis aquam.

Plinius lib. 7. cap. 53. *calidam in pultario popoſcit.* Seneca epiſt. 122. *quæro quid ſit, dicitur mulſum & alicam popoſciſſe.* Petronius: *Ego experiri volui, an tota familia cantaret. Itaque potionem popoſci.* Non eſt igitur quod ſubtrudant, Poſtularem, pro Poſcerem inemendatè.

Quantum ſtibadij circulum] ĵ. epiſt. 2. lib. 2. *In hac ſtibadium & nitens abacus.* quem locum conſule.

Secutus eſt fragor (niſi quod dico iactantia eſt) par Camillano] Nugas deblaterat Pius interpres hoc loco, qui alioquin expeditus eſt, & facilis, vel interprete Sidonio ſupra eadem epiſtola: *Camilli enim ſummo fragore, vt nec Auguſti reuerentia obſiſteret, excepta ſententia eſt.* Ad quem non ad illum veterem Camillum reſpexit Apollinaris.

Simul periniurium eſt, &c.] Calumniatoribus infenſiſſimus Maiorianus Nouella de ortu imperii Diui Maiorani: *Nemo dilationes metuet, quas & priuati in aliorum moribus condemnauimus, & nunc ſpecialiter proſequimur: nullus calumnias reformidet, niſi quas ipſe commouerit, &c.*

Propter odia certa, crimine incerto periclitetur] s̄. eadem epiſt. *Quos notis certis, auctor incertus exacerbauerat.* ĵ. Carm. 2.

Incertum crepat ille patrem, cùm ſerua ſit illi
Certa parens.

Seneca Thebaid. act. 4. *Præmium incertum petit certum ſcelus.* Synodi Cabillonenſis. 2. cano. 38. *Repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorum ſunt*

d

certi errores, incerti auctores. Vitruuius in præfat. lib. 7. *Vti de incerta re, certæ imagines ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem.* Sidon. epist. 9. lib. 3. *Incertum mihi est, an sit certa causatio.* D. August. de Ciuitate Dei lib. 7. cap. 17. *Non solum istum de Diis incertis, sed etiam illum de certis facere incertum.* Sulp. Seuer. l. 2 de Nerone Aug. *Incertum an sibi ipse mortem consciuerit, certè corpus illius interemptum.* Idem lib. 6. cap. 4. Confession. *Certum tamen erat, quod incerta essent.*

Nec satis defuit quin gelarent] Id est, veluti frigore concreta rigescerent. Iuuen. Satyra 6.

pauidoque gelantur
Pectore.

Claudianus 2. in Ruffinum 6.

stetit ore gelato
Incertus.

J. Carm. 5. *nam corde gelato*

Præbere ceruices] Prudentius Hymno 1. *Seu foret præbenda ceruix ad bipennem publicam.* Ado Treuir. IIII. Nonas Octob. *Ita vt sponte ceruices suas securibus darent.*

Atque etiam nunc chlamydibus induebamur] *Olim in vestitu hominum, cæteroque vitæ cultu, loco ac tempori apta sumebantur.* Symmach. epist. 9. lib. 7. Sic induti cœnatoriis senatores accumbebant. l. inter, 35. de auro & argento lega. chlamidesque exuebant: cœnatoria, sunt vestes cœnatoriæ. Petronius in Satyrico: *Vtcumque igitur lassitudine abiectâ, cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus.* Martialis lib. 14 Lem. 135. A cœna verò depositis cœnatoriis, chlamides repetebant, & hoc est quod ait Sidonius & Hadrianus Aug. *Senatores & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit, nisi à cœna reuerterentur.* Spartianus: *tricliniaria vestimenta.* l. apud Aufidium de optione legata.

Chlamidibus induebamur] Senatores erant chlamidati. D. Ambros. *Sicut senatorem chlamis ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum arma.* l. 1. C. Th. de habitu quo vti oporteat intra vrbem. Cassiodorus in formula præfecturæ vicarianæ lib. 6. ep. 15. & in formula rectoris prouinciæ lib. eiusd. epist. 21. necnon etiam canonicarij chlamidibus induebantur. Cassiodorus lib. 12. epist. 7. *Caue ergo, ne grauior sias hostibus, si adhuc nudare velis exutos: chlamides non pauescant, qui arma timuerunt.* Sidonius in Epithalamio Polemij & Araneolæ. *Texuerat tamen & chlamides, &c.* vbi de præfecto, Gregor. Turon. lib. 2. cap. 38. quem vide.

Cùm mihi Consul ad pectus, præfectorij ad manus caderent] Scilicet ceperunt, & sic hæc lectio dispungenda est ex vett. & mss. i. Consul Sidonium amplexus est, præfectorij vero viri manus exosculati sunt, quod vtrumque est supplicantis, vt calumnias à Pæonio confictas aboleret, cadere ad pectus, idem quod J. ait epist. 23. lib. 4. *pectore admittere*, id est, amplecti, & medium hominem arripere. Terentio & Suetonio in Iulio cap. 20. *accidere ad genua*, Constantio in vita S. Germani cap. 16. *cadere ad pedes*, Martiali lib. 9. ad Apollinem, *cadere ad aras*, ita cadere ad pectus, & cadere ad manus à Sidonio dictum, quod lubens adieci, ne quis cum his erraret, qui putãt ad pectus cadere, idem esse quod ad pectus recumbere, quod erroneum est & absonum, surrexerunt enim, vt loquitur Sidonius, nec amplius accumbebant, atque ita non in sinu recumbebant, vt ait Plinius lib. 4. Epist. 22. *sed pectori summittebantur*, vt idem Sidon. ait ead. epist. in fine.

V.C.

V. C. ET INL. AVG.

THVANO, SENATVS PRÆSIDI, ET CONSISTORIANO COMITI

S.

THVANORVM Præſidum patris patruique, patriſſans & patruiſſans hæres es, Chiuernii Galliarum Cancellarij, & Harlæi Præſidis primorum principis VV. inluſt. inluſtris ſororius, quorum omnium virtutes omnes, in te vnum natura congeſſit, haſque à natura inſitas ita excoluiſti, vt hocciuili turbine, inter tumultus aulicos quietus, Conſiſtorianus Comes Regibus adſederis, quorum ore cùm non ſemel ad exteros, & apud exteros elocutus ſis, nihil tamen peregrinum ad aulam, præter euphoniam gentis alienæ, & quod tam clarum quàm rarum eſt, nihil aulicum, præter ſermonis elegantias ex aula reportaſti ad forum, vbi pro tribunali ſedens, velo leuato, vel dimiſſo, inter deuia litium, rectus arbiter, tibi in hac fortuna iudiciorum, alea eſt, rectè iudicare, & ſicut à recto æquitatis calle nunquam deflectere, ſic nequitias forenſes, & obliquas argutiolas velut portenta (quæ ſcilicet Galliæ ruinam portendant) iuſtitiæ gladio confodere conſtans animus: Palatinus Apollo & Juridici-

M

na generosæ mentis ausus & vota secundent. Quidquid verò à consistorianis & forensibus negotiis otij est, id omne literatis literis indulges, & vt nullum tempus ab vtilitate publica (cui totus addiceris) vacet, tua opera, priuata incude recocta, publicè cudenda curas, cunctis vtilia, maximè studiosis, quos amore studiorum singulariter amas, hoc tempore, quo literarum honos inhonorus fatiscit, & in hoc sicut in omnibus Sidonium æquas, qui antiquæ eruditionis reparator habitus est. Ad extremum, quod indictum nefas esset, præsertim cùm nomina, omina quædam sint, & fælix aut inauspicatum aliquid augurentur, tuis virtutibus æqualia nactus es, vt veteri epigrammate lusi, quod nouis & in dies crescens affectus erga te meus iterum infigit, vt cum Musa musicè, & (vt ait ille) cum Poeta poeticè.

Cur tria sortitus sis nomina sorte secunda,
Scilicet Augusti, Totius, Emeriti.
Expediam, Augustis quod sis virtutibus auctus,
Augusti idcirco nomen & omen habes.
In Musis totus, quod sis in Apolline totus,
Inde liquet nomen Totius esse tibi.
Nomen & Emeriti, meritò sortiris, in omnis
Puluere, nam studij, miles es emeritus.

In quo omine desino. Vale, Præses illustriss. & doctiss.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER II.

SIDONIVS HECDICIO SVO SALVTEM. EPIST. I.

DVO nunc pariter mala sustinent Aruerni tui. Quænam? inquis, præsentiam Seronati, & absentiam tuam. Seronati, inquam, de cuius vt primùm etiam nomine loquar: sic mihi videtur quasi præscia futurorum lusisse fortuna, sicuti ex aduerso maiores nostri prælia, quibus nihil est fœdius, bella dixerunt: quique etiam pari contrarietate, fata, quia non parcerent, Parcas vocitauêre. Rediit ipse Catilina sæculi nostri nuper Aturribus, vt sanguinem fortunasque miserorum, quas ille ibi ex parte propinauerat, hic ex asse misceret. Scitote in eo per dies spiritum diu dissimulati furoris aperiri: apertè inuidet, abiectè fingit, seruiliter superbit, indicit vt dominus, exigit vt tyrannus, addicit vt iudex, calũniatur vt barbarus, tota die à metu armatus, ab auaritia ieiunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis nõ cessat simul furta vel punire, vel facere palã, & ridentibus cõuocatis, ructat inter ciues pugnas, inter barbaros literas: epistolas, ne primis quidẽ apicibus sufficienter initiatus, publicè à iactantia dictat, ab impudentia emendat, totum quod concupiscit, quasi comparat, nec dat pretia contemnens, nec accipit instrumenta desperans, in concilio iubet, in consilio tacet, in ecclesia iocatur, in conuiuio prædicat, in cubiculo damnat, in quæstione dormitat, implet quotidie syluas fugientibus, villas hostibus, altaria reis, carceres clericis, exultans Gothis, insultansque Romanis, illudensque præfectis, colludensque numerariis, leges Theodosianas calcans, Theodoricianasque proponens, veteres culpas, noua tributa per-

Fata quia non parcerent, parcas vocitauere:] D. Hiero. epist. ad Bonasum, *an ideò ti-
bibellus videris, quia fausto vocaris nomine? quasi non & lucus ideò dicatur, quòd minimè lu-
ceat, & parcæ quòd nequaquam parcant, & Eumenides furiæ, quòd non sint benignæ, &
vulgò Aethiopes vocentur argentei.* Idem Fabiolæ. Mans. 33. *κατ' ἀντίφρασιν est
intelligendum: quomodò parcæ dicuntur ab eo quod minimè parcant, & bellum quod nequa-
quam bellum sit, & lucus, quòd minimè luceat,* vetus inscriptio.

CRVDELES PARCAE QVAE NEMINI PARCVNT INVIDERE MIHI HIC SITVS
EST LIBVRNVS PVER DOLOR PARENTVM. Adhelmus de laudib. virginit. c. 13.
Et parcarum grassatrix non vlli parcentum atrocitas. Albricus Philosophus de Deorũ
Imaginibus cap. de Plutone, & Martianus Capella. lib. 4. *per contrarium verba
dicuntur, quandò contrà quod dicimus accipiuntur, vt parcas dicimus fata, cum non parcant,
& lucum, cum non luceat, hoc grammatici κατ' ἀντίφρασιν dicunt.* Apuleius de maui-
bus ait eos, *κατ' ἀντίφρασιν dici manes, hoc est mites ac modestos, cum sint terribiles
& immanes, vt Parcas, vt Eumenides,* Donatus de barbarismo in fine, *antiphrasis, est
vnius verbi ironia, vt bellum, hoc est minimè bellum, & lucus, quòd minimè luceat, parca, quòd
minimè parcant.* Seruius Aeneidos. 1. & Isidorus lib. 8. cap. 11. & cap. vlt. ità Sero-
natus contrario sensu, quasi citonatus, id est non bono, sed malo publico natus.

Aturribus] sic ex mss. notæ melioris emendaui rectissimè, Aturres sunt Nouem-
populaniæ, ab Aturro fluuio, Aturres, vt ab Astura, Astures, Floro, l. 4. sub finem,
de Aturro, & Aturrico pisce, vide j. e. 12. l. 8. *Ciuitas Aturensium.* Not. Prouinc. in
Nouempopulana Prouincia, quam Itinerarium Antonini *Adturrem vocat,* vbi de
Gallia Narbouensi. Et quod maximè facit, ad hanc veterem lectionem, & Sidonij
mentem, erat tunc temporis Gothicarum partium, Commonitorium Timothei,
*Anianus vir spectabilis ex præceptione. D. N. Gloriosissimi hunc codicem de Theodosiani legi-
bus atque sententiis iuris vel diuersis libris Aduris anno xxij. eo regnante edidi, atque subscripsi.
vulgò Aire.*

Quas ibi ille ex parte propinauerat] alludere videtur ad illud, quòd sanguinem
propinasse Catilinam, cum sacramento coniuratores adstringeret, veteres tradi-
derunt. Sallustius in Catilinæ coniurat. & Tertullianus, *nesciò quid sub Catilina san-
guinis propinatum est:* propinauerat, vt j. de eodem Seronato epist. 7. l. 7. *Seronatum
barbaris prouincias propinantem.*

Indicit vt Dominus] id est vt Imperator. j. epist. 13. libro 5. de Seronato, *nunc
inauditis indictionum generibus exhaurit*, soliùs autem est Imperatoris indicere, l.
vnica. C. Th. de superindicto. ibidem Anianus, *Ista lex præcipit vt nullum per Rectores
prouinciæ, superindictum prouincialibus imponatur, nisi fortè ex hac re precessisse præceptio
dominica comprobetur,* vt Sidonio dominus, est Imperator, ita Aniano, præceptio do-
minica, Imperatoria est, domini vocantur Imperatores. j. Car. 7.

Si dominus sis, liber ero,

& Carm. 5.

dominos nil prodest isse priores.

id est Imperatores. Tacitus lib. 20. *an Neronem extremum dominorum putatis?* Paulin.
de S. Mar. l. 3. init. *Elatus quondam bello fæliciter actis, Maximus & domini vnius de mor-
te superbus.* 1. Imp. Gratiani. Statius 4. Syluarum de epulo Domitiani, *dominaque
dedit consurgere mensa.* id est Augusta. Tertullianus in Apolog. & Socrates in prœ-
mio lib. 6. Hist. Ecclesiastic. indicit itaque vt dominus, id est vt Imperator. j epist.
13. lib. 2. *nec sustinebat dominus esse, qui non sustinuerat esse sub domino*, præterea dominus
dicitur Rex Francorum, Anastasius Bibliothecarius in histor. miscell. *Gentis Fran-
corum moris est Dominum, id est Regem, secundum genus principari: dominus Rex,* l. 5. c. 136.
Carol. Magnus, *Reges enim vocantur domini.* D. Hiero. psal. cix.

Addicit vt iudex] Solemne verbum prætoris est addicere, quod Festus, condem-
nare interpretatur, s. epist. 7. lib. 1. *paulò post cum duceretur addictus*, quem locum ni

piget consule, idem epist. 7. hoc libro, *dependunt addicti reuerentiam, gratiam liberati*, ad quem locum plura. Petrus Archiepisc. Rauennas. Serm. CLXII. *Sed tunc non iudicaturus venerat, sed iudicandus, nec addicturus reos, sed à reis innocens addicendus.*

Non cessat simul furta, vel facere, vel punire] ità comparatum est, vt vitia quibus multum addicimur, in aliis maximè reprehendamus, & illa si penes nos ius atque potestas sit, seuerissimè vindicemus. Seneca lib. 2. de ira. cap. 28. *nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui sibi nihil negauit, & homicida tyrannus irascitur, & punit furta sacrilegus.* Plinius epist. 22. lib. 8. *nostine hos qui omnium libidinum serui, sic aliorum vitiis irascuntur, vt quasi inuideant, & grauissimè puniunt, quos maximè imitantur:* quod eleganter de Augusto tradit Seneca de Benef. l. 6. cap. 32. idemque Aurelius Victor, *qui cum esset luxuria seruiens, erat tamen eiusdem vitij seuerissimus vltor, more hominum, qui in vlciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt.* de Clodio, vet. interpres Iuuenalis. Saty. 2. omnium meo iudicio elegantissimè vitium illud expressit, Prosper de prouidentia Dei *mendacia fallax,*

Furta rapax, furiosum atrox, homicidia cruentum

Damnat, & in mœchum gladios distringit adulter.

In quod etiam Saluianus inuehitur, libro 3. de Prouid. *quis est enim vel nobilium omninò vel diuitum, horrens crimina, quamuis in hoc fefellerim, multi enim horrent, sed paucissimi euitant, in aliis semper horrent, quod in se semper admittunt, mirum in modum & accusatores eorundem criminum, & excusatores, execrantur publicè, quod occultè agunt.* idem lib. 7. *punit enim iudex in alio peculatum, cum sit ipse peculator, punit rapinam cum sit ipse raptor, &c.* quod periniurium est, Mar. Tull. 5. in Verrem. *omnia quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt, etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur*, l. in arenam. C. de inoff. testamen. can. iudicet ille. 3. quæst. 7. can nihil iniquius & can. iniquum 32. quæst. 6. In quod vitium sunt maximè decliues quidam pseudo Apostoli. D. Hieron. ad Rusticum Monachum *accusamus sæpe quod facimus, & contrà nosmetipsos diserti, in nostra vitia inuehimur.* In id singularis est Eusebius Cremonensis, ad Damasum Episcopum Portuensem, de transitu D. Hieronimi cap. 7.

Ructat inter ciues pugnas] ciuis pacem optat, bellum auersatur, J. epist. 7. libro 5. *hi sunt qui inuident ciuitatibus inducias*, miles verò pacis osor, vota in contrarium destinat, vetus interpres Philonis quæstione in Genesim. 54. *Subsignat enim prauum, nihil pacificum sentire, gaudere prælio & paratura belli*, idem quæst 63. *dicit enim magister militiæ, pacem velle prælia parando, & pacis tempore, arma renouando.* Seneca de beneficiis lib. 6. cap. 38. *miles bellum optat.*

Inter barbaros literas] quod absonum est, & inuersum, ructare enim inter ciues literas, inter barbaros pugnas Seronatus deberet, eodem schemate. 5. epistola. 8. l. 1. *armis Eunuchi, literis fœderati*, præter ea quæ ad illum locum consignaui, scitè Fulgentius. lib. 1. Mytholog. *non paues musicum tuis receptare dogma penatibus, cum barbarorum morem auscultauerim, ità literarios mercatus penitus abdicare, vt hos qui primis elementorum figuris, vel proprium descripserint nomen, cassata inquisitione in carnificinam raptassent*, idem de contin. Vergil. *væ inquam nobis apud quos est nosse aliquid periculum, & habere.* literas enim barbari execrabantur, & amplectebantur arma, D. Ambrosius. *Sicut Senatorem chlamis ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum arma.* J. in Paneg. Auiti car. 414. adeò vt armorum, non literarum instrumento, sibi filios adsciscerent, & adoptarent, Cassiodorus lib. 4. epi 2. & lib 8. epi. 1. & epi. 9. vnde Imperator Zeno, Regem Gothorum Theodoricum, *in arma sibi filium adoptauit.* Iordanes.

Totum quod concupiscit, quasi comparat] in Seronato habendi cupidinem effrænatam notat, & alieni appetentiam, vt qui ad rapinam alterius erectus & attentus, augendi libidine crucietur, quod Dei prohibetur oraculo. Prouerbiorum. cap. 22.

in quam rem consulendi sunt, D. Cyprianus epi. 1. lib. 1. ad Donatum, Arnobius lib. 1. contrà Genteis, Gregorius Nyssenus epi canonica, ad Latoium cap. 6. ibidem Balsamo, dicit enim Sermo propheticus *va qui domum domosconiungitis, & agrum agro appropinquatis.* Illud autem est ex Esaia propheta, Zeno Veron. de Auaritia sermon. 1. passim Seneca ad Lucillium, quæ quidem habendi libido ne vlterò protenderetur, lege Licinia agraria cohercita est, qua sancitum est, ne quis amplius quàm quingenta agri iugera possideret. Velleius lib. 2. Liuius lib. 6. & Gellius lib. 20. cap. 1. & Mar. Cato apud Gellium libro 7. cap. 3. de viris inlustrib. cap. 20. & cap. 64.

Nec dat precia contemnens] Greg. Turonensis lib. 4. cap. 12. de Cautino Episcopo Aruernensi auaritiæ iuxta Serònatum dedito, *quibus & à quibus vt noster Sollius ait, nec dabat precia contemnens, nec accipiebat instrumenta desperans.* Instrumenta, id est literæ publicæ, & tabulæ venditionis, propter Sidonius ait, *quasi comparat.* 1. illegitimè acquirit, vel quasi comparat. 1. ferè comparat, quod concupiscit, Gregor. Turon. histor. lib. 6. c 46. *ad villam Calensem, quæ distat ab vrbe Parisiaca, quasi stadiis centum.* & de S. Iuliano Briuatensi cap. 25. *distat autem Basilica, à Briuatensi vico, quasi stadiis decem.* quod vernaculo idiomate quasi. Idem lib. 4. de miracu. S. Martini, cap. 30. *distat autem ab vrbe Pictaua, quasi stadiis quadraginta.* idem lib. 1. de miracu. cap. 76 *Extenditur autem lacus ille in longitudine, quasi stadiis quadringentis.*

Altaria reis] non quia metu Seronati, rei ad altaria confugerent, vt notat Raeuardus. 1. variat. cap. 6. sed quia reos in Ecclesias conijceret, tanquam in vincula publica: Clericos autem sacris ædibus & aris deturbaret, atque in carceres compingeret.

Carceres Clericis] quod nefas erat, in decanicis enim Clerici recludebantur, non in latumiis, ne fœdo loci contagio casta puraque Clericorum corpora polluerentur, sed hoc Arrianorum more necnon Gothorum sæuiebat in Clericos Seronatus. 7. epi. 6. lib. 7. Eloquentissimus Aruernus, Vincentius Lyrinensis Commonito. 1. *Namque cum prophana illa Arrianorum nouitas, velut quædam Bellona, aut furia, capto primo omnium Imp. cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequicquam deinceps destitit vniuersa miscere, atque vexare priuata ac publica, sacra prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque conlibuisset, tanquam de loco superiore, percutere, tunc temeratæ coniuges, depullatæ viduæ, profanatæ virgines, dilaceratæ monasteria, disturbati Clerici, verberati leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta sanctis ergastula, carceres, metalla.* conterranei nostri lubuit auctoritatem claudare, viri vndecúque doctiss. idem Luciferus, & omnes authores Ecclesiastici personant, sublatis enim præceptoribus reliqui in errorem decliues atque præcipites ruunt, vt 7. epist. 6. lib. 7. ostendam. Gregor. Turon. lib. 2. hist. cap. 25. *Clericos carceribus subigebat.* vbi de Euarige Arriano, cuius partes Seronatus fouebat.

Colludensque numerariis] numerarij qui sint. 3. dixi epist. vlt. de quibus præterea Symmachus 47. lib. 9. & epi. 40. lib. 10. & Maiorianus Nouella de ædific. public. tabularios interpretatur Anianus, l. 1. C. Th. de Nume. iudicis nomine censetur numerarius, in lege Vvisigot. lib. 2 tit. 1. era. 26.

Leges Theodosianas calcans] id est leges quas in ordinem digessit Theodosius Iunior Imperator, de quibus Nouella Theodosij: de Theodosiani Codicis authorit. & Nouella de Confirm. legum Nouellarum Diui Theodosij. innominatus auctor de legum inuentoribus. *leges noua à Constantino ceperunt Cæsare, & reliquis succedentibus erantque permixtæ, & inordinatæ, posteà Theodosius minor Aug. ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani, Codicem fecit, Constitutionum à Constantini temporibus, sub proprio cuiusque Imperatoris titulo dispositum, quæ à suo nomine Theodosianum vocauit.* & edidit Imperij sui anno xv. Prosper in Chro. *Theodosianus liber omnium legum legitimorum principum in vnum collatarum, hoc primum anno editus.* præter Iustinianum, &

Accursium, Alaricus in Commonitorio ad Timotheum, & Anianus ibid. Carolus Magnus. lib. 6. cap. 281 Papianus. l. Responsorum.

Theodoricianasque proponens] id est ius Romanum atterens, Gothicum introducens, Theodoricianæ leges, sunt leges Gothicæ à Theodorico Rege, non rege Italiæ Alarici socero, vt doctiss. Cuiac tradidit epist. ad Ranconetum, cuius quia crebræ extant constitutiones, passim apud Cassiodorum, in varijs, Boëtium de Consolat, lib. 1. pros. 4. Ennodium in vita epiphanij, apud Iustinianū in pragmat. Sanct. cap. 21. Cuius etiam edictum Cassiodori operibus attexitur, vir magnus putauit ab illo leges Theodoricianas dictas, qui tamen Theodoricus rex Italiæ, socer Alarici, longè post Anthemium cuius coætaneus fuit Seronatus, & post Seronati mortem, qui proditionis reus capite damnatus fuit. ȷ̃. epist. 7. l. 7. atque etiam post Sidonij mortem regnum auspicatus est, Fasti Consulares, Iornandes de rebus Get. & Isidor. in Chron. Et quamuis Aniani interpretationes ex Alarici auctoritate, vim legis obtinuerint, quomodo ab Alarico Theodoricianæ? cur potius ab authoris socero Theodorico, quam ab ipso rege authore Alarico Theodoricianæ dictæ essent? quinimò hæ Aniani interpretationes, leges Theodosianæ, non Theodoricianæ dictæ sunt, Concilij Nannetensis can. 8. *aut enim lex Theodosiana, nulla ratione fœminæ amplius, quam suas causas agendi habeant facultatem*, ex Aniano, l. 5. Cod. Theod. de cognitor. & procurator. Iuo, Gaufrido Beluacensi, epist. 213. *& in legibus Theodosianis, si aliquis vnam rem per legitimas scribturas duobus donauerit, vni prius, & alteri postea, &c.* Hæc Anianus in Paulum libro 5. sentent. tit. 11. de donationibus. Gratianus. Causa. 2. quæst. 6. can. propter superfluam, *vnde Theodosianis legibus sic statutum inuenitur, &c* hæc item Aniani sunt in librum. 5. Pauli sentent tit. de cautionibus & pœnis appellationum. §. 1. de quibus intelligendum puto Gregorium Turon. lib. 1. cap. 46. hist. & historiam S. Boniti Aruernēsis Episcopi, *imbutus Grammaticorum initiis, & Theodosij decretis.* Verisimilior videtur Baronij sententia, qui Theodoricianas leges à Theodorico rege Gothorum Thorismundi successore dictas putat, Annal. tom. 6. An. 468. nam is Theodoricus iuris Romani peritus fuit. ȷ̃. epist. 2. lib. 1. ȷ̃. Carm. 7. ad cuius instar leges Gothicas condere potuit, sed is longè antè Anthemium fuit, Idacius, Iornandes, & Isidorus in Chro. Verùm cum antè Euuarigem huius Theodorici successorem, Gothi nullo iure scripto vterentur, nullas leges scripto mandatas haberent, Isidorus in Chro. Era DIII. *sub hoc rege Gothi legum instituta scriptis habere ceperunt, nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur.* idem de Leuuigildo Era. DCVIII. *in legibus quoque ea quæ ab Eurico inconditè constituta videbātur correxit, plurimas leges prætermissas adiciens, plerasque superfluas auferens*: Non ergo ab illo Theodorico, Theodoricianæ leges dici possunt, sed ab Euarige, qui Anthemij coætaneus fuit, cuius partes fouebat Seronatus, à quo indubiè leges Theodoricianæ, Euarix enim, Theodoricus dictus est ȷ̃. c. 9. l. 8 in Carm.

Theudorice tuæ manus rogantur.

id est Euarix, & vt penè omnes mss. interpretantur, *Eorice*, Freculphus, l. 5. cap. 17. tom. 2. de Eorico, *Theodoricus ergo Vese-Gothorum rex crebram mutationem Romanorum cernens, &c.* ibid. non semel Theodoricus, pro Eorico, vita Sidonij ms. ta, in fine libri Claud. Putea. V. C. *tunc Theodoricus rex Vvisigothorum, arripuit Aruernam vrbem, &c.* idem ms. Bibliothecæ Regiæ. Euarigem autem Aruernam cœpisse constat ex Iornande, c. 44. ȷ̃. l. 7. e. 7. idem *Theuricus* Iornandi dicitur de reb. Get. cap. 36. Isidoro in Chron. Goth. *Euridicus*, inde in procliui Theudiricus, à quo Theodorico, leges Theodoricianas dixit Apollinaris. Et à cuius Theodorici, id est Euarigis legibus, Codex legum Vvisigothorum incipit.

Proinde moras tuas citus explica] &c. Symmach. epi. 7. l. 2. *adde quòd integer animus putat innocentiam suam minui, si periculis desit suorum.* Rutil. itiner. 1. *Securos leuius crimen*

men contemnere ciues, Priuatam repetunt publica damna fidem. D. Ambros. Sermon. 8 quem vide.

Te medio, te præsule] id est te auctore & interprete, Serbius Aeneidos. 4. ad illa Vergilij,

Tuque harum interpres curarum.

media & conciliatrix. Horatius. Ode 19. lib. 2. Symmachus epi. 51. lib. 4. J. epist. 2 & epi. 6. lib. 7. idem in laude Narbonæ.

Pacem te medio darent feroces
Hunnus, Sauremata, Geta, Gelonus.

Et Anianus lib. 1. Sententiarum. Pauli tit. 20. §. 1. qui Iustino. lib. 2. *leno.* & à vet Glossario P. Danielis, *mediator* interpretatur. Isido. in Glossis. mss. *receptor, auctor concordiæ, medius.*

Palpitantium ciuium.] Seneca epi. 74. *Itaque vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix, nisi hic timor è pectore eiectus est, palpitantibus præcordiis viuitur.* Isido. in Gloss mss. *palpantia trementia.*

Seu patriam dimittere, seu capillos] meras nugas blattit Pius hoc loco, Durantius Cassellius 1. variar. cap. 18 quondam apud Francos indicium libertatis capilli fuere, atque capillos dimittere, pro libertatem amittere, Sidonius Apolli. dixit. hæc stat contribuli meo sententia, à qua recedit Præses Fauchetius senex variæ lectionis & eruditionis, Gallicarum antiquitatum lib. 2. cap. 17. quod Sidonius, ait seu patriam dimittere, seu capillos, est vel solum vertere, vel crinem Deo vouere, & se religioni traddere, non possum in eorum opiniones descendere, quas tamen testatas volui, genuina Sidonij mens meo iudicio ea est, quasi dicat, qua igitur ratione Aruerni bellum geremus? quæ auxilia nobis parata erunt? quis erit, qui subuenire possit? cum nulla à Rep. & ab Aug. Anthemio præsidia: itaque statuimus vel patriam dimittere, vel capillos dimittere, i. dedere nos: cum patria in hostium potestatem veniebat, coma dimittebatur. Herodotus Erato, μιλήσιοι πάντες ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς Milesij omnes capita totonderunt, Lucan. *Et tu tonse Ligur.* verumne hoc vt peregrinum abdicetur, agam ex gentilitio more, & veteri Francorum ritu Claudianus in Eutropium.

Militet vt nostris detonsa Sicambria signis

id est victa, & subiugata. J. epi. 9. lib 8.

Sic tonso occipiti senex Sicamber
Postquam victus es, elicis retrorsum
Ceruicem ad veterem nouos capillos.

idem ad Maiorianum August.

Detonsus Vachalim bibat Sicamber.

Sicambri enim Cæsariem alebant. Martialis

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

quam victi deponebant, & Sicambri, Galli veteres vocabantur. Remigius de Clodouco *mitis depone colla Sicamber*

Gregor. Turon. lib. 2. cap. 31. & Cheribertus Rex, Sicamber vocatur à Venantio Fortunato lib. 6. *Gallos enim in Sicambria reges crinitos super se creauisse*, tradit Gregor. Aruen. Turon. Episco lib. 2. c. 9. Clodoueus Comatus Greg. Turo. l. 6. c. 24. & 26. l. 8. c. 10. & ita vocatur in præf. Legis Salicæ, & in eadem lege *crinosi*, id est Galli. Ergo est capillos dimittere, dedere se & libertatē amittere, quod vel illa Sidonij verba satis indicant, *te expectat palpitantium ciuium extrema libertas*, & hæc erat formula subsidia poscendi, cum ad extremam fortunam res deducta erat, Paulus Diacon. lib. 8. *aut libera nos de manu eius, aut certè & ciuitatem Romam, & nosmetipsos gentibus tradimus.* idem Pontificale, Ann. Dom. 561. Et illud antiquum P. Syri. *Porrò, Quirites, libertatem perdimus.*

piscinas publicis operibus extructas, non impudenter æmularetur. Primum tecti apice in conum cacuminato, cùm ab angulis quadrifariam, concurrentia dorsa cristarum, tegulis interiacentibus imbricarentur, ipsa verò conuenientibus mensuris exactissima spatiositate quadratur, ita vt ministeriorum sese non impediente famulatu, tot possit recipere sellas, quot sol et sigma personas, fenestras è regione conditor binas cōfinio cameræ pendentis admouit, vt suspicientum visui fabrefactum lacunar aperiret. Interior parietum facies solo læuigati cementi candore contenta est. Non hîc per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis prostat historia, quæ sicut ornat artem, sic deuenustat artificem. Absunt ridiculi vestitu & vultibus histriones pigmentis multicoloribus Philistionis supellectilem mentientes. Absunt lubrici, tortuosique pugillatu, & nexibus palestritæ, quorum etiam viuentum luctas, si inuoluantur obscœniùs, casta confestim gymnasiarchorum uirga dissoluit. Quid plura? nihil illis paginis impressum reperietur, quod non vidisse sit sanctius. Pauci versiculi lectorem aduentitium remorabuntur, minimè improbo temperamento, quia eos nec relegisse desiderio est, nec perlegisse fastidio. Iam si marmora inquiras, nō illic quidem Paros, Carystos, Proconissos, Phryges, Numidæ, Spartiatæ, rupium variatarum posuêre crustas: neque per scopulos Aethiopicos, & abrupta purpurea genuino fucata conchyllio, sparsum mihi saxa furfurem mentiuntur. Sed & si nullo peregrinarum cautium rigore ditamur, habent tamen tuguria, seu mapalia mea ciuicum frigus. Quin potiùs quid habeamus, quàm quid non habeamus ausculta: Huic Basilicæ appendex piscina forinsecus, seu si Græcari mauis, baptisterium ab oriente complectitur, quod viginti circiter modiorum millia capit: Huic elutis è calore venientibus triplex medij parietis aditus per arcuata interualla reseratur. Nec pilæ sunt mediæ sed columnæ, quas architecti peritiores ædificiorum purpuras nuncupauere. In hanc ergo piscinam fluuium de supercilio montis elicitum, canalibusque circumactis per exteriora natatoriæ latera curuatum, sex fistulæ prominentes leonum simulatis capitibus effundunt, quæ temerè ingressis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas ceruicum iubas imaginabuntur. Hîc si dominum seu domestica, seu hospitalis turba circunstet, quia præ strepitu caduci fluminis, mutuæ vocum vices minus intelliguntur, in aurem sibi populus confabulatur. Ita sonitu pressus alieno, ridiculum affectat publicus sermo secretum. Hinc egressis frons triclinij matronalis offertur, cui continuatur vicinante textrino, cella penaria discriminata tantùm pariete castrensi. Ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta collyriis, quàm columnis inuidiosa monubilibus. A parte vestibuli longitudo

tectâ intrinsecus patet, mediis non interpellata parietibus: quæ quia non nihil ipsa prospectat, etsi non hyppodromus, saltem criptoporticus, meo mihi iure vocitabitur. Hæc tamen aliquid spacio suo in extimo de ambulacri capite defrudans, efficit membrum bene frigidum: Vbi publico lectisternio extructo, clientarum, siue nutricum loquacissimus chorus, receptui canit, Cùm ego meique dormitorium cubiculum petierimus. A criptoporticu in hyemale triclinium venitur, quod arcuatili camino sæpè ignis animatus pulla fuligine infecit. Sed quid hæc tibi, quem nunc ad focum minimè inuito? quin potius ad te, tempúsque pertinentia loquar. Ex hoc triclinio fit in diætam siue in cœnaciunculam transitus, cui ferè totus lacus, quæque tota lacui patet, in hac stibadium, & nitens abacus, in quorum aream siue suggestum à subiecta porticu sensim non breuiatis angustatisque gradibus ascenditur: Quo loci recumbens, si quid inter edendum vacas, prospiciendi voluptatibus occuparis. Iam si tibi ex illo conclamatissimo fontium decocta referatur, videbis in calicibus repentè perfusis niualium maculas & frusta nebularum, & illam lucem lubricam poculorum, quadam quasi pinguedine subiti algoris, hebetatam. Tum respondentes poculis potiones, quarum rigentes cyathi siticuloso cuique, ne dicam tibi granditer abstemio, metuerentur. Hinc iam spectabis, vt promoueat alnum piscator in pelagus, vt stataria retia suberinis corticibus extendat, aut signis per certa interualla dispositis, tractus funium librentur, hamati scilicet, vt nocturnis per lacum excursibus rapacissimi salares in consanguineas agantur insidias. Quid enim hinc congruentius dixerim, cum piscis pisce decipitur? Edulibus terminatis, excipiet te diuersorium, quia minimè æstuosum, maximè æstiuum. Nam per hoc quod in aquilonem solum patescit, habet diem, non habet solem, interiecto consistorio perangusto vbi somnolentiæ cubiculariorum dormitandi potius, quàm dormiendi locus est. Hic iam quam volupe auribus insonare cicadas meridie concrepantes, ranas crepusculo incumbente blacterantes, cygnos atque anseres concubia nocte clangentes, intempesta gallos gallinaceos concinentes, oscines coruos voce triplicata puniceam surgentis auroræ facem consalutantes, Diluculo autẽ philomelã inter frutices sibilantem, prognem inter asseres minurientem, cui concentui licebit adiungas fistulæ septiforis armentalẽ camœnam, quã sæpè nocturnis carminum certaminibus insomnes nostrorum montiũ Tityri exercent, inter greges tinnibulatos per depasta buceta reboantes, quæ tamen varia vocum cantuúmque modulamina profundiùs confouendo sopori tuo lenocinabuntur. Porticibus egresso, si portum litoris petas, in area virenti vulgare (quamquam non procul) nemus,

ingentes tiliæ duæ, connexis frondibus, fomitibus abiunctis, vnam vmbram non vna radice conficiunt: In cuius opacitate cùm me meus Hecdicius illustrat, pilæ vacamus, sed hoc eò vsque, donec arborum imago contractior, intra spatium ramorum recussa cohibeatur, atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Sed quia tibi sicut ædificium solui, sic lacum debeo, quod restat agnosce: Lacus in Eurum defluus meat, eiusque arenis fundamenta impressa domicilij, ventis motantibus æstuans humectat alluuio, is quidem sanè circa principia sui solo palustri voraginosus & vestigio inspectoris inadibilis est, ita limi bibuli pinguedo coalescit sese fontibus algidis, litoribus algosis. Attamen pelagi mobilis campus cymbulis latè secatur peruagabilibus, si flabra posuêre. Si turbo austrinus insorduit, immane turgescit, ita vt arborũ comis, quæ margini insistunt, superiectæ asperginis fragor impluat. Ipse autem secundùm mensuras quas ferunt nauticas, in decem & septem stadia procedit. Fluuio intratur, qui salebratim saxorum obicibus affractus spumoso canescit impulsu, & nec longum scopulis præcipitibus exemptus lacu conditur, quem forsan, an incurrat, an faciat, præterit certè, coactus per cola subterranea deliquari, non vt fluctibus, sed vt piscibus pauperaretur: qui repulsi in gurgitem pigriorem, carnes rubras albis abdominibus extendunt, ita illis nec redire valentibus, nec exire permissis, quendam viuum & circumlaticium carcerem corpulentia facit. Lacus ipse qua dexter, incisus, flexuosus, nemorosusque: qua læuus, patens, herbosus, æqualis. Æquor ab Aphrico viride per littus, quia in vndam fronde porrecta, vt glareas aqua, sic aquas vmbra perfundit huiusmodi colorem ab oriente par syluarum corona continuat. Per Arctoum latus, vt pelago natura, sic species. A Zephyro plebeius & tumultuarius frutex frequenterque lemborum superlabentum ponderibus inflexus, hunc circa lubrici scirporum cirri plicantur, simulque pingues vluarum paginæ natant, salicumque glaucarum fota semper dulcibus aquis amaritudo. In medio profundi breuis insula, vbi supra molares naturaliter aggeratos per impactorum puncta remorum naualibus trita gyris meta protuberat, ad quam se iocunda ludentum naufragia collidunt. Nam moris isthic fuit senioribus nostris agonem Drepanitanum Troianæ superstitionis imitari. Iam verò ager ipse, (quanquam hoc supra debitum) diffusus in syluis, pictus in pratis, pecorosus in pascuis, in pastoribus peculiosus. Sed non ampliùs moror, ne si longior stylo terminus, relegentem te autumnus inueniat. Proinde mihi tribue veniendi celeritatem (nam redeundi moram tibi ipse præstabis) daturus hinc veniam quod breuitatem sibi debitam paulò scrupulosior epistola excessit.

dum totum ruris situm sollicita timatur. Quæ tamen summouendi fastidij studio nec cuncta perstrinxit. Quapropter bonus arbiter & artifex lector non paginam quæ spatia describit, sed villam, quæ spatiosa describitur, grandem pronuntiabunt. Vale.

Rurime esse causaris] Symmachum imitatur, qui sic ad Pattuinum epist. 18. lib. 8. *In agro me esse miraris: at ego iustius stupeo, ad communem te patriam spreto ruris otio reuertisse*. & Plinium epist. 17. lib. 2. init.

Iam ver decedit æstati] id est, abeunte vere æstas appetit, locutio familiaris auctori, s. epist. 5. lib. 1. *Æmiliano nautæ decedit Venetus remex*, j. epist. 6. lib. 5. *Cùm primùm æstas decessit autumno*. Apuleius lib. 8. *Sed vbi sol nocti tandem decessit*, Symmachus epi. 59. lib. 4. vide epist. 6. lib 5. j.

Rimarum flexibus terra perscribitur] j. Carm. 16.

Cùm Procyon fureret, cùm solis torridus ignis,
Flexilibus rimis sitientes scriberet agros.

Aqua ipsa quæcumque perpetuò labens] Nam fontes & fluuij qui apertis & exundantibus hyeme venis largiter profluunt, æstate deficientes vix modico sudore distillant. Horatius lib. 4. od. 7. & Plinius lib. 5. epist. 6.

Et nunc dum in Carbaso sudat vnus, alter in bombyce] Ex Iuuen. Sat. 6.

Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Ioan. Salisberiensis Policratici lib. 8. cap. 12. graphicè & eleganter: *Alter solis lineis brumæ horrores excludit, & dum omnia gelu constricta rigent, tenui sudat in cyclade, & illius delitias etiam bombycinus vrit pannus aut premit, hic cepa tunicatior: densatus pellibus & epitogiis, chlamidi penulam superducit, & quasi conglobatus in orbem, rotulari magis quàm incedere, idoneus est*. Bombicinus autem pannus erat pellucidus Martial. lib. 8. epig. 68

Fœmineum lucet sic per bombicina corpus.

Carbaso] Carbasus est linum tenue, & vestis ex lino tenui, vel ex serico. Nonus *pellucida vestis*, Senecæ lib. 1. de Benef. cap 3. *Textus pellucidus* Tertulliano lib. de Pallio. *Therestrum* Geneseos cap. 38. & Isayæ cap. 3. *Pallium quo Palestinæ mulieres amiciuntur*. Eucherius libro 2. ad Salonium cap. 10. & Isidorus lib. 19. cap. 25. necnon Pollux lib. 7. & Hieron. Isayæ cap. 3. *Apud Arabes genus pallij muliebris*. Pacatus in Pane. Theodosij A. *Illos tenero pellucentes amictu & vix leue carbasum vitando sole tolerantes*. Innominatus auctor in Panegyr. Constantini: *Facile est vincere timidos & imbelles, quales amœna Græciæ & deliciæ orientis educunt, vix leues pallios & sericos sinus, vitando sole tolerantes, carbasina & bombycina lintea*. Apuleio: *Et ita insultant æstibus artificiosa nuditate vestiti*. Petrus Chrysologus Serm. 122.

Bombyce] id est, panno bombycino. Bombyx est vermiculus, qui sericeã lanuginem globatim implicat & attexit. de quo Plinius lib. 11. cap 21. Tertull libro de Pallio. Procopius, & ex eo Zonaras tomo 3 in Iustiniano, sub finem. Isidorus lib. 19. cap. 27.

Tu endromidatus exterius, intrinsecus fasceatus] id est, quod ait Salisberiensis: *Cepa tunicatior, densatus pellibus & epitogiis*. Endromis est hirta & villosa vestis, quæ Seuero Sulpicio dialog. 1. cap 15. *burrus*, & Euceriæ, *burra* dicitur. Festo & Tertulliano lib. de Pal lio *Solox*.

Fasceatus] id est fasceis inuolutus, j. epist. 11. lib. 8. *Si vestigia fasceata*. Capitolinus in Antonino Pio, in fine: *fasciabatur tiliaceis tabulis in pectore positis, vt rectus incederet*. Verbum familiare Vegetio, de re veterinaria, lib. 2. capp. 17. 22. 26. 33. 47. & 54 Martialis lib. 12. Epigram. 57.

Nec fasceato naufragus loquax trunco.

Municipij Camerini] Ms. Achillis, Statij, & vet. liber habent Amerini, vtraque lectio defendi potest. *Camerinum* Antonino, quod oppidum pulcrum dicitur Catoni de fœneratione legis Iuniæ. *Camerini ciues nostri, oppidum pulcrum habuere, agrum optimum atque pulcerrimum, rem fortunatissimam, &c.* Vibius, *Hypanis quem & Hilarim vocant, ex quo Camerinu aqua inducta est.* Paulus Diaconus lib. 4. cap. 17. de Gestis Longobardorum, & Itiner. Anton. fragmentum de Itinere 6. ab vrbe ad Gallias *aut à castro nouo Spoletum, Camerinum, Vrbinum,* à quibusdam Camerin vertitur. Si Amerinum legas, *municipium Amerinum, & municeps Amerinus.* M. Tullio pro Roscio. Est autem Vmbriæ oppidum. Ptolem. Ciuitas paulò post à Sidon. vocatur, *Raptum subduceris anhelantibus angustiis ciuitatis.* hic fortè Chambery Sapaudiæ.

Timore pallentibus] *Timor sanguinem contrahit, quo contracto, humor dilutior cuti remanet, & inde Pallemus.* Disarius, J. in Paneg. Maioriani, in fine.

Maurusque timore

Albus erat.

Apud Priscianum lib. 6. Cic. de Philos. vt ait Ennius: *Refugiat timido sanguen atque exalbescat metu,* J. epist. 13. lib. 5. *metu exanguibus.*

Samia mihi mater fuit] Ex Terentio in Eunucho actu 1. sce. 2. Ex eo colligere licet, Terentij fabellas propter sermonis elegantiam pueris olim in scholis lectitari solitas, J. epist. 12. lib. 4.

Auenter insertus] Ammian. Marcell. lib. 29. *Quibus haustis auenter tremebundus ac minax.* Idem lib. 18. *Antoninus ad regis hiberna perductus, auenter suscipitur.*

Abitaci sumus nomen hoc prædio] Friuolam & futilem proprietatem nominis, quam Gabriel Simeonius in suis Aruerniæ nostræ antiquitatibus commentus est, de villa quæ ab indigenis vulgò Obiere vocatur, explodit hoc loco Sidonius. Nam non quod ibi Romani à Vercingetorige profligati obiere. *Obiere* nomen sortitum est, sed est ab Abitaco *Aubiere* deductum. Sidonius. *Si quisquam Abitacum dignaris visere nostram.* Huius antiquitatis vindices habeo præsidem Fauchetium, Gallicarum Antiquit. libro 2. cap. 14. & Papyrium Massonem Annalium lib. 1. in Childerico, quorum sententiæ lubens acquiesco, vel ex eo quod Imp. Auitus Aruernus erat, & Papianillæ filiæ in dotem dixit Abitacum fundum, præterquam quod omnem dubitationem abstergit lacus elegans descriptio, qui non longè ab Abitaco est, ab Auito, Auitacus dictus.

Nisi quid tu fascinum verere, concordia est] Multa Pius hoc loco insubidè & insipidè deblacterat de Abitaco & Fascino, & ex ingenio suo non ex vett. libris pro Abitaco, Abidenum subtrudit omnino malè, reiecto Pij commento, facilis est explicatio, boni ominis arcendique fascini gratia, hæc præfari mos est, ne quis sæuus & inuidus concordiam nostram effascinet. Symmach. epist. 78 lib. 6. *Nunc quoque nuntio si dictum nullus fortunæ liuor effascinet, in concordiam mecum sanitatem redire.* Idem epist. 7. lib. 1. *Nullo fascino fælicitas publica mordeatur.* Idem epist. 42. *Quis oculus fascinauit destinatam quietem.*

Mons ab occasu quanquam terrenus] Abitaci descriptionem orditur, ab occiduo sole, mons est terrenus, non saxeus, *terreni colles* Columellæ libro 1. cap. 2. & Plinio epist. 6. lib. 5. Vitruuius lib. 2. cap. 6. *Ergo quibus locis non sunt terrosi montes* J. *mons saxeus,* epist. 11. lib. 9.

Vestibuli campus aperitur] Vitruuius de Architect. cap. 8. lib. 6. & Gellius lib. 16. c. 5. consulendi sunt. Plinius epist. 6. lib. 5. *Atrium etiam ex more veterum.*

Quæ in Boream Austrumque conuersis frontibus tenditur] Abitacum architectonicè depingit, quem primum in radice montis ardui conlocat ad meridiem. Idem Cato de Re rust. cap. 1. Varro lib. 1. cap. 7. & cap. 12. Plinius epist. 6. lib. 5. *Villa in colle imo sita.* Columella lib. 1. cap. 2. *Parte alia collibus, vel ad Orientem, vel ad meridiem molliter deuexu terrenisque.* Loci enim montani & accliues, ad Boream vergentes salubriores

ſunt Conſtantinus de Agricultura,lib. 2.cap.3. Idem Boetius metro. 4.lib.2.

Balneum ab Africo] id eſt, ab occidente hyberno, vnde flat Africus. Vitruuius libro 1.cap. 6. Seneca lib 5. Natural. Quæſt.cap 17. & Phauorinus apud Gellium lib.2.cap.22 & præter alios Conſtantinus de Agricultura lib. 1. cap.11. Architecti autem optimi balneorum, auerſa à Septentrione & Aquilone, ad occidentem hybernum verſa conſtruebant. Vitruuius libro 1.cap 2. & lib.5. cap.10. & l.6.cap.7. Palladius lib.1.cap.40.& Conſtantinus de Agricult. lib.2.cap.3. Columella libro 1. cap.6 vt occidenti æſtiuo aduertantur, & in eo à reliquis diſſentit, necnon Oribaſius libro 9.collat.cap 10.

Radicibus rupis] Iſidorus in Gloſſis mss. *Radices, ima montium.*

Et ſi cadua per iugum ſylua truncetur, &c] Martialis libr.1. Epigramm.17. *Vicina in ipſum ſylua deſcendit focum.* Ligna autem ad vſum balnearum maximè neceſſaria: Vlpianus l.55. §. lignis autem, de legat.3. ita vt iumentis quibus ligna deferrentur opus eſſet, & inſtrumento balneatorio legato cederent. Paulus 3. Senten. tit.7. §. inſtrumento balneatorio, & calefactio balnei, inter munera perſonalia numeratur, in l.vlt. §. 3. de Muneribus & Honorib. Aggenus Vrb. de limi. agr. *Loca autem quæ ſunt publica videamus: ſunt ſylua de quibus lignorum copia in lauacra publica miniſtranda ceduntur.* Romæque erant mancipes thermarum, qui ſubuectionem lignorum curabant, l.vnic. Cod. Theod. de mancip. therma & ſubuectione lignorum, *mancipia quæ P.R. lauacris inſeruiunt*, dicuntur in l 3. Cod. eod. de collat. donatar. &c. & l.1. Cod. Theod. ne comit. & tribun. lauacra præſtentur. *quæ vrenda lauacris ligna comportabant.* Symmach. epiſt.27.lib.10. Et ne lignorum ſtrues ad thermarum vſum congeſta, ſurriperetur, ea cura ad Præf. vrbi ſpectabat. Caſſiodor.lib 6 epiſt. 4. *Si exhibitio ſalubriter accenſa thermarum, rapinarum ardoribus non tepeſcat*, adeò vt Terracinenſes ligna lauacris ſubminiſtrarent. Symmachus epiſt.53.lib.10. In Abitaco itaque laudandum eſt, quod ligna calefaciendis balneis lapſu ſpontaneo deuoluantur, nec à iumentis vehantur, aut aliunde quærantur. Et Caſſiodorus Baias laudat, *quòd fornaces illis non robora connecta ſuccendunt*, epiſt.6 lib.9. Montem autem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidum maximè probauerunt. Columella lib.1. Plin.epiſt.6.lib.5. Non minima autem hæc laudis portio eſt. Vitruuius lib.5.cap.9. Sidon.epiſt.8. lib. 4. *fons gelidus in colle nemoroſo.*

Cadua ſylua] Sylua cædua ſeptimo loco ponitur à Catone in prædio lib.1. cap.1. Et ex eo à Varrone, de qua Plinius epiſt 6.lib 5. l. ſi abſente, & l. ex ſylua. de vſufru. l. diuortio, ſoluto matrimon. Et eſt ſylua quæ vireſcit vulnere, & cæſa rurſus pullulat, l.30.de verbor. ſignif.

In ora fornacis] De conſtructione fornacis, Conſtantinus lib.2. cap. 3. in fine: Pallad.l.1.tit.40.& Vitruuius lib.5. cap.10. præfurnium propnigeon. Plin. epiſt 17. libr.2.& Vitruuio lib.5.c.11. vnde *fornacator* Paulo IC. qui fornacem ſuccendebat, l.13.& 14.de inſt. vel.inſt leg.

Hinc aquarum ſurgit cella coclidium]Seneca Thyeſte: *Fumant ma u ſuccenſa multa ſtagna.* Beda in natali S.Ceciliæ virginis X.Kal. Decemb. *flamma balneares.*

Cella] *Cella frigidaria*, Plinio lib.5.epiſt.6.*cella*, eidem epiſt 17.lib.21. & Palladio lib.1.tit. 40. Altercatio Hadriani Aug. & Epicteti. H. *Quid eſt homo? balneo ſimilis, prima cella tepidaria vnctuaria, infans natus perungitur, ſecunda cella ſudatoria, pueritia eſt, tertia cella aſſa perferentaria, iuuentus* Cælius Aurel.tard paſſion.lib.3 cap 5.*Et magis ſi ager ingrediens calidas cellas, in feruens deſcenderit ſolium, cameras vocat caldariorum.* Pallad.lib.1.tit.40.ex Vitruuio lib.8 cap.2, & lib.5. cap.10.

Surgit] Nempe ex hipocauſto ſupra quod conſtructæ erant cellæ balneares. Vitruuius libro 5. cap. 10. & Pallad libr. 1. cap. 4. Plinius epiſt. 17. lib. 2. & epiſt. 5 libri 6.

Quæ conſequenti vnguentariæ] Sic mss. & vett. rectè, id eſt, cellæ tepidariæ & vnguentariæ

gentariæ, quæ in altercatione Hadriani A. & Epicteti *tepidaria vnctuaria* dicitur, de qua Plinius epist. 6. lib. 5. *vnctorium*, eid. epist. 17. lib. 2. Vide Galenum lib. 10. Methodi.

Excepto solij capacis hemicyclio] Solium est sella balnearis, Cœlius Aurelianus lib. 3. cap. 5. tardar. passion. & Seneca epist. 86. Paulus Iurisconsultus 3. Sentent. titulo 7. §. mundo muliebri. quod auctori ad Herennium, Senecæ epist. 122. Festoque Grammatico *alueus*, quodque lauandi gratia institutum est, vt ait Verrius. Glossæ vetr. *ἐμβάτης, curtina, solium balneare*.

Hemicyclio] id est, semicirculo, hemicyclum schema, Vitruuio lib. 5. cap. 1. id est, semirotundum. Hic autem est sella balnearis dimidiati rotundi forma. Pollux lib. 6. quod hemisphærium dicitur Vitruuio lib. 5. cap. 10.

Vis feruentis vnda] id est, abundantia, *vis flamma vaporisque*. Vitruuio libro 5. cap. 10.

Per parietem foraminatum, &c.] Seneca epist. 90. *Et impressos parietibus tubos, qui ima simul & summa foueret æquiter*. Idem lib. 3. Natur. quæst. cap. 24. *Facere solemus dracones, & miliaria, & complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus per decliue circumdatas, vt sæpè eundem ignem ambiens aqua, per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est, frigida itaque intrat, effluit calida*. Vitruuium vide libro 5. cap. 10.

Conclaue succensum] id est, hypocauston, L. 16. mandati. Plinius epistola 17. libri 2. epi. 6. lib. 5. Vitruuius libro 5. cap. 10. ibidem *Hypocausis*, & *Hypocausterium*, in hist. S. Thomæ, *vaporarium*, Ciceroni ad Q. Fratrem, lib. 3. ep. 1.

Succensum] propriè, Seneca Thyeste: *Fumant manu succensa multa flagna*. L. 1. Cod. Theod. ne comit. & trib. lauacra præstentur: *nec vllas priuatas ab his succendi balneas*. Cassiodorus epi. 6. lib. 9. *quodque connecta robora succendunt*.

Solidus dies, & abundantia lucis inclusa] Olim balnea per rimas tantum diem admittebant, erantque tenebricosa. Seneca epistola 86. *Balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua*. Idcirco iocosè blattaria vocabantur balnea, id est, cœca, & lucifuga. Blattæ enim Vergilio 3. Georg. & Columellæ lib. 9. cap. 7. lucifugæ dicuntur. Seneca paulò post. *At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant*, id est solidum diem. Plinius lib. 1. epistola 3. *Quid balineum illud quod plurimus sol implet & circumit? In tricliniis enim, cæterisque conclauibus, maximus erat vsus luminum*. Vitruuius lib. 6. cap. 9. & Statius 1. Syluar. de balneo Etrusci.

Multus vbique dies, radiis vbi culmina totis
Perforat: atque alio sol improbus vritur æstu.

Vnde eis lumina ab occidente hyberno, & à meridie dabantur, vt tota die solis inuarentur, & inlustrarentur aspectibus. Pallad. lib. 1. tit. 40. & Constant. de Re rustica, lib. 2. cap. 3. Erat ergo solidus dies, qui per ampla specularia & vario fastigia vitro admittebatur, & abundantia lucis ex flammis balnearibus. Plinius epist. 6. lib. 5. *Coheret hypocaustum, & si dies nubilus immisso vapore, solis vicem supplet*.

Vt verecundos quosque compellat, se plus putare quàm nudos] Credo veteres pudoris ergo balnea intrasse obscura, ne se nudos viderent, & viderentur: posteaquam inualuit vt essent lucida & luminosa, lux balnearis, solisque lumen verecundos compellebat se plus putare, quàm nudos, scilicet sub cœlo tanquam sub oculis Dei nudos esse, Clemens Alex. Pædagogi lib. 3. cap. 5. Et ob eam causam flamen Dialis, non nisi in locis tectis tunicam intimam exuebat. Aulus Gellius libro 10. cap. 15. D. Hieronymus epist. ad Lætam, de instit. filiæ: *Mihi omnino in adulta virgine lauacra displicent, quæ seipsam debet erubescere, & nudam videre non posse*. Et hoc Sidonius ait propter velanda corporis, quæ nec in balneis detegi debent. D. Ambros. lib. 1. Offic. cap. 18 *Licet plerique se & in lauacro quantum possunt tegant, ne vel illic vbi nudum totum est corpus, huiusmodi intecta portio sit*. Idem ad Sabinum epist. 36. *Nonne ipsi nos*

Æneid.ibid. Seruius, & Pompon. Sabinus. Sidon.ep.1.li.7. *nunc ignes sæpè flammati caducas culminum cristas superiecto famularum monte tumulabant.* Fortunatus de Namnetica Ecclesia:

In medium turritus apex super ardua tendit,
Quadratumque leuans crista rotundat opus.

Tegulis interiacentibus imbricarentur] id est, tegulis in semitubuli similitudinem efformatis obtegerentur. Nam imbricare est tegulis huiusmodi tegere, ab imbrice verbum deductum, *Imbrex autem est in formam semicanalis.* Seruius Æneid. 4. *canalitam tegulam* vocat Pompon Sabinus, quibus Aquitanorum ædes ad arcendos imbres operiuntur, *cæmenta imbricata.* Vitruuio lib. 2. cap 8. *Imbricati vngues simiæ.* Plin. li.11.cap.45. *imbricare.* Glo. vet. καλυπτηρίζω, imbrico. Ita concamerationes balneorum construi debere tradidit Vitruu.li.5. cap.10.

Ita vt ministeriorum sese non impediente famulatu] Inter ministeria quæ balneis deseruiebant, enumerantur à Seneca epist. 56. *aliptes*, de quo Iuuen. satyra 6. Iulius Firmicus lib.8.cap.25. Arthemid.li 4. cap 84. & M. Tullius ep.9 li.1.*alipta* Cœlio Aureliano li.1 tardar.passion.cap.4.i.vnctor. *pilicrepus*, qui pilas pisce illitas in vaporarium coniiciebat, vt incalesceret. Glossæ Isidori, *pilicrepus, pilarius. alipilus*, qui alas depilabat, insuper *fornacator.* Paulo I C. qui fornacem succendebat, *supplones*, & qui strigilibus corpora distringebant, necnon *aquarij*, qui aquam spargebant lauantium corporibus, nam & hoc luxuria commenta est, vt aqua suffunderetur. Seneca epist.86. Et hæc erant ministeria balnearia, de quibus hoc loco Sido.

Quod solet sigma personas] id est, sellas septem, vel octo. Nam sigma totidem capit. Martialis libro 10.epig.48. *Septem sigma capit.* Et hoc ex vetere Symposiaca lege, de qua s. epist. vlt. lib. 1. qua septem conuiuæ mensæ tantum adhibeantur, vel octo. Martialis lib. 14.lemm. 87.

Accipe lunata scriptum testudine sigma,
Octo capit.

Sed hanc contrarietatem conciliauimus s. ead.epist.

Sigma] De Sigmate multi multa dixerunt: Mensam Brodæus interpretatur rectè, quamuis Lipsius succenseat, sed acutius & argutius quàm verius (quod cum bona eius venia dictum sit) nam hoc loco Sidonio, vt & in Epigramm. ad Ominatium, & in Burgo Leuntij, sigma est mensa. Petrus Archiep. Rauennas Serm. 29. *Discumbebat Deus plus in Matthæi mente, quàm sigmate.* Idem Serm. 83. *Et soli discipuli alto sigmate, choro vno, toto otio deliciis securi epulantur.* In alto sigmate, id est, *ad mensam serui*, vt ipse loquitur initio. Idem Serm. 95. *Denique dum Pharisæus veste clarus primus in sigmate, &c.* i. mensæ primus accumbebat, Lucæ cap.7. Ditmarus li.4. Chronic. *Solus ad mensam quasi semicirculum factam loco cæteris eminentiore sedebat*, id est, ad sigma, quod erat semicirculari forma. Inde M. Tull in Lælio, *hemicyclum.* Apuleio libro 5. *semirotundum.* Descriptio vrbis Constantinopoleos Regio ne 3. *porticum semirotundam, quæ ex similitudine fabricæ, sigma græco vocabulo nuncupatur.* Sic à literæ Græcæ similitudine, sigma. Sidonius epi vlt. libri 1. dicit, *sinistrum & dextrum cornu*, nempe sigmatis. vbi de epulo Maioriani, quod ita expressit Paulinus lib. 3. de vita S. Martini.

Hos inter medius qua sigma flectitur orbe,
Presbyter accubuit.

Fenestras è regione conditor] Conditor est architectus, & loci constructor, s.e.19.l.4 *In spatiis ædes, conditor in meritis.* Idem in Burgo:

Et ne posteritas dubitet, quis conditor extet. Paulò post:
Continuata dehinc videas, quæ conditor ausus.

Et condi propriè dicuntur, qui sibi statuunt sedem vel ædificium. Ser u. Æneid.7.

Cameræ] id est, tholi, & balnearis fornicis. Cœlius Aurel. lib. 3. acut. morb. ca. 17

In balnei fornice, quem appellant achicolum, siue cameram. Vitruuius li.5.c.10.& l.8.c.2. de architect. Seneca epi.86. *mihi vitro absconditur camera. thori balnearum.* Ammian. Marcell. lib.28.

Leuigati cementi candore contenta est] Nota quod ædificia veterrima quæ supersunt in Aruernia nostra, cementis candidis & quadris albis condita sunt, non subnigris, quæ non ita dudum ex latumiis Violuiei eruta sunt, nisi cementum læuigatim, inductum & *tectoriorum fricatione leuigatum*, vt loquitur Vitruuius lib.7.cap.1.accipias, Palladium l.1.tit.9.& Vitruuium vide l.5.cap.10.

Non hic per nudam pictorum corporum] i.non pinguntur parietibus turpes historiæ, quas in balneis effigiare solebant. Seneca ep.86. *Nisi illis vndique operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexitur.* Symmach.ep.50.lib.6. *In minoribus balneis piscinalem picturis potius, quam musiuo excoli non probau.*

Absunt ridiculi vestitu & vultibus histriones] Non personæ ridiculorum histrionum multicolorib. pigmentis effinguntur, scitè multicoloribus, quia vestes histrionum erant multicoloriæ, Arthemid.l.2.c.3. Iul. Pollux li.4.c.18. Onomastici.

Philistionis supellectilem mentientes] Supellectilem, id est, choragium & instrumentum scenarum. Philistio autem fuit multi nominis histrio, de quo Martialis libro 2. Epigr.41.

Mimos ridiculi Philistionis.

Ammian. Marcell.li.30. *Et indices patiuntur interdum doctos ex Philistionis & Æsopi cauillationibus, quàm ex Aristidis illius iusti & Catonis disciplina productos.* D. Hierony. in Apolo. contra Ruffinum: *Et quasi mimum Philistionis, vel Lentuli, ac Marulli stropham eleganti sermone confictam.* Epiphanius lib.1. tomo 2. hæresi 26. contra Gnosticos, & cap. 21. contra Simoniacos eod.tomo, & contra Ptolomaitas, contra Manichæos, hæres.66. Cassiod.lib.4. epist.51. Variar. *Mimus etiam qui nunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, vt eius actus poneretur in literis.* Tiberio vixit. Euseb. in Chron. *Philistion mimographus natione Magnesianus, Romæ clarus habetur.*

Absint lubrici tortuosique, pugillatu & nexibus palæstritæ] Neque parietibus pinguntur palestritæ lubrici, id est, puluere & ceromate vncti. Martial.lib.5. Epigramm. 104. *lubricus palestrita.* Aldhelmus de laudib. virginit. cap.1. *Ita dumtaxat vt alius strenua athletarum luctamina, cum æmulo sinnosis laterum flexibus desudans, in meditullio scammatis flagrante delibutus, lubrici liquoris nardo solerter exercere studeat, &c.* Spectacula huiusmodi *lubrica* olim dici consignat Isidorus lib.18. cap.16. Tortuosos autem illos palestritas gymnasiis pingere solemne erat. Vitruuius lib.7. cap.5. de Alabandeis. Et Plin.li.35.c.2. *Item palestras athletarum imaginibus, & ceromata sua exornant.*

Quorum etiam viuentum luctus, &c.] Sic omnes mss. & vetus liber rectè, priùs enim dixit lubricos pugilum nexus, & palestritarum lasciuas vertigines non parietibus illiniri, quorum etiam viuentum tortuosos, & in propudiosum modum compositos amplexus pedotribæ addit, & Gymnasiarchæ virga dissolui. Gymnici enim agones mores inficiunt. Plin.ep.22.li.4.

Si inuoluantur obscænius] Lasciuas pugilum inuolutiones Gymnasiarchæ virgâ dirimebant, nam vt ait Saluianus lib.6. *Quicquid immunditiarum est, hoc exercetur in theatris, quicquid luxuriarum in palestris,* pugillatu decertare turpitudinem notat Arthemidor. libr.1.cap.63. Idcirco Gymnasiarchos commenta est antiquitas qui improbè colluctantibus missionem indicerent. Plutarch. rerum Roman. ca.40. ne gymnici agones spectantium mores inficerent. Plin. vbi s.

Gymnasiarchorum] Gymnasiarchi vel gymnasiarchę, Iul Firmic.lib.4.cap.15. sunt præfecti gymnicis agonibus, qui Tertull.lib. ad Martyres *Xistarches*, Amm. Marcell.l.21. *Xistarcha, doctorem* vocat. Cœlius Aurel. tard. passio.l.1. cap.1. ad cuius nutũ palestritæ & Xistarchi præsto erant. eod.auct. *præceptorem* l.3. Chron.c.2. *Athletarum præpositi, & palestritarum magistri.* Iul. Firm.l.8.c.20. Athletarum magistri lib.7.ca.22.

Agonotheta. Aldhelm. de laudib. virgin c. 1. *sub peritissimo quodam agonotheta, palæstricis disciplinis & gymnicis artibus in gymnasio exerceri.*

Virga dissoluit] gymnastes, luctantium procaces gestus & nexus dissoluebant virgâ, quam Sidonius eleganter castam vocat, illa enim castitatem indicebant, insigne autem gymnastum virga erat, Seruius Æneid. 4. *hodie tam Athletarum, quàm gladiatorum certamina virga dirimuntur*, Higinus Astron. lib. 2. c. de Lyra, *Athletæ & in reliquis huiusmodi certationibus virgula vtuntur Mercurij exemplo.* Mercurius enim palæstricam instituit. Tertull. de spectac. Lactanti. lib. 1. c. 10. Et Saluian. lib. 6. cuius exemplo gymnasiarchi virgam gestant, propter quam *mastigofori* dicuntur, Archadio, l. vlt §. 1. de muner. & honot. & Prudentio, l. 2. contrà Symmachum.

Nunc mastigaphoris oleoque & gymnadis arte
Vnctis pugilibus miles pugnabat Etruscus.

virgam inquam tenebant Mercurij exemplo, qui colitur & honoratur in palestris. Saluian. l. 6. cuius etiam exemplo Galliæ legati virgis vtuntur, Gregorius Turon. lib. 7. c. 32. is enim legatus & interpres Deorum à poëtis fingitur.

Pauci tamen versiculi] hos versus ne desideres vide Carm. 18. & 19. qui quandoque loquebantur auctorem, ĵ. in Burgo.

Fixus in introitu lapis est, hic nomina signat
Authorum.

Rutilius itinera. 1.

Intrantémque capit discedentemque moratur
Postibus affixum dulce poëma sacris.

Non illic quidem Paros, Caristos] notat luxuriam veterum, *qui pauperes sibi videbantur ac horridi, nisi in balneis Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta essent.* Senecæ epist. 89. Statius 1. Syluar. de balneis Etrusci. Idem 2. Surretino Pollij, item 1. in Epithal. Stellæ, & 4. de epulo Domitiani. Prudentius lib. 2. contra Symmach.

Et quæ saxa Paros secat, & quæ Punica rupes,
Quæ viridis Macedon habet, maculosaque Synna.

Sidonius in Burgo Leuntij, vbi plura.

Et abrupta purpurea, genuino fucata conchilio] de his cementis purpurei & natiui coloris, Sidoni. in Burgo.

Vilior est rubro quæ pendet purpura saxo.

Statius de balneo Etrusci.

Purpura sola cauo Phrygiæ quam Synados antro,
Ipsa cruentauit maculis lucentibus Atys.

Prudentius lib. 2. contrà Symmachum.

Natiuum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.

Plinius libro 36. cap. 8. de Alabantico marmore nigro & Sidonius in Epithal. Ruricij,

Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores,
Æthiopus, Phrygius, Parius, Poenus, Lacedæmon,
Purpureus, viridis, maculosus, eburnus, & albus.

Rupium variatarum posuere crustas] marmora enim sunt varij coloris. Vitruui. l. 7. c. 5. ex eo antiqui qui initia expolitionibus instituerunt, imitati sunt primum crustarum marmorearum varietates, crustæ autem sunt propriè marmorum. Petronio, & Senecæ. epi. 86. *Numidicæ crustæ, crusta* Vitruui. lib. 10. c. 7. *crustæ marmoreæ*, lib. 17. §. quæ tabulæ de Actionibus empti Isidor. lib. 19. c. 13. & Plini. l. 36. c. 6. Gloss. vett. πλακωτεῖσα οἰκία: incrustata domus.

Proconissos.] Quia in hac marmorum enumeratione, Proconissi mentio fit, consignabis obiter apud Vitruuium, l. 2. cap. 8. *item Halicarnassi potentissimi regis Mausoli domus, cum Proconnesio marmore omnia haberet ornata.* Idem Plinius lib. 36. cap. 6.

In hanc ergò piscinam fluuium è supercilio montis elicitum.] Sic mss. est autem imitatio Vergiliana. 1. Georgic.

Inde supercilio cliuosi tramitis vndam

Elicit,

Et Constantinus Imp. epist. ad Porphirium, *defuit quorundam ingeniis temporum fauor, qui non secus doctrinæ deditas mentes, rigare atque alere, consueuit, quàm si cliuosi tramitis supercilio riuus elicitus scaturientibus venis arua arentia temperauerit*, scitè autem dixit *elicitum, id est deductum*, Pompon. Sabinus. Rutilius itinerario. 1.

Elicitas simili credamus origine nymphas.

vnde *elices*, Festus lib. 5. & *inlices* Vlpian. l. 1. §. labeo quos ἴλικας appellari eadem l. traditur. §. item Sabinus de aqua & aquæ plu. ar. Columella l. 2. cap. 8. & l. 11. cap. 2. Festus lib. 9. ab eliciendo dicti.

E supercilio montis.] Idem Car. 18.

Garrula Gauranis plus murmurat vnda fluentis,

Contigui collis lapsa supercilio.

Idem epi. 3. l. 3. *subducta est tota protinus acies in supercilium collis abrupti*, eiusdem libri epi. 12. *publicum scelus è supercilio vicini collis aspexi*, Vergil. vbi suprà. D. Ambros. Hexam. 6. cap. 9. *Si exploratores in muris, aut turribus, aut montis excelsi supercilio sint locati. Authores limitum sæpè.*

Per exteriora natatoria latera curuatum.] Sic mss. & vett. natatoria, locus vbi natabant, de quo Plin. epi. 6. l. 5. id est piscina Glossæ vett. κολυμβήθρα, *natatura*, *piscina* Ioannis cap. 9. *Natatoria*, & Cassiod. in conclusione Psal. 86. *natatoria, piscina*, Innomi. Gloss. ms. *Piscina, natatoria.* idem Isid in Glossis mss.

Sex fistula prominentes, Leonum simulatis capitibus effundunt.] Fistulæ, id est canales plumbei, non tubuli, qui sunt terrei & testacei. Vitruui. l. 8. cap. 7. rectè Sidoni *prominentes*, nam fistulæ prominentes, sunt salientes, qui proiecti sunt, vt aquam longius eructent. Vitruuius l. 7. cap. 5. *fastigiorum prominentes versuras*, *prominentes oculi* Cœlio Aurel. acutor. morb. lib. 3. cap. 2. *oculorum prominentia*, cap. secund. eiusd. libri.

Leonum simulatis capitibus] matrices & capita fistularum vt plurimum Leonini capitis effigiem præferebant, ructus aquarum ex ore vomentis, Orus Apollo in Hieroglyphicis, & Plutarchus ex eod. lib. 4. Sympos. problem. 5. rationem elegantem reddunt, quod aquæ abundantissimè fluant Leone solem transeunte. Plinius lib. 5. c. 9. Ennodius iocatus est epigrammate non ineleganti. de Leone marmoreo qui aquam mittit in domo.

Aspice deposita blandum feritate Leonem,

Ore vomit lymphas, pectoris obsequio.

Vnda fluit rostro, dens mortis pocula mandit,

Naturam perdens bellua, nos satiat.

Effera dum vitreos effundunt guttura fontes

Dira salutiferis corda lauantur aquis.

In vsum etiam stillicidiorum leonina capita sculpebantur, Vitruuius lib. 3. cap. 3. sub finem, & lib. 7. c. 5. *fastigiorum prominentes versuras, coronasque capitibus Leoninis ornatas: quæ omnia stillicidiorum è tectis habent rationem.*

Quæ temerè ingressis meras dentium crates] adeò adfabrè sculpta leonum capita, vt temerè ingressis, Leones, non leonis imagines viderentur. Tertull. lib. de pallio, cap. 4. *credo & iubas pectinem passas, nec ceruicem eneruem inureret stiria leonina, hiatus crinibus infarsos, geminos inter antias adumbratos.* Tertulliani locus Sidonianæ compar elegantiæ.

Imaginabuntur.] Sic mss. Glossæ vett. εἰκάζω, *imaginor*, Gellius lib. 16. cap. 18. *Item vt speculum in loco certo positum, nihil imaginet, alorsum translatum faciat imagi-*

nes, Lactant. l. 5. c. 14. *sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent*. Gregor. Tur. de miracul. lib. 1. c. 65. *imaginatam adhibentes picturam*.

In aurem sibi populus confabulatur.] Quia fluuius è siphonibus deciduus, strepentibus riuis stridulus, argutum murmur exsibilat, ita vt in aurem fabulari necesse sit, in aurem, Vergil. 5.

fidam sic fatur in aurem.

Petronius in Satyr. *Et tanquam in aurem aliquid secretò diceret*, idem, *cum hoc diceret ad aurem eius Psyche*, Martialis

Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aurem.

Festus libro 6. in *Fartores*, & Seruius. Aeneid. 6. *tibiis in aurem Sacerdotalis cani solebat*.

Hinc egressis frons triclinij matronalis offertur] scias primum discretas fuisse virorum & mulierum mansiones, honestatis ergo, scilicet in andronam, & gynæcium, de androna præter Athenæum, Pollucem, & Suidam, Vitruuius lib. 6. cap. 10. ibique de gynæcio, & Festus in *Andron*, lib. 1. Plinius lib. 2. epist. 17. de quo præterea Festus vbi de *furto per lancem & licium*, gynæcij partes, triclinium matronale, textrinum, & cella penuaria, Vitruui. l. 6. c. 10. quæ quidem aliquo interuallo separata erant ab androna, Artemidorus lib. 2. cap. 10. Laertius in Diogene Cynico, & Balsamo sextæ Synodi in Trullo. can. 47. Quod non solum apud Græcos, vt Aemilius Probus ait in præfat. sed etiam apud Romanos locum habuisse, vel ex supradicta Plinij epist. & ex hac Sidonij colligere licet. Triclinium hoc loco, non pro tribus cubilibus, quibus epulones accumbebant, sed pro conclaui & cœnatione. Seruius Aeneid. 1. *vnde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam Basilicam, vel cœnationem*, sed in hoc falsus est, vt Vitruuij & hoc loco Sidonij euincit authoritas. Vitruuij. lib. 6. cap. 5. & Iordanes in histor. Gothor. vbi de vico Attilæ, *videres triclinia ambitu prolixiore distenta*.

Cui continuatur vicinante textrino cella penuaria] cui continua est & continens, penuaria cella, vicinante textrino, quæ spectant ad matronarum curam Sidoni. in Burgo.

Continuata dehinc videas quæ conditor ausus
Æmula Palladiis textrina educere templis.

In textrino mulieres operas suas exercebant, & mulierum est proprium texere, P. Consentius. *Fœminina, cum fœminæ res significantur, natura vt parit, nubit, consuetudine, vt texit, ornat, hæc enim fœminis apta sunt.* Concilij Namnetensis. c. 8.

Discriminata tantum pariete castrensi] id est (vt coniecto) discriminata pariete cespititio, non lapideo & cementitio, *cespititius murus* Capitolino in Antonino Pio, & Gildæ sapienti, de excidio Britanniæ, *murus cespitibus factus*, à similitudine munitionis, quæ in castris fiebat castrensis dictus, fiebat autem glebis & cespitibus è terra circumcisis. Vegetius l. 1. cap. 21. & 24. & lib 3. c. 8. Plini l. 35. c. 14. & ex eo. Isidoro, l. 15. c. 9. formatius paries, paries ex terra, qui sexto Auieno, in ora maritima, herma dicitur, *Est herma porro cespitum munitio,*
nam crudo latere & luto muri construebantur. Columella lib. 9. c. 1. nec possum referre ad castri murum, & interpres huius epistolæ, nulla quippe castri in Abitaco mentio fit, interpretem voco, qui hanc epist. Gallicè reddidit.

Rotundatis fulta collyriis.] Sic omnes mss. vett. & Viueti liber, rectè, malè Basil. cariatidis, quo libro vsus Philander in Vitruuium, l. 1. c. 1. hanc corruptam lectionem agnoscit, Pij commentum, & varias lectiones, quas pro libitu fingit, pudet recensere, pigetque quòd homini Gallo os subleuerit, collyria sunt cylindria, & semicolumnia, Vetus Historia quatuor coronatorum, *& ceperunt artifices quadratarij incidere lapidem ad collyrium columnæ*. Ant. Muratius vir egregius, Ricomagensis Procurator Regius, & verè regius, ex coniectura *cylindris* legebat, nec à Sidonij sensu dissentie-

bat

bat, cylindri enim sunt, rotundata semicolumnia, Innominatus Glossographus. *celindrium semicolumnium*, præter Amm. Marcelli. lib... Arator lib. 2. Apost. Hist. *tacta sacretur parte cylindri.*

Quàm columnis inuidiosa monubilibus.] Sic mss. rectè nec est quod *nobilibus*, aut manubialibus Lugdunenses legant, & hanc veterem, nondum intellectam scripturam expungat, Vetus itinerarium à Burdegala Hierusalem vsque, quod P. Pithoeo debetur. *Inde non longè, quasi ad lapidu missum, sunt monumenta duo, monubiles miræ pulchritudinis facta, &c.* Isidorus in Glossis mss. *monilibus, machinis bellis*, sicque quidam mss. *legunt monilibus*, vtramque retinet ms. Pet. V. C.

Hippodromus] locus arboribus hinc & inde consitus vbi ad cursum excitabantur equi, de quo Plinius epi. 6. l. 5. Eusebius histor. Eccles. lib. 1. c. 8. Synodi Carthagine, cap. 64. ibidem. Balsamo, & sextæ Synodi in Trullo. can. 24. Vetus historia. S. Thomæ, & SS. Fabiani & Sebastiani. Aldhelmus de laudibus virginit. c. 17.

Cripteporticus.] Quia vt ait longitudo tecta erat, criptoporticus enim sunt porticus hinc & inde septæ, & tectæ, quasi suffosæ, & subterraneæ, de quibus l. lin. l. 2. epi. 17. lib. 6. e. 5. 7. e. 17. l. 5.

In extimo deambulacri capite] deambulacrum deambulatio est, vt ambulacrum ambulatio. Festus & Gloss. vett. *διάστημα, ambulacrũ*, Pacato in Paneg. Theodosij, *ambulatorium*, Capitolino in Gordiano iuniore, *ambulatoria porticus*, l. 8. §. competit, Si seruit. vind. 5. epi. 7. l. t. pari formula loquendi, *in imo subsellorum capite.*

Defrudans] mss. defraudans, vtrumque rectè promiscuè enim veteres defrudare, & defraudare enuntiabant, Priscian. tt. 7. epist. 9. l. 9. *maxima ex magnu capitibus defrudans, defrudare est quasi fraudare, & minuere*, Victorinus Afer, de Orthog.

Efficit membrum bene frigidum] membrum, id est cubiculum. Vlpian. l. 13. §. idem quæri de manu. testam. doctiss. Cuiacius ad l. 6. C. de Metatis, lib. 12. & Fornerius selectionum. 1. cap. 23. & notis in Cassiod. epi. 5. l. 7. quibus adde, quod ait Plinius. epi. 17. l. 2. *dormitorium membrum*, quod idem e. 6. l. 5. cum Sidonio vocat, *dormitorium cubiculum.* Vitruuius l. 1. c. 3. l. 4. cap. 1. lib. 6. e. 3. Cassiod. Psal. 148. *dicimus vnum esse palatium, quod multis membris, multis spatiis ambiatur, ità forsitam & cæli partes, dicimus cælos, dum complexio atque sinus eius vnus esse monstretur.* Consultatio veteris. I. C. *domus cum membris suis, vel hospitiis circumiectis diuisa sit*, & Columella. lib. 1. c. 6.

Clientarum loquacissimus chorus.] Sic mss. pro clientularum. Plautus Milite, *habeo ecce illam clientam meam.* Festus lib. 3. *clientam, pro cliente Plautus dixit*, Clienta etiam Afranio in Pompa, & Horatio lib. 2. Carm. Carisius. lib. 1. Auson. in parentalib. 24. *adsectans esse clienta tibi.*

chorus, id est corona, & cætus, idem epist. 10. l. 2. in Car. Gloss. vett. *στρατιωτικὴ τάξις collegium, legio, chorus. chorus astrorum.* Apul. lib. de mundo, *chorus musicorum*, 7. epist. vlt. l. 9. in Car. *& certè magnus virginum chorus cum illis habitat.* D. Hieron. epist. 26. ad Pammachiam.

Cum ego meique, dormitorium cubiculum petierimus] Plinius epi. 17 lib. 2. *adhæret dormitorium membrum transitu interiacente.* idem epist. 6. l. 5. *dormitorium cubiculum.* Glossis vett. *ἱλκοίμητρον, dormitorium.* vulgò *dortoir:* Concilij Turonensis. can. 23. & 24. & Petr. Aruer. non semel, *basternas, siue dormitoria*, D. Hier. cap. vlt. in Esaiam. Sunt areeræ lectis stratæ.

A criptoporticu in hiemale triclinium venitur] triclinia olim erat verna, æstiua, autũnalia, & hiberna, de quibus Vitruui. l. 6. c. 7 idem l. 7. c. 4. Gloss. vett. triclinium hiemale, æstiuale *τρίκλινον χειμερινὸν θερινόν*, nisi hoc loco tricliniũ, pro conclaui & hiberna domo accipias, de qua. 7. in Burg.

Quæ domus hiberna domus, &c.

hibernaculum. Vitruuio lib .c. 2. lib. 6. c. 3. & lib. 7. c. 4. & Plin l. 2. epi. 17.

Quod arcuatili camino sæpe ignis animatur] caminũ etiã elegãter expressit in Burgo-

Quæ dominis hiberna domus strepit hic bona flamma
Appositas depasta trabes, &c.

Ex quibus paret in tricliniis caminos fuisse. Sueton. in Vitellio. *Nec ante in prætorium redit, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini:* Quidam ex hoc Sidonij loco sententiam eorum reiiciunt, qui caminorum vsum veteres ignorasse tradiderunt, sed nos de his plura si studia nostra fortunet Deus. ĵ. in Burgo.

Ex hoc triclinio fit in diætam siue cœnatiunculam] diæta hoc loco pro cœnatiuncula & loco vbi cœnabant. Plinius c.17. l.2. & c.6 l.5.

Cui ferè totus lacus, quæue tota lacui patet] Plin. c. 17. l. 2. Præterea cœnatio, quæ latissimum mare longissimum littus, amœnissimas villas prospicit eadem locutio suprà c.5.l. 1. inter hæc patuit & Roma conspectui. Plin. c.17. l.2. vel modica cœnatio quæ plurimo sole, plurimo mari lucet.

In hac stibadium, & nitens abacus] stibadium, est lectus siue torus cui conuiuæ accumbebant, Suidas lectis enim veteres accumbebant & quiescebant Seneca lib. 2. de ira. c. 25. Lamprid. in Heliogabalo. Festus lib. 10. & Cassiodorus psalmo 6. stibadium autem, vt & lectus, & torus, erat humi stratum, herbisque tortis structum, de quo Plin. epi. 6. l.5. ŝ. c. vlt. lib. 1. quæ veteres ignorasse tradit Seruius Aeneid. 1. *stibadia antiqui non habebant.*

Et nitens abacus] abacus, hoc loco sedile est, quod vulgò *bancum* vocamus, Vitruuius lib. 7. c. 3. & c. 4. Plinius lib. 33. cap. vlt. & lib. 35. c. 6. atque ita Hermolaus, & Philander, hunc Sidonij locum interpretantur. ĵ. lib. 9. c. 13.

Redolentibusque sertis
Abacum torosque pingant.

Glossæ vett. Ὑποπόδιον, *subsellium, dagus*, puto legendum, abacus, vel bacus.

Iam si tibi ex illo conclamatissimo fontium] id est celeberrimo & saluberrimo, obque salubritatem & frigiditatem decantatissimo, ĵ. c. 1. l. 6. Lupum Tricassinum Galliæ Episcoporum Episcopum, & principem, vocat *conclamatissimum primipularem*, & c. 3. l. 8. *conclamatissimas declamationes*, quæ omnium ore prædicabantur, nec peculiaris est Sidonio locutio, Macrobius, l 7. c 5. *herbaque conclamati frigoris*, *conclamata religio*, Claudiano Mamerto de statu animæ, lib. 2. c. 8. & Ioanni Salis-beriensi in Policratico, l. 8. c. 13. *conclamata pietas.*

Conclamatissimo fontium] cõclamatissimi fontis illius nomẽ remansit, qui veteris illius Abitaci ruinis adiacet, & lacui (qui vulgo Sarlieua) committitur, & *Fonstentige*, nominatur.

Decocta] id est frigida, aqua enim post decoctionem magis alget, atque ita vt Sidonius conclamatissimi illius fontis algorem exprimeret, decoctam non inlepidè vocauit, *Neronis decocta*, Suetonio. in Nerone cap. 48. de qua sic eleganter. Plin lib. 31. c. 3. *Neronis principis inuentum est, decoquere aquam, vitroque demissam in niues refrigerare*, Martial. lib. 2. Epig. 85.

Vimine clausa leui niueæ custodia coctæ.

Martialis, *niueam coctam*, id est decoctam, niueam autem, id est vt loquitur Seneca. *multa niue inclusam vt rigore refrigeraretur alieno*: vel ex niue coctam, decoquebat veterum luxuria niues, easque percolabat, vnde *niuarium colum*, I. C. Pomponio, l. in argento de auro & arg. legat. & Martiali lib. 14. lemmate 103. eidemque, *niuarius saccus*. lemmate 104. quibus niues attenuabant. Plinius lib. 19. cap. 4 *decoquunt alias (niues) quas mox & illas hiemant*, decoctas quippe niues, & spissis vimine qualis inclusas, aut infusas vitro, rursus in niuem mergebant, vnde decocta, & Petronio in Satyra. *niuata aqua*, & Senecæ lib. 4. Natur. quæst. cap. vlt. necnon Martiali lib. 14. epig. 117. & 118. Iuuenal. Saty. 5.

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Niualium maculas ac frusta nebularum.]. Plinius lib. 31. cap. 3. *Siliquatæ leniter ter-*

ram relinquunt, decoctæque crassis obducunt vasa crustis, Plinius longè alio sensu, hic enim Sidonius de nimia frigiditate, ibi verò Plinius de signis aquæ vitiosæ, notabis tamẽ crassis obducere vasa crustis.

Siticulosæ.] Gloss. vett. ἄνυδρος, *siticulosus*. Acron. Ode. 22. l. 1. *arida nutrix siticulosa*. idem Ode vltim. lib. 3. *pauper aqua, quæ inopia aquæ siticulosa est.*

Hinc iam spectabis vt promoueat alnum piscator, in pelagus] id est è diæta, siue cœnatione, expiscandi voluptate pasces oculos. Plinius epist. 7. l. 9. *ex illa possis despicere piscantes, ex hac ipse piscari, hamumque è cubiculo ac penè etiam lectulo vt è nauicula iacere.* Martialis de littore Formiano lib. 10. Epigr. 30.

Sed à cubiculo lectuloque iactatam
Spectatus altè lineam trahit piscis.

Cassiod. lib. 9. epi. 6. margines fluuiorum alnis vestiebantur, quæ aquosis & palustribus locis luxuriant. Vitruui. lib. 2. cap. 9. lib. 8. cap. 1. Plinius lib. 16. cap. 18. & cap. 36. & fabricandis aptæ nauibus. Lucan. 3.

Et fluctibus aptior alnus.

Statius lib. 4. *Alnus amica fretis*, vnde & alnus pro fluuialibus nauicellis. Verg.

Tum primum fluuij alnos sensere cauatas.

Et Claudianus. *Quo dubiis ausi committere flatibus alnum.* & hoc loco.

Vt stataria retia suberinis corticibus extendat] vel stataria retia quia suberi alligata supernatant, atque ita stant, non merguntur, vt *statarius clusor*, J. epist. 6 libro 8. & *labor statarius*, epi 17. l. 5. & *stataria pugnæ*, Petronio & Ammi Marcell. quandò ex vtráque parte acies stant, & *statarium prandium*, in Panegerico Iuliani, qui Mamertino tribuitur, quod stantes milites capiebant, de Abitacini lacus piscatione. J. Car. 21. *Quatuor hæc primum pisces nox insuit hamis, &c.*

Suberinis corticibus. Plinius lib. 16. cap. 8. *vsus suberis piscantium tragulis*, eleganter & eruditè Sidoni. corticibus, *suberem enim non infacetè Græci, cortices arborum appellant.* cod. authore. Ouid. 3, trist. eleg. 1.

Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda?
Quum graue mersa simul retia mergat onus.

Aut signis] Ausonius in Mosella

Ducit corticeis fluitantia retia signis,

id est suberinis.

Hamatis vt scilicet.] id est hamis inuncati, vel lactariis & indutis esca retiis inuoluti, *hamata munera*. Plinio lib. 9. epi. 30. quæ Senecæ epi. 8. & eidem Plinio, *visfata*, de quibus (vt id obiter, & per transitum) idem in Paneger. Traiani. *Nonne vt regum, ita Cæsarum munera illitos cibis hamos, opertosque præda laqueos æmulabuntur?* nec abludit Martialis epig. 139. lib. 1. & lib. 5. epig. 18. *inhamare*. J. epi 9 lib. 9. quem locũ ni piget consule, *hamatæ tegulæ*, Vitruuio, id est obuncæ in formam hami, l. 7. c. 4.

Salares.] Salares qui D. Ambrosio Hexameron lib. 5. cap. 3. & Glossis vett. *tructæ* vocantur. Gloss. vett. τρώκτης, trutta. Auson. in Mosella,

Purpureisque salar stellatus tergora guttis,
Qui necdum salmo, nec iam salar, ambiguusque
Amborum medio fario intercepte sub æuo.

Euceria *Auratam Crassantus amet saxatilis anguem,*
Limacem pariter nunc sibi tructa petat.

Gregor. Turo. de Lemanno lacu. l. 1. de mirac 76. in fine, *in hoc enim stagno ferunt tructarum piscium magnitudinem vsque ad centum librarum pondera trutinari.* Salares etiam ab his guttis, quibus stellati sunt, *varij* dicebantur. Isidor. l. 12. c. 6. *Et varij à varietate, quos vulgò tructas vocant.*

Diuersorium] non hic pro stabulo aut cauponio, siue taberna, intelligendum est, Glossæ vett. πανδοχεῖον *cauponium diuersorium*, vnde *diuersorarius* Glossæ vett. πάν-

δοχεῖον diuersoriarium, sed diuersorium hîc, *cubiculum est*, in quod à cœnatione terminatis edulibus diuertebant. Symmachus epist. 1. lib. 1. *non quod eius diuersorij satias ceperit nos.* Ennodius in vita S. Epiphanij. *dedit S. præstantiss. inter Gallos Auitus Viennensis Episc. in quo se peritia, velut in diuersorio lucidæ domus inclusit.* Cassianus Collat. 18. c. 5. *cellaque ac diuersoria eorum, cœnobia vocantur.* idem c. 10. *quod monasterium nomen est diuersorij nihil amplius quàm locum id est habitaculum significans monachorum.*

Quia minimè æstuosum, maximè æstiuum] de hibernaculis suprà, nunc de æstiuis, quæ ad euitandum caloris æstum architecti fabricauerunt. Vitruuius lib. 6. c. 7. Cato. *ædificium æstate frigidum, hieme formidum.* Seneca lib. 2. de ira. c. 12. *Primum potest aliquis non algere, quamuis ex rerum natura hiems sit, & non æstuare, quamuis menses æstiui sint, aut loci beneficio, aduersus intemperiem cœli tutus est, &c.* Georg. Pachymerius, lib. 5. histor. *Laura locus verno tempori aptissimus, sed ad hybernandum incommodissimus*, annominationem verò illam æstinum, æstuosum, ne videat omittere, ità Vitruuius vbi s. *æstiua ad septentrionem, quod ea regio (non vt reliquæ, quæ per solstitium per calorem efficiuntur æstuosæ)* & Seneca, *& non æstuare, quamuis menses æstiui sint.*

Nam in hoc quod in Aquilonem solum patescit, habet diem, non habet solem] ratio est cur æstiuum sit ædificium, quod fenestræ in Aquilonem apertæ sine sole diem admittant, *ea quippe regio, neque exclaratur, neque obscuratur solis cursu.* Vitruuius lib. 1. cap. 2. & lib. 6. c. 7. *eo quod est auersa à solis cursu, &c.* idem lib. 8. cap. 1. Cœlius Aurelia. l. 2. acut. morb. cap. 37. init. *Iacere facimus locis refrigerantibus atque vmbrosis, & obscuris vt sunt plerunque hypogæa, vel speluncosa atque ad Aquiloniam partem conclusa, vel certè solis tactu difficilia.* hunc Sido. locũ Beroaldus non intellexit, l. 5. in Apul.

Interiecto consistorio perangusto] consistorium hic non est συνέδριον, & Imperiale tractatorium, sed locus in quo cubicularij serui consistebant, ne quis autem morosus affectationis impetat Sidonium, sciat à Tertulliano de resurrect. carnis. c. 20 *terram in qua homines consistimus, consistorium vocari.*

Vbi somnolentiæ cubiculariorum] qui sint serui cubicularij, docet lex. 103. de verb. signi. Glossæ vett. *κοιτωνίτης, cubicularius.* Petronius in Satyr. *vocatque cubicularios, & me iubet catarogare.* Seneca quod in sapienté nõ cadit iniuria, c. 14. *cubicularij supercilium.*

Dormitandi potius, quàm dormiendi.] Psal. 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.* Salomon Prouerb. c. 6. & c. 24. Sedulius l. 3. *quia non dormitat in æuum.*

Qui regit Israël, nec prorsus dormiet vnquam.

Cassian. Eremita. lib. 5. c 29. in inscript. *Inter collationes spiritales nunquam dormitante, & semper inter terrenas, fabulas obdormiente.*

Cicadas meridie concrepantes.] Apuleius. 2. Florid. *vt natura quibusdam auibus breuem & naturalem cantum commodauit, hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, vlulis vespertinum, bubonibus nocturnum, Gallis antelucanum.* D. Ambros. Hexamer. 5. c 22. *quàm dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio æstu arbusta rumpuntur, eóque magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis adtrahunt spiritu, eo cantus resonant clariores.* Vergilius in Bucol.

At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti, resonant arbusta cicadis.

Aristenetus. lib. 1. c. 3.

Ranas crepusculo incumbente blacterantes] ranæ coaxant & blacterant, Eucherius intelligétiæ spiritualis ad Veranium lib. 1. *Ranæ, heretici qui in cœno vilissimorum sensuum commorantes vana garrulitate blacterare non desinunt. blacterant autem propriè Camelli;* Festus, *ranæ coaxant.* Spartianus in Antonino Geta.

Cignos atque anseres concubia nocte clangentes.] Sic mss. rectè, cigni clangunt. Sidoni. epi 9. l. 8. *quia cantuum similes fuerint olorinorum, quorum modulatior est clangor in pennis, verbum fictum à sono vocis.* Carisius lib. 2.

Atque anseres &c.] anseres clangere dicũtur, & strepere, Liuius l. 5. *namque clangore*

eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius. Auctor de viris illustr. & Florus lib. 1. cap.13. *clangore anseris excitatus.* Quia verò naturâ vigil est animal, rei militaris auctores in turribus nutriendos esse præcipiunt, vt nocturnos hostium superuentus clangoribus indicent. Vegetius li.4. cap. 26. Columella lib. 8. cap. 13.

Oscines cornos] Oscines sunt, quæ ore faciunt augurium, & inter oscines numeratur coruus ab Appio Claudio, & à Festo Grammatico. Phædrus libro 3.

Augurium corno, laua cornici omina.

Oscines autem sinistra prædicunt, & malæ sunt. Seruius Æneid. 4. Nisi manè crocitent. Doctè ergo Sidonius puniceam auroræ facem consalutantes dixit, vt malum omen auerteret, prosperumque signaret augurium, Horat. li. 3. od. 27.

Oscinem coruum prece suscitabo
Solis ab ortu.

Vbi Acron, *Ab ortu solis prospera corui omina, aduersa ab occasu.* addit, *voce triplicata.* Vergilius 1. Georg.

Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant.

Philomelam sibilantem] Modificatas enim querelas exsibilat arguto gutture Sidonius ep. 2. lib. 9. diluculo scilicet. Isidor li. 12. cap. 7. *Luscinia auis inde nomen sumpsit, quod cantu suo significare solet dei surgentis exortum, quasi lucinia, eadem & acredula, de qua Cicero in Prognost.*

Et matutinos exercet acredula cantus.

Propriè verò *serpentes sibilant*, vt ex Sidonio libro de naturis rerum refert. Vetus Glossographus, & Cassiod. lib. 1. ep. 45. *anceus anguis insibilat.*

Prognem inter asseres minurientem] Hirundinem non impropriè minurire dixit, minores enim aues minuriunt. Festus. *Minuritiones appellantur auium minorum cantus.* Glossæ vett. *minurit, μινυρίζει*, id est, querulo & flebili sono cantillat. *Minuriunt* autem *propriè palumbes*. Spartianus in Antonino Geta, de quibus minutis auibus exaudiendus est Maximus Thaurinensis homel. 2. de gratiis post cibum agendis, inter asseres, id est, ligneas tabulas & fectiles quæ parietibus assident. Festus. Hirundo enim auis verna & domestica nidum asseribus suspendere solet.

Fistula septiforis] *septiforalis* Apuleio, *septiforis vultus*. Alcimo Auito lib. 1. J. epi. 13. lib. 3. *fistulam aurium biforem.* vbi plura. Sumptum ex Verg. Eglo. 2.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Inter greges tinnibulatos] Sic mss. vett. tintinnibulatos rectè. *Tintinnire dicitur sonare, vnde & tintinnabula sunt appellata.* Nonius & Isidorus lib. 3 cap. 21. quæ pecudum collis appendere opiliones adsolent. Phædrus libro 2. *Clarumque collo iactans tintinnabulum.* Apuleius lib. 10. *Et pictilibus balteis, & tintinnabulis perargutis exornatum, ipse residens amantissimè, nonnunquam comissimis affatur sermonibus.* Endeleichus Rhetor de mortibus Boum.

Plaustris subdideram fortia corpora
Lectorum, studio quo potui boum.
Queis mentis geminæ consona tinnulo
Concentu crepitacula.

Fortunat lib. 2. de S. Medardo:

Tintinnum rapit alter inops magis improbus ille.
Qui iumentorum colla tenere solet.

Legis Gothorum lib. 7. tit. 2. 11. Antiq. *Si quis tintinnabulum inuolauerit de iumento vel boue, &c.* Legis Burgundiorum tit. 4. §. 5. *Qui tintinnum caballi, vel bo is furto abstulerit.* Idem legis Boioariorum, cap 8. tit 11. §. 1.

Soporatuo lenocinabuntur] Ouidius 3. Fast.

volucresque canora

Fecerunt somnos.

Per depasta buceta] Buceta hoc loco sunt pascua. Innominat. Glossog. & Paulus Diaconus in Gloss. *buceta, pascua*. Isidorus in Glossis mss. *Bucer, pecus bubulum, Bucerta, armenta pecuaria, Bucita pascua, Boceta, pascua*. quia buceriæ, id est, boum greges depascunt. Lucanus lib. 9.

& calidi lucent buceta Matini.

Sic vett. & Aeton lib. 4. Carm. ode 2. pro eo quod vulgò mendosè *buxeta*.

Pilæ vacamus] Pila sparsiua se exercitabat Sidonius cum sotorio suo Heeditio, qui & eodem genere exercitij oblectabatur. J. Heeditio, epi 3. lib. 3. Iuxta eum Sidonius, vt patet ex epist. 4. lib. 4. ep. 17. lib. 5. *Dixit autem quoties me meus Heeditius illustrat*. Statius 2. Achilleidos.

nunc hospitio me tecta piumque

Illustrate larem.

id est visendo honorate.

Aleatorium] Locus vbi aleatores talis ludebant, in quo pilæ labore fatigati focillabant se, viresque integrabant, J. epi. 9. & 11. lib. 8. & 17 lib. 5.

Consumpto sphæristerio] Sphæristetium locus vbi spheræ, i. pilæ vacabant. Vlpian. l. 16. mandati. Plinius ep. 17. lib. 2. & ep. 6. lib. 5. & Lampridius in Alex Seuero. *Sphæra signifer*, J. ep. 17. li. 5. *Sphæræ ludus*, pro lusione pilari. Cœlius Aurelianus tardarum passion. lib. 1. cap. 4. lib. 3 cap. 6. & lib. 4. cap. 7. & *sphæromachia*. Statio in præfat. lib 4. Syluar. & Senecæ epist. 80. init.

Eiusque arenis fundamenta impressa] Illa veterrima fundamenta adhuc in Abitaci lacus arena iacta videntur, quæ lacus æstuantis aspargine diluuntur, & alluuntur.

Inadibilis est] Sic mss. rectè. Freculphus lib. 5 cap. 8. tomo 2. *Tunc ergo Deus inadibilem terram fecit adibilem*. Eulogius Vviliesindo epistol. *inuia & inadibilia cuncta reddiderat*.

Littoribus algosis] J. dixit, *vt promoueat alnum piscator in pelagus* Pelagus pro lacu, ita hic algam, pro vlua. Nam quod paludi est vlua mari algam esse visum est Honorato Seruio lib. 6. Æneid. J. ep. 9. li. 8. *Algoso prope concolor profundo*. vbi plura, signatè J. *Simulque pingues vlnarum pagina natant*.

Cymbulis latè secatur peruagabilibus] id est, lembis superlabentibus, vt J. eadem epistola. Rectè autem dicit latè, porrectus enim est lacus in miliarij latitudinem, id est, secundùm mensuras nauticas, octo stadiorum: secatur, Vergil.

Æquora verrebant, caudis æstumque secabant.

Et pistris, ἀπὸ τῦ πρίζειν τὰ κύματα, id est, à secandis fluctibus. Seruius. S. Auienus Flauiano Myrmeico.

Sic tua cuncta ratis plenis secet æquora velis.

Ipse autem secundum mensuras quas ferunt nauticas in decem & septem stadia procedit] Quæ sint nauticæ mensuræ, Sidonius explicat, scilicet stadia, quibus itineraria maritima dimetiuntur, itineraria etiam insularum Antoninus in itinerariis maritimis, & prouinciarum, Ioan cap 6. D. Hieron. in Hilarione, & passim in probatis auctoribus, neglecta tamen ac disiecta hac scrupulosiore differentia Æthicus in Cosmograph. Antonin. in itinet. prouinc. & Martianus Capella lib. 6. insularum, fluuiorum, dimensiones miliaribus disterminant, non stadiis. Stadium est Græcorum, miliare Romanorum dimensio. Martianus Felix lib. 6. de circuitu terræ. & Isidor. libro 15 cap. vlt. Lacus autem Abitacinus habet in longitudine decem & septem stadia, quæ plusquam duo miliaria efficiunt. id est, viginti millia passuum, passusque centum septuagintos quinque. & vt Gallicum vetus verbum retineamus, in leucam Aquitanicam distenditur, eadem & hodie longitudo est. Stadium quippe

centum viginti quinque passibus explicatur, quæ octo millenos passus absoluunt. Præter cæteros Martianus Capella lib.6. & Eucherius libro 2. ad Salonium, cap.3. *Octo stadia mille passus efficiunt, vnumque stadium habet aripennes quinque.* Gregorius Aruernus lib.1. cap 6.

Quem forsitan] Sic mss. & interpretantur dubium sit. Sidonius epistola 7. vbi plura.

Carnes rubras albis abdominibus extendunt] Illud de tructis siue salaribus intelligendum esse censet doctiss. Scaliger. Ausonia lectio lib.1.cap.3. Quæ vulgò tructæ salmonatæ vocãtur, piscosus enim erat lacus, vt & hodie est Abitacinus. Sido. Car. 18. Sed caue, ne Sidonium de Lemanno lacu cum Scaligero intelligas, *qui extenditur in longitudine stadiis quadringentis, latitudine autem stadiis centum quinquaginta.* Gregor. Turonen. lib.1. de mirac. cap. 76. res ipsa loquitur.

Lacus ipse qua dexter incisus, flexuosus, nemorosusque] Adeo graphica est lacus Abitacini descriptio, & rei conueniens, in his, vt hodie primum delineata videatur, qua dexter, qua læuus. Plinius epist.5. lib.3. *medium tempus distentum impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egisse.* Plautus Trinummo:

Rapere properat quà sacrum, quà publicum.

Huiusmodi colorem ab Oriente par syluarum corona continuat] Sic mss. rectissimè. Nam vt ab Occidente lacus littora longo arborum ordine vestiebantur, qui ramis luxuriantes, frondes in aquam expandebant, & eam virescenti vmbra perfundebant, ita huiusmodi colorem viridem ab Oriente par corona syluarum continuat, id est, ab Occidente & Oriente syluis coronatur, quæ viridem colorem aquæ superfundunt. Eleganter autem dixit, syluarum corona. Marius Victor libro 1. in Genesim.

Ad gremium sacri nemoris quod sylua coronat,
Fons scatet.

Ouidius 5. Metamorph.. *sylua coronat aquas.*

Et Martialis lib. 12. Epigramm. vlt.

Betis oliuifera crinem redimite corona.

Iulius Firmicus de error. profan. relig. de Perco lacu: *Nam per omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coronatur.*

Salicumque glaucarum fota semper dulcibus aquis amaritudo] Hic aquaticos frutices enumerat uluam, scirpos, & salices, quas imitatione Vergiliana glaucas vocat, id est, virides. Verg. 4. Georg.

Et glaucas salices Idem 2.
Populus, & glauca canentia fronde salicta.

Nota locutionem Sidonio amicam, dulcibus, amaritudo. Idem epi. 4. lib. 9. & aliàs passim. Rutilius Itiner. 1.

Tempestas dulcem fecit amara moram.

Sedul. lib. 5. *Et dulcem veniam fletus genuistis amari.*

Fota semper dulcibus aquis amaritudo] Salices non nisi in aquosis proueniunt. Vitruuius lib. 8. cap 1. Plinius lib. 16. cap. 18. Columella lib. 5. cap. 7. Atque ita illarum amaritudo dulcibus aquis fouetur, amatæ enim sunt salices. Verg. in Bucol.

Et salices carpetis amaras.

Amoenus in Enchiridio veter. & noui Testam. de capt. Israel.

Organaque in ramis salicis suspendit amare.

Naturalibus trita gyris meta protuberat] Id est, in medio lacus prominet & proiecta est meta, super molares, ad quam se nautici velut in circo agitatores exercere solebant. De gyris autem illis dicemus in laude Narbonæ, de meta, quædam præfari necesse est, meta in illis naualibus ludicris, vt & in Circensibus. Vergilius 5. Æneidos.

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Constituit.

Et Persius satyra 3.

aut metæ quis mollis flexus & vnde.

Sic veteres Codd. de verbo illo protuberare, J. epist. 13. lib. & epistola 11. libri 8. vbi plura.

Ad quam se ludentum naufragia collidunt] Idem in Burgo:

& sæpe iocoso
Ludit naufragio *pugnasque iocantes*
Naumachia.

Ausonius in Mosella. *solemnitatem iucundam* vocat Æthicus in Cosmographia, vbi de Tiberi fluuio.

Agonem Drepanitanum, &c.] i. maiores nostri solebant in lacu naualem agonē, id est, naumachiam celebrare, qualem olim Troiugenæ in honorem Anchisæ, sepulti iuxta Drepanum Siciliæ vrbem quotannis exequebantur, de qua eleganter Vergilius libro 5. Aeneidos: & Higinus cap. 273. sub finem: quem agonem Drepanitanum vocat à Drepano ciuitate Siciliæ, de qua Vergil. in fine lib. 3. Ptholom. & Antonin. in Itinerario. Ad quem etiam respexisse videtur Ausonius in Mosella.

pugnasque iocantes
Naumachiæ: Siculo quales spectante Peloro,
Cæruleus viridi reparat sub imagine Pontus.

Vbi de his agonibus plura Ausonius, & Vibius in *Largia* fonte, & in Maiuma nobili Gazæorum portu, de quo Hieron. in Hilarione, nauticus agon, qui & *Maiuma* dictus est. Iulianus in Misopogo. Sozomen. lib. 2. cap. 5 & lib. 5. cap. 3. licèt alia Suidæ stet sententia. item Romæ in piscina publica, Festus, & in insula quam Tiberis facit, inter portum vrbis, & Ostiam ciuitatem. Æthicus in Cosmographia, vbi de Tiberi: *Insulam facit inter portum vrbis, & Ostiam ciuitatem, vbi P. R. cum vrbis præf. vel Coss. castrorum celebrandorum causa egrediens solemnitate iucunda*, de qua solemnitate intelligendu puto M. Tul. 5. de Fin. *quem Tiberina descensio, festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, cùm regem Persen captum adduceret, eodem flumine inuectum.* Quem locum malè ad obscœnos lusus & corycia sacra retulit Petrus Victorius senex eruditissimus.

Pecorosus in pascuis, peculiosus in pastoribus] Sidonius in Eucharistico ad Faustum, *pecorosi de grege Iesse, peculiosi calabri.* Cassiodor. epist. vlt. lib. 8. Statius 12.

Cui fætura gregem pecoroso vere nouauit.

Seruius initio lib. 3. Georg. *pecorosa est.*

Paginam quæ spatia describit, sed villam, quæ describitur spatiosa, grandem pronuntiabunt] In ipso limine epistolæ Symmachum: in fine, Plinium imitatur, lib 5. epist. 6. *Non epistola quæ describit, sed villa quæ describitur, magna est.* hæc ille.

Troianæ superstitionis imitari] Seniores caue referas ad ætatem: iuuenes enim, non senes huiusmodi ludicris agonibus exercebantur. Ausonius in Mosella. Symmachus epist. 23. lib. 8 & Suidas de Maiuma. Verùm seniores, id est, maiores nostri vt dixi: Idem epist. 7. lib. 6. J. & D. August serm. de Cathed S. Petri: *Institutio solemnitatis hodiernæ à senioribus nostris cathedræ nomen accepit.* Notandum obiter quod ait, Aruernos veteres Troianæ superstitionis Agonem imitari. Illi enim originem suam trahebant à Troianis, J. ep. 7. li. 7. vbi plura. & illius ideirco iucundæ solemnitatis à Troianis in honorem Anchisæ institutæ, religiosi obseruatores Aruerni nostri, annuatim excolebant ludicrum agonem.

SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM.
EPISTOLA III.

GAudeo te, Domine maior, ampliſſimæ dignitatis infulas conſequutum. Sed id mihi ob hoc ſolum deſtinato tabellario nunciatum non minùs gaudeo. Nam licèt impræſentiarum ſis potiſſimus magiſtratus,& in lares Filagrianos patricius apex tantis poſt ſæculis, tua tantùm felicitate remeauerit: Inuenis tamen vir amicitiarum ſeruantiſſime qualiter honorum tuorum creſcat communione faſtigium, raroque genere exempli altitudinem tuam humilitate ſublimas. Sic quondam Quintum Fabium magiſtrum equitum Dictatorio rigori, & Papirianæ ſuperbiæ fauor publicus prætulit. Sic & Cneum Pompeium ſuper æmulos extulit nunquam faſtidita popularitas: Sic inuidiam Tiberianam preſſit vniuerſitatis amore Germanicus. Quocirca nolo ſibi de ſucceſſibus tuis principalia beneficia plurimum blandiantur, quæ nihil tibi amplius conferre potuerunt, quàm vt ſi id noluiſſemus, tranſiremur inuiti. Illud peculiare tuum eſt, illud gratiæ ſingularis, quòd tam qui te æmulentur non habes, quàm non inuenis qui ſequantur. Vale.

• FELICI ſuo] Id Magno Felici, de quo ĩ. epiſtola vlt lib.1. in epulo Maioriani A. epiſt.4.& 7.lib 3 epiſt.5.& 10.lib 4. Carmine 9.& epiſt.ad Polemium, necnon in Propemptico, quem ſemper honorificè prædicat, & verè Magni, vereque Felicis elogio cohoneſtat.

Domine maior] De hac locutione. vide epiſt.1.lib.1. eundem Magnum Felicem dominum fratremque vocat. In inſcriptione Carm. 9.

Felici domino pioque fratri
Dicit Sidonius ſuus ſalutem.

Atque etiam ĩ. epiſt. 10. lib. 4.

Te ampliſſimæ dignitatis] Id eſt, conſulatus, & conſules ampliſſimi dicuntur in l. 50. de condit. & demonſt.

Nam licet impræſentiarum] Ex his patet hanc epiſtolam Magno Felici ſcriptam quando conſulatum auſpicatus eſt, quarto Imperij anno Maioriani A. De hac autem dicendi forma, in præſentiarum ĩ. epiſt. 6. lib. 3.

Potiſſimus magiſtratus] id eſt, conſul, conſularitas enim omnibus dignitatibus anteponitur. ĩ. epiſt.13.lib.2. & epiſt.16. lib.5. vbi plura l.1. Cod. Theodoſ. de præf. præt. &c. *faſtigium dignitatum*, Caſſiodoro, epiſt. 2. lib. 2. vbi de Felice ordinario Conſule, Magni iſtius Felicis gentili, & quantum coniecto nepote. Idem epiſt. 2. lib 6. & in præfat. lib. 11. Et ita potiſſimus magiſtratus, epiſt. 63. lib. 2. Symmacho conſulatus eſt. *Hortaris, mones, cogis, vt quicquid potiſſimi magiſtratus functio quærit accelerem.* eidem epiſt. 28. lib. 4. *Si contempleris ad vicinam Rheni, à qua nunc & optimus princeps & potiſſimus magiſtratus abeſt.* Idem epiſt. 44. lib. 10. *Soli enim iure corrigitis admiſſa potiſſimæ dignitatis.* Conſulem autem fuiſſe Magnum Felicem liquidò liquet ex epiſt. vltima lib.1. & ex eis quæ ibidem notauimus, quibus adde quod ait ĩ. in epiſtola ad Polemium: *Illud certè conſulari viro verè Magno.* Præclarum etiam illius extat & eius Conſulatus decus & honeſtamentum, apud Caſſiodorum lib. 2. ep. 3.

Q

In ore quippe rumoris est, quondam Felicis adhuc viuere consulatum, quia bona durare norunt post hominem. & quod gloriosè geritur fine temporis non tenetur.

Et in lares Philagrianos tantis post saeculis tua tantum] Non possum ex his exploratè colligere, Magnum Felicem Patriciatus infulas consequutum, quod tamen Lodoico Caduco fratri & conlegæ meo visum est, cuius iudicio & eruditioni multum defero: vel ob id maximè, quod in hac epistola Sidonius gratulatur, quòd Felix Consul creatus sit, & ante consulatum Patricium fuisse non ausim dicere, præsertim cùm Sidonius epist vlt. lib. 1. anno sequenti post consulatum Magni Felicis, expræfectum vocet, & nuper exconsulem, non expatricium, aut patricium, quod cum omisisse piaculum esset, sed puto Magnum, multo tempore desitum patriciatum in lares Filagrianos sua fœlicitate contulisse. neque prætereundum est quod ait Sidonius epist. vltima lib. 1. Magnum Felicem Seuerino consuli parem esse honoribus geminatis, id est, consulatu, & præfectura, vt ipse ait. nec ex Sidonio paret esse ex familia Filagriorum Magnum Felicem, quibus rationibus adducor vt credam, Magnum Felicem Patriciatus honorem Filagrio affini suo, sua felicitate dum consul esset, ab imp Maioriano impetrasse. Idem in Gennadio laudat Sidon. epi. 9. lib. 1. quòd cinctus Auienus (id est, Consul) proximis suis honores impetraret. Et ita hic locus intelligendus est, nisi amplissimam dignitatem, & potissimum magistratum, non pro consulatu, sed pro patriciatu interpretandum censeas, quod vix possum concoquere, donec patriciatum magistratum esse, & potissimum quis docuerit, docueritque Felicem patricium esse, patricium Felicem memorat Prosper in Chron. Florentio & Dionysio Coss. quem cum vxore Padusia Ætius interfecit anno sequenti, eod. auctore. Sed longè alius ab isto, nostri etiam Magni consulis filius præf. præt & patricius fuit. Gennad. de vir. inlust. ĵ. Carm. 9.

In lares Filagrianos] Tantis post sæculis, id est, multo tempore desitum (vt dixi) Patriciatum, Patricius quippe fuit Filagrius antiquior ex illa nobili famila Filagriorum. Sidon. in Paneg. Auiti.

gentique tua te teste Filagri
Patricius resplendet apex.

Tua tantum felicitate remeauerit] Alludit ad nomen Felicis, vt s. ep. 3. lib. 1. *Gaudentius gaudeat*, vt epist. 22. lib. 4. & in laude Narbonæ *Tacitus tacendus*, epistol. 9. lib. 9. ad Faustum: *Illorum imprœsentiarum fausto potius qui non senescit.* Et in Eucharistico ad Faustum, in fine. Ita Cassiodorus de Felice consule ordinario, ep. 1. lib. 2. *A consule sumat annus auspicium, portamque dierum tali nomine dicatus annus, tempus introeat.* Gregor. Turon. de Reuocato l. 2. c. 3. sub finem. *Infelix autem quidam Episcopus nomine Reuocatus, eo tempore reuocatus à fide Catholica.*

Vir amicitiarum seruantissime] Laudat Felicem, quòd cùm palmatam nouus consul induit, veterem amicitiam non exuat, & Polemium præf. præt. Galliarum vellicat epi. 14. lib. 4 quod præf. præt. adeptus, amicitiam eiurauerit, vt enim amicos reuerenter excolebat, ita se negligi ægrè patiebatur Sidonius, *Neque enim verus amor honorum sentit vicissitudinem.* Petr. Venerab. l. 3. ep. 12.

Communione] Hortatur ad ludum communionemque, s. ep. 2. l. 1. *cùm se communioni dedisset.* ep. vlt. eiusd. lib. *sancta communio.* ep. 11. lib. 9. in fin. Vide ĵ. in conc. l. 7.

Altitudinem tuam humilitate sublimas] Quamuis honoris culmen communione non deprimatur, rarò tamen accidit, vt honoribus inflati humilitatem non abiiciãt, quod cùm aliter euenit, maximè laudandum est. *Ille enim incrementis suis maior est, quem sublimitas partis honoris inclinat* (vt ait ille.) D. Hieron. ad Pammachium epi. 26. *Eleemosynis ditem, humilitate sublimem.* Constantius in vita S. Germani, l. 2. c. 14. *Vt cùm omnibus imperarent, Dei famulus sublimis humilitate seruarent.* Dinamius Patric. in hist. S. Maximi, *sublimi semper humilitate crescens.* Sedul. Paschalis operis c. 20. l. 4. *Vtque dominus sæcularis ambitus caduca contemnens dominum sese celsissimum magis humilitate*

monstraret. Ennodius Auieno. *Quis praecelsi honorum tuorum apices hac sola recipiunt augmenta, quae de humilitate nascuntur.* Idem Sauario. *Salutē ergo debitam spero, vt despiciētes rancida potentum fastidia, honorem vestrum, & quam Deus tribuit possibilitatem, humilitatis fascibus sublimetis.* Epitaphium Luciliolæ:

Coniuge Fortunato equitum peditumque magistro,
Omni humili officio dum se gerit, auxit honores.

D. Ambros. Lucæ c.7. *Nihil excelsius humilitate, quae quasi semper superior, nescit extolli.* & epi.14. lib.4. Sedulius lib. 4.

Quantum prona solo, tantum fit proxima cælo.

Si quondam Quintum Fabium, &c.] Hanc historiam præter cæteros enarrant Liu lib.8. Valer. l.2. c.2. & de viris inlust. Frontin. stratagemat. l.4 c.1. exemp 42. Sed Sidonio magis illa concinunt, quæ refert Eutropius l. 2. *Lucius Papyrius cursor, cum honore Dictatoris ad bellum profectus est. Qui cùm Romam redijsset Q. Fabio Maximo magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, praecepit ne se absente pugnaret. Ille occasione reperta felicissimè dimicauit, & Samnites deleuit, quamobrem à Dictatore capite damnatus est, quòd se vetante pugnasset, sed ingenti fauore militum, & populi liberatus est: tantaque Lucio Papirio seditio est commota, vt pene ipse interficeretur.* Eapropter quod omnium animos sibi conciliarat, in eum honorificentissimos titulos congesserunt, vt ob virtutem, *Maximus*, auctor de vir. inlust à clementia morum *Ouicula*, eodem auctore, quodque vires Romanorum attritas Punicorum armis cunctando reparasset, *Cunctator*: obque fortia facta, & victorias multas, *scutum imperij* diceretur. Flor. l.2. c.6.

Sic & Cneum Pompeium] Popularis fuit Pompeius. Stat. 2. Syl in Genethlia Lucani: *Et gratum popularitate Magnum.* Et propter annonam, quam liberaliter in populum effudit, imminente fame populi gratiam retulit. Cassiodo. ep.18. l.6. & Magni nomen reportauit, eod. auctor. ita vt supra omnes populi fauorem demeruerit. Aliam præterea reddit rationem Cassiod ep. vlt. l. 4. cur Pompeius, Magnus fuerit vocitatus, adeò popularis inquam, vt eius caput adoraretur, Auctor de vir. inlustr.

Sic inuidiam Tiberianam] Hac de re abundè Suetonius in Caio Caligula. *Romani superbos ferre non poterant.* Symmac. ep.17. l.10. *superbi odibiles.* Boet. in Topic. Cic.

Quocirca nolo de successibus tuis principalia plurimum beneficia blandiantur] Id est, nolo sibi princeps Maiorianus plaudat & blandiatur, quòd tam fœliciter consulatum geras, quo nihil maius conferri potest.

Quam vt si noluissemus, transiremur inuiti] Sic omnes mss. rectè, & id ad init. hu. ep. referendum est. Gaudet enim Sidon. Felicem amplissimæ dignitatis infulas consequuium, quod si ægrè ferret, & æmularetur, transiretur etiam inuidus & inuitus felici Magni Felicis successu, vt qui omnium gratiam demereatur, cuique ob delatum honorem gratulantur & adplaudunt vniuersi.

Illud peculiare tuum est, &c.] Id est, præditus es his morum dotibus, & hac gratia gratiosus, vt cùm plerumque sit pedissequa fœlicitatis inuidia, non tamen æmulos habeas, nec æquales, qui pari passu ad honores ambulent, & insequantur. Idem de Claudiano Mamerto l. 2. ep.3. *Quam constat gemina fœlicitate cecinisse, quando nec æmulum reperit, nec æqualem.*

SIDONIVS SIAGRIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA IIII.

VIr clarissimus Proiectus, domi nobilis, & patre patruoque spectabilibus, auo etiam præstantissimo sacerdote conspicuus, amicitiarum tuarum, nisi respuis, auidissimè finibus infertur, & cùm illi familiæ splendor, probitas morum, patrimonij facultas, iu-

uentutis alacritas, in omne decus pari lance conquadrent: ita demum ſibi tamen videbitur ad arcem faſtigatiſſimæ felicitatis euectus, ſi gratiæ tuæ ſodalitate potiatur. Optantij clariſſimi viri nuper vita functi filiam (quòd Deo proſperante ſuccedat) licèt in coniugium petierit obtinueritque à matre pupillæ, parum tamen votorum ſuorum promotum céſet effectum, niſi aſſenſum tuum ſuper his omnibus, ſeu credulitate ſua, ſeu precatu noſtræ interceſſionis adipiſcitur. Namque ipſe quantum ad inſtitutionem ſpectat puellæ, in locum mortui patris, curarum participatione ſuccedis, conferendo virgini, parentis affectum, patroni auctoritatem, tutoris officium. Quocirca quia dignus es, vt domus tuæ celeberrimam diſciplinam, etiam procul poſitorum petat ambitus, ſicut decet bonarum partium viros: benignitate reſponſi, proci ſupplicis verecundiam munerare, & qui ita expetitus deberes illi expetere pollicendam, ſecurus permitte promiſſam: quia ſic te conditioni huic meritorum ratio præfecit, vt nec ſuperſtiti Optantio in liberos ſuos decuerit plus licere. Vale.

VIR clar. Proiectus] Proiectum laudat à genere & nobilitate, quod patrem patruumque cieret viros ſpectabiles, & auum ſacerdotem præſtantiſſimum.

Audiſsimè finibus infertur] Sic mss. & vett. pro eo quod Pij Codex habet, *finibus infertur*, in re diſpari par locutio ī. ep. 2. lib. 6. *Iurgium interim ſemiſopitum veſtris modò finibus infertur.* ibi, & hîc emendatius *finibus*, vt s̄. ep. 7. lib. 1. *concito gradu medijs prope iudicum finibus ingeritur.*

Et cum illo familiæ ſplendor, probitas morum, &c.] In contrahendo matrimonio, partium æqualitas maximè ſpectabatur antiquitus, ac primùm familiæ ſplendor, præter ea quæ in iure ciuili trita ſunt, notandum quod refert Balſamo in can. 41. Sancti Baſilij ad Amphilochium, quod Emanuel Commenus Imper. nobilium mulierum cum ignobilibus viris matrimonia contracta diſſoluit, & ſeparauit, ſeparatoſque puniit, quod & exemplis confirmat.

Probitas morum] Pręter familię ſplendorem, ſpectabatur etiam morum integritas, vt puta, ſi vterque non impurus eſſet, non moroſus, non morum grauiorum, & pro pudioſæ vitæ, aut alia quauis labe conſperſus.

Patrimonij facultas] ſcilicet vt conquadraret, inſpiciebatur patrimonij facultas. *Pauper enim & diues, inimicum eſt matrimonium.* Calpurn. Declam. 29. plura ī. epiſt. 2. lib. 7. & Carm. 11.

Iuuentutis alacritas] Ne ætatis lubrico iuuenes ad venerem proiecti vana libidine diffluerent, iure Canonico prouiſum eſt, hoc modo, vt iuuenes matrimonio iungantur, Clemens epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini: *Sacerdotes ante omnes, vt pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptiis iungant, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant, &c.* Nec abludit Apuleius lib. 6. *Tollenda eſt omnis occaſio, & luxuria puerilis, nuptialibus pedicis colliganda.* Auctor Panegyr. Maximiani & Conſtantini, init. Cùm ergo procus, & promiſſa puella iuuenes eſſent, ſolidæque vires & ſanguis integer vtrique, nuptiæ inter eas perſonas rectè contrahi poterant, non cùm impares ætates ad matrimonij iugum arctantur. Quintil. Declam. 306. *At tu ſi quietem manis duc vxorem parem, bene dictum compoſitis ætatibus coacta matrimonia.* Calpurn. Declamat. 29. *Ne peiora quidem iugum niſi paria ſuccedunt*, at impares ætates ſub iugum mittere natura & ciuilitas auerſantur. D. Ambroſ. epiſt. 66. initio. ī. epiſt. 2. lib. 7 anni obiter thalamo pares.

Æqua lance] adagio cessit. l. 20. de re iudicata, *quod & in persona mulieris æqua lance seruari æquitatis suggerit ratio*, J. epist. 9. *ex æquo lancem ponere*. Symmach. epi. 86. l. 1. & vlt. l. 8. Sido. epist. 3. l. 6. & l. vlt. C. de Repudiis. Gildas sapiens. de excid. Britan. *& omnia quæ displicuerunt, Deoque placuerunt æquali lance pendebantur.* Plinius l. 7. c. 7. *is demum vitam æqua lance pensitabit.*

Ad arcem fastigatissimæ felicitatis euectus] S. epist. 9. l. 1. *duo fastigatissimi consulares*, quem locum consule, nec dissimili modo Symmachus, epist. 62. l. 2. *qui se apicem felicitatis credit habiturum.*

Nisi assensum tuum] in matrimonio contrahendo tutoris assensus desideratur, nihil in iure frequentius, & hoc quidem diem functo patre, in cuius locum succedit tutor, cuius iudicium spectat pupilla principaliumque parentum, *non est enim virginalis pudoris eligere maritum*, vt ex Euripide docet. D. Ambros. lib. de Abraham cap. vlt. Photius in Nomo. tit. 9. c. 13. ibidem Balsamo. adeò vt tutor debeat esse diligens custos pudicitiæ pupillaris, tutelaque decreta sollicitus & sedulus, ita vt necesse habeat probare, cum pupilla nuptiis collocabitur, *quod puella sit intemerata virginitas*. l. vni. C. Th. Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.

Sicut decet bonarum partium viros] e. 13. l. 2. & 6. l. 3. *ad quam iactitant inuidi, bonarum partium viros, non posse, potius quàm nolle conscendere*, idem epist. 11. libri eiusdem. *Idem summates viri optimarum te partium, exactissimarumque præstantissimum patrem familias, consono præconio prosequuntur*, idem in Concione lib. 7. *Semper hic tamen bonarum partium mores, pungentibus linguis maledicorum veluti bicibitibus hamis inuncabuntur*, at ne videamur inopia laborare authoritatum. Symmachus e. 57. l. 4. *quæ plus muneris bonarum partium contulisset*, idem e. 79. & 102. l. 9. & epist. 7. lib. 1. Asconius in Miloniana. *quo loco inducit loquentem Milonem, cum bonarum partium hominibus, de meritis suis.*

Proci supplicis verecundiam munerare] sic mss. & vett. rectè proci sunt qui poscunt aliquam in matrimonium Festus, à procando, id est poscendo. J. Cat.

spectat de carcere circi

Pallentes Atalanta procos.

Glossæ vett. *procus, sponsus, μνηστὴρ, Græcè μνηστῆρας.* Festus. *id est proci.* Isidorus in Glossis. mss. *petitores, vxorum proci.*

SIDONIVS PETRONIO SVO

S. EPIST. V.

IOannes familiaris meus inextricabilem labyrinthum negotij multiplicis incurrit, & donec suarum merita chartarum, vel vestra sciẽtia, vel si qua est vestræ (si tamen est vlla) similis inspexerit, quid respuat, quidve optet ignorat. Ita se quodammodo bipertitæ litis forma confundit, vt propositio sua quem actionis ordinem propugnatura, quem sit impugnatura, non nouerit. Pro quo precem sedulam fundo, vt perspectis chartulis suis, si quid iure competit instruatis: quæ qualiterve sint obiicienda, quæ refellenda monstrantes. Non enim verebimur, quod causæ istius cursus, si de vestri manauerit fonte consilij, vlla contrastantium deriuatione teneatur. Vale.

Petronio] hæc epistola non quærit interpretem, Petronium autem illum fuisse multi nominis I. C. ex Sidonio liquet, de quo plura dixi. epist. 7. lib. 1. is enim tem-

poribus Anthemij. A. aduersus Aruandum legationem obiit, fuisse autem ex inlustri illa familia Petroniorum s̃. notatum.

Inextricabilem labyrinthum] Verg. 6.

Hic labor ille domus & inextricabilis error.

Higin. fab. 40. *Dædalus Minotauro labyrinthum inextricabili exitu fecit.* Isido. in Gloss. *inextrincabilis error, labyrinthus.*

Propugnatura impugnatura] idem. epist 4. lib. 3 *nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia*, idem epist. 11. lib. 6. *tu quoque potes huius laboriosi & si impugnas perfidiam, propugnare personam.*

Contrastantium.] Sic mss. malè veius contractantium, *contrastantium*, id est aduersarum partium, idem Sidon. de Sphæristerio & pilari lusione epi. 9. huius libri, *& ecce huc sphæristarum contrastantium paria.*

SIDONIVS PEGASIO SVO SALVTEM. EPIST. VI.

PRouerbialiter celebre est, sæpe moram esse meliorem, sicuti & nunc experti sumus. Menstruanus amicus tuus longo istic tempore inspectus, meruit inter personas nobis quoque charas deuinctásque censeri: opportunus, elegans, verecundus, sobrius, parcus, religiosus, & his morum dotibus præditus, vt quoties in boni cuiusque ascitur amicitias, non amplius consequatur beneficij ipse quàm tribuat. Hæc tibi non vt ignoranti, sed vt iudicio meo satisfacerem, scripsi. Quamobrem triplex causa lætandi: Tibi prima, cui amicos sic aut instituere, aut eligere contingit: Aruernis secunda, quibus hoc in eo placuisse confirmo, quod .e probasse non ambigo: Illi tertia, de quo boni quíque bona quæque iudicauerunt. Vale.

Prouerbialiter celebre est sæpè moram esse meliorem] *mora proficua*, Cassiodorus epist. 30. l. 1. & Fabius Maximus *cunctando restituit rem.* Ennius. Publius *Mora omnis odio est, sed facit sapientiam*, detorquet adagium ad Menstruanum, quem mora quã in Aruernia nostra fecit, conciliauit Apollinari, & Sidonio similibus. i. probis omnibus.

Opportunus, elegans.] Homo opportunus & elegans, Tacito. id est qui opportunè & tempestiuè ad omnes veniebat, nullique tædium facessebat.

Elegans] id est vrbanus & dicax, Isido. in Glossis, *Eliganter, vrbani, eliganter, facetè, iocunditer, Facetiæ, elegantia, facetus, vrbanus, dicax, eloquens, eligans.*

De quo boniquique, bona quæque iudicauerunt] laudari enim à probis & probatis laudandum est, J. epist. 8. l. 7. *de quo tamen Symplicio scitote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis*, idem epi. 14. l 7. *omnes de te boni in commune senserunt omnia bona*, quos locos consule.

SIDONIUS EXPLICIO SVO SALVTEM. EPIST. VII.

QVia iustitia vestra iure fit vniuersitati per complura recti experimenta venerabilis, idcirco singulas quasque personas idipsum efflagitantes in examē vestrum libens & auidus emitto, quamprimùm ambiens, me discussionis, illos simultatis onere laxari: quod demum ita sequetur, si non ex solido querimonias partium verecundus censor excludas: quanquam & hoc ipsum, quod copiam tui iurgantibus difficilè concedis, indicium sit bene iudicaturi. Quis enim se non ambiat arbitrum legi, aut pretio aliquid indulturus, aut gratiæ? igitur ignosce ad tam sanctæ conscientiæ prærogatiuam raptim perniciterque properantibus, quandoquidem sententiam tuam, nec victus, vt stolidus, accusat: nec victor, vt argutus, irridet: veritatisque respectu dependūt tibi addicti reuerentiam, gratiam liberati. Proinde impensè obsecro, vt inter Alethium & Paulum quæ veniunt in disceptationem, mox vt vtrinque fuerint, opposita, discingas. Nanque (ni fallor) supra Decemuirales Pontificalésque sententias, ægritudini huius propè interminabilis iurgij, sola morum tuorum temperantia, solita iudicandi salubritate medicabitur. Vale.

Explicio] Explicium laudat, quod dubiæ lites per eum explicarentur & explicirent, erat autem quantum ex Sidonio paret, consiliarius multi nominis, & decidendis litibus exercitus.

Si non ex solido.] id est omnino I. C. in solidum, j. epist. 11. lib. 9. *vidi partibus meis, nequaquam ex solido constare rationem,* idem Pontio Leuntio in fine, *etiam si ex solido poëma displiceat.* id est in totum.

Quod copiam tui iurgantibus difficile concedis] vbi nam gentium illi sunt, ex illo grege moratorum verius, quàm oratorum, qui fores suas iurgantibus claudant? vt hie noster Explicius, j. epi. 7 l. 5. & Seneca lib. 6. de Benef. cap. 18. *Eloquens captat precium ex litium numero,* iubetque Vitruuius lib. 6. cap. 8. *forensibus & disertis, vestibula elegantiora & spatiosiora esse ad conuentus* (scilicet litigantium) *excipiendos.*

Iurgantibus.] id est litigantibus. Festus, *agere, est iurgare.* idem. *Iurgium, iurii actio.* Ammi. Marcelli. lib. 18. *cum iurgando contra potentes, se magis magisque iniustitia frangi contemplaretur,* verbum vsitatum Imperatoribus, l. 6. C. Th. de iurisd. l. 14. C. eod. de accusationibus, l. 2. C. eod. de off. iud. omni. & l vni. de dilationibus, atque alias passim, cap. forus. §. iurgium extrà de verb. signific. j. epi. 13. l. 5. *contráque lites iurgiosorum si quæ mouentur, pactionibus consule,* Plinius epi. 5. l. 6. Isidor. in Glossis *iurgat, litigat, rixat, pugnat.* idem. *litigat, vadatur, rixat, iurgat.*

Dependunt addicti reuerentiam] addicti, id est victi, & condamnati. s. epi 7. lib. 1. epi. 21. lib. 2. vbi plura, quibus adde quod ait Seneca lib. 4. de Benef. cap 8. *hic pecuniam pro addicto dependit,* id est pecuniæ damnato, verbum in ea significatione familiare Petro Rauennati, sermone 8. sub finem. & serm. 17. *inducet de reatu, addicat de crimine,* ibidem in fine, *sed facit totum addictus ipse verbero, ad ius & arbitrium iudi-*

canis. idem serm. 49. *sententiam non suo, sed addicti probat imperio.* Idem Serm. 62. *quare hoc solum accipis addici accusantibus criminosis*, idem Serm. 74. *addicitur mors.* & alias passim Anianus l. 6. C. Th. de sponsalibus, *non addicuntur ad quadruplum* idem l. vnica. C. Th. de offic præf. præt. *si pro ipso qui antea addictus est, &c.* id est, vt ipse paulò post loquitur, *superatus.* idem l. 5 sentent. Pauli tit. 4. de iniuriis §. 7. *quamuis cuiuis videatur addictus, tamen infamis efficitur.*] epist. 7. lib. 5. *trahant addictos,* vbi plura.

Proinde impensè obsecro] id est validissimè. Terent. Adelp. *magis impensè cupitis*: magno autem ambitu deposcebat ab Explicio, vt litem veternosam, quæ inter Paulum & Alethium interuenerat, auditis vtrinque partibus, meritisque chartarum inspectis, ex æquo disiudicaret & dirimeret

Discingas] Sic mss. & vett. rectissimè, discingere est dirimere, decidere lites, vetus inscriptio.

Ter vice qui sacra discinxit iurgia iudex.

inemendatè apud Onuph. lib. 2. Fastor. An. ∞ . lxiix. bis, cinxit. Lampridius in Alexandro Seuero. *Pontificibus tantùm detulit, XVviris, atque auguribus, vt quasdā causas sacrorum à se finitas iterari, & aliter discingi pateretur.* Ammi. Marcell. de Iuliano. A. init. lib. 18. *quod ipse iurgia dirimens, vbi causarum cogebat magnitudo, vel personarum, erat indeclinabilis iustorum iniustorumque discinctor,* idem lib. 29. *ad Areopagitas missa est Athenienses, iudices tristiores, quorum æquitas Deorum quoque iurgia dicitur discinxisse,* verbum frequens est, in Impp. Constitutionibus, l. 2. C. Th. de off. Rector. Prouin. l. 2. & 3. C. eod. quorum appellat. non recipi l. 5. C. de feriis. Cassiod. epist. 39. l. 2. in fine, *corda illa (vt ita dixerim) montium in vicem secretarij, negotia contentiosa discingunt.*] . e. 9. l. 3. *sed si inter coram positos æquanimiter obiecta discingitis* idem epist. 3. l. 9. *in quibus tu merus arbiter, si rem ex esse discingas,* quibus locis plura.

Suprà Decemuirales] constituti sunt Decemuiri litibus iudicandis, de quibus lex. 2. de origin. iuris, & doctor meus doctiss. obseruat lib. 3. cap. 31. & ad ut. de origine iuris, qui magistratus ad æuum vsque Sidonij permansit 5. epist. 7. libro 1. *cum accusatores sempullati atque concreti, nuntios à Decemuiris operirentur.* Idem Pontio Leuntio in fine Burgi. *quandoquidem Baccho meo iudicium Decemuirale passuro, tempestiuius quàm conuenit tribunal erigitur,* scitè alludit ad Decemuiros.

Pontificalesque sententias. Prisci illi Pontifices, limatæ probitatis & edecumatæ sanctitatis viri, lites Episcopali authoritate terminabant. 7. epist. 2. & epist. 4. libri 6. vbi plura. quod verò ad Sidonij mentem attinet, rogat Explicium, vt litem quam nec Decemuiri, neque Pontifices sopire potuerunt, finiat, iurgioque intermino sit Terminus.

Ægritudini] animo atque corpore ægri sunt, qui litigant, Hadrianus Aug. ab Epicteto Philosopho sciscitatus, *Qui sunt qui sani ægrotant, E. qui aliena negotia curant,* neque solum qui aliena, sed etiam qui sua, præsertim illa negotiosa iurgia, neque minus lepidè dixit Sidonius ægritudini iurgij mederi. Nouella Theodosij & Valentiniani A A. de triginta ann. præsc. *decet nostris specialiter remediis veternosæ valetudinis aduersa curare. Medicinæ huius laus æterna contingit, quod nos tam salubris æquitatis authores ætas & præsens & futura declarat.*

Interminabilis] *interminabile detrimentum,* Cassiano. collat. 17. cap. 8. *interminabilis cura,* collat. 19. c. 6. *interminabiles fundi,* Saluiano ad Eccles. Cathol. l. 1. *interminabilis,* lib. 2. *interminabile malum,* l. 3. *interminabilis,* Boëtio lib. 3.

SIDON-

SIDONIVS DESIDERATO SVO SALVTEM. EPIST. VIII.

MOestiſſimus hæc tibi nuncio. Deceſſit nudius tertius, non abſque iuſtitio matrona Filimatia, morigera coniunx, domina clemens, vtilis mater, pia filia, cui debuerit domi foríſque perſona minor obſequium, maior officium, æqualis affectum. Hæc cum eſſet vnica iam diu matri amiſſæ, facilè diuerſis blandimentorum generibus effecerat, ne patri adhuc iuueni ſoboles alterius ſexus deſideraretur. Nunc autem per ſubita ſuprema, virum cœlibatu, patrem orbitate confodit. His additur, quòd quinque liberum parens immaturo exitu reddidit infortunatam fœcunditatẽ. Qui paruuli ſi matre ſoſpite, perdidiſſent iam diu debilem patrem, minus pupilli exiſtimarentur. Hanc tamen, ſi quis haud incaſsùm honor cadaueribus impenditur, non veſpillonum ſandapilariorúmque miniſteria ominoſa tumulauêre: Sed cum libitinam ipſam flentes omnes, externi quoque prenſitarent, remorarentur, exoſcularentur, ſacerdotum propinquorúmque manibus excepta, perpetuis ſedibus dormienti ſimilior illata eſt, poſt quæ precatu parentis orbati, næniam funebrem, non per elegos, ſed per hendecaſyllabos marmori inciſam, planctu propè calente dictaui: Quam ſi non ſatis improbas, cæteris epigrammatum meorum voluminibus applicandam mercenarius bibliopola ſuſcipiet. Si quid ſecus, ſufficit ſaxo carmen ſaxeum contineri, hoc enim epitaphium eſt.

O Caſu celeri feróque raptam
Natis quinque patríque coniugíque.
Hoc flentis patriæ manus locarunt
Matronam Filimatiam ſepulchro.
O ſplendor generis, decus mariti.
Prudens, caſta, decens, ſeuera, dulcis,
Atque ipſis ſenioribus ſequenda:
Diſcordantia quæ ſolent putari
Morum commoditate copulaſti.
Nam vitæ comites bonæ fuerunt,
Libertas grauis, & pudor facetus.
Hinc eſt quod decimam tuæ ſaluti
Vix actam trieteridem dolemus.
Atque intemporibus vigentis æui,
Iniuſtè tibi iuſta perſoluta.

Placeat carmen necne, tu propera, ciuitatémque festinus inuise. Debes enim consolationis officium duorum ciuium domibus afflictis. Quod ita soluas Deum quæso, ne vnquam tibi redhibeatur.

Mæstissimus hæc tibi nuntio] Plinium imitatus est, epi. 16. l.5. *Tristissimus hæc tibi scribo, &c.* quæ Sidonius effinxisse videtur, suo more, id est aliis verbis, sed eadem sententia.

Non absque iustitio] id est non absque luctu publico, *iustitium, est luctus publicus.* Fulgentius de prisco ser. quando populo per præconem indicebatur, vt ab opere cessarent virum vel fœminam inlustrem lugerent, Fonteius apud Fulgentium, & Apuleius lib. 4. M. Tull. de Arusp. resp. & Philip. 5. & 6. initio, iurisque dicundi cessatio, iustitium dicebatur: allusit non illepidè, Cassiodorus epi.3. l.2. *iacebat nobilis origo sub Gallicano iustitio.* Am. Marcell. lib 29. de Heliodori morte. Idem l.19. init. *indicto iustitio iuuenis nobilitate commendabilis, &c.* Gregorius Turon. lib. 6. c. 30. *igitur celebrato iustitio*

Morigera coniunx, domina clemens] dicto audiens & suo marito obediens debet esse vxor ex doctrina Apostoli. 1. ad Corinthios, c. 14. & ex lege Dei, Geneseos. c.3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, 33. quæst. 5. can. est ordo & can. manifestū. sponsas idcircò flammeo nubi traddit Isidorus, l.2. c.19. de off. Eccles. vt se nouerint semper maritis suis subditas esse & humiles, hæc ille.

Domina clemens.] id est materfamilias in seruos & familiares non aspera & improba. J. c.14. l.7. *Summa clementia in famulos, tibi esse perhibetur.*

Infortunatam fœcunditatem.] Tacit. de Agripina, l. 2. Annal. sub finem. *& infelici fœcunditate, fortunæ toties obnoxia.*

Qui paruuli si matre superstite] &c. quia paruuli & infantes magis materno, quam paterno indigent auxilio, l. nec filiū C. de pat. potest. & c. 1. extrà de conuers. infide. in Sidonij sensum accōmoda est, lex. 1. legis Visigothorū l 4 tit. 3. *ob hoc licet hactenus, à patre tantum relicti paruuli filij, pupilli nuncupentur, tamen quia nō minorem curam erga filiorū vtilitatē matrem constat frequenter impendere, ideò ab vtroque parente, hoc est patre vel matre infrà. 25. annos, filios post mortem relictos, pupillos per hanc legem decernimus nuncupandos*: quia matres officia patrum reddere possunt, neque verò patres matrū. Emporius, *vt illum cum esset puer relictus à mortuo patre, dicamus cum matre vixisse, quæ eo hoc diligentior ac seuerior fuerit, quod in illa sola manserit etiam patris officium.*

Virum cælibatu, patrem orbitate confodit] cœlibatus hoc loco, viduuium est, vt & J. epi. 9 l. 4. *filiam vnicam paruam, post obitum vxoris relictam, solatio cælibatus alit.* rectè autem, confodit, vt J. c.2. l. 6. *plagas recentes, & viduuij vulnus.* Cœlibatus eadem significatione Suetonio, in Claudio. c. 25. & Galba. c. 5.

Orbitate] *Orbitas, amissio filiorum*, Isido. in Gloss. *onus orbitatis.* Iul. Firmi. l. 4. c. 3. 4. 5. 6.

Si quid haud incassum honor cadaueribus impenditur] Vergil.

vano mæsti comitamur honore

Horat. Ode vlt l. 2.

ac sepulchri

Mitte superuacuos honores

Superuacuè enim honorari mortuos multi dixerunt, Acron, *& nullum illis post mortem sensum reliquum esse existimabant*, quidam verò dubitabant, vnde hæc formula, *Si quis haud incassum &c.* Seneca de breui. vitæ, c.18, *si quis inferis sensus est*, Seneca Trag. initio Octauiæ.

Si quis remanet sensus in vmbris

Auson. de Dynamio professore

sensus si manibus vllus.

idem de Victorino.

Peruenit ad manes si pia cura tuos.

vetus inſcriptio retrò S. Syluestrum in Quirinali.

Suſcipe nunc coniunx, ſi quis poſt funera ſenſus,
Debita ſacratis manibus officia.

dubitaſſe Sidonium nefas dicere, qui & Claudiano Mamerco, & Apollinari auo ſuo præfect. præt. iuſta perſoluit, hoc etenim fidei noſtræ aduerſatur, Prudentius in hymno defunctorum, & Nouella Theodoſij & Valentiniani, de ſepulchris, quæ in id ſingularis eſt.

Non Veſpilonum] Veſpilones, ſunt baiuli, & funerum elatores Gloſſ. νεκροθάπτης, *veſpilo*. Iulio Firmico frequens verbum, & probatis authoribus. ſ. epiſt. vlt. lib. 1. *veſpilonibus tetriores*, illi autem eos efferebant, qui funebri pompa propter inopiam efferri nequibant. Feſtus lib. 20. altercatio Adriani. A. & Epicteti.

Sandapilariorumque] Sandapilarij non ſunt fabri ſandapilarum, ſed ſandapilæ baiuli, vt à cathedris cathedrarij, à lecticis lecticarij, ita & ſandapilarij, qui ſandapilis, id eſt feretris, & capulis cadauera portant. Martial. l. 2. epig. 81. & ſ. in Euchariſt. ad Fauſtum. *Lecto, ſandapila.*

nonniſi verò tenuiorum, & quorum memoria damnabatur à veſpilonibus & ſandapilariis efferebantur cadauera. Fulgentius. *Sandapilam antiqui dici voluerunt, feretrum mortuorum, id eſt loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebeiorum atque damnatorum cadauera portabantur.* Sueton. in Domitia. c. 17. *cadauer eius populari Sandapila per veſpilones exportatum*, addunt *cum ingenti dedecore, ignobiliter & ignominioſiſſimè.* Oroſius, l. 7. capite 10. Eutropius, & antè eos Euſebius in Chronico. Thaſius de morte Polycratis Samiorum regis. *poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt.* Ammi. Marcell. de Heliodoro, *funus eius per veſpilones elatum.* l. 29.

Miniſteria ominoſa tumulauere] non veſpilones, qui inhoneſtam mortem ominantur, Filimachiæ cadauer exportarunt, vt tumularent, id eſt ſepelirent, ferendi autem funeris miniſterium luctuoſum eſt, & ferale.

Triſte miniſterium. Vergil. 6. ſ. epi. 12. l. 3.

Sedulius 4. *Et inani funere paſſum*
Triſte miniſterium. Imitatione Vergilij.

Sed cum libitinam ipſam flentes omnes externi.] Qui nulla erant adfinitate aut neceſſitudine coniũcti, in Filimachiæ obſequio dolebant, adeò vt feretrum prenſitarẽt & exoſcularentur, & olim extrarios adhibere funeri ducendo mos erat, Donat. lib. 6. Æneid. præter conſanguineos & parentes quos ad hæc ſuprema pietatis officiũ inuitabat, idem de Paula D. Hiero. ad Euſtochium.

Libitinam.] Libitina, feretrum eſt & ſarcophagus vnde libitinarij Senecæ lib. 6. de Benef. c. 38. Vlpiano l. 5. § . 1. de inſtit. action. Gloſſæ vett. ἐνταφιαστής, *Libitinarius. Et* νεκροθάπτης, Viſpillo, *Libitinarius, Libitinas*, iniurioſè 1. Florid. pro libitinarius, detractatores vocat Apul. libitina autẽ eſt lectulus, in quo mortui efferebantur, Acron. Ode vlt. l. 3. *infauſtam buſtuarij libitinam vocat.* Amm. Marcell. lib. 29. vt Sidonius ominoſa miniſteria, veſpilonum & ſandapilariorum: libitinas autem coronari ſolitas, refert Plinius lib. 37. c. 3 & Tertull. de Corona mil. in fine, Minutius Felix in Octauio, *vt hoc indicio agonem ſe vitæ, tranſegiſſe teſtarentur*, Epictetus in altercat. Adriani.

Propinquorum ſacerdotumque manibus excepta] honoris ergo, & amoris publici, quidã non contenti ſunt vulgari more funus proſequi, ſed propenſo in diem functam amore, propriis humeris efferre dignati ſunt. Plin. lib. 18. c. 3. *Trebius ſupremo die populi humeris in rogum portatus eſt*, notandum quod ait Sidonius ſacerdotum manibus elatam eſſe Filimachiam, non copiatarum, D. Hiero. ad Euſtochium, de Epithaphio Paulæ, *tranſlataque Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubiicientibus, ſupremum ſepulturæ honorem manibus propriis detulit Eutychianus.* PP. Pontificale cap. 18. & Beda in Martyrolog. vij. Eidus Octobris, nec non Ioannes & Criſpus Sacerdotes, qui

multa corpora Christianorum in persecutione Diocletiani officiosissimè sepelierunt. Beda & Vsuard. xv. Kal. sept. Ţ. Car. 16. neque tantum à sacerdotibus vitæ emendatioris hominum cadauera exportabantur, sed etiam aliis psallentibus. D. Hiero. vbi suprà *cum alij Pontifices lampadas cereosque præferrent, alij choros psallentium ducerent*, idem in Paulo sub finem, *hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans*. Victor Vticensis lib. 1. *quis verò sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum, sine solemnitate hymnorum, cum silentio ad sepulturam produci* idem. lib. 2. *Qui nos solem sibus orationibus sepulturi sunt morientes?* Vbi de Deodato PP. & sacerdotibus, idem de passione Martyrum. *gaudens autem quæ aderat multituto, corpora sanctorum martyrum diligenti traddidit sepulturæ, præeunte clero venerabili Carthaginensis Ecclesiæ*, Corippus, l. 3.

Hinc leuitarum venerabilis ordo canentum,

Virgineus tonat inde chorus, vox æthera pulsat.

Iulianus Patricius Nouella. 53. c. 195. & grauis auctor longè ante eos Tertullianus, lib. de anima. *cum in pace dormisset, & morante adhuc sepultura, interim oratione Presbyteri componeretur, &c.* ex quibus certum est, ministerio sacerdotum defunctorũ corpota cum psallentio sepelire morem fuisse, Gregor. in Iulianum, & Balsam. Synodi Carth. c. 106. & Petrus venerab. lib. 1. Ţ c. 17. l. 7.

Propinquorumque] propinqui etiam certatim cum sacerdotibus feretro manus admouebant, quorum maximè erat curare funus, & cadauer efferre, Horat. Satyr. 4. lib. 2. *Ex testamento sic est elata, cadauer*

Vnctum oleo largo nudis humeris tulit hæres.

Et Metellus Macedonicus filios suos monuit, vt funebri eius lecto humeros subiicerent, ex quibus locis liquet proximiores humeris cadauera exportasse, nec hic mos exoleuerat ætate Sidonij Rex enim Theodoricus. S. Theodorici presbyteri corpus propriis humeris ad sepulchrum euexit Vsuar. Kal. Iulij, & Surius proximioribus autem incumbebat hocce pietatis officium.

Perpetuis sedibus] perpetuas sedes, non eorum more dixit Sidonius, qui resurrectionis ignari corpora defunctorum in æternum tumulo concludi credebant, ita vt nulla spes resurgendi reliqua esset, Epitaphium Petronij Antigenidis

Hæc domus æterna est, hic sum situs, hic ero semper.

Seneca. Octauiæ. Actu. 4. *inferùm sedes, toros*

Stabiles futuros spondet æterna domus.

Item Amaranthus Iuliæ Procillæ

Sit tibi perpetuo terra leuis tumulo.

Et Gracilis maritus Probinæ coniugi

Perpetuas sine fine domos, mors incolit atra,

Æternosque leuis possidet vmbra lares.

Quintil. declamar. 299. *æterna quiete conditi* passim in veterum inscriptionibus, non inquam tam grauiter lapsus est Sidonius, vir probus & Catholicus, & in numerum Diuorum iure & iustitia relatus: verùm perpetuas sedes posuit, pro patrio sepulchro, & incommutabili, non temporario, sed perpetuo, & ita Paulus. I. C. in l. 40. de relig. & sump. funer. *æterna sede dare destinauerit*, & Diocletianus & Maximianus. A A. in lib. 10. C. eod. tit. *sinedum perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit*. Paulus 1. sentent. tir. 23. *corpus iam perpetuæ sepulturæ traditum*. §. 1. & §. 4. l. 3. §. non perpetuæ. C. de sepul. violar. vet. inscriptio, *hanc æternam sedem sibi posuit*, vt apprimè teneas quæ sint æterna domus, perpetuæ sedes, & perpetua sepultura, iterũ infigo perpetuas sedes, & perpetuam sepulturam, sepulchrum esse, ex quo cadauer in alium locum transferri non potest, nisi iustis de causis, cõsultoque Pontifice, Plini. c. 71. & 72. lib. 10. l. 6. C. Th. de sepul. viol. & Glossa in l. 40. de relig. & sump. fun. de qua eleganter Ausonius de Professoribus Burdigalensibus in fine.

Sedem sepulchri seruet immotus cinis,

Memoria viuat nominum.

Reliquũ est vt inquirã, cur sedes perpetuæ dicãtur. Perpetuæ dicũtur ad differentiã tẽporariarum, quando ad tempus alicui loco cadauera commendabantur, & ita Paul. distinguit 1. sent. tit. 23. §. 4. donec iustæ & perpetuæ sepulturæ traderentur. Vlpianus in l. & si quis. §. impensa. de religio. & sum. fun. & Paulus l. si quis enim. eodem tit. Exemplum elegans extat in libello, qui Seuero principi oblatus est, his verbis: *Cùm ante hos dies coniugem & filium amiserim, & pressus necessitate corpora eorum fictili sarcophago commendauerim, donicum is locus quem emeram ædificaretur, via Flaminia, inter milliare secundum, & tertium, euntibus ab vrbe parte læua, custodia monumenti Flauij, tumulus ante solum Cœlij Orcilrj: rogo domine permitt.as mihi in eodem loco in marmoreo sarcophago, quem mihi modò comparaui ea corpora colligere, vt quando & ego esse desiero, pariter cum his ponar* (decretum) *sepulchrum fieri placet Iubentius Celsus promagister subscripsi III. Nonas Nouembris Antio Pollione & Opimio Coss. ordinariis Seuero & Sabino Coss.* commendati cadaueris, & temporarii sepulchri non contemnendum exemplum, perpetui & immutabilis si desideres ad manum est, quod cum hoc certet elegantia. Epitaphium AN. CRESTINAE.

NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA NEQVE AB ANTE ALIAM PONAT AVT COMMVTET.

Verùm vt eius animum expleam, qui paganos tantum & resurrectionis ignaros perseueranter asseuerat, perpetuas sedes, & æternam sepulturam enuntiasse, non Christianos, volo sciat legem tertiam, Cod. de sepult. violat. à Christianis Impp. latam esse, & Paulinum in epist. ad Pammachium, agrum quem Abraham humandæ Sarræ comparauit, *non temporalem, sed æternam possessionem*, hæc sunt eius verba dixisse. Et vt nullus restet dubitandi locus, perpetuum, & æternum, pro finito tempore dici docet Seruius Eglog. 4. & Petrus Aruernus Venerabilis lib. 2. cap. 4. Et quod omnem dubitationem abstergit, *domus æternitatis* dicitur ab Ecclesiaste, Eucherius de Quæst. vet. testa.

Sedibus] Sedes pro sepulchro, & cadauerum stabulo, Vergilio sæpè 6.

quàm sedibus ossa quierint.

& aliàs passim l. 40. de relig. &. sump. fun. vetus inscript. *Hanc sedem sibi viui posuerunt.* Apostolorum sedem l. penult. Cod. Theod. de sepulc. viol & Valentinian. Nouella de sepulchris. Ammianus Marcell. lib. 22. *Id metuens ne collectis supremis, sedes illis extruerentur vt reliquiis.* Paulinus epist. ad Pammachium: *Mortuo ad sepulchrum agro, mortuam suam pretiosa sede composuit. æterna domus*, in epitaphio Petronij, & in illo Probinæ, *perpetuæ domus, & æternũ lares, domos defunctorum*, Valentinianus Aug. de sepulchris. Nouell. Valerius Probus lib. de notis D. M. *domus mortuæ.* Idem Petr. Diaconus & Magno. *stabulum cadauerum.* Tertull. de Resurrect. carnis: *Scilicet quod apud maiores omnes homines in suis domibus sepeliuntur.* Seruius Æneid. 6. Inde sedes pro sepulchris. quod postea legibus vetitum fuit Isido. lib. 15. cap. 11.

Dormienti similior] Subintelligitur, quàm mortuæ. Aurel. Victor in Hadriano, cap. 14. *Eloquio togæque studiis accommodatior.* Et est imitatio Pliniana lib. 6. episto. 16. sub finem: *Habitus corporis quiescenti, quàm defuncto similior.* Diem functi autem tersè dormientes dicuntur, qui scilicet se bonis operibus exerceent, & toto vitæ tenore fatigantur, vt quiescant quoad exsuscitentur, *quia sanctorum mors somnus est.* Petrus Rauennas sermo 97. D. Hieron in epitaphio Paulæ ad Eustochium: *Quodque mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem, sed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, sed dormientem.* Gregor. Turonen. de vita Patrum, cap. 4. *Et ecce apparuit beata facies eius, ita integra & illæsa, vt putares eum non mortuum, sed dormientem.* Idem lib. 2. de miracul cap. 2. *Sed ita integer illæsus, vt putares eum adhuc*

sopore corporeo detineri. Idem de Glor. Confess. cap. 35. *Quid plura? ita adparebat integra, vt dormiens potius quàm mortua putaretur.* Et vetus Gothicum missale *quiescentes.* Concilij Cabillonen. cap. 39 Sancti enim, id est, probi homines non appellantur mortui, sed dormientes. D. Hieronym. aduersus Vigilantium, Ioann. cap. 11. 1. Thessal. cap. 4. & Matthæi cap. 9. vnde & *cœmiterium.* Prudentius de exequiis defunctorum, quod latine *dormitorium* verti potest, & *pausantes*, pro mortuis Concilij Aurelianensis cap. 6. *quando recitantur nomina pausantium.* Burchardus lib. 5. cap. 51. & Cassianus Eremita Collat. 2. cap 5. *Etiam memoria & oblatione pausantium indicaretur indignus.* Ex hoc autem Sidonij loco, & illo D. Hieronymi colligitur, loculos ea parte qua caput conlocatur apertos fuisse, ita vt vultus videretur. Gregor. Turon. de Glor. Confessor. cap. 106. initio. quò loci in S. Radegund. laudat, quod hic Sidonius in Filimatia matrona.

Planctu prope calente dictaui] Symmachum imitatus est, epist. 9. lib. 1. *iudicio propè calente dictaui.* Sidonius *planctu*, qui planctus ingenio vim addit, 7. epist. 11. lib. 4. *Nisi quod animum natura desidiosissimum dolor fletu grauidus accendit.* vbi plura.

Næniam funebrem] Rectè *funebrem* addit, vt & epist. 17. lib. 7. *Et sancto Abrahæ defuncto næniam funebrem, luctuosis carminibus inscribere.* Glossæ vett. ἐγκώμια νεκρῶν, *Nænia singulare non habet.* sed non sibi constant ἐπιτάφιος, *epitaphium, nænia, laudatio.* eædem Glossæ.

Hoc flentes] Sic mss. & vett. rectè, quia iustitio indicto, & publico luctu elata est, Idem epist. 12. lib. 3. in epitaphio Apollinaris aui sui:

Mœrentis patriæ sinu receptus.

Hæc verba *manus locarunt*, satis asserunt hanc genuinam lectionem, flentes enim manus dicere absurdum esset.

Iniustè tibi iusta persoluta] Immaturè, turbatoque fatalitatis ordine. Ouidius 2. Metamorph fab. 11.

Et dedit amplexus, iniustaque iusta peregit.

Sidonius Gothis ab Hecdicio prostratis Aruernam obsidentibus, iustè ait iusta soluta, lib. 3 epist. 2. *Iuste sic mortuis talia iusta soluentes.* nec absimile est quod ait Pedo ad Liuiam de morte Drusi:

Sæuit, & iniustum ius sibi sola facit.

Iusta persoluta] id est, funebrem pompam, & funerale obsequium, quod defunctis debetur indebitè reddidimus, iusta persoluere, 7. epist. 12. lib. 3. *Et Iulium Cæsarem Hectori vt suo, iusta soluisse didicerimus.* Idem epist. 4. lib. 3. *Iustè sic mortuis talia iusta soluentes.* Idem epist. 17. lib 7. *Quæ restant sepulto iusta persoluimus.* D. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. de Alcibiadis concubina: *Funeri iusta persoluit, mori parata, pro mortuo.* Quintus Curtius lib. 4. *Alexander corpori vxoris eius iusta persolutis.* Idem lib. 6. *vt iusta fratri persolueret.* D. Ambrosius in laudatione Theodosij: *Theodosio patri iusta persoluit.*

SIDONIVS DONIDIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA IX.

QVæris cur ipse iampridem Nemausum profectus vestra serum ob aduentum desideria producam. Reddo causas reditus tardioris, nec moras meas prodere moror, quia quæ mihi dulcia sunt, tibi quoque. Inter agros amœnissimos, apud humanissimos dominos Ferreolum & Apollinarem tempus voluptuosissimum exegi. prædiorum iis iura contermina, domicilia vicina, quibus interiecta gestatio lassat

peditem, nec ſufficit equitaturo. Colles ædibus ſuperiores exercentur vinitori, & oliuitori. Aracynthum & Nyſam celebrata poëtarum carminibus iuga, cenſeas. Vni domui in plana patentiaque, alteri in nemora proſpectus, ſed nihilominus diſſimilis ſitus ſimiliter oblectat. Quanquam de prædiorum, quid nunc amplius poſitione, cum reſtat hoſpitalitatis ordo referandus. Iam primùm ſagaciſſimis in hoc exploratoribus deſtinatis, qui reditus noſtri iter aucuparentur: domus vtraque non ſolùm tramites aggerum publicorum, verùm etiam calles compendiis tortuoſos atque paſtoria diuerticula inſedit, ne quo caſu diſpoſitis officiorum inſidiis elaberemur. Quas incidimus, fateor, ſed minimè inuiti: iuſquciurandum confeſtim præbere compulſi, ne priuſquam ſeptem dies euoluerentur, quidquam de itineris noſtri continuatione meditaremur. Igitur mane cotidiano, partibus ſuper hoſpite prima, & grata contentio, quænam potiſſimum & anterius, edulibus noſtris, culina fumaret, nec ſanè poterat ex æquo diuiſioni lancem ponere viciſſitudo, licèt vni domui mecum, alteri cum meis vinculum foret propinquitatis. Quia Ferreolo præfectorio viro præter neceſſitudinem ſibi debitam, dabat ætas & dignitas primi inuitatoris prærogatiuam, ilicet à delitiis in delitias rapiebamur, vix quodcumque veſtibulum intratum, & ecce huc ſphæriſtarum contraſtantium paria inter rotatiles cataſtropharum gyros duplicabantur, huc inter aleatoriarum vocum competitiones, frequens crepitantium fritillorum teſſerarumque ſtrepitus audiebatur, huc libri affatim in promptu. Videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut Athenei cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum: Sic tamen quod qui inter matronarum cathedras codices erant, ſtylus iis religioſus inueniebatur: qui verò per ſubſellia patrumfamilias, ij cothurno Latiaris eloquij nobilitabantur, licet quæpiam volumina, quorumpiam auctorum ſeruarent in cauſis diſparibus dicendi parilitatem. Nam ſimilis ſcientiæ viri, hinc Auguſtinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius, lectitabantur. Quos inter Adamantius Origenes, Turranio Ruffino interpretatus ſedulò fidei noſtræ lectoribus inſpiciebatur: pariter & pro vt ſingulis cordi diuerſa cenſentes ſermocinabantur: Cur à quibuſdam prothomyſtarum tanquam ſcæuus cauenduſque tractator improbaretur? Quanquam ſic eſſet ad verbum ſententiamque tranſlatus, vt nec Apuleius Phædonem ſic Platonis, neque Tullius Cteſiphontem ſic Demoſthenis in vſum regulamque Romani ſermonis exſcripſerint. Studiis hiſce dum noſtrûm ſinguli quique prout libuerat, occupabantur. Ecce & ab Archimagiro aduentans, qui tempus inſtare curandi corpora moneret, quem quidem nuncium per ſpatia clepſydræ horarum incrementa ſeruantem, probabat competenter ingreſſum, quinta digrediens. Prandebamus breuiter, copioſe, Senatorium ad morem: quo in-

ſitum inſtitutumque multas epulas paucis paropſidibus apponi, quã-uis conuiuium per edulia nunc aſſa, nunc iurulenta variaretur. Inter bibendum narratiunculæ quarum cognitu hilararemur, inſtitueremurque, quia eas bifariam orditas, lætitia peritiaque comitabantur. Quid multa? ſanctè, pulchrè, abundanter accipiebamur. Inde ſurgentes, ſi Voroangi eramus (hoc vni prædio nomen) ad ſarcinas & ad diuerſorium pedem refebamus: Si Pruſiani (ſic fundus alter nuncupatur) Tonantium cum fratribus, lectiſſimos æquæuorum nobilium principes, ſtratis ſuis eiiciebamus, quia nec facilè crebrò cubilium noſtrorum inſtrumenta circunferebantur. Excuſſo torpore meridiano, pauliſper equitabamus, quo faciliùs pectora marcida cibis, cœnatoriæ fami exacueremus, balneas habebat vterque hoſpes in opere, in vſu neuter. Sed cùm vel pauxillulum bibere deſiiſſet aſſeclarum meorum, famulorumque turba compotrix, quorum cerebris hoſpitales crateræ nimiùm immerſæ dominabantur, vicina fonti aut fluuio raptim ſcrobs fodiebatur, in quam fortè cùm cumulus lapidum ambuſtus demitteretur, antro in hæmiſphærij formam corylis flexibilibus intexto, foſſa inardeſcens operiebatur, ſic tamen vt ſuperiectis Cilicum velis, patentia internalla virgarum, lumine excluſo, tenebrarentur, vaporem repulſura ſalientem, qui vndæ feruentis aſpergine flammatis ſilicibus excuditur. Hic nobis trahebantur horæ non abſque ſermonibus ſalſis iocularibuſque, quos inter halitu nebulæ ſtridentis oppletis inuolutisque ſaluberrimus ſudor eliciebatur: Quo, prout libuiſſet, effuſo, coctilibus aquis ingerebamur, harumque fotu cruditatem noſtram tergente reſoluti, aut fontano deinceps frigore, putealique, aut fluuiali copia ſolidabamur. Siquidem domibus medius it Vvardo fluuius, niſi cùm deflua niue paſtus impalluit, flauis ruber glareis, & per alueum perſpicuus, quietus, calculoſuſque, neque ob hoc minus piſcium ferax delicatorum, dicerem & cœnas & quidem vnctiſſimas, niſi terminum noſtræ loquacitati, quem verecundia non adhibet, charta poſuiſſet. Quarum quoque replicatio, fieret amœna narratu, niſi epiſtolæ tergum madidis ſordidare calamis erubeſceremus. Sed quia & ipſi in procinctu ſumus, teque ſub ope Chriſti actutum nobis inuiſere placet, expeditius tibi cœnæ amicorum in mea cœna tuaque commemorabuntur: modò nos quam primum hebdomadis exactæ ſpatia completa votiuæ reſtituant eſuritioni, quia diſruptum ganea ſtomachum nulla ſarcire res melius, quàm parſimonia ſolet. Vale.

NEMAVSVM] Vrbs antiquiſſima Nemauſus, & in coloniam deducta, numiſma vetuſtiſſimum *Col. Nem. Arecomicorum colonia.* Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolomæus Strabo lib. 4. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 5. Galliæ Narbonenſis Itinerar. Antonini, & Notitia Metropoleon, cuius vetuſtatem amphitheatra ſemiruta loquuntur, extat libellus Antiquitatum Nemauſenſium, ad quem lectorem relego.

Ferreolum

Ferreolum & Apollinarem] De Ferreolo viro præfectorio, qui legatus fuit Galliæ Narbonensis contra Aruandum, diximus s̄. epist. 7 lib. 1.

Domicilia vicina] ȷ̄. Carm. vlt.

Prisci Ferreolum parem Siagri.

Paulò post:

Lassum te Vorocingus obtinebit,

Nostrum hic inuenies Apollinarem.

Fundus seu prædium Ferreoli Prusianus, Apollinaris Vorocingus, qui vicini erant atque contermini.

Quibus interiecta gestatio lassat peditem, neque sufficit equitaturo] ȷ̄. Carm. vlt.

Lassum te Vorocingus obtinebit.

Id est, defatigatum te, & de via fessum, quæ inter Prusianum & Vorocingum interfita est, vniusque diei itinere dirempta.

Gestatio] i. spatium vbi solebant gestari. vet. inscrip. GESTATIO CIRCINI EXTERIOR A DIETA APOLLINIS AD DIETA EANDEM, &c.

Colles ædibus superiores exercentur vinitori & oliuitori] Vineta & oliueta coniungunt rei rusticæ auctores, ȷ̄. epist. 20. lib. 5. & epist. 4. lib. 8. *vinetis atque oliuetis.* vbi plura.

Aracynthum & Nysam celebrata poetarum carminibus iuga censeas] Aracynthus mons est in Attica. Vibi. vel potius versus Atticam regionem. Pomp. Sabinus Eglog. 2. Acteus Vergilio, id est, Atticus, interprete Luctatio 4. Thebaidos. Probo tamen & Seruio reclamantibus, ferax oliuis, idcirco sacer Mineruæ. Statius de Diana & Pallade.

Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho.

Et Nysam] *Nysa mons est Indiæ*, Vibius. Martianus Felix lib. 6. & Plin. 8. cap. 13. Sacer Deo Baccho ob vini fertilitatem. Verg. 6. & Lucanus 1.

Bacchumque auertere Nysa.

Non ineptè Sidonius Aracynthum ad oliuas, & Nysam ad vinum accommodauit. ȷ̄ in Burgo.

Nysa valet Bromio.

Quas incidimus fateor, sed minimè inuiti] Quia ex lege hospes inuitus retinendus non erat, de qua hospitalitatis lege Homerus Odyss. 1. & Iulianus August. epist. ad Maximum Philosophum 2. inde prouerbium illud, *scindere penulam.* quo hospitem inuitum retinere notatur M. Tullius ad Atticum lib. 3. epi. 33. *At ego ita egi, vt non scinderem penulam.*

Anterius] ȷ̄. epi. 13. lib. 2. Igitur ille cuius anterius epulæ, mores, pecuniæ fasces, pompæ, literæ, patrimonia, & patrocinia florebant. Idem ep. 14. lib. 4. *Vt veni, occurrit mihi ipse quem noueram anterius corpore erectum.* Idem epist. 11. lib. 9. & in Epithal Polemij & Araneolæ.

Defectum vt Phœbi, nec non Lunæque laborem

Nuntiet anterius. Idem *anterior ætas*, epi. 4. lib. 8.

Edulibus] pro eduliis, vt s̄. episto. vlt. lib. 1. *edulium multa parte finita.* Idem epi. 2. lib. 2. *edulibus terminatis.* Vlpianus lib. 6. de offic. procons. § vltimo. *Sed ad ea quæ edulium excedunt vsum.* Gellius lib. 7. cap. 16. *genera autem nominaque edulium.* Apuleius lib. 1. *edulium caritate deducitis* idem lib. 5. *mirisque illis & beatis edulibus atque tucetis delectat.* Symmachus epi. 50. lib. 6. & epi. 8. lib. 7. Solinus de Hammanientibus, *Lasere viuunt, hoc aluntur, hoc illis edule est.*

Culina fumaret] ȷ̄. epi. 11. lib. 8. in Carm.

Propter fumificas gemam culinas.

Non inlepidè autem culinæ nidorem, & lautitias expressit his verbis, culina fumaret. Seneca epi. 64. *Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret, non hic,*

S

qui erumpere ex lautorum culinis, & terrere vigiles solet. Tertull. Apolog. *Ad fumum cene Serapicæ Sparteoli excitabuntur.* Apuleius Apolog. *Summus helluo & omnis fumi non imperitus.* Marcellinus Comes Indict. IIII. Olybrio solo Cos. *Flammasque coquinarum pro tempore æstuantes, &c.* tempore prandij, vt ipse tradit.

Nec sanè poterat ex æquo lancem ponere vicissitudo] i. æqua lance, cùm apud Ferreolum, tum apud Apollinarem conuiuari, s. ep. 4. *æqua lance*.

Licet vni domui mecum] i. Apollinarium, alteri cum meis, &c. Ferreoli Sidonius esse videtur affinis, j. epi. 12. lib. 7. initio.

Sphæristarum contrastantium paria] i. pila ludentium aduersa fronte compositorum paria, j. epi. 17. lib. 5. *sphæristerium*. s. epist. 2. lib. 2. vbi plura. & *contrastantium* epist. lib. 2.

Inter rotatiles catastropharum gyros] Idem epist. 17. lib. 5. vbi de pilæ lusu, *Nunc per catastropham sæpè pronatus*, rotatiles gyros qui fiebant per circulos. Plinius epist. 6. libri 5. *Apodyterio superpositum sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit*. Petronius. *Nam duo spadones in diuersa parte circuli stabant*. Vide Isidorum lib. 18. ca. 69.

Huc inter aleatoriarum vocum competitiones] Sphæristerium & aleatorium coniungit, vt s. epi. 2. huius libri. quem locum vide, & j. epi. 17. lib. 5. ætate Sidonij nobiliores aleam ludebant, dicemus j. epi. 8. lib. 8.

Frequens crepitantium fritillorum, tesserarumque strepitus audiebatur] Fritillus pixis erat, qua tesseræ iaciebantur, & emittebantur in abacum, siue tabulam aleatoriam, s. ep. 17. lib. 5. & epi. 12. lib. 8. quibus locis plura.

Crepitantium] Tesseræ enim ab aleatoribus in pyrgo mouebantur, priusquam in alueolum mitterentur, atque motæ concrepabant. j. ep. 17. lib. 5. *tesseras ceperat, quatiebatque, quo velut classico ad pyrgum vocabat aleatores.* Idem epi. 12. lib. 8. *Hic tessera frequens eboratis resultatura pyrgorum gradibus expectat.* Iuuenalis:

paruoque eodem mouet arma fritillo.

Ex quibus patet tesseras moueri, ab aleatoribus atque ita in turricula crepitum edere. Seneca in loco Claudij:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo.

j. Narbonæ *Hic talos crepitantibus fritillis.*

Mittebantur siquidem tesseræ ex turricula, vt dixi, in alueolum. Vitruuius in præfat. lib. 5. *Vti sunt etiam tesseræ quas in alueo ludentes iaciunt.* Idem Varro apud Gellium lib. 1. cap. 22. *Alueus* autem, siue *alueolus* Festo, tabula est aleatoria, qui Macrobio lib. 1. cap. 5. *abacus* dicitur.

Grammaticales pluteos] Plutei sunt librorum repositoria, & pulpita, ex tabulis sectilibus. Vetus interpres Iuuenalis Saty. 2. *armarium*, exponit Sidon. Vitruuio lib. 4. cap. 4. *plutei ex intestino opere facti*, id est, *tabulati.* Vlpian. in l. 17. §. 2. de action. empti. Isidori glossæ *Pluteum, arma, sedile Grammatici, vel armarium.* item *sectile, gremium, arma, pluteum*.

Aut Athenaicuneos] Athenæum, auditorium erat, in quo scholastici & declamatores actiones suas recitabant, de quo j. epi. 8. lib. 4. epi. 9. lib. 9. quas consule. Hic antem *Athenei cuneos*, vt j. epist 14. lib. 9. *quoque recitante crepitantis Athenei subsellia cuneata quaterentur.* Cunei enim erant in theatris & auditoriis gradiles & scansiles, ita vt gradus cuneorum primis, secundi deuexiores essent, vt ad omnium aures sine obiectu recitantis vox perueniret. Vitruuius. lib. 5. cap. 6.

Aut armaria extructa bibliopolarum] Illud quod sequitur in libro Basileæ edito, & bibliothecarum glossema est, quod in contextum irrepsit ex mss. rectè Vinetus agnouit genuinam, & hoc glossema reiecit. armaria bibliopolarum, sunt bibliothecæ ex Neruæ sententia. Vlpianus in l. librorum, 52. §. sed si bibliothecam, de lega. 3. Plin. ep. 17. lib. 2. *Parieti eius in bibliotheca speciem armarium insertum est.* Vitruu.

de Archit. lib. 7. in præfat. *Fretus memoria è certis armariis infinita volumina eduxit.* Paulus 3. Sent tit. 7. *Supellectile legata, capsæ, armaria, non solùm librorum.* Idem lib. 3. de supellect. legat. J. ep. vlt. lib. 8. *armariola*, pro capsis quibus opera sua concludebat, posuit, pro loculis librorum. Iuuen. saty. 7.

Oenophorum, tripodes, armaria cistas

Optatus in gestis purgatio. Cæciliani & Felicis: *Posteaquam peruentum est in bibliothecam, inuenta sunt ibi armaria inania.* Sulpit. Seuer. dialog. 2. c. 9. S. Hilarius Arelatensis de vita S. Honorati: *Et sanè tantum in scriptis illius salis, tantum dulcedinis erat, vt non scriniis aut armariis, sed arca pectoris condi mererentur.* Ennodius Ticinensis de armariis Fausti. Vetus interpres Iuuenalis saty. 3. *Hic libros dabit, & forulos, &c. armariam, siue bibliothecam.* Ex hoc autem Sidonij loco disce olim in villis & fundis rusticis bibliothecas extructas fuisse, vt nullum à studiis tempus vacaret. J. ep. 4. lib. 8. de Octauiano Consentij, *Thesauris bibliothecalibus largè refertus.* ad quem locum nonnulla.

Cothurno latiaris eloquij] *cothurnus facundiæ* Apuleio in Apolog. & Martiano Felici lib 8. *Poetarum Rhetorumque cothurnus. cothurnus Gallicanus* D. Hieronym. epist. ad Paulinũ, & ex eo Hincmaro in vita S. Remigij. Symmac. ep. 83. lib. 1. *At illi quos cothurnus altior vehit, &c.* Idem epistola 56. lib. 4. D. Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 10. *Hæc quæ simplicibus verbis sacra scriptura exprimit, magno quodam cothurno Aristoteles & Peripatetici personant.* Sulpicius Seuerus dialog. 1. cap. vltimo: *Audietis me tamen vt gurdonicum hominem, nihil cum fuco, aut cothurno loquentem.* D. Augustin. *cothurno tanquam doctrinæ sublimioris elati*, lib. 5. cap. 7. Confession. *Esse pro facundia silentium, abiectionem nobis diligi pro cothurno.* Ennod. Mascatori: cothurnus positus pro sublimi & claro dicendi genere. vnde *cothurnatus Maro* Martiali. D. Hieronym. epist. 26. ad Pammachium, *non cothurnatam affectas eloquentiam.* Macrob. libr. 7. ca. 5. *cothurnatus sermo tropis cothurnati.* Fortunat. epi. ad Gregorium Turon. *cothurnata relationes*, Ennodio in Paneg. Et hæc quo ad dicendi genus. Cothurnus etiam ad alias res translatus est. *cothurnus imperatoriæ auctoritatis.* Ammiano Marcellino lib. 21. Cassiodoro lib. 1. ep. 4. *cothurnus magnæ potestatis: cothurnus præsumptionis.* Constantio de S. Germano lib. 2. cap. 10. *cothurnus vanæ gloriæ.* Gregor. Turonen. lib. 4. cap. 6. & cap. 11. *cothurnus vanitatis* lib. 10. cap 5. De vita Patrum, de S. Nicetio Treuerensi, *non cothurno iactantiæ tumescebat.* eidem *cothurnus* absolutè pro fastu & gloriæ inanis cothurno, lib. 10. cap. 15. & *cothurnosus taurus*, id est, superbus, de miraculis lib. 2. cap. 31. Idem de vita Patrum cap. 1. *duodecim viri cothurnosi.* eodem lib. de S. Abbate Senoch. *Et ob hæc cothurnosæ iactantiæ inflati supercilio.* post. *nam egressus de cellula iactantia cothurnosa.* Fortunat. lib. 4. de S. Mart.

Irrationalis tumido gliscente cothurno.

Nam similis doctrinæ viri hinc Augustinus, hinc Varro] Varroni similis, & simius Augustinus, cuius fragmenta operibus suis sparsim inseruit D. Augustin. & acumine ingenij Varronem, si non superat, æquat, atque etiam scriptorum numerositate par, sed argumento dispari. Claudian. Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 10. *Aurelius Augustinus & acumine ingenij & rerum multitudine, & operis mole veluti quidam Chrysippus argumentandi virtute, aut Zenon sensuum subtilitate, aut Varro noster voluminum magnitudine, &c.* Et Origenes Hieronymi iudicio: *Iuxta Mar. Varronem doctissimus* in epist. ad Paulum.

Hinc Horatius, hinc Prudentius] Ambo Lyrici poetæ & eodem metri genere luserunt, Prosper in Chron. *Prudentius Lyricus poeta noster, Hispanus genere illustri, ingenij sui robur exercet.*

Adamantius Origenes] Origenem Adamantium dictum esse testatur Nicephorus lib. 17. cap. 27. & 28. Ruffinus in D. Hieronymum: *Et istum quem modò chalcenterum tuum vocas, & pro merito laudabilis laboris ait Adamantium nominatum.* vide Suidam.

Eadem de causa Didymus *Calchenterus* propter librorum multitudinem D. Hiero. ep. ad Marcellam, quam inuitat ad rus Bethlehemiticum, init. & *Hesichastes Ferratus* dictus est. Balsamo. can. Apostolo. 51.

Turranio Ruffino interpretatus] Origenem rectè ex Graeco in latinum transtulit Turranius Ruffinus. Gennadius de vir. inlust. c. 17. & Honorius cap. eod. vbi multa honorificè de Ruffino, & Cassiodor. de diuinis lectio. c. 8. *Qui translator Graecae facundiae, latinisque floribus ornatus dicitur.* Victor Vticensi l. 3. de persec. Vvandal. Cassia. l. 7. de Incarnat. c. 27. *Ruffinus quoque Christianae philosophiae vir, haud contemnenda Ecclesiasticorum doctorum portio, &c.* Aldhelmus de laudib. virgin. c. 13. *Ruffinus mira verborum vrbanitate praeditus, &c.*

Cur à quibusdam prothomystarum] Mystae sunt sacerdotes, 7. Carm. 9. *Aram ad thuricremam rotare mystas*, vnde prothomystae, i. praecipui sacerdotes, 7. ep. 17. lib. 4. *Incliti Galliarum patres & Prothomystae*, qui reprobarent sunt Prothomystae illi, Theophilus, Epiphanius, Faustinus, D. Hieronymus in ep. ad Theophilum, & Epiphan. ad Hieronymum epistola, qui Origenis libros tanquam haereticos condemnarunt & eos anathemate perculerunt, synodo Alexandriae habita, qui Origenis opera probarent, Epiphanius in epist. ad Hieronymum: *Origenis propriè & Apollinaris discipulis aduersaris: quorum venenatas radices, & in altum defixam impietatem, omnipotens Deus protraxit in medium, vt in Alexandria prodita, in toto orbe arescerent.* De hac synodo praeter Socratem lib. 6. cap. 7. & cap. 10. Sozomenum lib. 8. cap. 11. 12. 13. & 14. Nicephorum lib. 13. c. 10. & cap. 12. omnium elegantissimè Sulpicius Seuer. Dialog. 1. c. 3. Vincentius Lyri. Commonitorio 1. c. 23. & Prosp. in Chron. *Contentio ex doctrina Origenis synodum apud Alexandriā mouit, cuius extitit sententia, vt extra Ecclesiā fieret, quicunque supradicti viri opera probauisset.* Nec abs re Sidon. ait, *Turranio Ruffino interpretatus.* multi enim Origenis errores in interpretem contorquebant, D. Hieron. in epi. 75. ad Tranquillinū. Sulpic. Seuer. dialo. 1. c. 3. & Vincent Lyrinen. c. 23. & Gennad. c. 17. qui Ruffinum non rationibus, sed factionibus condemnatum fuisse dicit quędam enim eius opuscula ex Hieron. sententia repudiauit Gelasius PP. in decretis, distinct. 15. can. sancta Romana, non omnia, & eorum secutus est sententiā Sidon. qui Origenē cū delectu legendum esse censuerunt nec ex asse damnādū esse pronunciarunt, licèt in quibusdā partibus meritò reprehendatur D. Hiero. ep. ad Aquilinum, & D. August. ep. 9. quae sententia iure iustitiaque obtinuit, quando factiosa illa quorumdam episcoporum vis desaeuiit.

Interpretatus] Passiuè Suet. in Nero. c. 13. *Commune verbū quod reciproca significatione dicitur.* Gellius l. 15. cap. 13.

Tanquam scaeuus] Sic mss. rectè, i. sinister & improbus, & ita mss. notae melioris Claromontensis & S. Albini Iuliomagensis interpretātur: *Scaeuus* (inquiūt) *dicitur sinister atque peruersus, est enim pessimi & crudelis animi*, ex Isido. l. 10, Plauto, in ea significatione saepè D. Ambros. l. 3. de fide, *quod solent Arriani scaeua interpretatione componere.* Idem de fide Orthodoxa contra Arrianos, *Quomodo illud ad aliam intelligentiam scaeuo sensu peruerterent*, tropicè ab auguriis quae scaeua dicuntur. Varro de ling. Latin. & Donatus in Obnuntiare, & Festus & Nonius in Obscoenauir, *scaeuum dogma*, l. 19. de haeretic. C. Theod. *scaeuitas*. l. 17. C. eod de poenis. Apuleius l. 3.

Cauendusque tractator] Tractator, i. doctor. Sulp. Seuer. dialo. 1. c. 3. *quia congregati in vnum saepius sacerdotes frequentibus synodis decreuisse videbātur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet, qui tractator sacrarum scripturarum peritissimus habebatur.* D. Cyprian. in prolog de cardinalib. operib. *sublimes materia sublimium ingeniorum exigūt tractatores.* ibid aliàs, D. Hiero. in Apolo ad Domnionem, *Didymum scientia scripturarū, omnesque sui temporis vincat tractatores.* idem ad Pammach. *Nō sum tantae felicitatis, quantae plerique huius temporis tractatores.* Idem Minerio & Alexādro, *Vt & me liberè quaestione, & vobis veterū tractatorū mittatur auctoritas.* D. August. de doctrina Christiana: *Debet diuinarū*

scripturarum tractator & doctor, defensor rectæ fidei ac debellator errorum, & *bona docere, & mala dedocere,* Vincentius Lyrinensis Commom.1. *O Timothee, ô sacerdos, ô tractator, ô doctor,* tractatorem dixi esse doctorem, Vincentius Lyri. *ait in prima ad Corynthios Apostolus & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, quorum ipse vnus erat, secundò Prophetas, qualem in actibus Apostolorum legimus Agapum: tertiò doctores, qui tractatores nunc appellantur, &c.* Petrus Chysologus Sermone 91. *vacat humanus sermo, silet prædicatio tractatoris, quando angelico præconio Ioannis profertur gloria,* Nicolaus Papa distinct. 19. can. 1. *Si Romanorum cæterorum opuscula tractatorum adprobantur, vel reprobantur,* Claudianus Mamercus, de statu animæ, l. 1. c. 2. *plurimos tractatores sua propriis voluminibus nomina prænotasse,* c. 3. *non tractatorem profitetur se iste, sed vatem.* ibid. *nequaquam condecet, vel præsenti vaticinium tempori, vel prophetica locutio tractatori,* lib. 2. c. 10. D. *Hieronymus potissimus tractatorum.* ibidem in fine. *vt sicut à philosophis ad tractatores, à tractatoribus, ad authenticos gradum consequar.* idem epist. altera ad Sidonium. in fine libri 3. *sicut quidam nobilissimus tractator, &c.*

Apuleius Phædonem.] Platonis Phœdonem in Latinum transtulit Apuleius: & Apuleius in Phœdone, citatur à Prisciano. lib. 10.

Neque Tullius Ctesiphontem] id est orationem pro Ctesiphonte. I. Car. 23.

Causam seu Ctesiphontis affectaret.

de qua translatione. D. Hieroni. ad Pammachium, epist. 101. *habeoque huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, & Oeconomicon Xenophontis, & Aeschinis ac Demosthenis duas contrà se orationes pulcherrimas transtulit.* Idem epist. 135. Sunniæ & Fretellæ, *quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, &c.* penes init. & epist. ad Desiderium 104. in Prologo Pentateuchi. *nisi fortè putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Pythagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte. afflatus diuino spiritu transtulisse,* vbi mendosè Pythagoram, pro Protagoram, legitur, Ammi. Marcell. lib. 30. *Suaue quoddam principium dicendi capitur, Cluentiane, vel pro Ctesiphonte, orationum æmula ornamenta promittens.*

Ecce & ab archimagiro aduentans.] Iuuenal. Sat. 9.

archimagiri

Carptores, vetus interpres, *insertores, qui inlata carpunt.*

Curandi corpora] curandi, id est cibo potuque reficiendi. Lucretius, l. 2. *Non magnis opibus iucundè corpora curant.* Vergil. 4. Georg.

tum pecta petunt, tum corpora curant

Idem 3. Aeneidos *passimque in littore sicco*

Corpora curamus,

Idem 8. *fessique & equos, & corpora curant.*

Petronius in Satyr. *curaui diligentius noxiosissimum corpus.* Liuius 3. init. *tum quidam corpora somno ciboque curant.* Idem 4. *præcipitique iam die curare corpora milites iubet.* Vegetius l. 3. c. 11. *cibo curatos milites,* l. 4. cap. 27. *aut ad curanda corpora dispergantur:* *curandi corporis,* Caius in l. 44. de verb. signific. pro medicandi, nam *curatio medicina est,* Donatus. Andria & Eunucho.

moneret.] Sic mss. rectè Plautus in Bœotia, *vbi iste monebat esse,* & Seneca, de breuit. vitæ, c. 12. *quando cœnare* (debeant) *alius admonet.* Auson. in ephem. *Monendus est iam Sosius.* Ammi. Marcell. lib. 23. in fine *eoque* (ventre) *monente quod inciderit editur.*

Per spatia clepsidrarum] antiquitus rebus agendis legem solaria dicebant, Artemidorus, lib. 3. c. 67. initio, ita vt ad horas viuerent, & ad certum dimensumque tempus, Plautini parasiti iocus Plautinissimus, in Bœtia Comedia, quod horologia ventri suo famem indixerint, quæritur apud Gellium, l. 3. c. 3.

Nunc etiam quod est, non estur, nisi Soli libet, &c. Seneca de breuitate vitæ, cap. 12. *nec illos quidem inter ociosos numeraueris, qui sella se & lectica huc & illuc ferunt, & adge-*

stationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt, quos quandò lauari debeant, quando natare, quandò cœnare alius admonet, & vsque eo nimio delicati animi languore, soluuntur, vt per se scire non possint an esuriant. Reges Persarum ad horas, reliqui ad libitum viuunt, Ammi. Marcell. l. 23. in fine. *Nec apud eos extrà regales mensas, hora est præstituta prandendi, sed venter vnicuique velut solarium est, eoque monente, quod inciderit editur*, quod vitæ genus, scilicet ad solarium viuendi laudat Theodoricus apud Cassiodorum, l. 1. epi. vlt. *distinguat spatia dies actibus suis, horarum aptissimè momenta constituat, ordò vita confusus agitur, si talis discretio sub veritate nescitur, belluarum quippe ritus est, ex ventris esurie horas sentire, & non habere certum, quod constat humanis vsibus attributum*, hunc veterum morem eleganter expressit Sidonius epist. 13. l. 2. de Petronio Maximo. *cuius ipsa denique spatia vitæ custodiebantur, vt per horarum dispositas clepsydras explicarentur.*

Probabat competenter ingressum, quinta digrediens.] Sic ex mss. dispungendum est, quinta digrediens, extrà notam scilicet, & vergens ad sextam horam, qua veteres prandere solebant, vel post quartam, infrà dicetur epist. 8. lib. 4. Varro apud Nonium. in *Obba*. Festus in *Merenda*, & Isidor. l. 20. c. 2. vnde, &, *meridiare*.

Prandebamus breuiter, copiosè senatorium ad morem] ne quis de hac lectione ambigat, ea genuina est, & omnium quot legerim librorum auctoritate comprobata, hunc locum obiter consignauit, P. Faber Semestrium. *1*. cap. *6*. sub finem, falso tamen tanti viri iudicio, atque Lodoici conlegæ mei, qui cœnatorium ad morem legendum esse coniicit, hunc locum sic exponit Sidonius. *breuiter, quia pauca parapsides, copiosè, quia multæ epulæ.*

Quo institutum institutúmque multas epulas paucis parapsidibus apponi.] prandere ergò senatorium ad morem, est multas epulas paucis parapsidibus apponere, interprete Sidonio, *Cum Senatores epulandi publicè ius haberent.* Sueton. in Augusto. cap. 35. plura Faber vbi suprà, ne in lautitiis modum excederent, luxuriosis epulis inimicæ leges sanxerunt, *ne argenti in conuiuio plus pondo quàm libr. C. inferrent. ex Senatus decreto C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. facto*, de quo Atteius Capito in Collectaneis, & censoria notabantur, qui quinque pondo argenti possiderent in supellectile. Plinius lib. 33. c. 11. Tertull. lib. de Pallio. c. 4. & in Apologet. c. 6. & Saluian. Massil. lib. 1. de Prouidentia, sicque ex tam paruo argenti pondere, paucæ lances argenteæ cudebantur, quibus inferrentur obsonia, nam argẽteas fuisse lances, quæ mensis apponebantur, cum publicè Senatores epulabantur, citrà dubitationem est, vel ex superiore. S.C. & ex eo quod Fabius censor, *Ruffinum Senatu mouit, quod decem pondo argenti factitaret.* Valerius, l. 2. c. 4. Gellius l. 4. c. 8. vet. interp. Iuuen. Saty. 9. in fine, qui addit, *non licebat Senatorem plus habere.* Tertull. in Apolog. c. 6. *& in lances, parum est enim si senatorum, argentariis metalla producta.* in quibus lancibus argenteis, eisque largioribus, diuersi generis edulia struebantur, vt doctè Vvovveren præter ea quæ notauit, vide Tertull. de pallio, in fine. Pollionem in Tiro, Vopiscũ in Probo. Varro, l. 4. *vasa immensa escaria, vbi pultem aut iurulenti quid, ponebant.*

Parapsidibus.] Parapsides sunt lances, siue disci, hoc loco. Iuuenal. Satyr. *multaque parapside cœnet*, vasa quibus prandia ferebantur, quæ Festo, *Aristophora*, lib. 1. *paropsidem*, interpretatur *catinum* D. Marcus, cap. 14. & Eucherius. ad Salonium. *paropsis acetabulum maius, aliqui & catinum ita appellari putant*, & ita Glossæ vett. *paropsis acetabulum maius, & suffusorium*: argenteas fuisse parapsides patet ex l. 19. §. 3. de auro & arg leg.

Quamuis conuiuium per edulia nunc iurulenta, nunc assa varietur] id est duobus ferculis instructum sit conuiuium, vnum iurulentarum carnium, alterum assarum. Cato apud Seruium in fine, lib. 1. Aeneidos *& matrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui*, cœnam ternis ferculis struebat Augustus. Sueton cap. 74. *tribusque solemnibus ferculis Imperatoriam mensam statuit esse contentam*, Portunianus. Salisberiẽsis Policrat.

lib. 8. c. 7. *reliquorum duobus*, fercula, sunt missus, Fulgentius de prisco sermone, *ferculum, missus carnium*, Capitolinus in Pertinace, vnde vulgò mez, dicimus. s. c. 2. l. 1.

Iurulenta] iure condita, Varro. lib. 4. *vasa in mensa escaria, vbi pultem aut iurulenti quid ponebant.* Celsus, *tum res eadem magis alit, iurulenta quam assa, assa magis quàm frixa*, idem lib. 1. cap. 6. *non vti cibis variis, minimeque iurulentis*, idem lib. 2. c. 25. 26. 27. 28. 29. & aliàs sæpè, Apuleius, l. 2. *ad pascua iurulenta*, sic Lipsius, idem 4. *hordeum diutina refectione iurulentum*, sic emendati iudicij vir Casellius Durantius conterraneus noster emendat. Variarum, 1. c. 11. idem in Apolog. de Ennio. *ostendit qualiter assus, aut iussulentus optimè sapiat.*

Inter bibendum narratiunculæ.] Olim lætas & eruditas inter pocula narratiunculas à conuiuis & epulonibus spargi solitas notaui, epist. vlt. lib. 1. quibus adde epist. 13. l. 9. *præter hoc poscis vt Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam quibus inter bibendum pronunciandis exercearе transmittam.*

Abundanter accipiebamur] abest à mss. *fortiter*, quod inditium est, eduliis opiparè exceptum se fuisse testatur, & abundanter, *multis enim epulis mensa struebatur*, vt ait s. more Gallorum, qui mensas edulibus onerant, & tunc temporis onerabanr, *abundantiam Gallicanam*, laudat in Theodorici Regis Gothorum epulo. lib. 1. epi. 2. quam vide.

Accipiebamur] id est pascebamur Accius. *rectè perfectis sacris vult accipi.* Plautus. *ità in prandio nos lepidè ac nitidè accepisti*, posteà *cum tam benè nos accipias.* Terentius Eunucho, *accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius*: in id consentiunt omnes Grammatici accipere, poni pro pascere, sæpe apud Marcum Tullium & alios authores. Horat lib. 2. Serm. Satyr. 8. *Ten' vt ego accipiar lautè.* Acron. *pascar*, vt. *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Seruius. *Hospes tam qui accipit, quàm qui accipitur*, hospites autem splendidè & delitiosè accipiebantur, cum apud Græcos Vitruui. l 6. cap. 10. tum apud Latinos Gellius lib. 5. c. 13. & Donat. lib. 1. Aeneid. præcipuè apud Gallos, qui præter cæteros hospitales fuere, Salui. Massil. lib. 6. *Galli hospitales* Carolus Magnus lib. 1. cap. 70. & cap. 45. lib. 4. Nicolaus Damascenus. lib. 4. de moribus gentium, & Concilij Aruernensis, c. 168. vt refert Burchardus in decreto, & vetus codex quinque librorum partialium, lib. 2. c. 103.

Si Voroangieramus.] Sic mss. & vett. qui *Vorocingus* dicitur Car. vlt. consentientibus mss. eratque villa Apollinarium Sidon.

> *Lassum te Vorocingus obtinebit,*
> *Nostrum hîc inuenies Apollinarem.*

Si Prusiani sic fundus, alter nominabatur, Tonantium, &c.] Ferreoli prædium, non longo itineris interuallo separatum à Vorocingo, in collis apice situm, & Rutenis proximum, Sidonius in propemptico.

> *Ibis Treuidon & calumniosis*
> *Vicinum nimis heu iugum Rutenis,*

Sic mss. rectè, pro eo quod vulgò mendosè legitur Rugum. sequētia manifestè declarant fundum esse Prusianum. *Hic docti inuenies patrem Tonanti, &c.*

Cubilium nostrorum instrumenta circumferebantur.] Tonantij principes lectissimi, lectis suis cedere nobis cogebantur, quia non semper cubilium instrumēta circumferebantur, cubilium instrumenta, Seneca. de vita Beata, c. 25. *pone me in instrumentis splendentibus*, & c. eidem, *instrumenta epularum.* lib. 3. de ira. c. 20. *instrumentum regium*, Suetonio. in August. c. 71. *instrumentum triumphorum*, Suetoni. cap. 84. Seneca de Consolat. ad Marciam. *collatitiis & ad dominos redituris instrumentis scena adornatur, instrumentum scenarum*, Festo in *Choragium instrumentum regij cultus*, Aur. Victori. in M. Antonino, *instrumenta itineris*, Quintil. declam. 359. *viæ instrumenta.* Symmacho. epist. 17. l. 2. *aulæ instrumenta*, Gregor. Turo. lib. 1. c. 9. plura si desideres consule tit. de fundo instr. vel inst. legato. & Paulum. 3. Sentent. tit. 7. de legatis.

Placeat carmen necne, tu propera, ciuitatémque festinus inuise. Debes enim consolationis officium duorum ciuium domibus afflictis. Quod ita soluas Deum quæso, ne vnquam tibi redhibeatur.

Mæstissimus hac tibi nuntio] Plinium imitatus est, epi. 16. l. 5. *Tristissimus hæc tibi scribo, &c.* quæ Sidonius effinxisse videtur, suo more, id est aliis verbis, sed eadem sententia.

Non absque iustitio] id est non absque luctu publico, *iustitium, est luctus publicus.* Fulgentius de prisco ser. quando populo per præconem indicebatur, vt ab opere cessarent virum vel fœminam inlustrem lugerent, Fonteius apud Fulgentium, & Apuleius lib. 4. M. Tull. de Arusp. resp. & Philip. 5. & 6. initio, iurisque dicundi cessatio, iustitium dicebatur: allusit non illepidè, Cassiodorus epi. 3. l. 2. *iacebat nobilis origo sub Gallicano iustitio.* Am. Marcell. lib. 29. de Heliodori morte. Idem l. 19. init. *indicto iustitio iuuenis nobilitate commendabilis, &c.* Gregorius Turon. lib. 6. c. 30. *igitur celebrato iustitio*

Morigera coniunx, domina clemens] dicto audiens & suo marito obediens debet esse vxor ex doctrina Apostoli, 1. ad Corinthios, c. 14. & ex lege Dei, Geneseos. c. 3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, 33. quæst. 5. can. est ordo & can. manifestū. sponsas idcirco flammeo nubi tradit Isidorus, l. 2. c. 19. de off. Eccles. vt se nouerint semper maritis suis subditas esse & humiles, hæc ille.

Domina clemens.] id est materfamilias in seruos & familiares non aspera & improba. ʃ. e. 14. l. 7. *Summa clementia in famulos, tibi esse perhibetur.*

Infortunatam fœcunditatem.] Tacit. de Agripina, l. 2. Annal. sub finem. *& infelici fœcunditate, fortunæ toties obnoxia.*

Qui paruuli si matre superstite] & c. quia paruuli & infantes magis materno, quam paterno indigent auxilio, l. nec filiū C. de pat. potest. & c. 1. extrà de conuers. infide. in Sidonij sensum accōmoda est, lex. 1. legis Visigothorū l. 4. tit. 3. *ob hoc licet hactenus, à patre tantum relicti paruuli filij, pupilli nuncupentur, tamen quia nō minorem curam erga filiorū vtilitatē matrem constat frequenter impendere, ideò ab vtroque parente, hoc est patre vel matre infra.* 25. *annos, filios post mortem relictos, pupillos per hanc legem decernimus nuncupandos*: quia matres officia patrum reddere possunt, neque verò patres matrū. Emporius, *vt illum cum esset puer relictus à mortuo patre, dicamus cum matre vixisse, quæ in eo hoc diligentior ac seuerior fuerit, quod in illa sola manserit etiam patris officium.*

Virum cælibatu, patrem orbitate confodit] cœlibatus hoc loco, viduuium est, vt & ʃ. epi. 9 l. 4. *filiam vnicam paruam, post obitum vxoris relictam, solatio cælibatus alit.* rectè autem, confodit, vt ʃ. e. 2. l. 6. *plagas recentes, & viduuij vulnus.* Cœlibatus eadem significatione Suetonio, in Claudio. c. 25. & Galba. c. 5.

Orbitate] *Orbitas, amissio filiorum,* Isido. in Gloss. *onus orbitatis.* Iul. Firmi. l. 4. c. 3. 4. 5. 6.

Si quid haud incassum honor cadaueribus impenditur] Vergil.

vano mæsti comitamur honore

Horat. Ode vlt. l. 2. *ac sepulchri*

Mitte superuacuos honores

Superuacuè enim honorari mortuos multi dixerunt, Acron, *& nullum illis post mortem sensum reliquum esse existimabant*, quidam verò dubitabant, vnde hæc formula, *Si quis haud incassum &c.* Seneca de breui. vitæ, c. 18, *si quis inferis sensus est*, Seneca Trag. initio Octauiæ.

Si quis remanet sensus in vmbris

Anson. de Dynamio professore *sensus si manibus vllus.*

idem de Victorino. *Peruenit ad manes si pia cura tuos.*

vetus inscriptio retrò S. Syluestrum in Quirinali.

Suscipe nunc coniunx, si quis post funera sensus,

Debita sacratis manibus officia.

dubitasse Sidonium nefas dicere, qui & Claudiano Mamerco, & Apollinari auo suo præfect. præt. iusta persoluit, hoc etenim fidei nostræ aduersatur, Prudentius in hymno defunctorum, & Nouella Theodosij & Valentiniani, de sepulchris, quæ in id singularis est.

Non Vespilonum] Vespilones, sunt baiuli, & funerum elatores Gloss. νεκροθάπτης, *vespillo.* Iulio Firmico frequens verbum, & probatis authoribus. 5. epist. vlt. lib. 1. *vespilonibus tetriores,* illi autem eos efferebant, qui funebri pompa propter inopiam efferri nequibant. Festus lib. 20. altercatio Adriani. A. & Epicteti.

Sandapilariorumque] Sandapilarij non sunt fabri sandapilarum, sed sandapilæ baiuli, vt à cathedris cathedrarij, à lecticis lecticarij, ita & sandapilarij, qui sandapilis, id est feretris, & capulis cadauera portant. Martial. l. 2. epig. 81. & 5. in Eucharist. ad Faustum. *Lecto, sandapila.*

nonnisi verò tenuiorum, & quorum memoria damnabatur à vespilonibus & sandapilariis efferebantur cadauera. Fulgentius. *Sandapilam antiqui dici voluerunt, feretrum mortuorum, id est loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum atque damnatorum cadauera portabantur.* Sueton. in Domitia. c. 17. *cadauer eius populari Sandapila per vespilones exportatum*, adducunt *cum ingenti dedecore, ignobiliter & ignominiosissimè*, Orosius, l. 7. capite o. Eutropius, & antè eos Eusebius in Chronico. Thasius de morte Polyeratis Samiorum regis. *postea quam de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est.* Ammi. Marcell. de Heliodoro, *funus eius per vespilones elatum.* l. 29.

Ministeria ominosa tumulauere] non vespilones, qui inhonestam mortem ominantur, Filimachiæ cadauer exportarunt, vt tumularent, id est sepelirent, ferendi autem funeris ministerium luctuosum est, & ferale.

Triste ministerium. Vergil. 6. 5. epi. 12. l. 3.

Sedulius 4. *Et inani funere passum*

Triste ministerium. Imitatione Vergilij.

Sed cum libitinam ipsam flentes omnes externi.] Qui nulla erant adfinitate aut necessitudine coniuncti, in Filimachiæ obsequio dolebant, adeò vt feretrum prensitarēt & exoscularentur, & olim extrarios adhibere funeri ducendo mos erat, Donat. lib. 6. Æneid. præter consanguineos & parentes quos ad hæc suprema pietatis officiū inuitabat, idem de Paula D. Hiero. ad Eustochium.

Libitinam.] Libitina, feretrum est & sarcophagus vnde libitinarij Senecæ lib. 6. de Benef. c. 38. Vlpiano l. 5. § . 1. de instit. action. Glossæ vett. ἐνταφιαστής, *Libitinarius.* *Et* νεκροθάπτης, Vispillo, *Libitinarius, Libitinas*, iniuriosè 1. Florid. pro libitinarius, dettactatores vocat Apul. libitina autē est lectulus, in quo mortui efferebantur, Aeron. Ode vlt. l. 3. *infaustam bustuarij libitinam vocat.* Amm. Marcell. lib. 29. vt Sidonius ominosa ministeria, vespilonum & sandapilariorum: libitinas autem coronari solitas, refert Plinius lib. 37. c. 3 & Tertull. de Corona mil. in fine, Minutius Felix in Octauio, *vt hoc iudicio agonem se vitæ, transegisse testarentur,* Epictetus in altercat. Adriani.

Propinquorum sacerdotumque manibus excepta] honoris ergo, & amoris publici, quidā non contenti sunt vulgari more funus prosequi, sed propenso in diem functam amore, propriis humeris effere dignati sunt, Plin. lib. 18. c. 3 *Trebius supremo die populi humeris in rogum portatus est*, notandum quod ait Sidonius sacerdotum manibus elatam esse Filimachiam, non copiatarum, D. Hiero. ad Eustochium, de Epitaphio Paulæ, *translataque Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subijcientibus, supremum sepulturæ honorem manibus proprijs detulit Eutychianus. PP.* Pontificale cap. 18. & Beda in Martyrolog. vij. Eidus Octobris, nec non Ioannes & Crispus Sacerdotes, qui

multa corpora Christianorum in persecutione Diocletiani officiosissimè sepelierunt. Beda & Vsuard. xv. Kal. sept. ꝫ. Car. 16. neque tantum à sacerdotibus vitæ emendatioris hominum cadauera exportabantur, sed etiam aliis psallentibus. D. Hiero. vbi suprà *cum alij Pontifices lampadas cereosque praeferrent, alij choros psallentium ducerent*, idem in Paulo sub finem, *hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans.* Victor Vticensis lib. 1. *quis verò sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum praeciperet nostrorum corpora defunctorum, sine solemnitate hymnorum, cum silentio ad sepulturam produci* idem. lib. 2. *Qui nos solem nibus orationibus sepulturi sunt morientes?* Vbi de Deodato PP. & sacerdotibus, idem de passione Martyrum. *gaudens autem qua aderat multitudo, corpora sanctorum martyrum diligentiꝰ tradidit sepulturæ, praeunte clero venerabili Carthaginensis Ecclesiæ*, Corippus, l. 3.

Hinc leuitarum venerabilis ordo canentum,

Virgineus tonat inde chorus, vox æthera pulsat.

Iulianus Patricius Nouella. 53. c. 195. & grauis auctor longè ante eos Tertullianus, lib. de anima. *cum in pace dormisset, & morante adhuc sepultura, interim oratione Presbyteri componeretur, &c.* ex quibus certum est, ministerio sacerdotum defunctorũ corpora cum psallentio sepelire morem fuisse, Gregor. in Iulianum, & Balsam. Synodi Carth. c. 106. & Petrus venerab. lib. 1. ꝫ c. 17. l. 7.

Propinquorumque] propinqui etiam certatim cum sacerdotibus feretro manus admouebant, quorum maximè erat curare funus, & cadauer efferre, Horat. Satyr. 4. lib. 2. *Ex testamento sic est elata, cadauer*

Vnctum oleo largo nudis humeris tulit hæres.

Et Metellus Macedonicus filios suos monuit, vt funebri eius lecto humeros subiicerent, ex quibus locis liquet proximiores humeris cadauera exportasse, nec hic mos exoleuerat ætate Sidonij Rex enim Theodoricus. S. Theodorici presbyteri corpus propriis humeris ad sepulchrum euexit Vsuar. Kal. Iulij, & Surius proximioribus autem incumbebat hocce pietatis officium.

Perpetuus sedibus] perpetuas sedes, non eorum more dixit Sidonius, qui resurrectionis ignari corpora defunctorum in æternum tumulo concludi credebant, ita vt nulla spes resurgendi reliqua esset, Epitaphium Petronij Antigenidis

Hæc domus æterna est, hic sum situs, hic ero semper.

Seneca. Octauiæ. Actu. 4. *inferum sedes, toros*

Stabiles futuros spondet æterna domus.

Item Amaranthus Iuliæ Procillæ

Sit tibi perpetuo terra leuis tumulo.

Et Gracilis maritus Probinæ coniugi

Perpetuas sine fine domos, mors incolit atra,

Aeternosque leuis possidet vmbra lares.

Quintil. declamat. 299. *æterna quiete conditi* passim in veterum inscriptionibus, non inquam tam grauiter lapsus est Sidonius, vir probus & Catholicus, & in numerum Diuorum iure & iustitia relatus: verùm perpetuas sedes posuit, pro patrio sepulchro, & incommutabili, non temporario, sed perpetuo, & ita Paulus. I. C. in l. 40. de relig. & sump. funer. *æterna sede dare destinauerit*, & Diocletianus & Maximianus. A A. in lib. 10. C. eod. tit. *finedum perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit.* Paulus 1. sentent. tit. 23. *corpus iam perpetuæ sepulturæ traditum.* §. 1. & §. 4. l. 3. §. non perpetuæ. C. de sepul. violat. vet. inscriptio, *hanc æternam sedem sibi posuit*, vt apprimè teneas quæ sint æterna domus, perpetuæ sedes, & perpetua sepultura, iterũ insigo perpetuas sedes, & perpetuam sepulturam, sepulchrum esse, ex quo cadauer in alium locum transferri non potest, nisi iustis de causis, cõsultoque Pontifice, Plini. c. 71. & 72. lib. 10. l. 6. C. Th. de sepul. viol. & Glossa in l. 40. de relig. & sump. fun. de qua eleganter Ausonius de Professoribus Burdigalensibus in fine.

Sedem sepulchris seruet immotus cinis,
Memoria viuat nominum.

Reliquũ est vt inquirã, cur sedes perpetuæ dicãtur. Perpetuæ dicũtur ad differentiã tẽporariarum, quando ad tempus alicui loco cadauera commendabantur, & ita Paul. distinguit 1. sent. tit. 23. §. 4. donec iustæ & perpetuæ sepulturæ traderentur. Vlpianus in l. & si quis. §. impensa. de religio. & sum. fun. & Paulus l. si quis enim. eodem tit. Exemplum elegans extat in libello, qui Seuero principi oblatus est, his verbis: *Cùm ante hos dies coniugem & filium amiserim, & pressus necessitate corpora eorum fictili sarcophago commendauerim, donicum is locus quem emeram ædificaretur, via Flaminia inter miliare secundum, & tertium, euntibus ab vrbe parte læua, custodia monumenti Flauij, tumulus ante solum Cælij Orcilij: rogo domine permittas mihi in eodem loco in marmoreo sarcophago, quem mihi modò comparaui ea corpora colligere, vt quando & ego esse desiero, pariter cum his ponar* (decretum) *sepulchrum fieri placet Iubentius Celsus promagister subscripsi III. Nonas Nouembris Antio Pollione & Opimio Coss. ordinariis Seuero & Sabino Coss.* commendati cadaueris, & temporarii sepulchri non contemnendum exemplum, perpetui & immutabilis si desideres ad manum est, quod cum hoc certet elegantia. Epitaphium AN. CRESTINAE.

NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA NEQVE AB ANTE ALIAM PONAT AVT COMMVTET.

Verùm vt eius animum expleam, qui paganos tantum & resurrectionis ignaros perseueranter asseuerat, perpetuas sedes, & æternam sepulturam enuntiasse, non Christianos, volo sciat legem tertiam, Cod. de sepult. violat. à Christianis Impp. latam esse, & Paulinum in epist. ad Pammachium, agrum quem Abraham humandæ Sarræ comparauit, *non temporalem, sed æternam possessionem*, hæc sunt eius verba dixisse. Et vt nullus restet dubitandi locus, perpetuum, & æternum, pro finito tempore dici docet Seruius Eglog. 4. & Petrus Aruernus Venerabilis lib. 2. cap. 4. Et quod omnem dubitationem abstergit, *domus æternitatis* dicitur ab Ecclesiaste, Eucherius de Quæst. vet. testa.

Sedibus] Sedes pro sepulchro, & cadauerum stabulo, Vergilio sæpè 6.

quàm sedibus ossa quierint.

& aliàs passim l. 40. de relig. &. sump. fun. vetus inscript. *Hanc sedem sibi viui posuerunt.* Apostolorum sedem l. penult. Cod. Theod. de sepulc. viol & Valentinian. Nouella de sepulchris. Ammianus Marcell. lib. 22. *Id metuens ne collectis supremis, sedes illis extruerentur vt reliquis.* Paulinus epist ad Pammachium: *Mortuo ad sepulchrum agro, mortuam suam pretiosa sede composuit. æterna domus*, in epitaphio Petronij, & in illo Probinæ, *perpetua domus, & æterni lares, domos defunctorum*, Valentinianus Aug. de sepulchris. Nouell. Valerius Probus lib. de notis D. M. *domus mortua.* Idem Petr. Diaconus & Magno. *stabulum cadauerum.* Tertull. de Resurrect. carnis: *Scilicet quod apud maiores omnes homines in suis domibus sepeliuntur.* Seruius Æneid. 6. Inde sedes pro sepulchris. quod postea legibus vetitum fuit Isido. lib. 15. cap. 11.

Dormienti similior] Subintelligitur, quàm mortuæ. Aurel. Victor in Hadriano, cap. 14. *Eloquio togæque studiis accommodatior.* Et est imitatio Pliniana lib. 6. episto. 16. sub finem: *Habitus corporis quiescenti, quàm defuncto similior.* Diem functi autem tersè dormientes dicuntur, qui scilicet se bonis operibus exercent, & toto vitæ tenore fatigantur, vt quiescant quoad exsuscitentur, *quia sanctorum mors somnus est.* Petrus Rauennas sermo. 97. D. Hieron in epitaphio Paulæ ad Eustochium: *Quodque mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem, sed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, sed dormientem.* Gregor. Turonen. de vita Patrum, cap. 4. *Et ecce apparuit beata facies eius, ita integra & illæsa, vt putares eum non mortuum, sed dormientem.* Idem lib. 2. de miracul cap. 2. *Sed ita integer inlæsus, vt putares eum adhuc*

sopore corporeo detineri. Idem de Glor. Confess. cap. 35. *Quid plura? ita adparebat integra, vt dormiens potius quàm mortua putaretur.* Et vetus Gothicum missale *quiescentes.* Concilij Cabillonen. cap. 39 Sancti enim, id est, probi homines non appellantur mortui, sed dormientes. D. Hieronym. aduersus Vigilantium, Ioann. cap. 11. 1. Thessal. cap. 4. & Matthæi cap. 9. vnde & *cœmiterium.* Prudentius de exequiis defunctorum, quod latine *dormitorium* verti potest, & *pausantes*, pro mortuis Concilij Aurelianensis cap. 6. *quando recitantur nomina pausantium.* Burchardus lib. 5. cap. 51. & Cassianus Eremita Collat. 2. cap 5. *Etiam memoria & oblatione pausantium indicaretur indignus.* Ex hoc autem Sidonij loco, & illo D. Hieronymi colligitur, loculos ea parte qua caput conlocatur apertos fuisse, ita vt vultus videretur. Gregor. Turon. de Glor. Confessor. cap. 106. initio. quò loci in S. Radegund. laudat, quod hic Sidonius in Filimatia matrona.

Planctu prope calente dictaui] Symmachum imitatus est, epist. 9. lib. 1. *iudicio propè calente dictaui.* Sidonius *planctu*, qui planctus ingenio vim addit, J. epist. 11. lib. 4. *Nisi quod animum natura desidiosissimum dolor fletu grauidus accendit.* vbi plura.

Næniam funebrem] Rectè *funebrem* addit, vt & epist. 17. lib. 7. *Et sancto Abrahæ defuncto næniam funebrem, luctuosis carminibus inscribere.* Glossæ vett. ἐγκώμιον νεκρῶν, *Nænia singulare non habet.* sed non sibi constant ἐπιτάφιος, *epitaphium, nænia, laudatio.* eædem Glossæ.

Hoc fletu] Sic mss. & vett. rectè, quia iustitio indicto, & publico luctu elata est, Idem epist. 12. lib. 3. in epitaphio Apollinaris aui sui:

Mœrentis patriæ sinu receptus.

Hæc verba *manus locarunt*, satis asserunt hanc genuinam lectionem, flentes enim manus dicere absurdum esset.

Iniustè tibi iusta persoluta] Immaturè, turbatoque fatalitatis ordine. Ouidius 2. Metamorph fab. 11.

Et dedit amplexus, iniustaque iusta peregit.

Sidonius Gothis ab Hecdicio prostratis Aruernam obsidentibus, iustè ait iusta soluta, lib. 3 epist. 4. *Iuste sic mortuis talia iusta soluentes.* nec absimile est quod ait Pedo ad Liuiam de morte Drusi:

Sæuit, & iniustum ius sibi sola facit.

Iusta persoluta] id est, funebrem pompam, & funerale obsequium, quod defunctis debetur indebitè reddidimus, iusta persoluere, J. epist. 11. lib. 3. *Et Iulium Cæsarem Hectori vt suo, iusta soluisse didicerimus.* Idem epist. 4. lib. 3. *Iustè sic mortuis talia iusta soluentes.* Idem epist. 17. lib. 7. *Quæ restant sepulto iusta persoluimus.* D. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. de Alcibiadis concubina: *Funeri iusta persoluit, mori parata, pro mortuo.* Quintus Curtius lib. 4. *Alexander corpori vxoris eius iustis persolutis.* Idem lib. 6. *vt iusta fratri persolueret.* D. Ambrosius in laudatione Theodosij: *Theodosio patri iusta persoluit.*

SIDONIVS DONIDIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA IX.

QVæris cur ipse iampridem Nemausum profectus vestra serum ob aduentum desideria producam. Reddo causas reditus tardioris, nec moras meas prodere moror, quia quæ mihi dulcia sunt, tibi quoque. Inter agros amœnissimos, apud humanissimos dominos Ferreolum & Apollinarem tempus voluptuosissimum exegi. prædiorum iis iura contermina, domicilia vicina, quibus interiecta gestatio lassat

peditem, nec sufficit equitaturo. Colles ædibus superiores exercentur vinitori, & oliuitori. Aracynthum & Nysam celebrata poëtarum carminibus iuga, censeas. Vni domui in plana patentiaque, alteri in nemora prospectus, sed nihilominus dissimilis situs similiter oblectat. Quanquam de prædiorum, quid nunc amplius positione, cum restat hospitalitatis ordo reserandus. Iam primùm sagacissimis in hoc exploratoribus destinatis, qui reditus nostri iter aucuparentur: domus vtraque non solùm tramites aggerum publicorum, verùm etiam calles compendiis tortuosos atque pastoria diuerticula insedit, ne quo casu dispositis officiorum insidiis elaberemur. Quas incidimus, fateor, sed minimè inuiti: iusqueiurandum confestim præbere compulsi, ne priusquam septem dies euoluerentur, quidquam de itineris nostri continuatione meditaremur. Igitur mane cotidiano, partibus super hospite prima, & grata contentio, quænam potissimum & antetius, edulibus nostris, culina fumaret, nec sanè poterat ex æquo diuisioni lancem ponere vicissitudo, licèt vni domui mecum, alteri cum meis vinculum foret propinquitatis. Quia Ferreolo præfectorio viro præter necessitudinem sibi debitam, dabat ætas & dignitas primi inuitatoris prærogatiuam, ilicet à deliciis in delitias rapiebamur, vix quodcumque vestibulum intratum, & ecce huc sphæristarum contrastantium paria inter rotatiles catastropharum gyros duplicabantur, huc inter aleatoriarum vocum competitiones, frequens crepitantium fritillorum tesserarumque strepitus audiebatur, huc libri affatim in promptu. Videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut Athenei cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum: Sic tamen quod qui inter matronarum cathedras codices erant, stylus iis religiosus inueniebatur: qui verò per subsellia patrumfamilias, ij cothurno Latiaris eloquij nobilitabantur, licet quæpiam volumina, quorumpiam auctorum seruarent in causis disparibus dicendi parilitatem. Nam similis scientiæ viri, hinc Augustinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius, lectitabantur. Quos inter Adamantius Origenes, Turranio Ruffino interpretatus sedulò fidei nostræ lectoribus inspiciebatur: pariter & pro vt singulis cordi diuersa censentes sermocinabantur: Cur à quibusdam prothomystarum tanquam scæuus cauendusque tractator improbaretur? Quanquam sic esset ad verbum sententiamque translatus, vt nec Apuleius Phædonem sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in vsum regulamque Romani sermonis exscripserint. Studiis hisce dum nostrûm singuli quique prout libuerat, occupabantur: Ecce & ab Archimagiro aduentans, qui tempus instare curandi corpora moneret, quem quidem nuncium per spatia clepsydræ horarum incrementa seruantem, probabat competenter ingressum, quinta digrediens. Prandebamus breuiter, copiose, Senatorium ad morem: quo in-

ſitum inſtitutumque multas epulas paucis paropſidibus apponi, quāuis conuiuium per edulia nunc aſſa, nunc iurulenta variaretur. Inter bibendum narratiunculæ quarum cognitu hilararemur, inſtituerемurque, quia eas bifariam orditas, lætitia peritiaque comitabantur. Quid multa? ſanctè, pulchrè, abundanter accipiebamur. Inde ſurgentes, ſi Voroangi eramus (hoc vni prædio nomen) ad ſarcinas & ad diuerſorium pedem referebamus: Si Pruſiani (ſic fundus alter nuncupatur) Tonantium cum fratribus, lectiſſimos æquæuorum nobilium principes, ſtratis ſuis eiiciebamus, quia nec facilè crebrò cubilium noſtrorum inſtrumenta circunferebantur. Excuſſo torpore meridiano, pauliſper equitabamus, quo faciliùs pectora marcida cibis, cœnatoriæ fami exacueremus, balneas habebat vterque hoſpes in opere, in vſu neuter. Sed cùm vel pauxillulum bibere deſiiſſet aſſeclatum meorum, famulorumque turba compotrix, quorum cerebris hoſpitales crateræ nimiùm immerſæ dominabantur, vicina fonti aut fluuio raptim ſcrobs fodiebatur, in quam fortè cùm cumulus lapidum ambuſtus demitteretur, antro in hæmiſphærij formam corylis flexibilibus intexto, foſſa inardeſcens operiebatur, ſic tamen vt ſuperiectis Cilicum velis, patentia interualla virgarum, lumine excluſo, tenebrarentur, vaporem repulſura ſalientem, qui vndæ feruentis aſpergine flammatis ſilicibus excuditur. Hic nobis trahebantur horæ non abſque ſermonibus ſalſis iocularibuſque, quos inter halitu nebulæ ſtridentis oppletis inuolutiſque ſaluberrimus ſudor eliciebatur: Quo, prout libuiſſet, effuſo, coctilibus aquis ingerebamur, harumque fotu cruditatem noſtram tergente reſoluti, aut fontano deinceps frigore, putealique, aut fluuiali copia ſolidabamur. Siquidem domibus medius it Vvardo fluuius, niſi cùm deflua niue paſtus impalluit, flauis ruber glareis, & per alueum perſpicuus, quietus, calculoſuſque, neque ob hoc minus piſcium ferax delicatorum, dicerem & cœnas & quidem vnctiſſimas, niſi terminum noſtræ loquacitati, quem verecundia non adhibet, charta poſuiſſet. Quarum quoque replicatio, fieret amœna narratu, niſi epiſtolæ tergum madidis ſordidare calamis erubeſceremus. Sed quia & ipſi in procinctu ſumus, teque ſub ope Chriſti actutum nobis inuiſere placet, expeditius tibi cœnæ amicorum in mea cœna tuaque commemorabuntur: modò nos quam primum hebdomadis exactæ ſpatia completa votiuæ reſtituant eſuritioni, quia diſruptum ganea ſtomachum nulla ſarcire res melius, quàm parſimonia ſolet. Vale.

NEMAVSVM] Vrbs antiquiſſima Nemauſus, & in coloniam deducta, numiſma vetuſtiſſimum *Col. Nem. Arecomicorum colonia.* Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolomæus Strabo lib. 4. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 5 Galliæ Narbonenſis Itinerar. Antonini, & Notitia Metropoleon, cuius vetuſtatem amphitheatra ſemiruta loquuntur, extat libellus Antiquitatum Nemauſenſium, ad quem lectorem relego.

Ferreolum

Ferreolum & Apollinarem] De Ferreolo viro præfectorio, qui legatus fuit Galliæ Narbonensis contra Aruandum, diximus s. epist. 7. lib. 1.

Domicilia vicina] j. Carm. vlt.

Prisci Ferreolum parem Siagri.

Paulò post:

Lassum te Vorocingus obtinebit,

Nostrum hic inuenies Apollinarem.

Fundus seu prædium Ferreoli Prusianus, Apollinaris Vorocingus, qui vicini erant atque conternini.

Quibus interiecta gestatio lassat peditem, neque sufficit equitaturo] j. Carm. vlt.

Lassum te Vorocingus obtinebit.

Id est, defatigatum te, & de via fessum, quæ inter Prusianum & Vorocingum interfita est, vniusque diei itinere dirempta.

Gestatio] i. spatium vbi solebant gestari. vet. inscrip. GESTATIO CIRCINI EXTERIOR A DIETA APOLLINIS AD DIETA EANDEM, &c.

Colles ædibus superiores exercentur vinitori & oliuitori] Vineta & oliueta coniungunt rei rusticæ auctores, j. epist. 20. lib. 5. & epist. 4. lib. 8. *vinetu atque oliuetu.* vbi plura.

Aracynthum & Nysam celebrata poetarum carminibus iuga censeas] Aracynthus mons est in Attica. Vibi. vel potius versus Atticam regionem. Pomp. Sabinus Eglog. 2. Acteus Vergilio, id est, Atticus, interprete Luctatio 4. Thebaidos. Probo tamen & Seruio reclamantibus, ferax oliuis, idcirco sacer Mineruæ. Statius de Diana & Pallade.

Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho.

Et Nysam] *Nysa mons est Indiæ*, Vibius. Martianus Felix lib. 6. & Plin. 8. cap. 13. Sacer Deo Baccho ob vini fertilitatem. Verg. 6. & Lucanus 1.

Bacchumque auertere Nysa.

Non ineptè Sidonius Aracynthum ad oliuas, & Nysam ad vinum accommodauit. j in Burgo.

Nysa valet Bromio.

Quas incidimus fateor, sed minimè inuiti] Quia ex lege hospes inuitus retinendus non erat, de qua hospitalitatis lege Homerus Odyss. 1. & Iulianus August. epist. ad Maximum Philosophum 2. inde prouerbium illud, *scindere penulam.* quo hospitem inuitum retinere notatur M. Tullius ad Atticum lib. 3. epi. 33. *At ego ita egi, vt non scinderem penulam.*

Anterius] j. epi. 13. lib. 2. Igitur ille cuius anterius epulæ, mores, pecuniæ fasces, pompæ, literæ, patrimonia, & patrocinia florebant. Idem ep. 14. lib. 4. *Vt veni, occurrit mihi ipse quem noueram anterius corpore erectum.* Idem epist. 11. lib. 9. & in Epithal Polemij & Araneolæ.

Defectum vt Phœbi, necnon Lunaque laborem

Nuntiet anterius. Idem *anterior ætas*, epi. 4. lib. 8.

Edulibus] pro eduliis, vt s. episto. vlt. lib. 1. *edulium multa parte finita.* Idem epi. 2. lib. 2. *edulibus terminatis.* Vlpianus lib. 6. de offic. procons. § vltimo. *Sed ad ea quæ edulium excedunt vsum.* Gellius lib. 7. cap. 16. *genera autem nominaque edulium.* Apuleius lib. 1. *edulium caritate deductis* idem lib. 5. *mirisque illis & beatis edulibus atque tucetis delectat.* Symmachus epi. 50. lib. 6. & epi. 8. lib. 7. Solinus de Hammanientibus, *Lasere viuunt, hoc aluntur, hoc illis edule est.*

Culina fumaret] j. epi. 11. lib. 8. in Carm.

Propter fumificas gonam culinas.

Non inlepidè autem culinæ nidorem, & lautitias expressit his verbis, culina fumaret. Seneca epi. 64. *Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret, non hic,*

cui erumpere ex lautorum culinis, & terrere vigiles solet. Tertull. Apolog. *Ad fumum cenæ Serapicæ Sparteoli excitabuntur.* Apuleius Apolog. *Summus helluo & omnis fumi non imperitus.* Marcellinus Comes Indict. IIII. Olybrio solo Cos. *Flammatque coquinarum pro tempore æstuantes, &c.* tempore prandij, vt ipse tradit.

Nec sanè poterat ex æquo lancem ponere vicissitudo] i. æqua lance, cùm apud Ferreolum, tum apud Apollinarem conniuari, s. ep. 4. *æqua lance*.

Licet vni domui mecum] i. Apollinarium, alteri cum meis, &c. Ferreoli Sidonius esse videtur affinis, j. epi. 12. lib. 7. initio.

Sphæristarum contrastantium paria] i. pila ludentium aduersa fronte compositorum paria, j. epi. 17. lib. 5. *sphæristerium*. s. epist. 2. lib. 2. vbi plura. & *contrastantium* epist. lib. 2.

Inter rotatiles catastropharum gyros] Idem epist. 17. lib. 5. vbi de pilæ lusu, *Nunc per catastropham sæpè pronatus*, rotatiles gyros qui fiebant per circulos. Plinius epist. 6. libri 5. *Apodyterio superpositum sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit*. Petronius. *Nam duo spadones in diuersa parte circuli stabant*. Vide Isidorum lib. 18. ca. 69.

Hic inter aleatoriarum vocum competitiones] Sphæristerium & aleatorium coniungit, vt s. epi. 2. huius libri. quem locum vide, & j. epi. 17. lib. 5. ætate Sidonij nobiliores aleam ludebant, dicemus j. epi. 8. lib. 8.

Frequens crepitantium fritillorum, tesserarumque strepitus audiebatur] Fritillus pixis erat, qua tesseræ iaciebantur, & emittebantur in abacum, siue tabulam aleatoriam, s. ep. 17. lib. 5. & epi. 12. lib. 8. quibus locis plura.

Crepitantium] Tesseræ enim ab aleatoribus in pyrgo mouebantur, priusquam in alueolum mitterentur, atque motæ concrepabant. j. ep. 17. lib. 5. *tesseras ceperat, quatiebatque, quo velut classico ad pyrgum vocabat aleatores*. Idem epi. 12. lib. 8. *Hic tessera frequens eboratu resultatura pyrgorum gradibus expectat.* Iuuenalis:

paruoque eodem mouet arma fritillo.

Ex quibus patet tesseras moueri, ab aleatoribus atque ita in turricula crepitum edere. Seneca in Ioco Claudij:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,

j. Narbonæ *Hic talos crepitantibus fritillis.*

Mittebantur siquidem tesseræ ex turricula, vt dixi, in alueolum. Vitruuius in præfat. lib. 5. *Vti sunt etiam tesseræ quas in alueo ludentes iaciunt.* Idem Varro apud Gellium lib. 1. cap. 22. *Alueus* autem, siue *alueolus* Festo, tabula est aleatoria, qui Macrobio lib. 1. cap. 5. *abacus* dicitur.

Grammaticales pluteos] Plutei sunt librorum repositoria, & pulpita, ex tabulis sectilibus. Vetus interpres Iuuenalis Saty. 2. *armarium*, exponit Sidon. Vitruuio lib. 4. cap. 4. *pluteus ex intestino opere facti*, id est, *tabulati*. Vlpian. in l. 17. §. 2. de action. empti. Isidori glossæ *Pluteum, arma, sedile Grammatici, vel armarium*. item *sectile, gremium, arma, pluteum*.

Aut Athenæi cuneos] Athenæum, auditorium erat, in quo scholastici & declamatores actiones suas recitabant, de quo j. epi. 8. lib. 4. epi. 9. lib. 9. quas consule. Hic autem *Athenæi cuneos*, vt j. epist. 14. lib. 9. *quoque recitante crepitantis Athenæi subsellia cuneata quaterentur.* Cunei enim erant in theatris & auditoriis gradiles & scansiles, ita vt gradus cuneorum primis, secundi deuexiores essent, vt ad omnium aures sine obiectu recitantis vox perueniret. Vitruuius. lib. 5. cap. 6.

Aut armaria extructa bibliopolarum] Illud quod sequitur in libro Basileæ edito, & bibliothecarum glossema est, quod in contextum irrepsit ex mss. rectè Vinetus agnouit genuinam, & hoc glossema reiecit: armaria bibliopolarum, sunt bibliothecæ ex Neruæ sententia. Vlpianus in l. librorum, 52. §. sed si bibliothecam, de lega. 3. Plin. ep. 17. lib. 2. *Parieti eius in bibliotheca speciem armarium insertum est.* Vitruu.

de Archit. lib. 7. in præfat. *Fretus memoria è certis armariis infinita volumina eduxi,&c.* Paulus 3. Sent tit. 7. *Supellectile legata, capsa, armaria, non solùm librorum.* Idem lib. 3. de supellect. legat. ℥. ep. vlt. lib. 8. *armariola*, pro capsis quibus opera sua concludebat, posuit, pro loculis librorum. Iuuen. saty. 7.

Oenophorum, tripodes, armaria cistas

Optatus in gestis purgatio. Cæciliani & Felicis: *Posteaquam peruentum est in bibliothecam, inuenta sunt ibi armaria inania.* Sulpit. Seuer. dialog. 1. c. 9. S. Hilarius Arelatensis de vita S. Honorati: *Et sanè tantum in scriptis illius salis, tantum dulcedinis erat, vt non scriniis aut armariis, sed arca pectoris condi mererentur.* Ennodius Ticinensis de armariis Fausti. Vetus interpres Iuuenalis saty. 3. *Hic libros dabit, & forulos, &c. armariam, siue bibliothecam.* Ex hoc autem Sidonij loco disce olim in villis & fundis rusticis bibliothecas extructas fuisse, vt nullum à studiis tempus vacaret. ℥. ep. 4. lib. 8. de Octaniano Consentij, *Thesauris bibliothecalibus largè refertus.* ad quem locum nonnulla.

Cothurno latiaris eloquij] *cothurnus facundiæ* Apuleio in Apolog. & Martiano Felici lib 8. *Poetarum Rhetorumque cothurnus. cothurnus Gallicanus* D. Hieronym. epist. ad Paulinũ, & ex eo Hincmaro in vita S. Remigij. Symmac. ep. 83. lib. 1. *At illi quos cothurnus altior vehit, &c.* Idem epistola 56. lib. 4. D. Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 10. *Hæc quæ simplicibus verbis sacra scriptura exprimit, magno quodam cothurno Aristoteles & Peripatetici personant.* Sulpicius Seuerus dialog. 1. cap. vltimo: *Audietis me tamen vt gurdonicum hominem, nihil cum fuco, aut cothurno loquentem.* D. Augustin. *cothurno tanquam doctrinæ sublimioris elati*, lib. 5. cap. 7. Confession. *Esse pro facundia silentium, abiectionem nobis diligi pro cothurno.* Ennod. Mascatori: cothurnus positus pro sublimi & elato dicendi genere. vnde *cothurnatus Maro* Martiali. D. Hieronym. epist. 26. ad Pammachium, *non cothurnatam affectas eloquentiam.* Macrob. libr. 7. ca. 5. *cothurnatus sermo tropis cothurnati.* Fortunat. epi. ad Gregorium Turon. *cothurnata relationes*, Ennodio in Paneg. Et hæc quo ad dicendi genus. Cothurnus etiam ad alias res translatus est. *cothurnus imperatoriæ auctoritatis.* Ammiano Marcellino lib. 21. Cassiodoro lib. 1. ep. 4. *cothurnus magnæ potestatis: cothurnus præsumptionis.* Constantio de S. Germano lib. 2. cap. 10. *cothurnus vanæ gloriæ.* Gregor. Turonen. lib. 4. cap. 6. & cap. 11. *cothurnus vanitatis* lib. 10. cap 5. De vita Patrum de S. Nicetio Treuerensi, *non cothurno iactantiæ tumescebat.* eidem *cothurnus* absolutè pro fastu & gloriæ inanis cothurno, lib. 10. cap. 15. & *cothurnosus taurus*, id est, superbus, de miraculis lib. 2. cap. 31. Idem de vita Patrum cap. 1. *duodecim viri cothurnosi.* eodem lib. de S. Abbate Senoch. *Et ob hæc cothurnosæ iactantiæ inflati supercilio.* post. *nam egressus de cellula iactantia cothurnosa.* Fortunat. lib. 4. de S. Mart.

Irrationalis tumido gliscente cothurno.

Nam similis doctrinæ viri hinc Augustinus, hinc Varro] Varroni similis, & simius Augustinus, cuius fragmenta operibus suis sparsim inseruit D. Augustin. & acumine ingenij Varronem, si non superat, æquat, atque etiam scriptorum numerositate par, sed argumento dispari. Claudian. Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 10. *Aurelius Augustinus & acumine ingenij & rerum multitudine, & operis mole veluti quidam Chrysipus argumentandi virtute, aut Zenon sensuum subtilitate, aut Varro noster voluminum magnitudine, &c.* Et Origenes Hieronymi iudicio: *Iuxta Mar. Varronem doctissimus* in epist. ad Paulum.

Hinc Horatius, hinc Prudentius] Ambo Lyrici poetæ & eodem metri genere luserunt, Prosper in Chron. *Prudentius Lyricus poeta noster, Hispanus genere illustri, ingenij sui robur exercet.*

Adamantius Origenes] Origenem Adamantium dictum esse testatur Nicephorus lib. 17. cap. 27. & 28. Ruffinus in D. Hieronymum: *Et istum quem modò chalcenterum tuum vocas, & pro merito laudabilis laboris ait Adamantium nominatum.* vide Suidam.

Eadem de causa Didymus *Calchenterus* propter librroum multitudinem D. Hiero. ep. ad Marcellam, quam inuitat ad rus Bethlehemiticum, ioit. & *Hesichastes Ferratus* dictus est. Balsamo. cano. Apostolo. 51.

Turranio Ruffino interpretatus] Origenem rectè ex Græco in latinum transtulit Turranius Ruffinus. Gennadius de vir. inlust. c. 17. & Honorius cap. eod. vbi multa honorificè de Ruffino, & Cassiodor. de diuinis lectio. c. 8. *Qui translator Græcæ facundiæ, latinisque floribus ornatus dicitur*. Victor Vticensi l. 3. de persec. Vvandal. Cassia. l. 7. de Incarnat. c. 27. *Ruffinus quoque Christianæ philosophiæ vir, haud contemnenda Ecclesiasticorum doctorum portio, &c.* Aldhelmus de laudib. virgin. c. 13. *Ruffinus miræ verborum vrbanitate præditus, &c.*

Cur à quibusdam prothomystarum] Mystæ sunt sacerdotes, 7. Carm. 9. *Aram ad thuricremam rotare mystas*. vnde prothomystæ, i. præcipui sacerdotes, 7. ep. 17. lib. 4. *Inclyti Galliarum patres & Prothomystæ*, qui reprobarent sunt Prothomystæ illi, Theophilus, Epiphanius, Faustinus, D. Hieronymus. in ep. ad Theophilum, & Epiphan. ad Hieronymum epistola, qui Origenis libros tanquam hæreticos condemnarunt & eos anathemate perculerunt, synodo Alexandriæ habita, qui Origenis opera probarent, Epiphanius in epist. ad Hieronymum: *Origenis propriè & Apollinaris discipulis aduersaris: quorum venenatas radices, & in altum defixam impietatem, omnipotens Deus protraxit in medium, vt in Alexandria prodita, in toto orbe arescerent*. De hac synodo præter Socratem lib. 6. cap. 7. & cap. 10. Sozomenum lib. 8. cap. 11. 12. 13. & 14. Nicephorum lib. 13. c. 10. & cap. 12. omnium elegantissimè Sulpicius Seuer. Dialog. 1. c. 3. Vincentius Lyri. Commonitorio 1. c. 23. & Prosp. in Chron. *Contentio ex doctrina Origenis synodum apud Alexandriã mouit, cuius extitit sententia, vt extra Ecclesiã fieret, quicunque supradicti viri opera probauisset*. Nec abs re Sidon. ait, *Turranio Ruffino interpretatus*. multi enim Origenis errores in interpretem contorquebant, D. Hieron. in epi. 75. ad Tranquillinũ. Sulpic. Seuer. dialo. 1. c. 4. & Vincent. Lyrinen. c. 23. & Gennad. c. 17. qui Ruffinum non rationibus, sed factionibus condemnatum fuisse dicit quędam enim eius opuscula ex Hieron. sententia repudiauit Gelasius PP. in decretis, distinct. 15. can. sancta Romana, non omnia, & eorum secutus est sententiã Sidon. qui Origenẽ cũ delectu legendum esse censuerunt nec ex asse damnãdũ esse pronuntiarunt, licèt in quibusdã partibus meritò reprehendatur D. Hiero. ep. ad Aquilinum, & D. August. ep. 9. quæ sententia iure iustitiaque obtinuit, quando factiosa illa quorumdam episcoporum vis desæuiit.

Interpretatus] Passiuè Suet. in Nero. c. 13. *Commune verbũ quod reciproca significatione dicitur*. Gellius l. 15. cap. 13.

Tanquam scæuus] Sic mss. rectè, i. sinister & improbus, & ita mss. notæ melioris Claromontensis & S. Albini Iuliomagensis interpretãtur: *Scæuus* (inquiũt) *dicitur sinister atque peruersus, est enim pessimi vel crudelis animi*, ex Isido. l. 10, Plauto, in ea significatione sæpè D. Ambros. l. 3. de fide, *quod solent Arriani scæua interpretatione componere*. Idem de fide Orthodoxa contra Arrianos, *Quomodo illud ad aliam intelligentiam scæuo sensu peruerterent*, tropicè ab auguriis quæ scæua dicuntur. Varro de ling. Latin. & Donatus in Obnuntiare, & Festus & Nonius in Obscœnauit, *scæuum dogma*, l. 19. de hæretic C. Theod. *scæuitas*. l. 17. C. eod de pœnis. Apuleius l. 3.

Cauendusque tractator] Tractator, i. doctor. Sulp. Seuer. dialo. 1. c. 3. *quis congregati in vnum sæpius sacerdotes frequentibus synodis decreuisse videbãtur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet, qui tractator sacrarum scripturarum peritissimus habebatur*. D. Cyprian. in prolog de cardinalib. operib. *sublimes materiæ sublimium ingeniorum exigũt tractatores*. ibid aliàs, D. Hiero. in Apolo ad Domnionem, *Didymum scientia scripturarũ, omnesque sui temporis vincat tractatores*. idem ad Pammach. *Nõ sum tantæ felicitatis, quantæ plerique huius temporis tractatores*. Idem Mimerio & Alexãdro, *Vt & me liberè quæstione, & vobis veterũ tractatorũ mittatur auctoritas*. D. August. de doctrina Christiana: *Debet diuinarũ*

scripturarum tractator & doctor, defensor rectæ fidei ac debellator errorum, & bona docere, & mala dedocere, Vincentius Lyrinensis Common. 1. *O Timothee, ô sacerdos, ô tractator, ô doctor*, tractatorem dixi esse doctorem, Vincentius Lyri. *ait in prima ad Corynthios Apostolus & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, quorum ipse unus erat, secundò Prophetas, qualem in actibus Apostolorum legimus Agapum: tertiò doctores, qui tractatores nunc appellantur, &c.* Petrus Chysologus Sermone 91. *vacat humanus sermo, silet prædicatio tractatoris, quando angelico præconio Ioannis profertur gloria*, Nicolaus Papa distinct. 19. can. 1. *Si Romanorum cæterorum opuscula tractatorum adprobantur, vel reprobantur*, Claudianus Mamercus, de statu animæ, l. 1. c. 2. *plurimos tractatores sua propriis voluminibus nomina prænotasse*, c. 3. *non tractatorem profitetur se iste, sed vatem.* ibid. *nequaquam condecet, vel præsenti vaticinium tempori, vel prophetica locutio tractatori*, lib. 2. c. 10 D. *Hieronymus potissimus tractatorum.* ibidem in fine. *vt sicut à philosophis ad tractatores, à tractatoribus, ad authenticos gradum consequar.* idem epist. altera ad Sidonium. in fine libri 3. *sicut quidam nobilissimus tractator, &c.*

Apuleius Phædonem.] Platonis Phœdonem in Latinum transtulit Apuleius: & Apuleius in Phœdone, citatur à Prisciano. lib. 10.

Neque Tullius Ctesiphontem] id est orationem pro Ctesiphonte. J. Car. 23.

Causam seu Ctesiphontis afflaret.

de qua translatione. D. Hieroni. ad Pammachium, epist. 101. *habeoque huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, & Oeconomicon Xenophontis, & Aeschinis ac Demosthenis duas contrà se orationes pulcherrimas transtulit.* Idem epist. 135. Suniæ & Fretellæ, *quod quidem & Tullium in Protagora Platonis fecisse*, penes init. & epist. ad Desiderium 104. in Prologo Pentateuchi. *nisi fortè putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Pythagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus diuino spiritu transtulisse*, vbi mendosè Pythagoram, pro Protagoram legitur, Ammi. Marcell. lib. 30. *Suaue quoddam principium dicendi capitur, Cluentiana, vel pro Ctesiphonte, orationum æmula ornamenta promittens.*

Ecce & ab archimagiro aduentans.] Iuuenal. Sat. 9.

archimagiri

Carptores, vetus interpres, *infertores, qui inlata carpunt.*

Curandi corpora] curandi, id est cibo potuque reficiendi. Lucretius, l. 2. *Non magnis opibus iucundè corpora curant.* Vergil. 4. Georg.

tum pecla petunt, tum corpora curant

Idem 3. Aeneidos *passimque in littore sicco*

Corpora curamus,

Idem 8. *fessique & equos, & corpora curant.*

Petronius in Satyr. *curaui diligentius noxiosissimum corpus.* Liuius 3. init. *tum quidam corpora somno ciboque curant.* Idem 4. *præcipitique iam die curare corpora milites iubet.* Vegetius l. 3. c. 11. *cibo curatos milites*, l. 4. cap. 27. *aut ad curanda corpora disperguntur: curandi corporis*, Caius in l. 44. de verb. signific. pro medicandi, nam *curatio medicina est*, Donatus. Andria & Eunucho.

moneret.] Sic mss. rectè Plautus in Bœotia, *vbi iste monebat esse*, & Seneca, de breuit. vitæ, c. 11. *quando cœnare* (debeant) *alius admonet.* Auson. in ephem. *Monendus est iam Sosius.* Ammi. Marcell. lib. 23. in fine *eoque* (ventre) *monente quod inciderit editur.*

Per spatia clepsidrarum] antiquitus rebus agendis legem solaria dicebant, Artemidorus, lib. 3. c. 67. initio, ita vt ad horas viuerent, & ad certum dimensumque tempus, Plautini parasiti iocus Plautinissimus, in Bœtia Comedia, quod horologia ventri suo famem indixerint, quæritur apud Gellium, l. 3. c. 3.

Nunc etiam quod est, non esset, nisi Soli libet, &c. Seneca de breuitate vitæ, cap. 12. *nec illos quidem inter ociosos numeraueris, qui sella se & lectica huc & illuc ferunt, & adge-*

stationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt, quos quandò lauari debeant, quando natare, quandò cœnare alius admonet, & vsque eo nimio delicati animi languere, soluuntur, vt per se scire non possint an esuriant. Reges Persarum ad horas, reliqui ad libitum viuunt, Ammi. Marcell. l. 23. in fine. *Nec apud eos extrà regales mensas, hora est præstituta prandendo, sed venter vnicuique velut solarium est, eoque monente, quod inciderit editur*, quod vitæ genus, scilicet ad solarium viuendi laudat Theodoricus apud Cassiodorum, l. 1. epi. vlt. *distinguat spatia dies actibus suis, horarum aptissimè momenta constituat, ordo vitæ confusus agitur, si talis discretio sub veritate nescitur, belluarum quippe ritus est, ex ventris esurie horas sentire, & non habere certum, quod constat humanis vsibus attributum*, hunc veterum morem eleganter expressit Sidonius epist. 13. l. 2. de Petronio Maximo. *cuius ipsa denique spatia vitæ custodiebantur, vt per horarum dispositas clepsydras explicarentur.*

Probabat competenter ingressum, quinta digrediens.] Sic ex mss. dispungendum est, quinta digrediens, extrà notam scilicet, & vergens ad sextam horam, qua veteres prandere solebant, vel post quartam, infrà dicetur epist. 8. lib. 4. Varro apud Nonium. in *Obba*. Festus in *Merenda*, & Isidor. l. 20. c. 2. vnde, &, *meridiare*.

Prandebamus breuiter, copiosè senatorium ad morem] ne quis de hac lectione ambigat, ea genuina est, & omnium quot legerim librorum anctoritate comprobata, hunc locum obiter consignauit, P. Faber Semestrium. 1. cap. 6. sub finem, saluo tamen tanti virii udicio, atque Lodoici conlegæ mei, qui cœnatorium ad morem legendum esse coniicit, hunc locum sic exponit Sidonius. *breuiter, quia pauca parapsides, copiosè, quia multæ epulæ.*

Quo insitum institutumque multas epulas paucis parapsidibus apponi.] prandere ergò senatorium ad morem, est multas epulas paucis parapsidibus apponere, interprete Sidonio, *Cum Senatores epulandi publicè ius haberent.* Sueton. in Augusto. cap. 35. plura Faber vbi suprà, ne in lautitiis modum excederent, luxoriosis epulis inimicæ leges sanxerunt, *ne argenti in conuiuio plus pondo quàm libras. C. inferrent. ex Senatus decreto C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. facto*, de quo Atteius Capito in Collectaneis, & censoria notabantur, qui quinque pondo argenti possiderent in supellectile. Plinius lib. 33. c. 11. Tertull. lib. de Pallio. c. 4. & in Apologet. c. 6. & Saluian. Massil. lib. 1. de Prouidentia, sicque ex tam paruo argenti pondere, paucæ lances argenteæ cudebantur, quibus inferrentur obsonia, nam argêteas fuisse lances, quæ mensis apponebantur, cum publicè Senatores epulabantur, citrà dubitationem est, vel ex superiore. S.C. & ex eo quod Fabius censor, *Ruffinum Senatu mouit, quod decem pondo argenti factitaret.* Valerius, l. 2. c. 4. Gellius l. 4. c. 8. vet. interp. Iuuen. Saty. 9. in fine, qui addit, *non licebat Senatorem plus habere.* Tertull. in Apolog. c. 6. *& in lances, parum est enim si senatorum, argentarii metalla producta.* in quibus lancibus argenteis, eisque largioribus, diuersi generis edulia struebantur, vt doctè Vvovveren præter ea quæ notauit, vide Tertull. de pallio, in fine. Pollionem in Tito, Vopiscū in Probo. Varro, l. 4. *vasa immensa escaria, vbi pultem aut iurulenti quid, ponebant.*

Parapsidibus.] Parapsides sunt lances, siue disci, hoc loco. Iuuenal. Satyr. *multaque parapside cœnet*, vasa quibus prandia ferebantur, quæ Festo, *Aristophora*, lib. 1. *paropsidem*, interpretatur *catinum* D. Marcus, cap. 14. & Eucherius. ad Salonium. *paropsis acetabulum maius, aliqui & catinum ita appellari putant.* & ita Glossæ vett. *paropsis acetabulum maius, & suffusorium*: argenteas fuisse parapsides patet ex l. 19. §. 3. de auro & arg leg.

Quamuis conuiuium per edulia nunc iurulenta, nunc assa varietur] id est duobus ferculis instructum sit conuiuium, vnum iurulentarum carnium, alterum assarum. Cato apud Seruium in fine, lib. 1. Aeneidos *& maior, & duobus ferculis epulabantur antiqui*, cœnam ternis ferculis struebat Augustus. Sueton cap. 74. *tribusque solemnibus ferculis Imperatoriam mensam statuit esse contentam*, Portunianus. Salisberiēsis Policrat,

lib. 8. c. 7. *reliquorum duobus*, fercula, sunt missus, Fulgentius de prisco sermone, *ferculum, missus carnium*, Capitolinus in Pertinace, vnde vulgò *mez*, dicimus. s̄. c. 2. l. 1.

Iurulenta] iure condita, Varro. lib. 4. *vasa in mensa escaria, vbi pultem aut iurulenti quid ponebant.* Celsus, *tum res eadem magis alit, iurulenta quàm assa, assa magis quàm frixa*, idem lib. 1. cap. 6. *non vti cibis varijs, miniméque iurulentis*, idem lib. 2. c. 25. 26. 27. 28. 29. & aliàs sæpè, Apuleius, l. 2. *ad pascua iurulenta*, sic Lipsius, idem 4. *hordeum diutina refectione iurulentum*, sic emendati iudicij vir Casellius Durantius conterraneus noster emendat. Variarum, 1. c. 11. idem in Apolog. de Ennio. *ostendit qualiter assus, aut iussulentus optimè sapiat.*

Inter bibendum narratiunculæ.] Olim lætas & eruditas inter pocula narratiunculas à conuiuis & epulonibus spargi solitas notaui, epist. vlt. lib. 1. quibus adde epist. 13. l. 9. *præter hoc poscis vt Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam quibus inter bibendum pronunciandis exercere transmittam.*

Abundanter accipiebamur] abest à mss. *fortiter*, quod indititium est, eduliis opiparè exceptum se fuisse testatur, & abundanter, *multis enim epulis mensa struebatur*, vt ait s̄. more Gallorum, qui mensas edulibus onerant, & tunc temporis onerabant, *abundantiam Gallicanam*, laudat in Theodorici Regis Gothorum epulo. lib. 1. epi. 2. quam vide.

Accipiebamur] id est pascebamur Accius. *rectè perfectis sacris vult accipi.* Plautus. *ità in prandio nos lepidè ac nitidè accepisti*, posteà *cum tam benè nos accipias.* Terentius Eunucho, *accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius*: in id consentiunt omnes Grammatici accipere, poni pro pascere, sæpe apud Marcum Tullium & alios authores. Horat lib. 2. Serm. Satyr. 8. *Teni vt ego accipiar lautè.* Aeron. *pascar*, vt. *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Seruius. *Hospes tam qui accipit, quàm qui accipitur*, hospites autem splendidè & delitiosè accipiebantur, cum apud Græcos Vitruui. l 6. cap. 10. tum apud Latinos Gellius lib. 5. c. 13. & Donat. lib. 1. Aeneid. præcipuè apud Gallos, qui præter exteros hospitales fuere, Salui. Massil. lib. 6. *Galli hospitales* Carolus Magnus lib. 1. cap. 70. & cap. 45. lib. 4. Nicolaus Damascenus. lib. 4. de moribus gentium, & Concilij Aruernensis, c. 168. vt refert Burchardus in decreto, & vetus codex quinque librorum partialium, lib. 2. c. 103.

Si Voroangieramus.] Sic mss. & vett. qui *Vorocingus* dicitur Car. vlt. consentientibus mss. eratque villa Apollinarium Sidon.

> *Lassum te Vorocingus obtinebit,*
> *Nostrum hîc inuenies Apollinarem.*

Si Prusiani sic fundus, alter nominabatur, Tonantium, &c.] Ferreoli prædium, non longo itineris interuallo separatum à Vorocingo, in collis apice situm, & Rutenis proximum, Sidonius in propemptico.

> *Ibis Treuidon & calumniosis*
> *Vicinum nimis heu iugum Rutenis,*

Sic mss. rectè, pro eo quod vulgò mendosè legitur Rugum. sequētia manifestè declarant fundum esse Prusianum. *Hic docti inuenies patrem Tonanti, &c.*

Cubilium nostrorum instrumenta circumferebantur.] Tonantij principes lectissimi, lectis suis cedere nobis cogebantur, quia non semper cubilium instrumēta circumferebantur, cubilium instrumenta, Seneca. de vita Beata, c. 25. *pone me in instrumentis splendentibus*, &c. eidem, *instrumenta epularum.* lib. 3. de ira. c. 20. *instrumentum regium*, Suetonio. in August. c. 71. *instrumentum triumphorum*, Suetoni. cap. 84. Seneca de Consolat. ad Marciam. *collatitiis & ad dominos redituris instrumentis scena adornatur*, *instrumentum scenarum*, Festo in *Choragium instrumentum regij cultus*, Aur. Victori. in M. Antonino, *instrumenta itineris*, Quintil. declam. 359. *viæ instrumenta.* Symmacho. epist. 17. l. 2. *aulæ instrumenta*, Gregor. Turo. lib. 1. c. 9. plura si desideres consule tit. de fundo instr. vel inst. legato. & Paulum. 3. Sentent. tit. 7. de legatis.

Excusso torpore meridiano.] Veteres meridie interiunxisse, & meridiasse docui, epist. 2. lib. 1. in stratis scilicet, vt ait S. *stratis* (inquit) *suis encisebamus*, vnde *grabatus*, dicitur in l. 20. §. vlt. de instruc. & instrum. legat. Varro Quinquatrib. apud Nonium, in *Culcita.* Catullus epig. ad Psitillam Seneca, epist 83. & 122. init. idem lib. de tranquill. animi sub finem Plini. epist. vlt. lib. 9. epist. 4. l. 7. & e. 5. lib 3. Romam post prandium meridiantibus Romanis ab Alarico captam tradit Procopius, lib. 3. Gregor. Turo. lib. 10. cap. 2. qui eleuantes de epulo sopori se dederunt pro quiete. Aimoinus, l. 4. c. 60. lex 26. de operis libertorum, *vt adquiescere eos, meridiano tempore & valetudinis habere rationem sineret*, operarij enim meridie quiescebant, vt hodie rustici qui agris colendis exercentur, Isidor. lib. 20. cap. 3. *merenda quod pueri operarij meridiant*, & hoc leui somno, & horatio, diem diffindebant, Varro. de ling lat. 5. e. 2. l. 1. idcircò *interiungere*, dixit Seneca. epist. 83. Plini. e. 5. lib. 3. *dormiebatque minimum, mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus*, lepidè dixit quasi alio die, meridiano quippe sopore exsuscitati, quasi diem alium auspicari videntur.

Paulisper equitabamus.] Scilicet vt cruditatem decoquerent, famemque cibis sepultam excitarent: motandi corporis gratia spatiabantur veteres, vectabantur, & equitabant, & Aetius medicus equitationem inter gestarionis species enumerat, lib 3. c. 6. & Cœlius Aurelianus, l. 5. Chroniæ, cap. 9. famémque his gestationibus obsonabant Plin. c. 36. l. 5.

Quò facilius pectora marcida cibis.] multo cibo & potione completis pectora marcescere dicuntur, Petronius in Satyrico, *Et ancillæ super thorum marcentis excussum forte altius poculum caput fregit.* Catalecta.

Nox curam si prendit, alit, malè creditur illi
Cura, nisi à multo marcida facta mero.

Ammi. Marcell. lib. 21. *vnde largiori potu, saginisque admodum distenti marcebant*, Petronius in frag. *Et marcens casum frequenter odit.* Sidonius Leontio, *habes ergò hic Dionysium intertriumphi indici oblectamenta marcentem.*

Balneas habebat vterque hospes in opere, in vsu neuter.] Balneas esse priuatorum tradunt Grammatici, quæ in fundo cum Vorocingo, tum Prusiano constructæ erant, Ferreolusque & Apollinaris habebant in opere, non in vsu.

Vterque hospes in opere, in vsu neuter.] *Hospes tam qui accipit, quàm qui accipitur.* Seruius. Balnearum vsus vires eneruat, Clemens Alexandr. Pœdagogi. l 3. c. 9. Columella in præf. ad Syluinum. Vopiscus in Tacito, *balneis rarò vsus est, atque validior fuit in senectute.* Cœl. Aurel. l. 2. tard. pass. cap. vlt. *cum corpus elimatis viribus debilitet lauacri frequentia.* Sicque Ferreolus & Apollinaris balneis abstinebant, ne vires integræ labefactarentur. vet. inscrip. *Balnea vina venus corrumpunt corpora nostra, &c.*

Turba compotrix.] Terentius Andria Actu. 1. Scena. 4. Glossæ vett. *συμπότρια, compotrix*, Isidori Glossæ, *compotrix, conuiuola, coebriosa.* qui simul potabãt, *compotores.* M. Tullio, Apuleio, lib. 2. *Compotores vino madidi rursum cachinnum integrant*, Claudian. Mamertus de statu animæ lib. 2. c. 10. in fine. Nonius. *Combibones, compotores*, multò honestius latini conuiuas, concibos, Glossæ vett. *conrecumbentes.* Tertull. de testimonio animæ. *condegentes* Portunianus. Polictatici lib. 8. c. 6. *concenas* Glossis vett. *σύνδειπνος.* Item Latinogræcè *concena σύνδειπνοι.* Lucillius apud Festum, in *Tapullam legem*, hoc modo.

Tapullam rident legem concenæ opimi.

Sic legendum esse censeo, non *congerræ*, vt diuinus Scaliger, neque *contere*, vt malè vulgò, quod sit cum honore multo dictum Scaligeri, hominis eruditissimi, neque recedo a lectione vetustiss. exemplaris, quæ habet *concere.*

In quam fortè cum cumulus lapidum ambustus demitteretur.] In scrobem siue fossam fluuio aut fonti proximam scilicet; vt fossa aquis impleretur, ambusta cementa mergebãtur, vt vaporis halitu calefacta corpora exsudarent, & hoc inter naturales

Baiarum

Baiarum dotes numeratur, vaporarium. Cassiodorus,l. 9. c. 6. *aura est purissima quæ ministrat vapores, sudores provocat dulciter anhelos,* & c. prius dixit, *illi globi fumiferi nesciuntur*, quæ verba Sidonio lucem adferunt, multúmque Vitruuius, lib. 2. c. 6. & Cælius Aurel. Chroni. l. 3 cap. vlt.

Antro in hemisphærij formam corylis flexilibus intexto] id est forma semirotunda, & absidata os fossæ clatris ex corylo plectili compactis operiebatur, id est vno verbo *trichilis*, quas Galli, *trillas* dicimus, ĵ. c. 17. l. 5. Sunt autem *coryli propriè, quæ posteà. Auellana ab oppido Campaniæ Auella.* Seruius 2. Georg. Gloss. vett. λεπτοκάρυον, *Auellanum, corilum.*

Vt subiectis Cilicum velis.] Cilicum vela, *sunt texta de pilis hircorum & caprarum, in castrorum nautarumque vsum.* Asconius 3. Verri ex Vergilio. 3. Georg.

Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.

Auienus in ora maritima. imitatione Vergiliana. *Castrorum in vsum & nauticis velamina, Productiores & graues setas alunt*, vbi ŝ. Seruius & Pompon. Sabinus. & ne ædificia vento aut pluuia laborarent, vela cilicina prætendebantur. Vlpian lib. 33. de fundo inst. vel inst. leg. atque ita ne vapor ex scrobe exiliens exiret, cilicinis tentoriis cohibebatur, vt qui sub illis erant, vaporibus illis inuoluti sudarent.

Cilicum velis] id est ciliciis velis, à Cilicibus dictis qui primi è caprarum pilis tectoria texerunt. Varro, l. 2. de Rust. c. vlt *sed quod primùm ea tonsura in Cilicia, sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse dicunt*, ideò Sidonius vela cilicum dixit, vt ĵ. epist. 24. l. 4. *Cilicum vela foribus appensa*, vbi plura.

Quo prout libuisset effuso, coctilibus aquis ingerebamur] coctilibus aquis id est non natura calidis sed ab igneis & flammatis silicibus, qui in aquas demittebantur. ŝ. epi 2. huius libri. *hinc aquarum surgit cella coctilium*, ex hypocausto scilicet quod ligni struibus succendebatur.

Quarum fotu] corpora foueri balneis dicuntur, Cælius Aurel. l. 4. c 1. Chronicæ, *aqua frigida fouendos imperat ægrotantes.* Optatus, lib. 6. *nam & fouendorum corporum causa,* & *nos & vos lauacra simul abluerunt.* Martialis lib. 7. epist. 34. *quoties calidis tota foueris aquis.* & 70. *Vndis ne fouearis irrumatis.* D. Hier. Rustico monacho. *balnearum fomenta non quærat, qui calorem corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere.*

Cruditatem nostram tergente resoluti] veteres caldariis vt plurimum vtebantur, vt cruditatem decoquerent, Horat.

crudi tumidique lauemur. Iuuenal.

& *crudum pauonem in balnea portat.*

Seneca epist. 86. *Quanta nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserit, quod non in multa luce decoquebatur, & spectabat vt in balneo coqueret?* Plinius lib 29. c. 1. *balneæ ardentes, quibus persuasere in corporibus coqui cibos.* Columella in præf. ad Syluinum. *mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, cottidianam cruditatem laconicis excoquimus,* & *exucto sudore sitim quærimus*, Artemidorus, lib. 1. cap. 66. in hanc rem singularis est, item Possidonius medicus apud Ætium. lib. 6 c. 10. cibos vt balneis calidis excoquebant, ita potiones sudoribus exugebant, Seneca epist. 15. & 122. Columella vbi ŝ. & *exucto sudore sitim quærimus.*

Aut fontano deinceps frigore, putealique, aut fluuiali copia solidabamur.] Veteres post caldariam, in frigidariā cellam descendere solebant, vt corpus solidarent ĵ. Car. 19.

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,

Vt solidet calidam frigore lympha cutem.

Petronius in Satyrico, *itaque intrauimus balneum & sudore calefacti momento temporis, ad frigidam eximus,* Seneca. epi. 86. *nisi Thasius lapis quondam rarum in aliquo spectaculum tēplo, piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus,* Plinius c. 6. l. 5. *in proximo puteus ex quo possis rursus adstringi, si pœniteat temporis.* Ausonius in Mosella. Celsus de re medica, l. 1. c. 4. vide Car. 19. & ŝ. c. 2 l. 2.

Vvardo fluuius.] Sic mss. veteri enuntiatione Gallorum, qui pro Vvilìermo Guiliermum, pro Vvibertum, Guibertum, de quo Sigebertus de viris inlust. cap. vlt. Paulus Diaconus de Gestis Longob. l. 1. c. 9. Vvodam adiecta litera Godam dixerunt, de qua veteri Gallorum pronuntiatione Agathias, & breuiarium historiæ. S. Gregorij, *Gvardo* autē fluuius est in agro Nemausensi qui vulgò Guardon, Theodulpho Aurelianensi Vvardo. duobus locis de quo Fulbertus in histor. ms. S. Egydij. & Petr. Aquil. l. 8. c. 18.

Dicerem & cœnas & quidem vnctißimas] .i. adipales & opiparas, Plautus Pseudolo, *aut nunc ipse ego pulmento vtor magis vnctiusculo.* Persius Satyr. 4.

Quod tibi summa boni est vncta vixisse patella.

Idem 6.

cœnare sine vncto,

& alias non semel, Horat. l. 1. epist. 16.

Verum vbi quid melius contingit & vnctius,

Idem in arte . *vnctum qui rectè ponere posit*

7. e. 24. l. 4. *Si quid in cibis vnctius, non sibi sed hospitibus indulgens.*

Quarum replicatio.] id est narratio cœnarum, 7. epist. 11. l. 4. *plura replicare supersedendum statuo*, 5. e. 5. l. 1. & alias passim, in ea significatione, & hæc est mens Sidonij, non verò quod epistolæ complicarentur, vt malè Lugdu.

Nisi epistolæ tergum madidis sordidare calamis erubesceremus] rarò veteres in aduersa charta scribebant, nisi in palimpsestis & deletitiis, vt postea in mundum redigerēt, patet ex Martiale lib. 4. epig. 42. *Inuersa pueris arande charta*, à tergo scriptæ, opistographæ dicebantur, id est aduersus scriptæ, Plinius epist. 5. l. 3. opistographam Martialis intellexit. 5. cum ita libellum alloquitur, Porphirio & Acron. epist. vlt. lib. 1, *nemo te optabit atque describet, sed aut carie consumeris, aut fient ex te opistographa epistolarum.* id est à tergo scriptæ, & transuersa charta, olimque coss. & duces epistolas nonnisi transuersa charta scriptas mittebant, antè Iulium Cæsarem Suetonius. c. 56. in Iulio, atque etiam diaria & rationes expensi & impensi à tergo scribebantur Iuuenal. Satyr. 6. *longi relegit transuersa diurni.*

Vetus interpres *ratiocinium diurnum accipit in transuersa charta scriptum.* ex quibus colligē non solum libros, verum etiam epistolas, & rationes expensi & impensi, à tergo scribi. 7. epi. 16. l. 8. vide.

Hebdomadis exacta spatia completa] iureiurando enim se adstrinxerat, ne priusquā septem dies euoluerentur, de itinere cogitaret Initio huius epistolæ.

Votiua restituant esuritioni.] Catullus.

Omnium pater esuritionum,

Martial.

Post hæc omnia fortè si mouebit

Bacchus, quam solet esuritionem.

Gellius, l. 16. cap. 3. *esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum fibræ.* ibidem. *ex ventris compreßione, esuritionem posse depelli creditum est.* Esuritor Martiali, l. 3 e. 14.

Romam petebat esuritor Tutius,

Quia disruptum ganea stomachum] ganea, id est multo cibo & potione marcentem stomachum, Columel. ad Syluinum, *mox deinde vt apti veniamus ad ganeas*, 7. Car. 5.

ganeaque perenni

Pressus acescentem stomachus non explicat auram.

vnde &, *ganeum, pro taberna*, interprete Fulgentio. *& loco vinulentiæ apto.* Nonio. & *ganeones*, Marco Tull. Varroni & Iulio Firmico, l. 3. c. 6. & Symmacho, l. 4. e. 18. & ganearij Glossis vett. ἀκόλαστος ὁ ἐξώλης ,Ganearius. Ασωτὸς, Ganearius. ἄσωτος, Ganearius, Lasciuus, Luxuriosus, Prodigus, Profusus, Sumtuosus, Helluo, Exoletus, Balatro.

Parsimonia sarcit] iniquæ valetudinis aduersa, quibus conflictamur fœcunda mater plerumque parit ganea, oris intemperantia, & ingluuies aqualiculi, Seneca e. 95. *innumerabiles esse morbos miraris? coquos numera.* Donatus Andria. Actu. I. Scena I. *curatio propriè medicorum est, cura reliquorum, sed coquina medicinæ famulatrix est. bonæ autem valetudinis quasi quædam mater est frugalitas, inimica luxuriosis epulis.* Valer. Max. lib. 2. cap. I.

SIDONIVS HESPERIO SVO S. EPIST. X.

AMo in te, quòd literas amas, & vsquequaque præconiis cumulatissimis excolere contendo tantæ diligentiæ generositatem, per quam nobis non solùm initia tua, verùm etiam studia nostra commendas. Nam cum videmus in huiusmodi disciplinam iuniorum ingenia succrescere, propter quàm nos quoque subduximus ferulæ manum, copiosissimum fructum nostri laboris adipiscimur. illud appone, quòd tantum increbruit multitudo desidiosorum, vt nisi vel paucissimi quique meram Latiaris linguæ proprietatem de triuialium barbarismorũ rubigine vindicaueritis, eam breui abolitam defleamus interitúmque: sic omnes nobilium sermonum purpuræ per incuriam vulgi decolorabuntur. Sed istinc aliàs. Interea tu quod petis accipe. Petis autem vt si qui versiculi mihi fluxerint, postquam ab alterutro discessimus, hos tibi pro quadam morarum mercede pernumerem: dicto pareo. Nam præditus es quanquam iuuenis, hac animi maturitate, vt tibi etiam natu priores gerere morem concupiscamus. Ecclesia nuper Lugduni extructa est, quæ studio Papæ Patientis summum cœpti operis accessit, viri sancti, strenui, seueri, misericordis, quíque per vberem munificẽtiam in pauperes humanitatémque, nõ minora bonæ conscientiæ culmina leuet. Huius igitur ædis extimis, rogatu præfati antistitis tumultuarium carmen inscripsi trochæis triplicibus, adhuc mihi, iámque tibi perfamiliaribus. Nanque ab hexametris eminentium poëtarum Constantij, & Secundini vicinantia altari Basilicæ latera clarescunt: quos in hanc paginam admitti nostra quàm maximè verecundia vetat, quam suas ociositates trepidanter edẽtem meliorum carminum comparatio premit. Nam sicuti nouam nuptam nihil minus quàm pulchrior, pronuba decet: & sicuti si vestiatur albo, fuscus quisque, fit nigrior, sic nostra quantula est cumque tubis circunfusa potioribus stipula, vilescit, quam mediam loco, infimam merito, despicabiliorem pronuntiari, non imperitia modò sed & arrogantia facit, quapropter illorum iustius epigrammata micant, quàm ista hæc, quæ imaginariè tantùm, & quodammodo vmbratiliter effingimus. sed cursim ista hæc: quin potius paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret.

QVisquis pontificis patrisque nostri
Collaudas Patientis hic laborem:
Voti compote supplicatione
Concessum experiere quod rogabis,
Aedes celsa nitet, nec in sinistrum
Aut dextrum trahitur, sed arce frontis
Ortum prospicit aequinoctialem,
Intus lux micat, atque bracteatum
Sol sic sollicitatur ad lacunar,
Fuluo vt concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor,
Percurrit cameram, solum, fenestras,
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta saphiratos
Flectit per prasinum vitrum lapillos,
Huic est porticus applicata triplex
Fulmentis Aquitanicis superba,
Ad cuius specimen remotiora
Claudunt atria porticus secundae:
Et campum medium procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas.
Hinc agger sonat, hinc Arar resultat.
Hinc sese pedes atque eques reflectit.
Stridentum & moderator essedorum,
Curuorum hinc chorus helciariorum,
Responsantibus alleluia ripis,
Ad Christum leuat amnicum celeuma,
Sic sic psallite nauta vel viator:
Nanque iste est locus omnibus petendus,
Omnes quo via ducit ad salutem.

Ecce parui tanquam iunior imperatis. Tu modò fac memineris multiplicato me fœnore remunerandum, quóque id faciliùs possis voluptuosiúsque, opus est vt sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias: neque patiaris, vt te ab hoc proposito propediem coniunx domum feliciter ducenda deflectat. Sisque oppido meminens, quod olim Martia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibúsque candelas, & candelabra tenuerunt. Certè si præter rem oratoriam, contubernio fœminarum, poëticum ingenium, & oris tui limam frequentiũ studiorum cotibus expolitã, quæreris obtundi, reminiscere quod sæpè versum Corinna cum suo Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo,

Cesennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Proinde liquidò claret studentibus, discendi per nuptias occasionem tribui, desidibus excusationem. Igitur incumbe, neque apud te literariam curam turba depreciet imperitorum: quia natura comparatum est, vt in omnibus artibus hoc sit scientiæ preciosior pompa, quò rarior. Vale.

Amo in te quod literas amas] Naturale est, vt qui Musas amat, colat & sacerdotes Musarum, i. qui literas, etiam studiosos literarum, Sidon. ep. 1. lib. 1. *Te immodicum esse fautorem, non studiorum modo, verumetiam studiosorum* idem ep. 10. lib. 5. *Quod amore studiorum te singulariter amat.* Plin. ep. 13. lib. 1. *Neque enim est quisquam qui studia, vt non simul & nos amet.* & ep. 12. lib. 8. *colit studia, studiosos amat.* Hesperium autem literarum impensè studiosum fuisse, liquet ex epist. 22. lib. 4. *Vir magnificus Hesperius gemma amicorum literarumque.*

Subduximus ferula manum] In prouerbium abiit, de his qui ludimagistri potestate exierunt, & aliquando in schola versati sunt. Iuuenal. saty. 1.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Macrobius lib 3. cap. 10. & D. Hieronym. in Apolog. ad Domnionem: *Et nos sæpè manum ferulæ subduximus.* idem ad Pammachium epistola 101. *Ergo frustrà tanto tempore studuimus, vt sæpè manum ferulæ subduximus.* idem aduersus Ruffinum, *ferulæ manum subtrahere.* tractum ex eo quod pueri in scholis ferula cædunrur. iuniores enim & impuberes ferulis percutiebantur, l. 1. §. impubes, ad SC. Syllanian. Martianus Capella initio lib. 3. de Grammatica, & ex eo Anticlaudianus lib. 2.

Nam cùm videmus in huiusmodi disciplinam iuniorum ingenia succrescere] In proprietate linguæ latiaris apprimè versatus Apollinaris, adeo vt literarum senescentium reductor ac reformator haberetur, Claudianus Mamercus in præfar. libri de statu animæ ad Sidonium: *Vale & vige bonis viribus veteris reparator eloquentiæ.* Petrus Pictauensis, Panegyrico ad Petrum Aruernum Venerabilem:

Arua tuis scriptis vernant Aruerna Sidoni,
Et veteris linguæ tu reparator eras.

Gratulatur itaque Hesperium in locum suum succreuisse, quòd à barbarismorum rubigine linguæ latinæ proprietatem vindicet, j. episto. 2. lib. 8. Ioanni quoque gratulatur.

Sermonum purpura] id est, elegantiæ meræ. Ennodius:

Ebria fulgenti maduerunt murice dicta,
Omnibus in rebus sermonum purpura regnat.

Idem Agnello: *Proinde valete, ostrum latiaris eloquij & mihi vicissitudinem amando restituite.* idem:

Arridet germen quod linguæ pingitur ostro.

idem Fausto: *tinguant alij linguæ murice, quæ nullus ad regalem vsum fucus exhibuit, & discreti maris ignota cochleis lana solam lucem bibit eloquij*, j. in Burgo Leontij in fine: *purpureis locorum communium pannis*, quem locum consule.

Interitamque] Sic omnes mss. rectè. Claudian. Quadrigar. *Multis vtrimque interitis.* Priscian. lib. 9.

Versiculi fluxerint] Ausonius ep. 16. ad Probum: *Admiror beneuolentiam verecundiæ meæ testem, vos mihi subita persuasione fluxisse.* s. ep 1. lib. 1. *Vt si qua literæ paulò politiores varia occasione fluxerunt.* Statius in præfat. lib. 1. Syluar. *An hos libellos, qui mihi subito calore, & quadam festinandi voluptate fluxerunt.*

Quanquam iuuenis, & hac animi maturitate] Laudat in iuuene senilem maturitatem, Plinius ep. 16. lib. 5. initio. Apuleius 2. Florid. *senilis in iuuene prudentia.* Symmachus ep. 1. lib. 1.

Hos inter iuuenile decus, sed honore senili.

Atque etiam Rutilius Itinerar. 1.

Vita flore puer, sed grauitate senex.

Frequens in probis auctoribus locutio Gregor. Turonen. lib. 8 cap. 18 *vir valde aetate iuuenis.* Hilarius Arelatensis in vita S. Honorati: *Et verè erat in illis senectus, non annis cana, sed gratiis, non cariosa artubus, sed moribus vetusta, &c.* Fortunatus ad Leontium Episcopum:

Paruus eras annis, & grauitate senex.

Plin. ep. 16. lib. 5. init. *sed acutus in sensu.* Cassiod in praefat lib. 11 de Felice, *senilis iuuenis.*

Ecclesia nuper Lugduni extructa est] Sic mss. Patiens Lugdunensis Episcopus multas Ecclesias construxit, ℑ. epist. vltima lib. 6. *Omitto te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam conuenustare, vt dubitet inspectio melius ne noua opera consurgant, an vetusta reparentur, omitto per te plurimis locis basilicarum fundamenta consurgere, ornamenta duplicari, &c.* eius historia in Ecclesia Lugdunensi.

Viri sancti] Et ob sanctitatem in Sanctorum numerum relati, Vsuardus III. Eid. Septemb. Ado ibid. & Petrus Aquilinus lib. 11. cap. vlt.

Quique per vberem munificentiam in pauperes] Papa Patiens in pauperes effusus & vnicè liberalis erat, ℑ. epist. vltima lib. 6. & Gregor. Turon l. 2. c 24. histor.

Trochais triplicibus] De trochaeis, qui & chorij dicuntur consulendi sunt Terentianus Maurus, Censorinus, & Diomedes lib. 3. de trochaeis triplicibus, ℑ. Carm. 23.

Misisti & triplices metrum trochaei.

Idem ep. 8. lib. 5. *Sed triplicibus trochaeis nuper in metrum hendecasyllabum compaginatis.*

Namque ab hexametris eminentium poetarum Constantij] Qui Papae Patientis hortatu, vitam S. Germani Altissiodorensis eleganti stylo perscripsit, Constantius ad Patientem Episcopum epistola, & epistola ad Censorium Altissiodorensem, de quo semper honorificentissimè Sidonius, vt notaui ep 1. lib. 1.

Secundini] Poetae celebris, ℑ. ep. 8 lib. 5.

Trepidanter edentem] idem in laude Narbonae:

Coram te trepidanter explicare.

Meliorum carminum comparatio premit] Paulinus ad Seuerum epi. 12. *Contraque euenit, vt peccator iusto compositus, magis sordeat, & peccatore conlato magis iustus eluceat.* postea: *Quo splendor eius comparatione tenebrarum clarius emicaret, &c.* Claudianus Mamercus lib. 2. cap. 1 init. D. Hieronym. ad Rusticum: *Et quantum boni virtus habeat vitia demonstrant, clariusque fit lumen comparatione tenebrarum.*

Imaginariè, & quodammodo vmbratiliter effingimus] id est, perfunctoriè & dicis causa, eidem, *imaginaria fides.* epist. 11. lib. 4. vmbratiliter, id est subleste, & leui picitura, *tractum à pictura quae prius quàm coloribus corporatur, vmbra fingitur.* Nonius in monogrammi. vnde *vmbraticus doctor*, Petronio *vmbraticum negotium.* Gellio lib. 5. cap. 1. *vmbratilis miles.* Marcellin. lib. 18. *vmbratile imperium.* eidem lib. 21. *vmbratilis ordo* Cassiodo. episto. 10. libr. 7. *vmbratile* eidem epi 16. lib. 6. *vmbratilis pactio.* l. 3. Cod. Theodos. de decurionibus. & *vmbratilis consul*, Adoni in Chroni. in Honorio A.

Paupertinus] i. pauper & inops. Varro de vita P. R. apud Nonium in *paupertinum.* Idē apud eundē in *culinā, locupletiorū domus quam fuerint paupertini ante, ipsa nomina declarant.* Gell. l 4. c 6. *paupertinae literae.* Tertull. li. 1. contra Marcio. *paupertina elemēta.* Arnob. cōtra Gentes l. 6. *Deorum genus angustissimis cauernarum paupertini cordis excogitatione suspensum.* Apuleius lib. 4. *Quid oro fili paupertinae pannosasque reculas miserrimae anus donas.* ℑ ep. 7. l. 3. *& à me officium paupertini sermonis expectas.* & ep. vlt. l 7.

Angulus iste placet paupertinusque recessus.

Quibus locis pl ut a.

Ortum prospicit æquinoctialem] Sacræ ædes Orientem spectabant antiquitus. Vitruuius de Architectura lib. 4. cap. 5. Higinus de limitibus: *Postea placuit omnem religionem eò conuertere, ex qua parte cæli terra illuminatur.* Apuleius lib. 2. *Tunc Orientem obuersus, & incrementa Solis Augusti tacitus imprecatus.* Tertull. in Apologet. distin 84. *Sed & plerique vestrum in affectatione aliquando vt cælestia adorandi ad solis ortum labia vibratis.* Et hoc quia solem adorabant, qui titus Ecclesiastica traditione receptus est, sed alia de causa, & vt de Circensibus Corippus lib. 1. qui in Solis honorem fiebant.

> *Hunc veterum primi ritum non ritè colebant*
> *Esse Deum Solem rectà non mente putantes,*
> *Sed factor Solis postquam sub Sole videri,*
> *Se voluit, formamque Deus de virgine sumpsit.*
> *Humani generis, tunc dempto Solis honore,*
> *Et Christo delatus honos.*

Oriens enim est, seruator & sospitator Christus, qui mortis chirographum purpureo sui sanguinis cruore penitus interleuit & erasit. Eucherius ad Salonium & Veranium. *Oriens, id est, Saluator maximè,* in Luca, *visitauit nos oriens ex alto.* & in Zacharia, *ecce vir oriens nomen eius.* Idcirco versus Orientem supplices conuertimur. Tertullianus in Apologetico, distinct. 84. *quod innotuerit nos ad Orientis regionem precari.* Paulinus ep. 12. ad Seuerum *Prospectus verò basilicæ, non vt vsitatior mos est, ad Orientem spectat.* Photius in Nomocano. tit. 7. cap. 5. & Basilius cap. 27. de Spiritu sancto, ad Amphilochium. & ex eo D. Augustinus, vt habetur 11. distinct. cano. Ecclesiarum.

Æquinoctialem] Salomonis templum *exoriens sol æquinoctialis illustrabat.* Iosephus. & ex eo Eucherius lib. 3. Reg cap. 8. & 10. Isidor. lib. 15. cap. 4. Originum. Ioann, Beletus: *Et omnino quoque necessarium est, vt ædificetur versus Orientem, hoc est, versus Solis ortum æquinoctialem, nec verò contra æstiuale solstitium vt nonnulli & volunt & faciunt.* Et ex eo Guilielmus l. 1. par. 1. rubri. de Ecclesia.

Bracteatum] id est, bracteis, & auri foliis inductum lacunar, bracteæ sunt malleo contusæ laminæ, & in tenue extensæ. Glossæ vett. Πέταλα, *bracteum, lamina.* & Ammianus Marcellinus lib. 17. *aquè sphæra superponitur aerea aureis laminis nitens*, id est, bracteis. vnde bracteare, inaurare est, Amm Marcel. li. 14. de æneis statuis, *easque auro curât imbracteari* & inde *bracteatus* & *imbracteatus.* Sene. ep. 115. *bracteata fælicitas* Plin. in Paneg. *metis aureæ bracteatū dicti*, vt *bracteæ eloquentiæ.* Solin. epi. ad Aduentū. Ammia. Marcell. li. 17. *itidem auro imbracteatum.* & initio l. 25. *Ita capitibus diligenter aptauit imbracteatu corporibus, &c.* vnde etiam *bractearij*, qui auro imbracteabant. Iulius Firmicus lib. 4. cap. 15. Glossæ veterum χρυσουργὸς, *bractearius.* & l. 1. Cod. de excusat. artif. ÿ. epist. 8. lib. 8. *gestatoriæ bracteatæ.* ibidem plura.

Intus lux micat] ob splendorem qui emicat ex bracteato lacunari, *bractealis fulgor.* Prudentio Hymno 10. Idem in Passion Apostol. Petri & Pauli. *Bracteolas trabibus sublenit, vt omnis aurulenta lux esset intus, seu iubar sub ortu.* Apuleius lib. 5. *Totique parietes solidati massis aureis, splendore proprio coruscant, vt diem suum sibi domus faciat, etiam sole nolente.* Symmachus ep. 6. lib. 1. *Superiora constlauia crustis teguntur, ea operis leuitate, vt compago solarium mentiatur* lib. 2. Epigram. vett. *Hinc radios sol ipse rapit, quos huic dare possit, altera marmoribus creditur esse dies.* Zeno Veron. de Auaritia, Sermo. 1. *auro ardens tota domus pugnet sua flamma cum Sole, &c.* Corippus lib. 3.

> *Atria prælargis extant altissima tectis,*
> *Sole metallorum splendentia.*

Fortunatus lib. 1. Poemat. cap. 1. & cap. 15. lib. 3. de situ Parisiensis Ecclesiæ, & de Namnetica Ecclesia, & de Agerico Virdunensi, eodem libro, quem vide.

Percurrit camera, solum, fenestras] id est, varium marmor parietes, solum & fenestras incrustat. Paulinus ep. 12. ad Seuerum, de basilica Domenedij, *Apsidem solo & parietibus marmoratam camera musiuo illusa clarificat*. Gregorius Aruernus Turonensis Episcop. lib. 2. cap. 16. de Ecclesia Aruernensi, quam Numatius ædificauit: *Parietes ad altarium opere sarsurio, ex multo marmorum genere exornatos habet*. Idem de delubro Aruernæ, quod Gallica lingua Vasso vocabatur, l. 1. cap. 32. *Intrinsecus vero marmore ac musiuo variatum erat, pauimentum quoque marmore stratum, desuper verò plumbo tectum*.

Ac sub versicoloribus figuris] Templorum etiam parietes atque vitrea, multicoloribus figuris illusa erant, Paulinus ep. 12. ad Seuerum Gregorius Aruernus Turonensis episc. lib. 2. cap. 17. de templo S. Stephani in suburbio vrbis Aruernæ condito, à Namatij Aruernensis episcopi coniuge, *Legens historias actionis antiquas, pictoribus indicans quam parietibus fingere deberent, &c.* Idem lib. 1. de mirac. cap. 65. *miram cameræ succorum diuersitatibus imaginatam adhibentes picturam*. Idem lib. 7. cap. 36. *Tune es pictor ille qui tempore Clotarij regis per oratoria parietes atque cameras caraxabas* Idem lib. 10. in fine: *Basilicas S. Perpetui adustas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi vel exornari vt prius fuerant, artificum nostrorum opere imperari.* Guilielmus Mimatensis Episco. lib. 1. cap. 3. Prochyri: *Aliæ intra vt icones, statuæ, & diuersa sepulturarum & picturarum genera, quæ vel in vestibus, vel in parietibus, vel in vitrealibus finguntur.*

Per prasinum vitrum] Versicoloribus figuris vitrea pingebantur, vel natiuo colore inficiebantur. Seneca epist. 86. *Nisi & lauantur simul, & colorantur*, propter vitri colorem, nam vitro abscondebatur camera, eodem auctore, ibidem. & Statius 1. Syluarum, de balneis Etrusci. Pransinum autem vitrum, id est, viride ex Græco. vnde prasina factio, quæ j. in Narbone, *virens.* & Corippo lib. 1. *viridis.* vnde *equus prasinus.* Veri Imp. & *prasini aurei.* Capitolinus in Vero & *prasina viriditas.* Cassiodo. epist. 12. lib. 12. & *sputa prasina.* Cœlius Aurelianus lib. 2. acutor. morbor. cap. 14. lib. 2. tardar. passion. cap. 24. *humor prasinus*, lib. 3. acutor. morbor cap. 20. tardar. passion lib. 3. cap. 2. lib 4. cap 3. *lapis prasinus.* D. Hieron. in Genesim, cap 2. & Esayæ cap. 54. & *gemma prasina.* Iuuenal. interp. sat. 6. idem sat. 5. in fine.

Fulmentis Aquitanicis superba] id est, columnis. mss. Iul. P.I.B. quibus sustentantur magnificæ & elegantes porticus, fulmenta, sunt fulcra, quibus quid innititur, & fulcitur. Vitruu. li. 3. cap. 1. *De fulmentis Aquitanicis.* Pontificale in Hilario PP. An. Dom. 461. *cum fastigiis & epistyliis vndique ornatis ex musiuo, & columnis Aquitanicis*, Idem Anastas. bibliothecar.

Vestit saxea sylua per columnas] Idem in Burgo.

> *te porticus accipit ampla*
> *Directis curuata viis, vbi margine summo*
> *Pendet, & arctatis stat saxea sylua columnis.*

Significantissimè saxeam syluam dixit multitudinem columnarum à similitudine syluæ, *Columnæ enim naturam arborum imitantur.* Vitruuius lib. 4. cap. 2. *mirabilis sylua mœnium* Cassiodo. epist. 15 lib. 7. & vice versa, *columna arborum.* Gregor. Turonen. de Glor. Confess. cap. 23. idem de vita Patrum cap. 8. *sustentatur interdum super columnas arborum.*

Hinc agger sonat] i. via publica, strata s. epi. 5. lib 1. j. epi. 24. lib 4. & epi 3. lib. 9. & in propemptico ad libellum, quibus locis plura.

Arar resultat] Fluuius decantatissimus Rhodano miscetur, & Lugdunum alluit, à quo *Araria* Lugdunum dicitur in historia S. Lupi Lugdunensis Archiepiscopi, *Saune.* Ammian. Marcellin. in fine lib. 15. *Et emensus spatio flexuoso Ararim quem Sauconam appellant*, de quo etiam j. Carm 5.

> *Rhenus Arar, Rhodanus.*

Templum hinc via, hinc flumine cingitur, vt de æde Cereris. Plin. lib 9. ep. 39.

Moderator

Moderator essedorum] hinc, id est, aggere publico, moderator essedorum, id est *essedarius*. Seneca epist 29. & Suetonius in Claudio, cap. 21. qui moderatur esseda *essedum, currus Gallicus*. Pomp. Sabinus, ex quo Britanni pugnabant, vnde *essedarij* M Tullio lib. 7. epist. 6. & epist. 9 dicti, Proper. lib. 2.

Esseda caelatis siste Britanna iugis.

Iordanes in historia Gothorum, initio. *Curribusque falcatis, quos more vulgari essedas vocant*. Innomin. Glossog. mss *Esseda, Basterna*.

Stridentum] quia multo stridore perstrepunt. Seneca epist. 56. *In his quae me sine auocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono*. Claudinus de mulabus Gallicis.

Consensuque pares, & fului pellibus hirtae,

Esseda concordes multisonora trahunt.

Helciariorum] Helciarij sunt, qui helciis, id est, funibus aduerso amne nauigia cernui trahunt Martialis lib. 1. Epigramm. 144.

Quem nec rumpere nauticum celeusma,

Nec clamor valet helciariorum.

Quem locum Sidonius expressisse videtur.

Responsantibus alleluya ripis] Scilicet quod cantatur in Ecclesia, aquae recantant, & est vox laudis, quam in omnibus Ecclesiis propterea cantari traddit Augustinus epist. 86. & 178. D. Hieronym. epist. ad Marcellam, in fine: *Arator stiuam tenens, alleluya decantat, sudans messor psalmis se auocat*. Idem ad Eustochium de Epitaphio Paulae, *Audierat in cunis, & crepitaculis balbutiente lingua, alleluya cantari*. Paulinus epi. 12. ad Seucrum:

Alleluya nouis balat ouile choris.

Alleluyatici psalmi, D. Augustino psalmo 105. *alleluyaria supplicationes*, sextae synodi in Trullo, can. 75. Balsamo, insuper *Alleluarij*. Synodi Carthagin. cano. 106. Toletani Concilij, quarti cano. 10. vocem esse exultationis constat ex Balsamone, sicque non licebat in funeribus alleluya decantare, nec in quadragesima, quod & hodie obseruatur, ex 3. d. Toletano Concilio, *alleluyaticum melos*. Victori Vticensi lib. 3. & Alcuino de ritib. veteris eccles. in fine.

Celeusma] amnicum celeusma, id est, clamorem nauticum helciariorum, quo se mutuò ad officium compellant, & adhortantur, vt connitantur pariter. Verg. 3.

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

Vbi Seruius *celeusma dicunt*. Idem lib. 8. *Celeusma nauticus est clamor ad hortandum*. Martialis lib. 1. Epigram. 144.

Quem nec rumpere nauticum celeusma.

Idem lib. 3. Epigramm. 25.

Lentos figis ad celeusma remos.

Rutilius Numatius Itinerario 1.

His mecum pigri solabar taedia venti,

Dum resonat variis vile celeusma modis.

Gildas Sapiens de excidio Britanniae: *Alij transmarinas petebant regiones, cum vlulatu magno, ceu celeusmatis vice hoc modo, sub velorum sinibus cantantes, &c.* Celeusma ergo est, hortatio remigum, vel clamor ad hortandum, & qui remiges hortatur, celeustes dicitur. Glossae vett. κελευστής, *porticulus*, id est, *hortator remigum*, Nonio Marcello interprete, *hortator*. Plauto & Isidoro lib. 19. cap. 2. *Agiania sunt loca in naui, per quae ad remiges hortator accedit*. Vetus Glossog. *egeator, hortator nauis*. Ouid. 3. Metam. *& qui requiemque modumque*

Voce dabat nautis, animorum hortator Epopeus.

Hortator enim ille modum dabat classi, & imperabat remigibus, vt cùm necesse erat, vel remigarent, vel desisterent, qui idcirco *Pausarius* dictus est. Senecae, epist. 56. & idem qui Ouidio, *hortator est*. & Ælio Stiloni *portisculus*. vt vel haec verba

ostendunt, *Vt audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem.* Hortator enim dicitur modos dare. Ouidius:

modumque
Voce dabat nautis.

Ælius Stilo: *Portisculus qui in portu modum dat classi.* ita Seneca, *remigibus modos dantem*, vt pausarij munus eloqueretur, quod inserui ne Casellius noster Palinuro pausarium commutet, modum autem dabat celeustes & hortator, vel voce. Ouidius & Seneca, vbi s. vel per symphoniam. Asconius in Diuinat. *Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, & vt in Argo naui per cytharam.* Censorinus de die natali, cap. 12. *Denique quo facilius sufferant laborem, vel in nauis motu à vectore symphonia adhibetur.* Quintilianus libro 1. cap 14. *Siquidem remiges cantus hortatur.* Eadem verba inculcat Isidorus lib. 2. cap. 16. Origin. vel malleo, qui portisculus. Aldhelmus de laude virginitatis, cap. 1. Festus, & Nonius, & hortatio illa, quo quomodo fieret, celeusma dicebatur. Higinus fabula 14. *In Argo naui celeusma dixit Orpheus,* ia est, vt ait Asconius, per cytharam, celeusma etiam nauticum carmen interpretatur Mamert. in Paneg. Maximiani, sub finem. J. ep. 12. lib. 8. *hic tuas laudes modificato celeumate.*

Multiplicato me fœnore remunerandum] Fœnus litterarum, & vsuram sæpè Symmachus epistola 8. libri 1. & epistola 14. & 28. libri eiusdem 56. & 72. lib. 2. & Plin. epist. 28. lib. 9. & Petrus Chrysologus sermo. 88. init.

Opus est vt sine fine] id est, sine intermissione, & ita Sidonius interpretatur epistol. 4. lib. 6. initio, *Quod incomparabiliter eminenti apostolatui tuo sine fine debetur, etsi absque intermissione soluatur.* Idem in Panegyrico Anthemii Augusti:

quamcumque loquendi
Arpinas dat Consul opem, sine fine locutus.

Idem in Eucharistico ad Faustum Regiensem:

Quapropter vel te votis sine fine colentes.

idem Carmine 9.

Et mordax sine fine. · Martialis.

quibus locis plura.

Lectites, lecturias] Idem epist. vlt. libri 7. in fine; *ante legère cessabis, quàm lecturire desistas.* idem epist. 7. lib. 9. *cùm merito lecturiremus.* P. Consentius: *Meditatiua qualitatis verbum à perfecta forma sumitur, prout lego, lecturio.* Claud. Mamercus in præfat. ad Sidonium: *En legisti, doctissime virorum, quod lectitabis.*

Coniux domum fœliciter ducenda] Ducebatur vxor in domum mariti, J. episto. 5. libri 1. in fine: *Et nondum tamen cunctis thalamorum pompa deferuuit, quia necdum ad mariti domum noua nupta migrauit* Præter ea quæ ad hunc locum notaui, auctarium sit, quòd domus mariti matrimonij lar vocatur à Iurisconsulto, in l. 1. §. domum, de liber. agnoscend. vxor enim domum domini sui, id est, mariti sequebatur, l. vltima, de donation. inter virum & vxorem. Paulus 2. sentent. titulo de nupt. 19. ibidem Anianus Idem in l. 7. Cod. Theodosian. de iurisdiction. l. ædem, C. de locato & conducto. Labeo apud Gellium, libro 13. cap. 10. *Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo in qua nascitur, & in aliam familiam transgreditur.* Præter Iurisconsultos Vergil. lib. 3.

Et patris Andromachen iterum cessisse marito
Obstupui.

Vbi Seruius: *Secundùm ius locutus est, quia vxor domicilium viri sequitur.* Arthemidorus libro 2. capite 54. Gregorius Turonensis libro 6. cap. 30. schola Grammaticorum, vbi de proprietate nominis vxor. inde *Deus Domiducus*, ex M. Varrone D. Augustin. de Ciuitate Dei libro 6. cap. 9. siue *Domiduca* & *Iterduca*, quæ puella-

rum itinera protegeret, & in optatas domos duceret. Martianus Capella libro 2.

Sisque oppido meminens] Idem epistola 3. lib. 4. *quo aliquantisper mei meminens, arentem venulam rarius flumini tuo misceo.* Idem epistola 3. libr. 6. *Non ego tamen tantum mei meminens non sum.* Idem epistola 6. lib. 7. *neque ego ita mei meminens non sum.* Idem epist. 12. lib. 4. *Studentis adsistebam naturæ meminens, & professionis oblitus.* quibus locis nonnulla notabo.

Martia Hortensio] Martia Catonis dimissa, Catone volente & consentiente Hortensio nupsit. Lucanus libro 2. & Plutarchus in Catone. Linius, & reliqui, quæ bonis artibus instituta erat.

Terentia Tullio] Terentiam Ciceronis vxorem eruditam fuisse testantur ipsius epistolæ. Plutarchus in Cicer. & D. Hieronymus aduersus Iouinianum.

Rusticiana Symmacho] Symmachus lib. 10. ep. 47. in fine, *tantum pro coniugis meæ Rusticianæ C.F. &c.*

Calpurnia Plinio] Vel vt quidam mss. habent, & emendatiora Plinij exemplaria Calphurnia, suauissima & eruditissima Plinij Nepotis vxor, quæ eius libellos habebat, lectitabat, ediscebat etiam. Plinius epistola 19. libr. 4. epistola 4. & 7. libri 6.

Pudentilla Apuleio] quam ille tota Apologia honorificè prædicat.

Oru tui limam] Idem J. Narbone,

Oru maluit expolire limam.

Nouè videtur dictum, lima expolita, & limam expolire, lima enim expolit, non expolitur, necesse quippe est, vt asprata expoliar, non expolita. Verùm ita Martianus Capella libr. 3. initio: *Protulit quoque limam quandam artificialiter expolitam.*

Studiorum cotibus expolitam] Cassiodorus epist. 6. lib. 3. *Vt cote magistrarum artium detersis mentis penetralibus plus luceret.* vterque figuratè à cotibus, quibus gladiorum acies exacuuntur, vnde & *cotarij*. Glossis vett. *samiatores, ἀκονηταί*, & propriè Sidonius expolitam dixit, id est, detersam, quique arma detergunt, *poliones* vocanturl. quibusdam, de iure immunitatis, l. 3. Codice Theodosiano, de excus. artif. J. Carm. 23.

Corinna cum suo Nasone] Filia Augusti Imperatoris, quæ ficto nomine dicta est Corinna, more poetarum, vt Catullus qui Lesbiam pro Clodia nominauit, Propertius, qui Cynthiam dixit, Hostiam dissimulauit, Tibullus qui fuit Plania in animo, Delia in versu, & reliqui, quos recenset Apuleius Apolog. J. Carm. 23.

Quondam Cæsarea nimis puella
Ficto nomine subditum Corinna.

& ibi plura.

Cesennia cum Getulico] Getulicus fuit Epigrammatista. Martialis in præfatione lib. 1. *Sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunque perlegitur.* Plinius epistola 3. libri 5. de Cesennia verò eius amica nihil legi. vide Velleium, Dion. Tacitum 4. Annal. J. Carm. 9.

Argentaria cum Lucano] Argentaria Polla elegans & erudita fœmina, primùm Lucano nupsit, postea Statio Papinio, J. Carm. 23.

Quid quod duplicibus iugata tædis,
Argentaria Polla dat poetas.

Quò loci Lucanus poeta vocatur à Sidonio, & hic inter poetas enumeratur, reclamantibus Petronio, M. Fabio, lib. 10. cap. 1. Institut. Orat. Seruio Æneid. 1. & Iornande in historia Gothórum.

Cynthia cum Propertio] Poetis enim ingenium amasiæ faciebant. Martialis lib. 8. epig. 73.

Sidare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lasciue Properti,
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli,
Lesbia dictauit docte Catulle tibi?

Quod epigramma Sidonius rescripsit hac epist.

Proinde liquidò claret, &c.] Non enim qui dant operam liberis, libris nuntium remittere necesse habent, neque nuptiæ musas relegant, veluti pellices & succubas. multi tamen sunt, qui hanc excusationem desidiæ suæ obtendant. D. Hieronym. aduersus Iouinianum.

Turba depreciet imperitorum] id est, dehonestet, & de precio imminuat, veteres pretiare, adpreciare, & depreciare enuntiabant. Tertullianus in Apolog. *Sic & Epicurus omnem dolorem cruciatumque depreciat, &c.* Idem libro 1 ad Vxorem. lib. de Spectac. cap. de munere, lib. de anima, & 1. contra Marcionem. D. Cyprianus de ascens. Christi, & in symbolum. Glossæ vett. ἐλαττωθέντος, *depretiati.* Symmach. epist. 41. libr. 8. *Nunc elegantia ingenij tui, & inuentionum subtilitas precianda est.* Cassiodorus epistola 41 libri 5. & epistola 22. libri 8. eidem *res impretiabilis.* epistola 1. libr. 4. *depreciatus vilis, nec aliquo precio dignus.* Isidorus libr. 10. 5. episto. 7. lib. 1. & in Burgo.

Depretiata suas turpant figmenta figuras.

Quoad spectat ad Sidonij genuinam interpretationem Claudianus Mamercus lib. 1 cap. 1. de statu animæ, *spreta paucitate doctorum illud ait imperitos, quæ maxima turba est.*

SIDONIVS RVSTICO SVO SALVTEM.

EPISTOLA XI.

SI nobis pro situ spatiisque regionum vicinaremur, nec à se præsentia mutua vasti itineris longinquitate discriminaretur, nihil apicum raritati licere in ceptæ familiaritatis officia permitterem. Neque iam semel missa fundamenta certantis amicitiæ, diuersis honorum generibus extruere cessarem. Sed animorum coniunctioni separata vtrimque porrectioribus terminis obsistit habitatio, equidem semel deuinctis parum nocitura pectoribus. Sed tamen ex ipsa communium municipiorum discretione procedit, quod cùm amicissimi simus, raritatem colloquij de prolixa terrarum interiectione venientem in reatum volumus transferre communem, cùm de naturalium rerum difficultate, nec culpa nos debeat manere, nec venia. Domine illustris gerulos literarum de disciplinæ tuæ institutione formatos, & morum herilium verecundiam præferentes, opportunè admisi, patienter audiui, competenter explicui. Vale.

Rustico] Sic mss. pro Rusticio, de quo. ȷ̄.epist. 11.l. 8. *Solo nomine Rusticum videto* tituloque viri inlustris cohonestatur hoc loco, hæc autem epistola adeò perspicua est, vt respuat interpretem, modò scias Rusticum Liuiana mœnia habitasse, ȷ̄.epist. 11.l. 8. vbi plura, sicque longè discretas esse habitationes.

Fundamenta amicitiæ, &c.] *diu erectu vtrimque amoris machinis, ipse culmina pretiosa posuisti.* ȷ̄ lib.3.epi.1.

Porrectioribus terminis &c.] in amicitia constans fuit Apollinaris, ita vt eam locorum spatiis frangi non pateretur, Symmachus epist.2.l.5. & Claudian. epig. ad Olybrium. ȷ̄ e.1.l.4 in fine, & e.6.l. 6.

Et morum herilium verecundiam preferentes] tales enim serui, quales domini, vetus dictum est, *quales heræ, tales ancillæ* M. Tull. ad Atti. Arnobius ad Psalmum 130. *vsitata vulgò sententia est, quæ dicit, iuxta mores domini, familiam constitutam,* ȷ̄. epist. 9.l. 4. *seruat illæsam domino, domus par pudicitiam.*

SIDONIVS AGRICOLAE SVO S. EPIST. XI.

MIsisti tu quidem lembum mobilem, solidũ, lecti capacem, iámque cum piscibus. Tum præterea gubernatorem longè peritũ, remiges etiam robustos, expedirósque, qui scilicet ea rapiditate præteruolant amnis aduersi terga, qua defluit. Sed dabis veniam quòd inuitanti tibi in piscationem comes venire dissimulo, namque me multo decumbentibus nostris validiora mœroris retia tenent, quæ sunt amicis quoque, & externis indolescendia. Vnde te quoque puto, si ritè germano moueris affect, uquo temporis puncto paginam hanc sumpseris, de reditu potius cogitaturum, Seueriana sollicitudo cõmunis, inquietata primum lentæ tussis impulsu, febribus quoque iam fatigatur, iisque per noctes ingrauescentibus, propter quod optat exire in suburbanum: literas tuas denique cum sumeremus, egredi ad villulam iam parabamus. Quo circa seu tu venias, seu moreris, preces nostras orationibus iuua, vt ruris auram desiderãti salubriter cedat ipsa vegetatio. Certè ego vel tua soror, inter spem metúmque suspensi credidimus, eius tædium augendum, si voluntati iacentis obstitissemus. Igitur ardori ciuitatis atque torpori, tam nos quàm domum totam prænio Christo pariter eximimus, simúlque medicorum consilia vitamus assidentum dissidentúmque, qui parum docti & satis seduli languidos multos officiosissimè occidunt. Sanè contubernio nostro iure amicitiæ Iustus adhibebitur, quem si iocari liberet in tristibus, facilè conuincerem, Chironica magis institutum arte, quàm Machaonica, quo diligentiùs postulandus est Christus obsecrandúsque vt valetudini; cuius curationem cura nostra non inuenit, potentia superna medeatur. Vale.

Misisti tu quidem lembum lecti capacem] *lembus, est nauicula breuis*, Isidor.l.19 cap.1.5. epist.2.l. 2. *lemborumque superlabentem ponderibus inflexus*, in quibus nauicellis siue

lembis lecti struebantur, & sternebantur, & à cubilibus, *cubiculatæ* Senecæ de Benef. l. 7. c. 20. Suetonio, *thalamegi* appellatione græca. Ausonius Theoni. epist. 5.

Expositum supter paradas, lectoque iacentem,

Corporis vt tanti non moueatur onus.

Ↄ. epi. 12. l. 8 *huc te adificatus culcitis thorus, &c.*

Mærorum retia tenent] alludit ad id quod ab Agricola ad piscationem inuitatus fuerat, idcircò mœroris retia dixit figuratè, *vt enim pisciculi retibus, sic hominum ingenia mæroribus amiciuntur.* Ↄ. epi. 9. lib. 8.

Si ritè germano moueris affectu] notandum quòd Papianilla Sidonij vxor, germana erat Agricolæ, Ↄ. ead epist. *certè ego, vel tua soror,* vbi mss. i. *Papianilla*, & fidem faciunt etiam illa, *Seueriana sollicitudo communis, &c.* i. filia.

Optat extremum suburbanum] id est ni fallor in Abitacũ villam, quæ veteris Aruernæ suburbio quasi subiacebat, & contigua erat, addit enim posteà, *egredi ad villulam iam parabamus.*

Adsidentum dissidentumque] sic mss. rectissimè ægris adsidere dicuntur medici, Seneca, l. 6. de Benef. c. 16. *solicitus assedit.* & dum de capite ægroti sententiam ferunt, more Iurisconsultorum, & ex eorum decreto, sedere debent exemplo illius Iacobi Achaij, de quo Marcellinus Comes in Leone Augusto, qui iocus lepidus est omnino, & his inseri debet, indict. xv. Leone. A. 11. solo Cos. *Iacobus natione Achiuus, religione paganus, medicinæ artis peritia, tam ingenio, quàm literatura clarnit, hic ob medendum Leonem A. febre defatigatum, sacrum palatij cubiculum intrauit, statimque regia in sella, iuxtà torum imperialem posita, sine vllo Augusti nutu consedit, sicque medicas adhibuit manus, porrò meridie ad eundem reuersus, sacrum puluinar sublatum sibi propter solum in quo matutinus resederat, protinus intellexit, spondamque tori regiam intrepidus supersedit, veterum studij iurisperitorum monitum id se gessisse non temerè præsumpsisse ægrotantem docuit principem.*

Dissidentumque] quot sunt enim medicorum capita, tot sententiæ, Plinius l. 23. c. 1. *discordibus medicorum sententiis,* & lib. 29. c. 1. *hinc illæ circà ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur assertio alterius, hinc illa infelicis sepulchri inscriptio turba se medicorum periisse,* illud extremum ex Menandro est.

Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Adriani Augusti tumulo versus incisus. Dio. in Adri. Cælius Aurel. acut. morb. l. 1. c. 15. *primò etenim inuidiosè iubet, si quis ante ipsum medicus adhibuerit repudianda. At si non adhibuerit tunc probanda, tanquam legitima putans & hæc alios adhibentibus noceant, ipso medeantur.* Fulgent. 1. Mytholog. *nisi me etiam exinde bellis crudelior Galieni curia exclusisset, quæ penè cunctis Alexandriæ ità est angiportus, quo chirurgicæ carnificinæ laniena plurior habitaculis numeretur. denique certando ita remittunt in mortem, quo ferant Charontem cuius sopiturum, si collegio non donetur, &c.* Cassiodorus, lib. 6. epist. 19. *deponite medendi artifices, noxias ægrotantium contentiones: vt cum vobis non vultis cedere, inuentá vestra inuicem videamini dissipare:* vnde comes Archiatrorum qui medicorum dissidẽtes sententias componebat, & quam quisque sequi deberet opinionem, rationibus edocebat, Cassiodorus, lib. 6. epist. 19. *vt inter salutis magistros solus habearis eximius, vt omnes iudicio tuo cedant, qui se ambitu mutuæ contentionis excruciant. Esto arbiter artis egregiæ, eorumque discinge conflictus, quos iudicare solus solebat affectus* Ioan. Salisberiensis Policratici lib. 2. c. 29. *verumtamen in eo magna meum admiratione distrahor & perturbor, quòd à seipsis tanto verborum conflictu & conlisione rationum dissiliunt & discordant, vnum profectò scio contraria simul vera esse non posse.*

Languidos multos officiosissimè occidunt.] hoc elegans & salsum Sidonij dicterium, in prouerbium abiit, Ioan. Salisberiensis Policratici. lib. 2. cap vlt. in fine, *expectas vt dicam, quod dicit populus, quia hi sunt qui homines officiosissimè occidunt, sed frustrà, absit enim vt hanc contumeliam proferam, quam si fortè audire volueris Senecam, Plinium adeas,*

& Sidonium qui hoc in auribus tuis clamore valido replicabunt, Sic mss. rectè, idem lib. 6. c. 1. de officialibus adparitoribus & exactoribus: *Quis numerare potest, quot pupillos officiosissimi circumscripserit, & quot venales iniuria fecerit agros*, imitatione Sidoniana in aliam rem detorta, seu verius Horatiana. epist. 7. l. 1. *officiosaque sedulitas & opella forensis, &c. iniuriosè sedulus*. Auso. in Parentalibus.

Occidunt.] sedulitas & eruditio in medico requiritur, Cornel. Celsus lib. 3. cap 4. sedulitas verò sine doctrina magis nocet, quàm proficit. Author libelli de moribus medicorum, c. 1.

Ignaro medici demit medicina salutem,
Dum prodesse putat, semper obesse solet.

atque ita sedulò & officiosè ignari medici ægrotantes occidunt, Largus medicus ad G. Iulium Calistum, *quid possum vltrà dicere, nisi genere quodam parricidium eos committere?* Plinius lib. 29. c. 1. *discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse summa impunitas est.* inter eos qui sanguine viuunt, medicos enumerat Arthemidorus lib. 1. c. 63. *homicidij quippe crimen est in hominis salute peccare.* Cassiodorus lib. 6. epist. 19. cumque nulla lex esset quæ puniret inscitiam capitalem, & medicis impunè liceret occidere, pœna tandem capitis in eos promulgata est, qui imperitia homicidium admisissent, Paulus 5. sentent. tit. 23. in fine l. illicitas. § sicuti, de offic. præsidis, l. 7. § vlt. & l. 8. ad legem Aquil. *medicorum argutias*, non illepidè dixit Gregor. Turonensis de mirac. S. Mar. l. 3. cap. vlt. vide Phædrum. i. Fabular.

Iustus.] Iusti medici meminit Macer. de virtutibus herb. cap. de viola. *Vt Iustus tradit medicus qui talia scribit.* istius, an alterius ambigo.

Chironica magis institutum arte quàm Machaonica] iocus lepidus & Sidonianus, quo taxim iustum medicum rapacitatis accusat, salsè ad nomen Chironis alludens, *qui artem medicinam chirurgicam, ex herbis primus instituit.* Hyginus cap. 274. & ad nomen græcum χεὶρ, vel χειρὸς, manibus enim res furtiuæ tractantur, vnde Laberius ponit *manuatus*, pro furatus est, & in Fullone, furem, *manuarium* appellat, iocus Martialis.

A pedibus didicere manus, peccare proternè.

qui ne plus vna litera fiant, quam medici, nempè mendici, aurum etiam ex stercore colligunt, notam rapacitatis inurit medicis, Plinius lib. 29. cap. 1. quòd immanes auri & argenti aceruos illi quos enumerat medicam artem exercendo coegerint, mordax & elegans Martial. lib. 9. epig. 98. Apule. ciuibus suis de virtutibus herba. *Hos etiam homines inertia plerumque & imperitia enixos, certè lucripetas veros nuncupari, qui etiam à mortuis mercedes expetunt per occasionem, & faciunt reditus dum tempus curationum extrahunt, puto quia saniores ipsis morbis existunt.* Idcircò veteres Aesculapij templum extrà vrbem in insula fecisse dicuntur, *quòd quæstum esse immani precio vitæ recusarent.* Plinius. Nisi malis dici *arte Chironicâ*, pro fatali arte, malâ atque mortiferâ, & hæc propius accedent ad Sidonij mentem, nec enim rapacitatis, taxat medicos, sed capitalis inscitiæ in hac epi & ita mecum sentit. Nic. Rigaltius Parisiensis togatus, non ex grege illorum, qui (vt ait Sidonius) *illiteratissimi literis vacant*, notis musteis in Onosandrum, quem coniecturæ meæ assertorem habere gratulor.

Quàm Machaonicâ] id est medicâ & salutifera arte, Machaon cum fratre Podalirio depositos ægros curauit, in obsidione Troiana, ambo à patre Aesculapio edocti, Marcellus de re medica.

Quod natum Phœbus docuit, quod Chiron Achilem,
Quod didicere olim Podalirius, atque Machaon,
A genitore suo.

vnde *Machaonas*, Martialis appellat medicos lib. 2. epig. 16.

Cuius curationem cura nostra non inuenit.] Sic mss. propriè autem vsus est curatio-

nis verbo, & nomine curæ, curatio enim ad medicos, cura ad Sidonium & ad papianillam, referenda est, Donat. Andria. Act. 1. Scenæ 1. *Curatio propriè medicorum est, cura reliquorum*, Symmach. e. 5. l. 8. *quod igitur vel medicorum curatio, vel abstinentia tua ad salutem promouerit.*

Potentia superna medeatur.] Gildas sapiens de excidio Britanniæ, *secundum illud Philonis necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat auxilium:* Ennodius Hilpidiari. *tunc illa sæcularis pompæ philosophia, Hippocratis & Galliens contrita subsidiis, ad adiutorium fidele se transtulit, &c.* Grego. Turo. l. 3. de mirac. S. Martini. c. vlt.

SIDONIVS SERRANO SVO SALVTEM. EPIST. XIII.

…lam … re D. Cardinal. Baron. … tom 6 anno 455 … sequentibus —

EPistolam tuam nobis Marcellinus togatus exhib:it, homo peritus, vírque amicorum, quæ primoribus verbis salutatione libata, reliquo sui tractu (qui quidem grandis est) patroni tui Petronij Maximi Imperatoris laudes habebat, quem tamen tu pertinaciùs aut amabiliùs quàm rectiùs veriúsque felicissimum appellas, propter hoc quippe, cur per amplissimos fascium titulos fuerit euectus vsque ad imperium. Sed sententiæ tali nunquam ego assentior, vt fortunatos putem, qui reipublicæ præcipitibus, ac lubricis culminibus insistunt. Nam dici nequit, quantum per horas fert in hac vita miseriarum, vita felicium istorum (si tamen sic sunt pronuntiandi, qui sibi hoc nomen, vt Sylla, præsumunt) nimirum qui supergressi ius fasque commune, summam beatitudinem existimant, summam potestatem, hoc ipsò satis miseriores, quod parum intelligunt inquietissimo subiacêre se famulatui. Nam sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur. Hîc si omittamus antecedentium principum casus vel sequutorum, solus peculiaris iste tuus Maximus, maximo nobis documento poterit esse, qui quanquam in arcem præfectoriam, patriciam, consularémque intrepidus ascenderat, eósque quos gesserat magistratus, seu recurrentibus orbitis inexpletus iterauerat: cum tamen venit omnibus viribus ad principalis apicis abruptum, quandam potestatis immensæ vertiginem, sub corona patiebatur, nec sustinebat dominus esse, qui non sustinuerat esse sub domino. Denique require in supradicto vitæ prioris gratiam, potentiam, diuturnitatem, eque diuerso principatus paulò amplius quàm bimenstris originem, turbinem, finem: profectò inuenies hominem, beatiorem priùs fuisse, quàm beatissimus nominaretur. Igitur ille cuius anterius epulæ, mores, pecuniæ, pompæ, literæ, fasces, patrimonia, patrocinia florebant, cuius ipsa sic denique spacia vitæ custodiebantur, vt per horarum dispositas clepsydras explicarentur, is nuncupatus Augustus, ac sub hac specie palatinis liminibus inclusus, ante crepusculum ingemuit

muit quod ad vota peruenerat. Cúmque mole curarum pristinæ quietis tenere dimensum prohiberetur, veteris actutum regulæ legibus renuntiaui, atque perspexit pariter ire non posse negotium principis & otium senatoris. Nec fefellerunt futura mœrentem: namque cùm cæteros aulicos honores tranquillissimè percucurrisset, ipsam aulam turbulentissimè rexit, inter tumultus militum, popularium, fœderatorũ: quod & exitus prodidit nouus, celer, acerbus, quem cruentauit fortunæ diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum vt scorpius vltima sui parte percussit. Dicere solebat vir literatus, atque ob ingenij merita quæstorius, partium certè bonarum pars magna Fulgentius, ore se ex eius frequenter audisse, cùm perosus pondus imperij veterem desideraret securitatem, felicem te, Damocles, qui non vno longiùs prandio regni necessitatem tolerauisti. Iste enim (vt legimus) Damocles prouincia Siculus, vrbe Syracusanus, familiaris tyranno Dionysio fuit, qui cùm nimis laudibus bona patroni, vt cætera, scilicet inexpertus, efferret: Vis (inquit Dionysius) hodie saltem in hac mensa bonis meis ac malis pariter vti? Libenter inquit. Tum ille confestim lætum clientem, quanquam & attonitum plebeio tegmine erepto, muricis Tyrij, seu Tarentini conchyliato ditat inductu: & renitentem gemmis, margaritísque aureo lecto sericatóque toreumati imponit. Cúmque pransuro, Sardanapalicum in morem, panis daretur è Leontina segete confectus: insuper dapes cultæ ferculis cultioribus apponerentur: spumarent falerno gemmæ capaces, ínque cristallis calerent vnguenta glacialibus, hinc suffita cinnamo ac thure cœnatio spargeret peregrinos naribus odores, & madescentes nardo capillos circumfusa florum serta siccarent, cœpit supra tergum sic recumbentis repentè vibrari mucro districtus è lacunaribus qui videbatur in iugulum purpurati iamiámque ruiturus: nam filo equinæ setæ ligatus, & ita pondere minax, vt acumine gulam formidolosi Tantaleo frænabat exemplo, ne cibi ingressi per ora exirent per vulnera. Vnde post mixtas fletibus preces, atque multimoda suspiria vix absolutus, emicatímque prosiliens, illa refugit celeritate diuitias deliciásque regales, qua solent appeti. Reductus ad desideria mediocrium, timore summorum, & satis cauens ne beatum vltra diceret, ducerétque, qui septus armis ac satellitibus, & per hoc raptis incubans opibus, ferro pressus, premeret aurum. Quapropter ad statum huiusmodi, Domine frater, nescio an constet tendere beatos: patet certè miseros peruenire. Vale.

Marcellinus togatus] malè in quibusdam mss & vett. libris anteà legebatur Marcellinus rogatus, sed leuis mendæ, leuior emendatio est, togatus, id est aduocatus, & toga, aduocatio est, interprete Aniano, Nouella Valentiniani de confirm. his

quæ administrant. vel publ. offic. l. 15. C. Th. lib. 6. tit. 2. *togati prætorianæ atque etiam vrbicariæ præfecturæ*, l. 3. 5. 9. & 11. C. de aduo. diuers. iud. D. Ambros. e. 14. *mouebat hoc vtrinsque partis togatos*, id est causidicos, à togæ forensis honore togatos dictos, ĵ. e. 3. l. 6. *togatorum illic perorantum, &c.* Marcellinum autem fuisse causidicum patet ex Car. 24 ĵ.

Marcelline meus perite legum.

Vtrque amicorum] *vir literarum*, Symmacho. e. 72 l. 1. *viri virtutum*; eidem epist. 23. & 24. l. 10. & Cassiod. epi. 32. l. 1. ĵ. e 1. l. 5.

Primoribus verbis salutatione libata.] Salutationis epistolaris hæc erat vetus formula. Si vales bene est, ego valeo. Seneca epist 15. *Mos antiquis fuit, vsque ad meam seruatus ætatem, primis epistolæ verbis adijcere, Si vales bene est, ego valeo &c.* Plinius epi. 11. l. 1. *vnde incipere priores solebant, si vales bene est, ego quidem valeo*, qui mos ætate Senecæ exoleuit, & posteà obtinuit, vt ità bene precarentur, Sidonius Serrano suo salutem, & hæc est quam vocat primoribus verbis salutationem libatam. Idem epist. 8. l. 4. *post verba quæ primum salue ferebant*, vbi plura, Petrus Venet. Clunia. l. 5. epi. 35. *non sic piæ sanctæque memoriæ domnus Guigo prior scribebat, sed epistolari more salutatione præmissa.*

Patroni tui Petronij Maximi.] Annominatio Patroni, Petroni, Petronius Maximus in veteri inscript. D. D. D. N. N. N. INVICTISSIMI. PRINCIPES. HONORIVS THEODOSIVS. ET CONSTANTIVS, CENSORES. REMVNERATORESQVE VIRTVTVM. PETRONIO MAXIMO. V. C. PRAEF. VRB. &c. ex stirpe fuit Clementis Maximi Tyranni, Procopius lib. 1. de bello Persico, hîc & in Paneg. Auiti. Aug. Petronius, ille Sulpicio Seuero Histo. Eccles. lib. 2. *Clemens* dictus, ille à Theodosio. A. fusus & occisus, hic à plebe Romana lapidibus obrutus, & membratim discerptus fuit: Clemens autem Maximus, Magni Constantini consanguineus fuit. Sigebertus. An. 384.

Felicissimum appellas.] Qui imperij apicem attigerant, felices vocabantur Plinius epi. 18. l. 5. *homo felicior, quàm felicissimus arbitraretur.* id est imperator. Nerua ĵ. Car. 5. *Infelix felice vno.* i. Genserico rege Vvandalorum, & longa pagina honorum Imperialium, *felix semper Aug.* quippe quia Maximus euectus fuerat ad imperium, idcirco Serranus felicissimum appellabat, paulò post. *vita feliciorum illorum.* Prosper Aquitani. de Prouid.

Felices dicimus est, quos blanda potestas
In summos apices tumidorum euexit honorum.

Quippe cur.] Cur, id est quia, Priscianus, 5̄. l. 1. epist. 1. *cur veternosum dicendi genus imitaretur.* idem. epi. 3. *cur adipiscendæ dignitati hereditariæ, curis peruigilibus incumbam*, idem in conc. lib. 7. *Cur opinaretur gratiam benedictionis pretio sese posse mercari.*

Quantùm per horas.] Idem. 5̄. lib. 1. epi. 7. in fine, *vncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens, id est in horas.*

Qui sibi hoc nomen vt Sylla præsumunt.] Sylla ob fortia facta, maluit felicis titulum, quàm fortis viri præmium reportare, Valer. lib. 6. c. 4. & cap. 9. exempl. vlt. Sueton. in Tyberio. c 59.

Accipe felicem sibi, non tibi Romule Syllam.

Iul. Firmic lib. 1. c. 3. Mathes. *decreto ampliss. senatus & populi, nomine prosperæ & perpetuæ felicitatis ornatur.* præter Plinium, l. 7. c 43. Plutarchum, & Appianum lib. 4. Solinus, *qui attingat ad titulum felicitatis necdum repertus est, & qui felix censeri iure debuerit, namque Cornelius Sylla dictus potius est, quam fuerit felix.* Tertull. in Apologet. *Quis ex illis diis vestris grauior & sapientior Catone? iustior & militarior Scipione? quis sublimior Pompeio? felicior Sylla? copiosior Crasso? eloquentior Tullio?* Ausonius in gra-

tia. actione ad Gratianum. A. cap. 11.

Qui supergressi ius fasque commune.] id est, qui suprà ius & leges constituti, principes enim sunt soluti legibus, l. princeps. de legibus, verùm iure & legibus humanis, quas fas commune vocat, non diuinis, idcireò Dauid dixit, *Tibi soli peccaui*, Deo enim soli peccat princeps, qui nullis legibus tenetur. Arnobius hoc loco, D. Hieroni. ad Rusticum monachum. D. Ambrosius Ser. 16. Alcuinus, Innocentius. PP. & Gauffredus Bossardus, in eandem sententiam conspirant.

Ius fasque commune] rectè adiecit, *fas commune*, id est leges humanas, & religiosas, *nam fas ad religionem, iura ad homines pertinent*, Seruius. 1. Georgic. ad hæc.

Fas est iura sinunt,

Idque velut adagio cessit, Petronius

Fas & iura sinunt veteres extendere amores.

Idem in Satyra, *negat Eumolpus passurum se, vt quisquam ingenuos contra ius fasque contaminet*, Gellius l. 1. cap. 3. *contra ius &/ contrà quam licet*, Macrob. lib. 1. Satur. c. 7. *fas & iura permittunt*, ј. c. 8 l. 8. *contrà ius fasque*, &/c. vbi plura.

Ita regibus dominandi desideria dominantur.] D. Hilarius Arelatensis in vita S. Honorati. *dominantur, vt video, metalla dominantibus.*

In arcem præfectoriam.] *præfectoria arx* M. Tullio, pro Roscio Amer. ј. Car. 7. *præfecturæ apex.*

Patriciam, Consularem.] Præfectoria dignitas minor est Patricia, Patricia minor consulatu, in hoc verò quòd Patriciana dignitas, secunda post imperatoriam dicitur, à Zosimo lib. 2. & Victore in Vespasiano. scias oportet illud obtinuisse ante Constantini legem, qua sanxiit vt Patricij supra præfectos præt. sessitarent, eodem Zosimo authore lib. 2. ј. epist. 16. l. 5. *votum in commune deposcens, vt sicut nos vtramque familiam nostram præfectoriam nacti, etiam patriciam diuino fauore reddidimus, ita ipsi quam suscipiunt patriciam, faciant consularem*: ex quibus clarum est, præfectoriam patriciæ, patriciam dignitatem consulari cedere, & hoc leges & iura voluerunt.

In arcem præfectoriam, patritiam, consularem] has omnes dignitates Petronius Maximus non semel decurrerat, præter præfecturam vrbi de qua vetus inscribtio, ј. præfecturam Prætorianam gessisse constat ex l. 6. C. Theod. de legitim. hæredib. quamquam repetiisse paret. ex Nouella Theodosij de Palatinis. & Nouella eiusdem in damnum publicum non valere rescriptum. Nouella etiam de successione curialium, & Nouel. Neque domum diuinam, neque Ecclesiam, &c. *Maximo. it. præf. præt. & patritio*, scripta est Nouella Valentiniani de homicidio. Zonaras tom. 3. & Marcellin. Comes indict. 8. & ex eo Iordanes de success. regnorum. *Valentinianus dolo Maximi Patricij truncatus est*, ad extremum Maximi consulatum loquuntur fasti Consulares, quem cum Theodosio A. xiiii. participauit, & lex. 16. C. Th. de indulg. reliquor. & l. 17. de numera. act. scrin secundum consulatum cum Paterio, quem Cassiodorus & Marcellinus Comes Paternum vocant, passim in Nouellis Valentiniani & Theodosij, & Zonaras in Marciano tomo 3. vir consularis facilè princeps inter cæteros. Constantino Manassi in Annalibus. Prosper in Chronico *Maximus vir geminus Coss. & patritiæ dignitatu sumpsit imperium exconsul*, Idacio in Chron.

Nec sustinebat dominus esse, qui non sustinuerat esse sub domino.] id est vix ferebat se imperatorem esse, qui prius sub imperatore Valentiniano viuere non poterat, dolo enim Petronij Maximi, Valentinianus ab Aetij satellitibus interemptus est Marcell. Comes. indict. viii. Valentiniano. v ii & Anthemio. Coss & Procopius lib. 1. de bello Pers. sicque non sustinuerat esse sub domino, id est Imp Valentiniano, nec sustinebat dominus esse, quia conatus cum ... otique pœnitebat,

& ei imperium cedebat infeliciter.]. Carm. 7.

Quàm bimenstris] rectè, reclamante Idacio, in Chron. qui mensæ imperij. IIII. Romæ Maximum interfectum fuisse scribit, omnino malè. Is error, vt innumeri alij, intepserunt incuria Fredegarij Scholastici, qui Idacium historiæ suæ miscellæ inseruit, mendis pluribus inspersis Cassiodorus Valentiniano VIII. & Anthemio Coss *In campo Martio ab amicis Æthij Valentinianus occiditur, post quem Maximus inuasit imperium, qui intrà duos menses à militibus extinctus, in Tiberim proijcitur*, verius Sidonius dixit, *paulò amplius quàm bimenstris*, Maximus enim imperauit plus duobus mensibus. Prosper in Chronico. de Maximo in fine, *nam post alterum mensem, nuntiato ex Africa Gensericis regis aduentu, multisque nobilibus ac popularibus ex vrbe fugientibus, cum ipse quoque data cunctis abeundi licentia trepidè vellet abscedere, à famulis Reginæ dilaniatus & membratim deiectus in Tiberim, sepultura quoque caruit.* eadem verba infigit Freculphus, l. 5. cap. 15. tom. 2. Sidonio conuenit in eo quod ait, *post alterum mensem*, Paulus Diaconus lib. 5. in Martiano & Valentiniano. A. A. tradit Maximum duorum mensium spatia non implesse, *mortuo Valentiniano regni iura Maximus apud vrbem inuadens, necdum duobus expletis mensibus à Romanis peremptus est.* verùm ab historiæ veritate pauxilulum recedit, perspicuum enim ex Sidonio est qui Maximo vixit, cũ plusquam duos mẽses in imperio trãsegisse, idcirco Iordanes de successione regnorum imperium Valentiniani Maximum inuasisse, *tertióque Tyrannidis suæ mense Romæ à Romanis discerptum scribit*, Idémque Otto Frisingensis lib. 4. cap. 28. & Abbas Vrspergensis in Marciano, quod verum esse innominatus Chronographus euincit. *post interitum Valentiniani Imp. leuatus est Maximus Imp. xvj Kal. Aprilis & occisus est pridie Idus Iunias.*]. Car. 7.

Vxqne tuo impositum capiti diadema Petroni.

Originem, turbinem, finem.] Aetij quippe satellites Maximus in Valentinianum excitauit, quo ab Occylla Aethij buccellario occisos Gregori. Turon. l. 2. cap 8. in fine, Paulus Diaconus in Marciano à Trasila, Marcellinus Comes & ex eo Iordanes de successione regnorum, per Ostilam & Transtilam (al Ostilam & Transtilam) Aetij satellites Mar. Com indict. 8. *interfecto Valentiniano Maximus imperium inuasit, Eudoxiámque Valentiniani vxorem ad nuptias coegit*, Procopius de bello Vandal. lib. 1. & Prosper. in Chronico & ex eo Freculphus, lib. 5. cap. 15. to. 2. vel vt Constantinus Manasses scribit, vi stuprauit, vt retaliaret iniuriam vxori suæ à Valentiniano inlatam vide.]. Car. 5. & 7.

Turbinem] nam cùm Eudoxiæ in geniali thoro Petronij Maximi facilitas aperuisset, dolo suo Valentinianum interfectum, vt Procopius refert lib. 1. de bello Vvandalico, cúmque Aetij comites Valentiniani interfectores in amicitiam recepisset, Eudoxia vt mortem mariti vendicaret, Gensericum ex Africa Romam acciit, populique Romani odium in Maximum concitauit, Procopius, Prosper, & reliqui, atque ita vt postea ait Sidonius aulam turbulentissimè rexit, inter tumultus militum, popularium, fœderatorum.

Turbinem] *turbo barbaricus*, c. 6. l. 5. id est tumultus, vt hic. Gildas sapiẽs l. de excidio Britanniæ, *Igitur bilustro supradicti turbinis, necdum ad integrum expleto.* &. *turbinum ciuilium sepultorem*, Augustum vocat Tertull. de anima.

Finem.] Nuntiato quippe Genserici aduentu, cùm omnibus abeundi facultatem edicto promulgasset, & ipse cum primatibus fugam moliretur, lapidibus impetitus, membratim discerptus, & in Tyberim coniectus est, caruitque sepultura. Procopius, Cassiodorus, Marcellinus Comes, & Prosper in Chronicis, & ex Prospero Freculphus. lib. 5. cap. 15. Euagrius, Zonaras, Constantinus Manasses, & reliqui, paulo post eadem epistola, *quem cruentauit fortunæ dus lenocinantis perfidus fluis.*

Profectò inuenies hominem beatiorem priùs fuisse, quàm beatissimus arbitraretur] In eo Plinium imitatus est, ep. 18. lib. 5. vbi de Imper. Nerua à Domitiano Tarentum secedere iusso: *Neque enim dubito esse amœnissimam, in qua se composuerat homo felicior, quàm felicissimus arbitraretur*, id est, Nerua Aug. Auson. in Gratiar. act. c. 11. *Sylla felix, qui felicior antè, quàm vocaretur.*

Anterius] s. ep. 9. lib. 2. *Quænam potissimum anterius edulibus nostris culina fumaret.* Idem ep. 24. lib. 4. *quem noueram anterius corpore erectum.* ep. 11. lib. 9. *Si non saltem vobis esset anterius allatum volumen.* Idem Carm. 17.

Nuntiet anterius. i. antea.

Vt per horarum dispositas clepsidras] s. ep. 10 lib. 2. satis superque docui veteres fuisse solitos ad solaria & clepsidras viuere, illud tamen tralatitij styli acumen effugit, quod minimè prætereundum erat, scilicet quod Crinas medicus Massiliensis humanæ sanitati conducere credidit, statis horis corpus cibo potuue curare, & ad clepsidram viuere. Plin. lib. 29. cap. 1. *Tum Crinas Massiliensis arte geminata, vt cautior religiosiorque ad siderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dando, horasque obseruando, auctoritate eum precessit.*

Palatinis liminibus inclusus] Quia Imperatores post Augustum in palatio morabantur, in quod recens creati ducebantur. Spartianus in Didio Iuliano: *Inde se ad palatium recepit, vxore ac filia illuc vocatis, trepidis & inuitis eò transeuntibus, &c.* Vide præter cæteros Ammian. Marcell. lib. 26. Gregor. Turonen. lib. 5. cap. 30. Corippum in Paneg. Soli autem Imperatores non solùm Romæ, sed etiam in prouinciis habitabant in palatiis, l. 1. & 2. Cod. Theodos. ne quis in palatiis maneat.

Palatinus] Romanum palatium vsque ad Placidi Valentiniani tempora in splendore suo permansisse, ex his Sidonij verbis collegit Onufrius, de vrbe Roma, & de monte Palatino. Verùm cum Palatinis liminibus inclusus fuerit Maximus Valentiniani successor, vltra Valentiniani tempora remansit integrum, quod ex Cassiodoro in Chronico perspicuum est, Herminerico & Basilico Coss. *vt dicitur Rumeris fraude Seuerus Romæ in palatio peremptus est.*

Legibus renuntiauit] i. Maximus Imper. ad pristinæ quietis dimensum, viuere non potuit, & otio quo priuatus fruebatur, renuntiauit, j. ep. 11. lib. 9. *huic principaliter exercitio renuntiaui.*

Negotium Principis, & otium Senatoris] Pari passu non ambulant otium senatoris & negotium principis, licèt senatores ante missionem à senatu assiduis occupatio nibus detinerentur, vt dixi epi. 8. lib. 1 tamen si principis negotium cum senatoris negotio componas, non negotium, sed otium est senatoris occupatio. Senatorem autem vocat Maximum, vt & Procopius lib. 1. de bello Vvandalico, quod præf. præt. Patricius & Consul fuisset, vt j. dicemus ep. 6. lib. 3.

Popularium] Cor. Tacit. lib. 4. hist. *Mox per Britanniam illuc transmissis cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant.* Vetus interpres Iuuen. init. sat. 7 ad hoc verbum *Stantibus popularibus, militibus armatis.*

Fœderatorum] De fœderatis, i. Gothis abundè s. epist. 8 lib. 1. Hic fœderati videntur esse tertium genus militum, qui sub Optionibus, siue Phylargis militabant. l. vltima, Cod. de locato. Iustinian. Nouella 22. & 116 & in Epitome 12. Constit. de hæreticis Iulianus Patricius Nouel. 118. c 387 *Siue milites sint, siue fœderati, siue scholares*, & aliàs passim in iure. Aulam itaque turbulentissimè rexit Perronius Maximus. Nam, vt ait Salisberiensis Policrat. l. 6. c. 18. *Qui fidem quam Deo suo, dominoque terreno non seruauit, eam neque quam reperit in subiectis suis.* quod maximè Maximo conuenit, qui Valentiniano A. refractarius fuit, & inobediens.

Fortunæ dulcenocinantis perfidus finis] Iul. Celsus lib. 10. *Fortuna plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriorem casum reseruat: superiorum ipsorum dissimilis.* Quintil. declamat 271 *Fortiorem me facies & fortuna, solet fatigari, solet postquam nimium*

indulsit, in fine deficere. Æmilius Probus in Dione: *Quod fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta.* Salisberiensis Policrat. lib.1.c.1.

Qua virum vt scorpius vltima sui parte percussit] Prouerbialis & elegans similitudo. Lucillius lib. 30. *Sic vt muscipula contenta, vt scorpius cauda*
Sublata.

D. Ambros. 1. Offic. *Ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, nocumque genus est fœmina.* Idem Boetius de scholastica disciplina: *Meretrix nonaria est inferni ianua, via iniquitatis, scorpionis percussio, viscarium scelerum, puteus interitus.* D. Hieron. Prologo in librum Iosue ad Demetriadem de virginitate, & aduersus Vigilantium. & Ionas Aurelian l. 3. contra Claudium Taurinensem: *Et scorpionis more ore palpando, clanculò venenum infundere conaris.*

Ob ingenij merita quæstorius] Maximè quippe ingenij merita in quæstore spectantur, cuius arbitrio summa rei Palatinæ gerebatur antiquitus, cuiusue ore princeps loquebatur, Cassiodorus l.6. ep. 10. *Quanto facundior debet esse, qui ore principis populos noscitur admonere.* & epi.12. j. Carm. 5.

cuius dignatur ab ore
Cæsar in orbe loqui, licet & quæstore diserto
Polleat.

Ad quem locum plura, Corippus in Paneg. ad Anastasium quæstorem:

Summa magistrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Principis auspicio leges & iura gubernans,
Iustitiæ vindex, inopum pater, omnia curans.

Quæ munera nonnisi dotibus ingenij præstantibus viris conferebantur, idcirco dixit Sidonius ob ingenij merita quæstorius.

Partium certè bonarum pars magna] Partium bonarum, vt s. epi 4. lib. 2. *sicut decet bonarum partium viros.* j. epi.6. lib. 3. *ad quam iactitant inuidi, bonarum partium viros.* s. plura notaui quod autem adiecit, *partium certè bonarum pars magna.* ita & Corippus de quæstore Anastasio:

Quæstor Anastasius sancti pars magna senatus.

Fulgentius] Vita Sidonij Apollinaris msta. veteri msto. Valerii Maximi adsuta, qui est in regia Bibliotheca, & ea quoque quæ est in fine msti. C. Puteani v. clariss. & doctiss. qui quidem mss. postquam Fulgentij opera enumerauerunt, *cuius meminit Sidonius in epistola ad Serranum ep. 13. lib 2.* Sed hoc longè à vero remotum est, nec enim Fulgentius vixit Maximo Petronio Imp. sed Trasimundo rege Vvandalorum, ad quem libros tres scripsit, & Anastasio Imperatore. Isidorus de viris inlustr. cap. 13. nec is quæstor, sed procurator ordinatus, vita Fulgentij ab innominato discipulo conscripta, ad Felicianum Fulgentij successorem, cap. 1 in fine.

Cum perosus pondus imperij, veterem desideraret securitatem] Felicem in eam sententiam singularis est. Seneca epi. 94. in fine: *Tunc laudant otium lene, & sui iuris, odio est fulgor, & fuga iam à rebus adhuc stantibus quæritur, &c.* Idem de Breuitate vitæ cap. 4. & cap. 5. *Potentissimis, & in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant, cupiunt ex illo fastigio suo, tutò si liceat descendere, &c.* nota, Cassiodorus lib. 6 epi. 12. *Interdum enim assidui labores, etiam ipsas ingratas faciunt potestates, dum imbecillitas humana citò solet sustinere fastidia, & quod prius ambisse creditur, postea vitare velle sentitur.*

Iste enim (vt legimus) Damocles] Damoclis historiam describunt Plato lib. 3. de Republica, M. Tull lib. 2. de Finib. & libro 5. Tuscul Horat. lib. 3. Carm. ode 1. Persius saty. 3. Macrob lib. 1. in Somn. Scip. cap. 10.

Muricis Tyrij seu Tarentini] De murice Tyrio præter cæteros Iustinian. in §. præterea si quis. Instit. de actionib. & Cassiodo epi. 2. lib... de Tarentino murice. Varro apud Gellium lib. 16. cap. 7. *ostrea Tarentina.* Tyrio autem myrice & gemmis

comebantur Impp. Boetius lib. 3. Carm. 4. *Quamuis se Tyrio superbus ostro Comeret & niueis lapillis.*

Conchiliato ditat indutu] id est, purpureo, conchiliorum sanies, purpura est. Vitruu. lib. 7. cap. 13. Serenus:

Purpureo triti cineres de vellere prosunt,
Quod fuerit vero conchili sanguine tinctum.

l. 3. Cod. Theod. de vestibus oloueris & auratis, S. epi. 2. lib. 1. *conchiliata supellex, conchiliati*, Senecæ epi. 62. i. purpurati.

Aureo lecto, sericatoque toreumati] S. epi. 2 lib. 1. de epulis Theodorici Gothorum regis, *Toreumatum peripetasmatumque modò conchiliata profertur suppellex, modo bissina*. De toreumate Cic. in Verrem lib. 2. & 4. Sueton. in Iulio cap. 47. Struebantur autem lecti purpurei, Gellius lib. 15. ca. 8. *quando strictus auro, argento, purpura adornátur.* Fortunatus lib. 2. cap. 4. S. epi. 24. lib. 4.

Sardanapalicum in morem] id est, luxuriosum in morem. D. Hieronym. ad Furiam, de viduitate: *Exquisitæ epulæ, regum apparatus, Neronis & Sardanapali nuptias loquebantur.*

Panis daretur è Leontina segete] Leontinus ager vbertate frumentaria celebris, & *Leontini principes rei frumentariæ*, dicuntur M. Tullio lib. 3. in Verrem. *Leontini campi fertilissimi* Plinio lib. 18. cap. 10. meminit etiam campi Leontini Cicero in Philipp. & Sueton. de claris Rhetor. de Sex. Clodio Rhetore. Prudent. 2. contra Symmach.

Numne Leontinos fulcator soluere campi
Cesset frugiferas Lilybæo ex littore cymbas?

S. Carm. 22. *Quanta Leontino turgescit messis aceruo.* Vbi plura. Leontina autem est ciuitas Siciliæ, à qua Leontini campi.

Insuper dapes cultæ] i. regiæ epulæ, quæ tuceta dicuntur. Callimacho Pisaeis, interprete Fulgentio. *tuceta & beata edulia*, Apuleio.

Ferculis cultioribus] Non hoc loco fercula sunt missus, sed paropsides est vascula, quibus apponantur escæ, vt S. epi. 2. lib. 1. vbi & vt hoc loco ferculorum nitorem laudat, *fercula nitore, non pondere placent.*

Spumarent falerno gemmæ capaces] Lucanus lib. 10.

gemmæque capaces
Excerpere merum.

Sene. lib. 6. de benefic. cap. 9. *capacibus gemmis inter se propinarent.* Dripanius in Paneg. *Nisi æstiuam in gemmis capacibus glaciem falerna fregissent.* pateræ capaciores, S. Carm. 22. gemmæ, i. pocula ex gemma. Gemmæ enim in pocula formabantur. Apuleius lib. 2. *Pueri calasimatati pulchrè indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerre.* hinc gemma bibere, i. poculo ex gemma. Vergil. 2. Georg.

Vt gemma bibat, & Serrano dormiat ostro.

Ouidius 8. Metamorph. *In gemma posuère merum.*

Iuuenalis satyra 6.

Cum perfusa mero spument vnguenta falerno,
Cum bibitur concha.

D. Cyprianus lib. 2. epi. 2. *Suspirat ille in conuiuio, bibat licèt gemma.* D. Hieron. in Paulo, *vos gemma bibitis.* Paul. de S. Martino lib. 4.

Pocula funduntur gemmis, gemmisque bibuntur.

Gemmæ ergo, i. pateræ.

Inque cristallis calerent vnguenta glacialis] Alcimus Auitus lib. 3.

Feruebat priscum cristallo algente falernum. imitatione Sidoniana.

Hinc suffita cinnamomo] Suffire, adolere est, & suffumigare. Seruius 4. Georgic. Cato de re rust. cap. 113. Quod verbum à fio, quod passiuum est, descendit, vt & confio, quæ quidem verba actionem significant, teste Papiriano, vet. Grammatico,

Columella libr.1. cap.6 libr.9.cap.14. Serenus de regio morbo.

Vellera cum vino suffiri sulphure prodest.

Arnobius lib.5.& lib.6.contra Gentes. Glossæ vett. *suffio, adolo.* Festus in *aqua & igni.* Idem in *laureati.* idem in *exfir.* suffitus. Plinio libro 12.cap.17. & l. 19. cap 2.

Cœnatio] Membrum siue pars domus, in qua cœnabant: *cœnatiuncula.* s epi. 2. lib. 2. dicta eiden. & Plinio s notaui Iulianus Nouel. 123. cap.9. ibid. Scholiastes. Glossæ vett. τρικλινος, *triclinum, cœnatio*, j. Burgo:

Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.

Peregrinos odores] i. *vnguenta exotica.* Plaut.in Mostell. *Peregrini murinolentes pelliculas.* D Hieronym.ad Demetriadem. Apul.in Apolog. *exotico puluere dentes emaculet.* Euagrius histor. Ecclesiast. lib. 2. cap.3. in fine: peregrini odores, id est, ex alio orbe conuecti, *peregrini cibi* Gellio lib.7. cap.16. Pacatus in Panegyr. Theodosij A. *peregrinis aeris volucrem.*

Vibrari mucro districtus è lacunaribus] Præter nominatos auctores, Ammianus Marcellin lib.29. *Paria conuiuis Dionysij Siculi pauitantes, qui cum epulis omni tristioribus fame saginarentur, ex summis domorum laquearibus, in quibus discumbebant, setis nexos equinis, & occipitiis incumbentes gladios perhorrebant.* Boetius lib 3. Prosa 5. *Expertus sortis suæ periculorum tyrannus, regni metus pendentis supra verticem gladij terrore simulauit.* Policratici lib.8.cap.23. *Interroga Damoclem & se hoc à tyranno Siciliæ didicisse fatebitur, cum ei vndique ardentes prunas ruina immineret, ad primum nutum & quasi sexentis licio dependens gladius inter regales delitias ceruici illius similis ferienti immineret.* Isque adagioni locum dedit *de filo pendet*, alij notarunt, quibus addes quod ait Nilus maiyr in Gnomis, *Peccatorem fortunate degentem luges, iustitia enim gladius extensus capiti illius imminet.* Cassiodor. epi. 21. lib. 6. *Quis enim audeat peccare, cùm supra ceruices suas destrictionem cognouerit imminere.* Saturninus Imp.apud Vopiscum: *Nescitis amici quid mali sit imperare, gladij & tela nostris ceruicibus impendent, imminent hastæ vndique, vndique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur, non cibus pro voluptate, &c.*

Quæ solent appeti] Iustinus lib.2.de Scythis: *Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt.* L.1.C.Th.de anno & tribut. *Auferri id sibi cum tanta instantia deposcit, quanta alij poscere consueuerunt.*

Tantaleo frenabat exemplo] Apud inferos Tantalo capiti silex cadenti similis impendet, ita vt præ metu cibos non audeat attingere. Athenæus lib.6, Lucretius.

Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus, vt fama est cassa formidine torpens.

M. Tull. Tuscul 4. & Higinus fabula 82. vnde natum Prouerbium, *Tantali lapis.* Suidam vide.

Ne beatum vltra diceret, duceretque] s. eadem epi. *felices* & *felicissimum* dixit, nunc ex opinione vulgi, vt ait Seneca epistola 94. *ostendat ex constitutione vulgi beatos.* Boetius de Consolat. lib.3. prosa 5. *qua verò parte beatos faciens desinit potestas, &c.* j. ep. 8. lib.5. *fortunati.*

Qui septus armis ac satellitibus] Boetius de consolatione philosophiæ l.3 prosa 5. *Potentem censes, qui satellite latus ambit, qui quos terret, ipse plus metuit, qui vt potens esse videatur, in seruientium manu ipse est.* Et D.Cyprianus ep 1.lib.2.ad Donatum: *Sit licèt satellitum manu septus, & clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur, quàm securos non sinit esse subiectos, tam necesse est, vt non sit ipse securus, ante ipsos terret potestas sua, quos facit esse terribiles, &c.* Idem Seneca epistola 94 in fine.

Septus armis] D. Cyprianus, *satellitum manu septus, &c.* Egesippus lib. 1. cap. 34. *stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra.* Isidorus in Glossis: *septa armis, armatis circumdata.*

Raptis incubans opibus] Incubare in malam partem accipitur. Liuius lib.8. *incubantes publicis thesauris*, scitè. nam & *incubones* dicti sunt, qui thesauris inuigilant,

Pompo-

inuigilant, Pomponius Sabinus. Vergilius 2. Georgicon.

Condit opes alius, defossoque incubat auro.

Seneca 1. de Ira cap. vltimo, *aceruus auri argentique incubat*. D. Cyprianus de Eleemosyna, *qui diuitiis tuis solus incubas*. D. Hieronymus ad Paulinum, de institutione monachi, *Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur, & sub praetextu eleemosyna, pristinis opibus incubantes. Incubantes plebi*, Concilij Carthaginensis 3. cap. 43. qui plebem vexant, & exhauriunt, idcirco tyranni *incubatores* dicti. Seruius Æneid. 7. Macrobius lib. 1 in Somn. Scipionis cap. 10. J. epi. 7. lib. 8. *quisque sic vitiis, vt diuitiis incubantes*. vbi plura, & *incubator iudiciorum*, Symmacho lib. 10. epi. 2. *rerum suarum incubatores*. Concilij Ilerdensis can. 16.

SIDONIVS MAVRVSIO SVO SALVTEM.

EPISTOLA XIIII.

AVdio industriæ tuæ, votisque communibus, vberiore prouentu, quàm minabatur sterilis annus, respondere vindemiam. Vnde & in pago Violuascensi, (qui Martialis ætate citeriore vocitatus est, propter hyberna legionum Iulianarum) suspicor diuturniùs te moraturum. Quò loci tibi cùm ferax vinea est, tum præter ipsam prædium magno non minùs domino, quòd te tuosque plurifaria frugum mansionumque dote remoretur: ilicet si horreis apothecisque, seu penu impleta, destinas illuc vsque aduentum hirundineum, vel ciconinum, Iani Numæque ninguidos menses in otio fuliginoso seu tunicata quiete transmittere nobis quoque parum in oppido fructuosæ protinus amputabuntur causæ morarum, vt dum ipse nimirum frueris rure, nos te fruamur, quibus vt recognoscis, non magis cordi est, aut voluptati ager cum reditibus amplis, quàm vicinus æqualis cum bonis moribus. Vale.

In pago Violuascensi] Quidam mss. Violuascensi, quam lectionem adprobo, & interpretor, vicum illum, qui hodie patria lingua VOLVIC appellatur, quemue dictum esse Martialem traddit Apollinaris, quòd ibi Iulij legiones hybernassent, & hodie vulgò MARSAC vocatur, ipsi Violuico affinis & contiguus, nec procul ab vrbe Rieomagensi, & à vico, qui *Musiacas* Grego. Turonen de Glor. Confess. c. 41. vulgò hodie MOVSAC.

Martialis] Vt olim Narbo Martius dictus est, propter legiones Iulij Cæsaris, J. Carm. 23 Ita & Martialis vicus, propter hyberna legionum Iulianarum Martialis dictus est. Idem Martialis, *Martiacus villa*, dicitur in Panecharta nigra. S. Martini Turonensis ms. *Beluacus ad calciamenta fratrum, cum omnibus sibi pertinentibus, pro qua subdolè decepti Martiacum villam in pago Aruernensi, in concambium fratres dederunt*. Hæc ex epistola Caroli Regis data 11. Kal. Maij, Indict. 5. Anno 11. regnante Carolo Piissimo. Rectè adiecit *Martiacum villam in pago Aruernensi*. erat enim *Martiacus* siue *Marciacensis vrbs* in regione Burdegalensi, subdita ditionibus B. Martini Turonensis, de qua Gregor. Turonensis de vita S. Martini lib. 3. cap. 33. Martiacen-

ſes domus, ſotores Martiacenſes, Martiacenſe cœnobium. Gregorius Turonen. lib. 1. de mirac. cap. 9. *Nam in oratorio Martiacenſis domus Aruernus territorij.* Petrus Aruernus Abbas Cluniacenſis in epiſtolis ſæpe: & notandum obiter, intra ſepta monaſterij Martiacenſis captas fuiſſe centum nonnas, ad quæ omnes peregrini & aduenæ diuertebant, & iure hoſpitalitatis accipiebantur: ſemelque captis ſanctimonialibus, extra limen pedem efferre non licebat, quod vetus & religioſum inſtitutum monaſterij maiorum incuria, & licentia temporis antiquatum eſt. Petrus Venerabilis libro 4. epi. 17. & l. 1. de miracul cap. 22. Et hoc ſit per tranſitum & tralatitiè dictum, vineis autem ferax eſt Martialis vicus, ſed quæ non ferant Marſicum vinum, quale gignit Italia. Cœlius Aurelianus tardarum paſſion. lib. 4. cap. 3.

Ætate citeriore] i. ſuperiore, Idem epi. 16. lib. 5. *Quod deceſſoris Anthemij fidem fratrus tui ſudoribus obligatam, quo citerior, hoc laudabilior abſoluit.* Idem ep. 1. lib. 8. *quorum anterior orator Demadem, citerior Antonium tolerauere derogatores.*

Frugum, manſionumque dote remoretur] Manſiones, vt ĩ. epi. 3. lib. 3. *anguſtias manſionum:* dos manſionum & frugum, vt Plinio epi. 24. lib. 1. *dotes prædioli.* Symmach. epi. 11. lib. 6. *vacuatos dotibus agros.* Columella lib 4. cap 30. *dotes vinearum, dotes villulæ.* Plinius epi. 17. lib. 2. in fine. Ennodius. Maximo, *dum prælorum famuli Autumni dote complerent. dotes prædiorum.* Vlpianus l. 9. §. 6. de vſufr.

Vſque ad aduentum hirundineum] i. vſque ad vernum tẽpus, & hoc prouerbiale eſt, naturale quippe eſt, vt quædam aues adpetente vere veniant, decedente æſtate recedant. Irenæus lib. 2. cap. 47. aduerſus hæreſes. *Sed & volantium animalium habitatio, eorum quæ veris tempore adueniunt ad nos, Autumni autem tempore ſtatim recedunt, cùm in hoc mundo hoc ipſum fiat, fugit noſtram ſcientiam.* Caſſiodorus lib. 3. variar. cap. 48. *Aues ipſæ aduentu hyemis patrias mutant.* quod de hirundinibus & ciconiis præter cæteras intelligendum eſt, de hirundine. Auctor ad Herennium, *Hirundines æſtiuo tempore praſto ſunt, hyeme pulſa recedunt.* Aſconius 3. in Verrem: *Quod hirundo, quam Chelidona Græci vocant, veri, id eſt, tempori veris ſit amica.* Calphurnius in Bucolico ludicro:

cùm iam tinnire volucres
Incipient, nidosque reuerſa lutabit hirundo.

Libro 4. Epigrammat. veter.

Tempus ver, hædus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & ſinus lactis & herba virens.

S. Auienus:

Nam cum vere nouo tellus ſe dura relaxat,
Culminibuſque cauis blandum ſtrepit ales hirundo.

Præter Plinium libro 10. cap. 23. & Iſidorum lib. 12. cap. 7. Claudianus Mamercus de ſtatu animæ lib. 1. cap. 21. *Et nidos ciconiæ, atque hirundines poſt annum reuiſunt.*

Vel Ciconinum] Veris nuntia Ciconia eſt, præter auctores ſupra laudatos. Petronius in Satyra.

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis.

D. Ambroſius Hexameron lib. 5. cap. 14. *Ciconiæ reditus, vexillum veris attollit.* Caſſiodorus lib. 2. epi. 14. *Ciconia redeuntis anni iugiter nuntiatrix, eiiciens triſtitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducens.* Claudianus Mamercus lib. 1. cap. 21. *nidos Ciconiæ poſt annum reuiſunt.*

Iani Numæque ninguidos menſes] Numæ menſis, id eſt, Februarius. Februarium enim menſem Numa inſtituit, Cenſorinus de die Nat. cap 20. Auſonius de menſibus, auctor de viris inluſtrib. cap. 3. & reliqui, vnde menſis Numæ dictus eſt. Beda de menſibus.

Mense Numa in medio sol distat sidere Aquarî.

ĵ. epist. vlt. lib. 9. *Quam duodecimum nostrum quem Numa mensem vos nuncupatis, Flauonium flatu teporio pluuiisque natalibus maritarent.* Hi autem cum Decembre menses sunt brumales atque ninguidi. Ausonius:

Brumales Ianus, Februarius, atque December.

ĵ. epi. 12. lib. 8. *hyemales menses.*

Ninguidos menses] Id est, niue canos, & brumales, ninguidos pro niuidos, antiqua enuntiatione, prisci quippe ningues & niues promiscuè dixerunt. Seruius Æneid. 4. *Ningit, ab eo quod est ninguis, & hæ ningues.* Lucretius:

albas effundere ningues.

Priscianus libro 6. *antiqui ningues dicebant.* vnde Apuleius in 1. Hermagoræ *aspera hyems erat, omnia ningue canebant.* à ningue fit ninguidum. Fulgentius 1. ad Catum, *Huius ninguida canis albentibus nitebat cæsaries.* Ausonius de Tholosa:

confinia propter
Ninguida Pirenum.

Idem *iam ninguida linquis*
Oppida Iberorum.

Et ad Paulinum epistola 15. *Vasconis hoc saltus, & ninguida Pirenei Hospitia.* Plinius libro 6. cap. 32. Natural. Histor. *Ninguariam insulam* vocat, quam Solinus in fine operis, Martianus Felix libro 6. & Itinerarium Antonini, *Niuariam.* ĵ. epist. 7. lib. 3. *non dies ninguidus.* Idem Carm. 5. *quem ninguida cernis*

Calcantem iam dorsa iugi.

Seu tunicata quiete] Martialis libro 10.

O soles, ô tunicata quies, ĵ. epist. 7. lib. 5. *tunicatis otiis.*

Frueris rure] Id est, ruris amœnis oblectaris. Plinius epi. 18. lib. 5. *Frueris mari, fontibus, viridibus, agro, villa amœnissima.*

Quàm vicinus æqualis cum bonis moribus] Precium enim prædio propter vicinitatem accrescit, l. 1. §. sed si rem. si quid in fraudem patroni: l. si cui. de legatis 2. & Themistocles, cùm vænalem fundum proscripsisset, præconem clamare iussit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας, *Quòd vicinos haberet bonos.*

V. C. ET INLVST. LODOICO SERVINO REGIS ADVOCATO ET COMITI CONSISTORIANO,

S.

MACTE *esto (Vir ampliss.) quod ad Honoris ædem, non te per pseudothyrum, nec per Deæ Pecuniæ posticum, nundinarius admissionalis intromiserit, non obseratos postes redemptus apercularius reserauerit, non reclusa repagula lauernis aureis vecticularius effregerit: macte iterum esto, quod per ædem Virtutis, ad virtutum omnium larem, id est, Honoris ædem, de honore ipso meritissimum seræ suæ sponte delapsæ admiserunt intrantem, quippe qui cum mamma nutriciæ matris vtriusque literaturæ peritiam imbibisti, quæ vt opem lacteam, ita lacteum facundiæ fontem immulsit, quæue adhuc infantulum à lacte depulsum, & Græca Latiaque conantem, linguæ balbutientis tertiata verba, vt integrares integerrime fecit, & in sinu suo materna indulgentia, paterna seueritate nutriuit, qua tamen teherum non infirmabatur æuum, sed informabatur ingenium: è cuius gremio ad artes liberales, liberali manu*

emissus, vt in scholam abires, sic domi educatus es, vt cùm in scholam venisses, in domum redire videreris. Quanta autem ingenij felicitate, ad humanioris literaturæ & iurisperitiæ artem arcémque perueneris, ex eo paret, quòd expuer forum auspicatus, illicò formalibus verbis & forensibus formulis informatus, non ritu tyronum manum intra togæ sinus cohibueris, sed exerto brachio causas ardenter & audenter oraueris, ita vt protinus de ductili tuo ingenio, summa admiratio, par expectatio oborta sit, quam tu tamen in eo fefellisti, quòd expectatione maior euaseris, verè ergo ille dixerit, bonis artibus institutus mox est forensibus aptatus excubiis. Postea forenses cancellos, qui inlustris aduocationis ad itum, aditum intercludebant, pede volatili transilis, postque stataria causarum patrocinia, in Triumuirali subsellio sedes, ex quo ad principalium honorum apices facilis ascensus, hoc enim gradu principum præsidum tribunal scanditur, ex disciplina Curiæ, & more maiorū, aduocatorum enim cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Tibi interim causas oranti adstupet curua Senatorum senectus, quęmue sic dicentem admiratur, pro tribunali sedere non mirabitur. Illa autem quæ strenuè gessisti cùm belli ciuilis alluuio Parisios Turonum transtulit, modum epistolæ excedunt, Ego verò epistolam, non historiam texere institui, dicam tamen te epistolis bellum gessisse, calamo & atramento militasse, adiiciam, rebelles stylo confodisse, & ex insanis sanos & sanates fecisse, ob quæ te sanum sospitémque sospitet sospitator Deus. Vale Claromontij Aruernorum. Idibus Nouembris.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER III.

SIDONIVS AVITO SVO SALVTEM.
EPISTOLA I.

MVLTIS quidem vinculis charitatis ab ineunte pueritia, quicquid venimus in iuuentutem, gratiæ sese mutuæ cura nexuerat. Primùm quia matribus nostris summa sanguinis iuncti necessitudo. Dein quòd ipsi iisdem temporibus nati, magistris vsi, artibus instituti, lusibus otiati, princibus euecti, stipendiis perfuncti sumus: & quod est ad amicitias ampliandas his validius efficaciúsque, in singulis quibusque personis, vel expetendis æqualiter, vel cauendis, iudicij parilitate certauimus. Propter quæ omnia præter conscientiam, quæ interiùs tibi longè præstantior eminentiórque, multum voluntates nostras copulauerat decursarum forinsecus actionum similitudo. Sed quod fatendum est, diu erectis vtrinque amoris machinis, ipse culmina pretiosa posuisti: ecclesiam Aruerni municipioli, (cui præpositus, etsi immeritò videor) peropportuna oblatione locupletando, cuius possessioni plurimum contulisti, Cuticiacensis prædij suburbanitate, non minùs nostræ professionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare, quàm reditu. Et licèt sororiæ hæreditatis duo consortes esse videamini, exemplo tamen fidei tuæ, superstes germana commota est ad boni operis imitationem. Itaque tibi cœlitus redhibetur iure tui facti meri-

tum, alieni incitamentum. Quò fit vt reperiare dignissimus, quem diuinitas inusitato sucessionum genere sublimet, quæ tamen nec diu distulit religiosam deuotionem centuplicatis opulentate muneribus: quæque, (vt confidimus) nihilo segnius cœlestia largietur, cùm terrena iam soluerit. Nicetiana namque (si nescis) hæreditas, Cuticiaci supernum pretium fuit. Quod restat exposcimus, vt sicut ecclesiæ nostræ, ita etiam ciuitatis æquè tibi sit cura communis, quæ cum olim, tum debebit ex hoc præcipuè tempore, ad tuum patrocinium vel ob tuum patrimonium pertinere. Quod cuius meriti esse possit, (quippe si vestra crebrò illud præsentia inuisat) vel Gothis credite, qui sæpenumero etiam Septimaniam suam fastidiunt, vel refundunt, modò inuidiosi huius anguli etiam desolata proprietate potiantur. Sed fas est, præsule Deo, vobis inter eos & Rempublicam mediis, animo quietiora concipere. Quia & si illi veterum finium limitibus effractis, & omni vel virtute vel mole possessionis turbidæ, metas in Rhodanum, Ligerímque proterminant, vestra tamen auctoritas pro dignitate sententiæ, sic partem vtramque moderabitur, vt & nostra discat, quid debeat negare cùm petitur, & poscere aduersa desinat, cùm negatur. Vale.

Quicquid venimus.] ī. epist. vlt. lib. 9.

Quicquid extremus sociamur annis.

Idem Car. 5.

Pegasus adiuuit quicquid gradior.

Catullus, *Vide quicquid amas Cato Catullum..* id est, Quomodocunque.

Summa sanguinis iuncti necessitudo] ī. epist. 1. l. 4. *hinc inter nos summa & principalis necessitudo.*

Iisdem magistris vsi] ī. epist. 1. l. 4. sub finem. *Igitur quia nos vt affinitas, ita studia iunxerunt.* Mar. Fabius lib. 1. instit. c. 3. *mitto amicitias quæ ad senectutem vsque firmissimè durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ neque enim sanctius est sacris iisdem, quàm studiis initiari.* Apuleius 3. Flor. *cum primis commemorauit inter nos iura amicitiæ, à commilitio studiorum eisdem magistris inchoata honestè,* & hoc amoris vinculum firmissimum est. Plinius epist. 8. l. 6. *Quod à tenero connectitur.*

Stipendiis perfuncti sumus.] Militasse Sidonium ex hoc loco coniicere licet, nec is locus de militia palatina intelligendus est, quinimò de militia armata, ad quam olim iuuenes adcingebantur, vt satis superque docui. c. 6. l. 1. ī. de seipso loquens. epist. vlt. l. 1. *quod iuuenem, militantemque dictasse præsumptuosum fuisset,* Plin. e. 10. l. 1. *hunc ego in Syria cùm adolescentulus militarem.* Idem epi. 14. l. 8. *inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur, vt imperare parendo,* & paulò post, *At nos iuuenes fuimus quidem in castris,* ī. epi. 6. l. 8. *Vario genere dictandi, militandique, ipse sim supergressus,* idem in præf. Panegerici Maioriani. A.

Sic mihi diuerso nuper sub Marte cadenti.

& sic olim filij senatorum instituebantur, qui cùm ad militiam palatinam aspirarent, priùs in armata militia decem stipendia merere tenebantur ex lege, de qua Polybius lib. 6. Sulpicius Seuerus. de S. Martino lib. 1. c. 1. & ī. de Hecditio. lib. 3. epist. 16. *non solum in lance, sed in acie.*

Ecclesiam Aruerni municipioli.] Ecclesiam scilicet quam Namatius Octauus Episcopus condidit, miro opere, quámue veterrimam esse, & intra muros ciuitatis Aruernæ vsque ad sua tempora permansisse, tradidit Grego. Turon. lib. 2. hist cap. 16. & lib 1 de miracul. c 44. plura in Aruernæ meæ antiquitatibus.

Aruerni municipioli] municipiolum vocat Aruernam ciuitatem vt J. e. 2. l. 7. *& si qua est isthic municipioli nostri suburbanitas.*

Cui præpositus etsi immeritò videor] Sidonius Aruernæ vrbis Episcopus creatus fuit, Eparchio V. sancto & religioso diem functo, Gregor. Turon. lib. 2. cap. 21. vnicè autem laudo & amplector Sidonij modestiam, qui se immerito Aruernæ Ecclesiæ præpositum esse conqueritur, vt & J. e. 3. l. 5. *vt pote cui indignissimo tanta professionis pondus impositum est*, indignissimum se & immeritum immeritò proclamans.

Præpositus.] id est, præsul & Episcopus, cap. sunt nonnulli. 2. quæst. 7. vnde *præpositus.* can. Apostolica. 8. quæst. 1. & *acephalos* interpretatur Rusticus Diaconus. *Qui præpositos Ecclesiæ non admittunt.* J. epist. 17. lib. 7. *Præpositus illis videtur sanctus Auxanius*, 1. maior monasterij creatus.

Cuticiacensis prædij.] Cuticiacense prædium, Ecclesiæ Claromontensi contulit Auitus, quod & adhuc ad eam pertinet, & vulgò, CVNLIAC vocatur.

Et licet sororiæ hæreditatis duo consortes esse videamini] consortes id est coheredes, sors hæreditas est, l. 36 in fine, de excus. tut. Varro, l. 5. de ling. Lat. & Isidor. lib. 10. Legis Gothorum lib. 10. tit. 1. Era. 7. Græcis κλῆρος, & κληρονομία, Plutarchus & Seruius lib. 10. vnde *consortes* Festus in *Erctum, Citum*, & in *Disertiones*, vetus inscriptio, QVINTVS DOMITIVS ADIVTOR HERES CONSORTI SVO BENE MERITO FECIT ET SIBI POSTERISQVE SVIS. Tertull. de resurrect. carn. *caro dum ministra & famula animæ deputatur, consors & coheres inuenitur.* Tiberij Constitutio apud Frontinum, de limitib. *vel consors condidit in portionibus suis*, J. e. 24. l. 4. *habeo consortes, necdum celebrata diuisio est*, vbi plura.

Sublimet.] Sublimare verbum vetus, nec obsoletum, præter veteres apud Festum, & Nonium. Vitruuius, l. 6. c. 9. *granaria sublimata*, Tertullian. aduersus Iudæos, c. de secundo aduentu Christi Idem de anima c. de receptu, *itaque apud illum in ætherem sublimantur animæ sapientes.* D. Cyprianus de Ascensione Christi sub finem. Epitomastes Victoris, in Claudio Tyberio, *Pallasque prætoriis ornamentis sublimatus.* Apuleius. 1. Asini, *manes sublimare, Deos infimare.* Idem Florid. *Aquila cum se nubium tenus altissimè sublimauit*, & de Deo Socratis, *Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sunt.* Ammi. Marcell. lib. 18 init. & lib. 21. Orosius, lib. 7. cap. 32. D. Aug. epist. ad Volusianum & alis passim, Claud. Mamer. de statu animæ, l. 1. c. 3. & l. 3. C. vbi Senat. vel Clariss. necnon Cassiod. epi. 13. l. 4. 5. c. 3. l. 2.

Centuplicatis opulentare muneribus.] Illud ex Euangelio est, Petrus Chrysologus Serm. 25. in fine, *vsura mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum, &c.*

Nicetiana si nescis hæreditas.] Nicetiorum inlustris familiæ meminit Grego. Turo. nō semel, partim in libris hist. & partim in libris de miraculis, quos inlustriū virorū ferax genuit Aruernia, Nicetianam autem hæreditatem Auitum creuisse ait, quòd Aruernensi Ecclesiæ Cuticiacum donasset, idcirco vocat supernum pretium, quæ Nicetiorum familia Burgo nomen dedit, qui vulgò NICER vocatur, & ad iura Ecclesiæ Claromontensis pertinet, de quo loquitur hoc loco Sido.

Etiam Septimaniam suam.] id est Gothiam, Plinius l. 3. c. 4. *Beterræ Septimanorum Colonia*, & Pomponius Mela, l. 2 c. 5. *Septimani*, Notitia Imperij. Gregor. Turon l. 8. c. 28. *vt prius Septimaniam quæ adhuc intra Galliarum terminum habetur, eius dominationi subderet*, Idem cap. 30 initio, & lib. 9. c. 7. ex quibus Gregorij Aruerni locis, perspicuum est, Gothos Septimaniam incoluisse, vel ex his verbis, lib. 8. cap. 30. *prius Septimaniam prouinciam ditioni nostræ subdite, quæ Galliis est propinqua, indignum est vt horrendorum Gothorum terminus vsque in Gallias sit extensus*, & hoc est quod ait

Sidonius,

Sidonius, *Gothis credito qui Septimaniam suam fastidiunt*, de Septimania consulendi sunt Vsuardus xj. Kal. Aprilis. Eginardus in vita Caroli Magni, Aimoinus Monachus, l.4.c.84.& Ionas Aurelianensis lib.1. *porrò idem Felix cũ multis apud Septimaniam eundem haustum pestiferum propinauerit.* Petrus Aruernus Cluniacensis. e. 1. *migrauit tamen sicut auium ad loca satis vobis contigua, & à Septimania vestra, vobis persequentibus expulsa, in prouincias Nouempopulana (quæ vulgò Gasconia vocatur) & in partibus ei adiacentibus sibi foueas præparauit*, atque ita aliud est Septimania à Nouẽpopulana.

Modò inuidiosi huius anguli] Aruerniæ lemanem vocat angulum j. e. 7.l.7. *Siquidem nostri hic nunc est infelix anguli status*, & e. 17. libri eiusdem in Epitaphio Abrahæ S. Cyrici Abbatis, *Angulus iste placet, pauperti musque recessus, &c.* Anguli autem istius, & Aruerniæ nostræ vbertas & amœnitas hostes ad se protrahebat, alliciebátque. In eam rem egregiè, Gregorius Aruernus Turo.lib.3 cap. 9. histo & cap.11. vbi Theodoricus milites sic alloquitur: *ad Aruernos ait me sequimini, & ego vos inducam in patriam, vbi aurum & argentum accipiatis, quantùm vestra potest desiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua vestimenta in abundantiam adsumatis.* j. epi. 21.l.4. vbi plura de Aruerniæ fœcunditate, quæ adeò opima est, vt vbere glebæ cum reliquis omnibus Galliæ terris certare videatur.

Vobis inter eos & Remp. mediis.] Id est, te conciliatore & interprete, speramus Gothos qui effractis limitibus in Aruerniam nostram incursionem moliuntur, intra Septimaniæ terminos se cohercituros, atque ita multum laudis aggerit in Auitum nostrum. Idem in Narbone

Pacem te medio darent feroces
Hunnus, Sauromata, Geta, Gelonus.

Idem Ennodius Ticinensis, in vita Epiphanij. vide 3.e.1.l.1.

Et Rempublicam.] id est Remp. Romanam, à cuius partibus semper stetit Aruernum oppidum, nec vsquam à fide, quam Romanis debebat dimoueri potuit, j. epi. 5.l. 7. *his accedit quod de vrbibus Aquitanicæ secundæ, solum oppidum Aruernum Romanis reliquum partibus bella fecerit.*

Veterum finium limitibus effractis.] Quos scilicet præscripserat Constantius Comes, Theodosio vij.& Palladio. Coss. Prosper. Cassiodor. cum Vuallia enim Rege Gothorum pepigit fœdus, quo Gothis Aquitaniam ad habitandum concessit, de quo Iornãdes in historia Gothorum, c. 32. & de success. regn. Diaconus lib. 4. in Honorio Imp. & Isidorus in Chronico Gothorum. Era. ccccliiij. qui addit. *Aquitaniam secundam cũ quibusdam ciuitatibus confinium prouinciarum.* Rectè, idcirco enim Græcus Massiliensis Episcopus, ex hoc antiquo fœdere Aruernam ciuitatem Vvarigi Gothorum Regi dedidit, vide j. lib.7. e. 6. Gens autem Gothorum fœdifraga erat, nec pactionibus stabat, j.l. 7. e.6. *Euarix Rex Gothorũ quòd limitem regni sui rupto dissolutóque fœdere antiquo, &c.* & e.3.l. 8. *modò per promotæ limitem sortis.*

Metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.] Ex hoc enim antiquo fœdere Cõstantij Comitis inito cum Vuallia Gothorum Rege conuentum erat, vt Gothi ab Oceano ad Rhodanum vsque Aquitaniæ secundæ prouincia potirentur. j.e.1.l.7. *Quia necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt*, nam Romani fines suos vsque ad Ligerim extendebant, vltra Ligerim verò Gothi dominabantur. Gregor. Aruernus Turo. Episcopus.l.2.c.9.histo. *Aquitania enim Ligeris cursu in orbem circumacto finitur.* Aethicus.

Proterminant.] id est terminos extendunt Apul.lib.9. *licet priuato possessionibus paupere, fines vsque & vsque proterminaueris, habitorum te tamen vicinum aliquem.*

Sic partem vtramque moderabitur, &c.] id est, sic pro ea qua potes & polles anthoritate, controuersiã iamdiu motam inter Romanos & Gothos cõciliabis atque cõpones, vt nostra pars fines suos cum vmbone & clypeo tueatur, eũ à Gothis impetitur, & aduersa pars, id est Gothorũ, extra fines militares alas extendere desinat, & in nos incursare.

SIDONIVS CONSTANTIO SVO SALVTEM. EPIST. II.

Salutat te populus Aruernus, cuius parua tuguria mãgnus hoſpes impleſti, non ambitioſus comitatu, ſed ambiendus affectu. Deus bone! quod gaudium fuit laborioſis, cùm tu ſanctum pedem ſemirutis mœnibus intuliſti, quàm tu ab omni ordine, ſexu, ætate, ſtipatiſſimus ambiebare! Quæ ſalſi erga ſingulos libra ſermonis? quàm te blãdum pueri, comem iuuenes, grauem ſenes metiebantur? Quas tu lachrymas vt parens omnium ſuper ædes incendio prorutas, & domicilia ſemiuſta fudiſti? Quantum doluiſti, campos ſepultos oſſibus inſepultis? Quæ tua deinceps exhortatio, quæ reparationem ſuadentis animoſitas? His adiicitur quòd cum inueneris ciuitatem non minùs ciuica ſimultate, quàm barbarica incurſione vacuatam, pacem omnibus ſuadens, charitatem illis, illos patriæ reddidiſti. Quibus tuo monitu non minùs in vnum conſilium quàm in vnum oppidum reuertẽtibus, muri tibi debent plebem reductam, plebs reducta concordiam. Quocirca, ſatis te toti ſuum, ſatis ſe toti tuos æſtimant: &, quæ gloria tua maxima eſt, minimè falluntur. obuerſatur etenim per dies mentibus ſingulorum, quòd perſona ætate grauis, infirmitate fragilis, nobilitate ſublimis, religione venerabilis, ſolius dilectionis obtentu, abrupiſti tot repagula, tot obiectas veniendi difficultates, itinerum videlicet longitudinem, breuitatem dierum, niuium copiam, penuriam pabulorum, latitudines ſolitudinum, anguſtias manſionum, viarum voragines, aut humore imbrium putres, aut frigorum ſiccitate tribuloſas: ad hoc aut aggeres ſaxis aſperos, aut fluuios gelu lubricos, aut colles aſcenſu ſalebroſos, aut valles lapſuum aſſiduitate deraſas, per quæ omnia incommoda, quia non priuatum commodum requirebas, amorem publicum retuliſti. Quod reſtat, Deum precamur, vt æui metis ſecundum vota promotis bonorum amicitias indefeſſim expetas, capias, referas: ſequatúrque te affectio quàm relinquis: & initiatæ per te vbicũque gratiæ, longum tibi redhibeantur quàm fundamenta, tam culmina. Vale.

Cuius parua tuguria magnus hoſpes impleſti.] Plinius in Paneg. *quod denique tectum magnus hoſpes impleuerit*, quod attinet ad elegantiam antithetorum, magnus hoſpes, parua tuguria ita Vergilius 8. *anguſti ſubter faſtigia tecti,*
Ingentem Æneam ducit, Paulin. de S. Mart. l. 2.
Succedens humili tecto celſiſſimus hoſpes.
Implere tectum, & implere domum, terſè dicitur de claris & inluſtribus perſonis, Plini c. 25. l. 7. in fine, *lætor etiam quod domus aliquando Cai Caſſij, huius qui Caſſianæ Scholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori; implebit enim illam Quadratus.*

mens, &c. Statius 3. Syl. de Epulo Domitiani. *ille penates*
Implet, & ingenti genio iuuat,
Idem in Protrectico ad Crispinum.lib.5. Sylua.
Proximus ille Deus fama velocior intrat
Nuntius, atque tuos implet Chrispine penates.
Ouid. *Et potitur votis, ingentique implet Achille.*
Fortunatus de Lupo duce.
Occurrens dominis, veneranda palatia comples.
Anti Claudianus, lib. 6. *admirans virgo dietam*
Explet, & aeterni suprema palatia regis
Intrat: quam dictionem hodie vulgus retinet.

Non ambitiosus comitatu, sed ambiendus affectu] id est parcus comitatu, nec ambitionem quaerens ex multitudine satellitum, eadem combinatio. ĵ. lib. 7. in conc. *maximè ambiendus, quia minimè ambitiosus,* idem epist. 3. l. 8. *Id est à diuitibus ambitum, nec diuitias ambientem:* sed *ambiendus affectu,* id est quia minimè ambitiosus, maximè ambiendus, ambiendus, id est expetẽdus. ĵ. e. 17. l. 7. *Expeteris cunctis, nec te capit ambitus vllus:* Simili loquendi formula.

Cum tu sanctum pedem semirutis moenibus intulisti.] Euarix enim rex Gothorum Aruernam longa obsidione vallauit, caede, ferro, & incendio depopulatus est, vt ĵ. dicemus lib. 7. epist. ad Graecum. 7. ad haec, *hoccine meruerunt inopes, flamma, ferrum, &c.* idem epist. 11. lib. eiusdem, *Et ego isthic inter semiustas muri fragilis clausus angustias,* hoc antequam Aruerna dederetur Euarigi, vt ex supradict. epist. & e. sequenti clarum est, non verò post deditionem, vt Baronius scribit. An. 480. non enim post deditionem Euarix incendio concremauit, quinimò muniit, & Victorinum ducem ibi reliquit ĵ. epist. 17. l. 7.

Stipatissimus ambiebare] id est magna populi stipante caterua. ĵ. epi. 3. huius libri de Hecdicio. *Illam ipsam felicissimam stipati reditus tui ouationem.*

Quàm te blandum pueri, comem iuuenes, grauem senes.] Plinius epi. 26. l. 6. *puer simplicitate, comitate iuuenis, senex grauitate.*

Quantum doluisti campos sepultos, ossibus insepultis.] Plinius lib. 2. cap. 56. *insepultis ossibus tegimus.* ĵ. Car. 7.
Cade sepulturus terram non hoste sepulto,
id est cadaueribus insepultis sepulti, id est operti campi.

Ciuitatem non minùs ciuica simultate.] *Ciuitas sunt incolae,* Nonius, quia partiarij & ciuilibus odiis diuisi inter se erant ciues Aruerni, ideò dixit ciuitatem, propter elegantiam antitheti quae est in nomine simultas, nam ciuitas, ciuium est vnitas, *Simultas cum minimè sunt simul contrario sensu.* Festus, seu verius Paulus Diaconus, in Epitome.

Quàm barbarica incursione] id est Gothica, Gothi, Barbari Sidonio dicuntur, & turbo Barbaricus, id est Gothicus epi. 6. l. 5. praedatorij verò Gothorum globi, cũ in aliquam prouinciam descendebant, prouinciales fuga salutem quaerebant. D. Ambros. Serm. 85. ĵ epi. 13. l. 5.

In vnum oppidum reuertentibus.] Oppidum, id est Aruernam vrbem. ĵ. epist. 12. l. 6. *Aruernis tamen oppidi ego nomine vberes gratias ago,* epist. 5 lib. 7. *Huc accedit quod de vrbibus Aquitanicae primae, solum oppidum Aruernum Romanis reliquum partibus bella fecerit,* idem epist. 4. huius libri, & epi. 9. lib. 9. *apud oppidum nostrum commoraretur.*

Muri tibi debent plebem reductam, &c.] id est ciues metu Gothorum ingruentium fugaces reduxisti, fugastique ciuicam simultatem: ciuicam, id est ciuilem simultatem, ciuica rabies, Horatio. Ode. 24. l. 3.
O quisquis volet impias *Cades, & rabiem tollere ciuicam.*

Florus. l. 3. cap. propenult. *vltimum non ciuicam modò, sed hostilem quoque rabiem supergressum est: ciuica certamina*, Cassiodoro e. 15. l. 8. *ciuica vastatio*, eidem e. 36. l. 4. & *ciuica bella*, Libello veteri qui Catonis nomine circumfertur. *Si Romana cupis & ciuica noscere bella*, in meo ms. Punica legitur, non inconcinnè.

Quocirca satis se toti suum.] toti id est vniuersi, ȷ. e. 3. l. 9. *Illos muneretur innocentia, nos quiete, totos securitate*, idem in concione, l. 7. *multos Episcopales esse, sed totos Episcopos esse non posse.* ȷ. epi. 14. l. 9. *nam plerique laudabant facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem*, & als passim.

Religione venerabilis.] Erat enim presbyter, inscriptio epistolæ, quam Constantius ad Patientem Episcopum scripsit, venerabiles autem dicuntur personæ, propter religionem Cassiodo. epi. 20. l. 4. & 13. l. 10. *Postquàm venerabiles viros Episcopos, &c.* ȷ. epi. 5. l. 6. *Venerabilis Donidius.* & e. 4. l. 4. Corippus lib. 3.

Hinc Leuitarum venerabilis ordo canentum.

Itinerum videlicet longitudinem.] à Lugduno enim in Aruernam vrbem intersitæ sunt leucę Aquitanicæ viginti, sed via satis inuia, præsertim hyeme, ciuis enim Lugdunensis erat ille Constantius. ms. Sodalium. S. Albini Iuliomagensis in ora epistolæ. 10. l. 2. ab vrbe Lugdunensi in Aruernam sunt mansiones tres.

Angustias mansionum.] mansiones, sunt habitationes ad quas viantes interuentu noctis se recipiunt, paret ex Lampridio in Alexandro Seuero. & ex itinerario Antonini, *Beneuento mansionibus quibus & in Prænestinam*. Vetus itinerarium à Burdegala ad Hierusalem vsque, quod P. Pithæo V. C. & doct. debemus. D. Hieroni. Fabiolæ epi. 127. & in eiusdem Epitaphio, Apuleius, lib. 4. *quod in proximo nobis habenda esset mansio, & totius viæ finis quieta*, Et Suetoni. in Tito. cap. 10. Gregor. Turon. de mirac. S. Mart. l. 1. c. 32. *actisque duabus vel tribus mansionibus.*

Viarum voragines.] Ammian. Marcell. lib. 15. de Cottiis Alpibus, *hyeme verò humus crustata frigoribus, & tanquam læuigata, ideóque labilis incessum præcipitantem impellit, & patulæ valles per spatia plana, glacie perfida vorant nonnunquam transeuntes,*

Initiata.] id est inceptæ & inchoatæ Gloss. Isidori. *inchoauit, initiauit.* Gloss. vett. ἄρχομαι. *cepto, initio.* Optatus libri 4. *initio.* & Iul. Firmi. l. 2. cap. 5. Mathes. *initiatur*, l. 2. c. 12. Cælius Aurel. Acut. morb. l. 2. c. 2. *ac non sponte initians loquelam.* Idem, l. 1. tard. passio. cap. 4. *tunc sequenti (die) initiet.* Idem l. 1. c. 1. *initiandos.* Seruius. in Donatum arte. 2. *secunda est inchoatiua, quæ aliquid nos initiare ostendit, vt est calesco, quod significat calere incipio.*

SIDONIVS HECDICIO SVO
S. EPIST. III.

SI quando, nunc maximè Aruernis meis desideraris, quibus dilectio tui immanè dominatur, & quidem multiplicibus ex causis. Primùm quòd summas in affectu partes iure sibi vsurpat terra quæ genuit. Dein quòd sæculo tuo solus fermè mortalium es, qui patriæ non minus desiderij nasciturus, quàm gaudij natus feceris, astipulantur assertis materni quondam puerperij tempora, quæ proficiente conceptu, concordantibus ciuium votis numerabantur. Omitto illa communia quidem, sed quæ non mediocria charitatis incitamenta sunt, istius tibi cespitis reptatas glebas. Prætereo quòd hæc primùm gramina incessu, flumina natatu, venatu nemora fregisti.

...tu... / ...t D. Cardinal. Baron... / ...tom 6 anno 466 cap. / ...11 et cap. 13. dicit / ...artini inuocatione ... / ...e Hecdicium

Omitto quòd hîc primùm tibi pila, pyrgus, accipiter, canis, equus, arcus ludo fuêre. Mitto isthic ob gratiam pueritiæ tuæ vndique gentium confluxisse studia literarum, tuæque personæ quondam debitum, quòd sermonis Celtici squamam depositura nobilitas, nunc oratorio stylo, nunc etiam camœnalibus modis, imbuebatur. Illud in te affectum principaliter vniuersitatis accendit, quòd quos olim Latinos fieri exegeras, deinceps esse barbaros vetuisti. Non enim potest vnquam ciuicis pectoribus elabi, quem te quantumque nuper omnis ætas, ordo, sexus è semirutis murorum aggeribus in aduersum perambulatis, & vix duodeviginti equitum sodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minùs die quàm campo medio (quod difficile sit posteritas creditura) transisti, ad nominis tui rumorem, personæque conspectum, exercitum exercitatissimum stupor obruit, ita vt præ admiratione nescirent duces partis inimicæ, quàm se multi, quamque te pauci comitarentur, subducta est tota protinus acies in supercilium collis abrupti: quæ cùm priùs applicata esset oppugnationi, te viso non est explicata congressui. Interea tu cæsis quibusque optimis, quos nouissimos agmini non ignauia, sed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto desideratis, solus planitie quàm patentissima potiebare, cùm tibi non daret tot pugna socios, quot solet mensa conuiuas. Hinc iam per otium in vrbem reduci, quid tibi obuiam processerit, officiorum, plausuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conii cere, quàm verba referare. Siquidem cernere erat refertis capacissimæ domus atriis, illam ipsam felicissimam stipati reditus tui ouationem, dum alij osculis puluerem tuum rapiunt, alij sanguine ac spumis pinguia fræna suscipiunt, alij sellarum equestrium madefacta sudoribus fulcra resupinant, alij de concauo tibi cassidis exituro flexilium laminarum vincula diffibulant, alij explicandis ocrearum nexibus implicantur, alij hebetatorum cæde gladiorum latera dentata pernumerant, alij cæsim atque punctim foraminatos circulos loricarum digitis liuescentibus metiuntur. Hîc licèt multi complexibus tuorum tripudiantes adhærescerent, in te maximus tamen lætitiæ popularis impetus congerebatur, tandemque in turbam inermem quidem veneras, sed de qua te nec armatus euolueres: ferebasque nimirum eleganter ineptias gratulantum, & dum inruentium tumultuoso diriperis amplexu, eò conditionis accesseras, piissimus publici amoris interpres, vt necesse esset illi vberiorem te referre gratiam, qui tibi liberiorem fecisset iniuriam. Taceo deinceps collegisse te priuatis viribus, publici exercitus speciem, paruis extrinsecus maiorum opibus adiutum: & inferiores hostium ante discursus castigatis coercuisse populatibus. Taceo te aliquot superuentibus cuneos mactasse turmales, è numero tuo-

rum vix binis ternisve post prælium desideratis: & tantum calamitatis aduersæ partis inopinatis certaminibus inflictum, vt occulere cæsorum numerositatem consilio deformiore meditarentur. Siquidem quos humari nox succincta prohibuerat, decœruitatis liquere cadaueribus: tanquam minoris indicij foret, quàm villis agnosci crinitum, dimisisse truncatum. Qui postquam luce reuoluta intellexerunt furtum ruinæ suæ crudeli vilitate patuisse, tum demum palam officiis exequialibus occupabantur, num magis cladem fraude, quàm fraudem festinatione celantes: sic tamen, quod nec ossa tumultuarij cespitis mole tumulabant: quibus nec elutis vestimenta, nec vestitis sepulcra tribuebant, iustè sic mortuis talia iusta soluentes. Iacebant corpora vndique locorum plaustris conuecta rorantibus: quæ quoniam perculsis indesinenter incumberes, raptim succensis conclusa domiciliis culminum superlabentium rogalibus fragmentis funerabantur. Sed quid ego ista hæc iusto plusculum garrio? qui laborum tuorum non ex asse historiam texere, sed pro parte memoriam facere præsumpsi, quo magis crederes votis tuorum, quorum expectationi ægrescenti nulla salubriùs ociúsque, quam tui aduentus remedia medicabuntur. Igitur si quid nostratium precatibus acquiescis, actutum in patriam receptui canere festina, & assiduitatem tuam periculosæ regum familiaritati celerexime, quorum consuetudinem spectatissimus quisque flammarum naturæ bene comparat, quæ sicut paululum à se remota illuminant, ita satis admota sibi comburunt. Vale.

Si quando nunc maximè Aruernis meis desideraris] Plinium imitatur epi. 6. lib. 6. *Si quando nunc præcipuè cuperem esse te Romæ.* & ep. 13. lib 4 & hæc epi. ad Hecdicium est, virum fortissimum, qui Aruernæ, & totius Aruerniæ columen & propugnaculum fuit aduersus omnes Gothorum insultus, quorum cùm exercitus in Aruerniam incursabat, tunc desideriis icta fidelibus Aruerna quærebat Hecdicium. 3. epi. 1 lib. 2.

Quibus dilectio tui immanè dominatur] Immanè, i. maximoperè, Symmachus epi. 59. lib. 1. *Immanè quantum à literis desidetis.* aduerbialiter 3. ep. 2. lib. 2. *immanè turgescit.* & ep. 9. lib. 6. *per quam vitiis omnibus immane dominamini.* & aliàs sæpe.

Quod summas in affectu partes iure sibi vsurpat terra quæ genuit] Lucillius;

Commoda præterea patriai prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

Præter Cicer. 2. de legib. & Lactantium lib 6. Instit cap. 6. Cassiodorus epistola 31. lib. 8. *Feris datum est agros syluasque quærere, hominibus autem focos patrios supra cuncta diligere.* Symmachus ep. 64. lib. 8. *Quo cunctis vitæ voluptatibus patriam meam diligo.* 7. Carm 25 in fine.

Istius cespitis reptatas glebas] Non mediocre charitatis incitamentum. Cassiodo. ep 21. lib. 1 *Vnicuique sua patria carior est, dum supra omnes saluum fore quærunt, vbi ab ipsis cunabulis commoratur.* Et ea fuit ratio legis, Lex quæ tutores, qua domus minoris vendi prohibetur, quòd in ea minor creuerit 7 ep. 5. huius lib. *Verumetiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam, &c.* vbi nonnihil.

Flumina] Aruerniæ flumina sunt Elauer, Alanio, Sumara, Dor, Treuidon, Iordana, Cicaula, Duranus.

Pila] Pila ludebat Hecdicius, s̄. ep. 2. lib. 2. *In cuius opacitate cum me meus illustrae Hecdicius, pilæ vacamus.*

Pyrgus] Pyrgus turricula, siue fritillus, de quo j̄ epi. 17. lib. 5. & epi. 12. lib. 8. ex quo tesseræ mittebantur in tabulam, s̄. epi. 9. lib. 2.

Accipiter, canis, equus] Hæc tria coniungit etiam epi. 9. lib. 4. *Equis, canibus, accipitribus instituendis, spectandis, circumferendis nulli secundus.* j̄. in Panegyr. Auiti soceri sui, & patris Hecdicij:

> *Parua quidem dicenda, tamen quis promptior isto*
> *Tensa cathenati summittere colla Molossi,*
> *Et lustris recubare feras, interprete nare*
> *Discere non visas, & in aere quærere plantas.* &c.

Versus reliqui qui sequuntur de equo, hi de cane & accipitre interpretandi sunt.

Arcus] Iuuenes olim nobiles sagittandi & destinata feriendi vsu exercebantur. s̄. notaui epi. 2. lib. 1. de Theodorico Gothorum rege, j̄ in Panegyr. Cassiodorus in præfat. Histor. Tripart. *Iuuenum exercitia arcum dirigere, bestiam prosternere, lanceam iaculari.* Odo in hist. S. Geraldi Comitis Aurilliaci.

Vndique gentium confluxisse studia literarum] Arferni cùm se Latio fratres dicerent, & latiari eloquentia præter cæteros excelluerunt, quondam enim apud nostrates bonarum artium studia florebant, quibus edecumata Aruernorum ingenia (libera veraque sit ea vox) excolebantur. j̄. Apro ex matre Aruerno epist. 21. lib. 4. *Hic te imbuendum liberalibus disciplinis, Grammatici Rhetorisque florentia studia monitu certante fouerunt, vnde tu non tam mediocriter institutus exisli, vt tibi liceat Aruernos vel propter literas non amare.* Galli veteres præter cæteras gentes eloquentiæ gloriam reportarunt. Mar. Cato Originum lib. 2. apud Carisium: *Pleraque Gallia duas res industriosissimè persequitur, rem militarem & argutè loqui.* Præter auctores quos P. Pithoeus in Quintiliani declamationes congessit. Pompon. Mela lib. 3. ca. 1. Paneg. Cōstant. init. Dripanius in Paneg. Theod. D. Hieron. Rustico monacho, *Ac post studia Galliarū, quæ vel florentissima sunt.* paulo post, *vbertas Gallici nitorque sermonis.* idē, ad Paulin. *S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur.* idem proemio epist. 2. ad Galathas: *Et quod nunc oratorum fertiles sunt, &c.* idem aduersus Vigilantium: *Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit.* Quæ verba infigit Petr. Aruernus Venerabilis lib. 4. epi. 11. plura j̄. epist. 21. lib. 4. imitatione Hieronymi, *Gallicanum cothurnum* dixit Hincmarus in hist. S. Remigij.

Sermonis Celtici squamam] id est, Celtici idiomatis errorem & impolitiam, D. Irenæus in præfat lib. 1. aduersus hæreses: *Non autem exquires à nobis qui apud Celtas commoramur, & in barbarum sermonem plerumque auocamur, orationis artem, quam non didicimus, &c.* Idem Epiphanius libro 1. tomo 2. hæresi 31. Sulpicius Seuerus Dialog. 1. cap. vlt. *Tu verò (inquit Posthumianus) vel Celticè, aut si mauis, Gallicè loquere, dummodo iam Martinum loquaris.* Pacatus in Paneg. Theodosij: *Non esse fastidio rudem hunc & incultum, transalpini sermonis horrorem.*

Quod quos olim Latinos fieri exegeras, deinceps esse barbaros vetuisti] Locus non infacetus, Hecdicius enim Aruernos nobiles bonis artibus imbui curauit, & Latinè loqui, sicque illi Latini facti sunt, & semper steterunt à Latinorum, id est, Romanorum partibus, neque defecerunt in partes Barbarorum, i. Gothorum, atque ita Barbaros esse vetuit Hecdicius, tum quòd linguæ Celticæ barbariem exuerunt, tum quòd à partibus Romanorum semper steterunt, sicque duplicem sensum recipiunt hæc verba: Romanorum autem partium acerrimus assertor Hecdicius, & terror Gothorum. Sidon. Iornand.

Ciuicis pectoribus] vt s̄. epi. 2. *ciuica simultas* lib. 3. *ciuicum frigus.* epist. 2. lib. 2. *ciuicus.*

amor. episto.24. lib.4. & epist. 8. lib. 6. *ciuica imperitia.* epist. 14 libr. 9. *ciuica fax.* ĩ. Carm. 9.

De semirutis murorum aggeribus] s̄ epi.2. huius libri, *Cùm tu sanctum pedem semirutis mœnibus intulisti.* quem locum consule.

Interiectis æquoribus] i. æqua latissima planitię, ĩ. epi. 21. lib. 4. *taceo illud æquor agrorum*, ĩ. Carm.7.

Et vix duodeviginti equitum] Hecdicius decem & octo comitatus equitibus in medios hostes prorupit, Gothorum aciem attriuit, & vrbem Aruernam ingressus est, reluctantibus inimicis. Hanc historiam perstringit Gregor. Aruern.lib 2. hist. cap.24. *Quem Hecdicium mira velocitatis fuisse multi commemorant: nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugasse perscribitur.* Gregorij Epitomastes ms. *Ædicius mira velocitatis fuit, pluribus vicibus multitudinem Gothorum cum paucis in fugam conuertit.*

Exercitum exercitatissimum stupor obruit] Multis enim & variis præliis exercitati erant Gothorum cunei, idcirco vocat exercitum exercitatissimum, Æmilius Probus in Agesilao: *His igitur rebus effecit, vt ornatissimum & exercitatissimum haberet exercitum.* De Gothis Osorius lib.7. cap.33. *Exercitatione virium, rerumque abundantia instructissimi.*

In supercilium collis abrupti] Nescio collem Gergoniæ intelligat, qui Cæsari *locus abruptus* dicitur in Ephemeride, & Straboni lib. 4. Sidonio collis in Paneg. Auiti:

cum colle repulsus
Gergouiæ, *supercilium collis*, s̄. epist. 2.l.2. ĩ. epi.12. huius lib.

Nullis tuorum certamine ex tanto desideratis] Id est, nullis interemptis, Cæsar in Commentar. *Desiderati sunt eo die sagittarij circiter ducenti*, ĩ. eadem epist. *vix binis ternisque post prælium desideratis.* Plin. epi.2. lib. 6. & episto.9. libr. 9. sæpe Curtius, & alij.

Solus planitie quàm potentissima potiebare] ĩ. Carm.5.

sic agmina nostra
Cum spoliis campum retinent, & Marte fruuntur.

Ouationem] Sic mss. & veteres, doctè, & propriè vsus est Ouationis nomine: Ouatio minor erat triumphus, qui decernebatur his, qui ex parte hostiles turmas profligauerant vel fugauerant, vt fecerat Hecdicius, illique non quadrigis albis vt triumphantes, sed equo sedentes in Capitolium, Symmachus episto. 22. lib:10. ab equitibus Romanis, aut à plebe ducebantur: ita Hecdicius equo vectus, ad capacissimam domum, omnis ordinis hominum comitatu stipatissimus, qui ei gratulabantur, & adplaudebant, deductus fuit, *Stipatitus reditus ouationem*, sic s̄. de Constantio epi.2. huius libri, *Stipatissimus ambiebare.* Cassiod. Psalm.19. *Duo apud antiquos erant genera triumphorum, vnum maius in curribus, quod laureatum dicebatur, aliud minus in equis, quod ouatio nuncupabatur*: malè vulgò optio. sic ex mss. emendaui.

Sellarum equestrium] *Equina sella.* Iordan. in hist. Gothor. *sella equitatoria.* Paulus Diaconus in Marciano & Valentiniano, *sellæ equestres.* in l. vnica, Cod. nulli licere in frænis, equestribus sellis, &c. Clitellas Acro interpretatur *sellas.* l.1. satyra 5.

Diffibulant] Id est, fibulas soluunt, atque discludunt, Statius 6. Thebaid.

torto chlamydem diffibulat auro.

Vet. Glossog. *affibulo, fibulas collige.*

Gladiorum latera dentata] ĩ. Carmin.7.

Atque sub assiduis dentatus cædibus ensis.

Foraminatos] ĩ. epist.5. lib.1. *Nauticis cuspidibus foraminato fundi glutino sordidaretur.*

Digitis liuescentibus] Id est, fame & inedia liuidis & luridis, ĩ. epist. 7. lib.7. ad Græcum, *Crebrò per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quæ indiscretis foliis, succisque viridantia, sæpe manus fame concolor legit*, nó ex contactu loricarum, luridis.

Tace

Tumultuoso] s̄. epi. 5 lib. 1. *tumultuosis foribus obuersor.* idem *tumultuosos virtute.* epi. 9 huius libri. Nota autem non absimilem iocum Paulini de S. Mart. libro 2. *Excipit egressum fesuiorum turba, benignam Vim faciens, stipatque viam numerosa precantum Seditio, motus placidi sine felle tumultus.* j̄. Carm. 5. sub finem:

Seditiosa ciet concordem turba tumultum.

Vide Paneg. Constantino Constantii filio dictum.

Taceo deinceps collegisse te priuatis viribus, publici exercitus speciem] Id explicatur j̄. epi. 7. lib. 7. *Is sunt, qui viribus propriis, hostium publicorum arma remoratis sunt.* j̄. ep. 8.

Taceo te aliquot superuentibus] Sic ex mss. emendaui, verbum militare. Vegetius de re militari lib. 3. cap. 1. 9 & 29. *exceptis superuentibus vel incursionibus repentinis.* idem lib. 4. cap. 26. *Anseres quoque non minore solertia nocturnos superuentus clamoribus indicant.* Petrus Chrysologus sermo. 12. *Nec in procinctu fidei constitutos praeuenire poterit inimica subuersio, neque cautos, vigilantes, sobrios, diabolus perturbare suis superuentionibus praualebit.* vnde *superuentores.* Notitia Imperij, de dispositione viri inlust. Magistri equitum Galliarum. Et V. spectabilis ducis tractus Armoricani, atque etiam Ammian. Marcell.

Nox succincta] Sic mss. Vinetus subtrusit subducta, ex Vergilio:

Nox subducta polum.

Constantius lib. 1. de vita S. Germani, *cælum diemque nubium nocte subducunt.* Verùm Sidoniana lectio defendenda est, succincta, i. breuis & æstiua. Carm. 2.

succincta sub ilibus aluus.

dictio succincta. epi. 3. lib. 4. *succinctim.* Claudian. Mamercus de statu animæ, in præfat. ad Sidonium, *succinge querelas.* Carm. 5.

Deceruicatis liquere cadaueribus] Deceruicatis, id est, decollatis, decapitatis: eadem, & simili compositione dixit à ceruice deceruicatis, qua à collo, & a capite decollatis, decapitatis, quod verbum vsurpauit vetus & innominatus interpres Philonis Iudæi, quæst. 76. in Genesim: *De contrariis enim si alterum egreditur, superuenit aliud, vt puta, exeunte penuria vel ignominia, diuitiæ & gloria superueniunt, absente languore & infirmitate, adest sanitas & robustas, hoc modo deficiente continentia verbo exceruicante contumaces, vitiorum intemperantia decurrit.* Eusebius Papa epi. Episcopis Thusciæ & Campaniæ, *Et si vnus fuisset ceruicatus, nimirum si fuisset immunis.* ex Ecclesiastici capite 16.

Quam villis agnosci crinitum] Quippe Gothorum gens comam alebat, s̄ epist. 2. lib. 1: *Aurium legulæ sicut mos gentis est, crinium superiacentium flagellis operiuntur.* quem locum, ni piget, adi. & j̄. Carm. 7.

Quòd nec ossa tumultuarij cespitis mole tumulabant] i. terra quæ tumultuatim sepultis iniicitur, j̄. epistola 12 lib. 3. *sed tamen tellus humatis qua superducitur.*

Quibus nec elutis vestimenta] Sic mss. s̄. epi. 2. lib. 2. *elutus e calore*, id est, iam lautis, Lauabantur olim, vt & hodie defuncti. Vide qui de ritibus Ecclesiast. scripserunt, & Amalarium lib. 4. cap. 41.

Ennius: *Tarquinii corpus bona fœmina lauit & vnxit.*

Verg 6. *corpusque lauant frigentis & vngunt.*

Asconius in Diuinat. *Alij delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum*, &c. Rationem reddunt Cornelius Celsus in præfat. lib. 1. de re medica: Plinius, & ex eo Seruius Æneid. 6. quòd plerumque putetur exclusus vitalis spiritus, qui calidæ aquæ ablutione veluti sopitus excitatur. De hoc more Gregorius Turonen lib. 1. cap. 5. hist. lib. 4. cap. 5. de glor. confess. cap. 17. 42. & 104. non est quod Lugdun. *euolutis* legant.

Nec vestitis sepulcra tribuebant] Postquam eluta erant cadauera, vestiebantur. Paulus l. 19. de in rem verso. Vlpianus l. 14. §. idemque & si, de religios. & sumpt. funer. l. 113. §. vlt. de legat. 1. l. 15. §. proinde. de vsufructu: Constantius de S. Germa-

no lib. 2. cap. 22. *regina vestiuit.* præter Arnob. lib. 5. & Lactantium de orig. error. cap 4. Quintil. declam. 373. Corippus lib 1.

Purpureaque in veste iacens requiescere somno, &c.

Gregor. Turon. lib. 4. cap. vlt. idem lib 6. cap. 9. hist. & de vita Patrum cap. 3. *Exinde vestitus atque ablutus in Ecclesiam defertur,* cap. 7. *Adfuit quædam matrona, quæ ablutam dignis vestiit vestimentis.* & cap. 12. *ablutus ac vestimentis dignis indutus.* & cap. 8 in fine: idem lib. 4. histor. cap. 50. lib. 6. cap. vlt. lib. 7. cap 1. & de glor. confess. cap. 81. Vtrumque coniungit Ennius ablutionem scilicet, & vestitum, Ctesiphonte, qui locus mirè Sidoniano concinit, nam & de terræ iniectione, vt & Sidonius loquitur.

Neque terram iniicere, neque cruenta
Conuestire mihi corpora licuit,
Neque misera lauere lacrymæ salsum sanguinem.

Iustè sic mortuis talia iusta soluentes] 5. epist. 8. lib. 2. de Filimachiæ sepulcro: *Iniustè tibi iusta persoluta.* Quem locum consule, idem epist. 12. hu. lib. in fine.

Rorantibus] Ita mss. rectè, quidam rotantibus, non ita appositè. Prudentius:

Rorantes saxorum apices vidi optime Papa.

Rogalibus fragmentis] Sic mss. rectè, pro eo quod Vineti liber habet. *regalibus,* incuriam librarij arguit, vetus codex Vineti, qui hanc epistolam detruncatam in suo libro, qui penes me est, ex tuo dono (Lodoice Seruine) restituerat, & integram scripserat, vbi disertè legitur, rogalibus. rectè 7. epi. 13. huius libri, *deformior est cadauere rogali.*

Non ex asse] Id est, non integram historiam, 5. epi. 2. lib. 1. in fine: *Et ego non historiam, sed epistolam efficere curaui.* ex asse 5. ep. 11. lib. 1. & ep. 2. lib. 2. 7. ep. 3. lib. 4. & aliàs passim, locutio I.C.

Historiam texere] Saluian. lib. 1. *historiam texuisse.* Oros. lib. 7. cap. 10. *C. Tacitus, qui historiam diligentissimè contexuit.* Victor Vticensis in præfat. lib. 1. de persecutione Vvandalica: *At verò venerabilitas studij tui historiam texere iubens.*

Ægrescentis] Lucretius lib. 3. *Ergo animus siue ægrescit,* &c.

Idem 5. *morbis ægrescimus hisdem.*

Cassiodor. in præfat. lib. 11. *Ægrescit profectò ingenium, nisi iugi lectione reparetur.* Statius sæpe P. Consentius: *Præterea fiunt etiam à nominibus inchoatiua verba, ab appellatiuo vt æger, ægrescit.* Vetus inscript. DVM AEGRESCVNT ET MORIVNTVR, &c.

Quàm tui aduentus remedia medicabuntur] Si aduersis Aruerni conflictabantur, Hecdicius euocabatur, 5. epistola 2. libr. 2. initio: *Duo nunc pariter mala sustinent Aruerni tui. quænam inquis? præsentiam Seronati, & absentiam tuam.*

Receptui canere] 5. epi. 2 lib. 2. *Clientarum siue nutricum loquacissimus chorus receptui canit.* Vide quæ notaui. Idem epistola septima huius libri: *Receptui canere persuadent.*

Periculosæ regum familiaritati] Lacydes Cyrenæus Philosophus, accersitus ab Attalo Rege, respondit, imagines eminus esse spectandas. libro 1. Epigrammat. veterum:

Viue, & amicitias Regum fuge, pauca monebas,
Maximus hic scopulus, non tamen vnus erat:
Viue, & amicitias nimio splendore nitentes,
Et quicquid colitur perspicuum, fugito.

Vt cum rogo, sic cum rege, vetus dictum. Plutarch.

SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM.

EPISTOLA IIII.

GOzolas natione Iudæus, cliens culminis tui, cuius mihi quoque esset persona cordi, si non esset secta despectui, defert literas meas, quas granditer anxiùs exaraui. Oppidum siquidem nostrum quasi quendam sui limitis obicem, circumfusarum nobis gentium arma terrificant. Sic æmulorum sibi in medio positi populorum lacrymabilis præda, suspecti Burgundionibus, proximi Gothis, nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia. Sed istinc aliàs. Interea si vel penes vos recta sunt, bene est. Neque enim huiusmodi pectore sumus, vt licèt apertis ipsi pœnis, propter occulta criminum plectamur, non agi prosperè, vel vbicunque velimus. Nam certum est, non minùs vitiorum, quàm hostium esse captiuum, qui non etiam inter mala tempora bona vota seruauerit. Vale.

GOZOLAS] Sic mss. Gozolas Iudæus, cliens fuit Magni Felicis. ĩ. Felici. lib. 4. epist. 5. *Gozolas vester (Deus tribuat vt noster) apicum meorum secundò gerulus efficitur.*

Si non esset secta despectui] ĩ. ep. 5. lib. 4. *Deus tribuat vt noster.* idem de Iudæo epistola 11. lib. 6. *Non quod mihi placeat error, per quem pereunt inuoluti.* aduersus Iudæos, præter Tertullianum & reliquos, eleganti stylo scripsit Petrus Aruernus Cluniacensis, & Iulianus Pomerius.

Oppidum siquidem nostrum] Id est, Aruerna, s̃. epi 2. huius libri, *in vnum oppidum reuertentibus*, & ĩ. ep. 12. lib. 6. *nam sola vrbs Roma, cætera oppida.* Isidorus libro 8. cap. 4. Originum.

Suspecti Burgundionibus, proximi Gothis] Burgundiones, vt Procopius libr. 1. de bello Gothorum tradit, Toringis proximi, *A Toringis Burgundiones haud procul ad Notum ventum vergentes inhabitant.* Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 9. *In his* (id est, Thoringorum) *partibus, id est, ad meridionalem plagam habitabant Romani vsque Ligerim fluuium: vltra Ligerim verò Gothi dominabantur, Burgundiones quoque Arrianorum sectam sequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adiacet ciuitati Lugdunensi.* Idem Ado Viennensis, & Hincmarus in histor. S. Remigij, qui tractus *Burgundia* dicitur. Cassiodoro episto. vltima lib. 1. & adhuc Burgundiæ nomen retinet. Aimoinus de Gallia cap. 5. atque ita erant Aruerni in medio positi, vt ait Sidonius, quorum fines latiùs porrigebantur, Burgundionibus quippe & Gothis erant affines & contermini. De Gothis s̃. diximus epi. 1. lib. 3. nunc restat de Burgundionibus dicere: qui Aruernos contingebant, ĩ. epist. 8. lib. 7. Euphonio Papæ Augustodunensi, *Si nobis haberentur quàm territoria vicina, tam mœnia.* priuatoque & publico fœdere copulabantur inter se, vt ĩ. dicemus ep. 21. lib. 4.

Æmulorum sibi in medio] Burgundiones enim & Gothi se inuicem lacessebant, ĩ. epi. 10. lib. 7. *Sed quoniam fraternæ quietis voto satis obstrepit confligantium procella regnorum.* idem epistola 3. lib. 9. *Plusque in hoc tempore, quo æmulantum inuicem sese pridem fœdera, statuta regnorum,* &c.

Nec impugnantum ira] Id est, Gothorum, qui ad Aruerniam nostram adhinniebant, & inhiabant Aruernæ, s̃. epistola 1. huius libri, & epist. 7. lib. 7. Iordanes in Historia Gothorum.

Obicem] ĵ. epi. 1. lib. 7. init. *Quia quod necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt, solam (sub ope Christi) moram de nostro tantum obice patiuntur.*

Nec propugnantum caremus inuidia] i. Burgundionum, qui cum Aruernis P. R. partes tuebantur, idcirco vocat patronos. infra. Carm. 13.

Ex quo septipedes videt patronos.

Iordanes in Histor. Gothorum: *Fugiens ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam, aduenit.* Eadem loquendi formula s̄. epi. 5. lib. 2. *Vt propositio sua quem actionis ordinem propugnatura, quem sit impugnatura non nouerit.* Berangarius in Apolog. ms. Petri Abailardi: *Hilarius errorum impugnator, propugnator Ecclesiæ*, ĵ ep. 11 lib. 6.

Sed istinc aliàs] Sic mss. & Vinetus rectè. Idem s̄. episto. 10. lib. 2. *Sed isthinc aliàs*, &c. malè Lugdun. isthæc, disiunctim Sidon. ista hæc sæpe.

Qui non inter mala tempora, bona vota seruauerit] infra epist. vltima lib. 6. *Inter hæc temporum mala, bonus sacerdos, bonus pater* Plin. epi vlt. lib 1. *Neque enim ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipse careo, sed contra sensum quendam voluptatemque percipio, si ea quæ mihi denegantur, amicis video superesse.*

SIDONIVS HYPATIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA V.

SI vir spectabilis, morumque vestrorum suspector admiratorque Donidius solam rationem domesticæ vtilitatis habuisset, satis abundeque sufficeret fides vestra commodis suis, etsi nullus intercessor accederet. Sed amore meo ductus est, vt quod ipse per se impetrauerat, me faceret postulare. Itaque nunc honori vestro hic quoque cumulus accrescit, quòd duo efficimur debitores, cùm tamen vnus è nobis beneficium consequatur. Eborolacensis prædij etiam ante Barbaros desolatam medietatem, quæ domus patritiæ iura modò respicit, suffragio vestro, iuri suo optat adiungi. Neque ad hanc nundinationem stimulo cupiditatis, sed respectu auitæ recordationis adducitur. Siquidem fundi ipsius integritas familiæ suæ dominium vsque in obitum vitrici nuper vita decedentis, aspexit. Nunc autem vir alieni non appetens, sui parcus, possessionis antiquæ à se alienatæ non tam damno angitur, quàm pudore, quam vt redimere conetur, non auaritiæ vitio, sed verecundiæ necessitate compellitur. Tribuere dignare votis suis, precibus meis, moribus tuis, vt ad soliditatem ruris istius te patrocinante perueniat, cui rem parentum sibique non solùm notam, verumetiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam, sicut recepisse parum fructuosum, sic non emeruisse nimis videtur ignauum. Ego verò tantùm obstringar indultis, ac si meæ proficiat peculiariter proprietati, quicquid meus ætate frater, professione filius, loco ciuis, fide amicus acceperit. Vale

Satis abundéque.] ĩ. epist. 15. l. 5. l. vlt. C. de adsessorib. Eugenius ad Carthaginenses epi. *Satis abundéque obtestor per Dei maiestatem.* D. Hieron in proem. lib. 3. comment. ad Ephesios, *satis abundéque*, Gloss. vett. Γ'καιῶς ἢ ἐκτίως, *satis abundéque.* ĩ. epist. 15 l. 5. *satis abunde.*

Honori vestro hic quoque cumulus accrescit.] s̃. epi. 7. l. 1. *namque hic quoque cumulus accedit laudibus principis.*

Eborolacensis prædij.] Eborolacense prædium ex patrimonio Donidiorum, qui Aruerni erant, & hodie nomen retinet EBREVLE.

Etiam ante barbaros desolatam medietatem.] Barbaros, id est Gothos, desolatam id est squalidam, & pro derelicto habitam, & aratris inpexam. s̃. epist. 1. huius libri, *modò inuidiosi huius anguli etiam desolata proprietate potiantur.*

Nunc autem vir alieni non appetens, sui parcus.] C. Tacitus, primo historiæ. *Pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus.* Plinius lib. 6. ad Priscum, *homo est alieni abstinentissimus, sui diligens:* Ennodius in vita Epiphanij, *deinde perpendere nos conuenit, quod nemo diligentius propria tuetur, quàm qui aliena non adpetit.* l. vnica. C. de Thesauris, *vt vnusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis. alieni appetentes*, Laberio, ita suæ rei diligentes, alienis abstinent, contrà verò sui profusi, quærũt aliena. Salusti. in coniur. *alieni appetens, sui profusus*, fomenta enim quærunt vndecunque luxuriæ suæ. ĩ. epi. 14. lib. 7. *aliena non appetis.*

Cui rem parentum, sibique non solum notam. Donidius Eborolacense prædium à se diuenditum & alienatum, redimere & reciperare conatur, recordatione maiorum, ad quos illud pertinuerat, & quod ibi primum infans reptauerat. s̃. epi. 3. huius libri, *omitto illa communia quidem, sed quæ non mediocria charitatis incitamenta sunt, istius tibi cespitis reptatas glebas*, l. 1. § sed si rem. Si quid in fraudem patroni. *in qua patronus habet affectionem, vel quod illic educatus sit, vel quod parentes sepulti.* l. si in emptionem. de minoribus. *si eius interesse emptam ab eo rem fuisse adprobetur, veluti quod maiorum eius fuisset*, & l lex quæ tutores. C. de admini. tutor in quam sententiam singularis est. D. Augustinus Serm. 1. de Abraham. & Quintil. declam. 298. in fine, *ducimus quendam aduersus ipsas terras consuetudine affectum.* idem declam. 337. *Penates illos in quibus natus sum, qui mihi cotidiana imagine adhuc versantur ante oculos, illos penates in quibus sacri aliquid esse credimus, amisi.*

Quicquid meus ætate frater, professione filius.] Tunc temporis Sidonius creatus erat Episcopus Aruernensis, atque ita professione filius erat Donidius, quia presbyter erat, ĩ. epist. 5. lib. 6. *sicut nunc venerabilis Donidius dignus inter spectatissimos quosque nuncupari.* Episcopi enim patres sunt. ĩ. e. 1 l. 6. Clerici & reliqui filij ĩ. e. 17. l. 7.

Loco ciui.] Donidius Aruernus erat vt dixi, & Eborolaco oriundus, qui propter honorem sacerdotij ciuitatem Aruernam habitabat, & ita loco ciuis dicitur Sidonio, quem sibi suum Aruerna & Aruernia vendicat. s̃. epi. vlt. lib. 1. de Catullino v. Inl. Aruerno. *Sæpe enim ciues magis amicos peregrinatio facit.* Idem. e. 7. l. 9. *quod tamen vt ciui (nec erat iniustum) pro munere ingessit.* vbi de Aruernensi ciue loquitur.

SIDONIVS EVTROPIO SVO
S. EPIST. VI.

SI veteris commilitij, si deinceps innouatæ per dies gratiæ bene impræsentiarum fides vestra reminiscitur, profectò intelligitis vt vos ad dignitatum, sic nos ad desideriorum culmina ascendere. Ita namque fascibus vestris gratamur omnes, vt erectam per illos non magis vestram domum, quàm nostram amicitiam censeamus. Testis est ille tra-

ctatus, in quo exhortationis meæ non minimum incitamenta valuerunt, quibus vix potuistis adduci, vt præfecturam philosophiæ iungeretis, cùm vos consectanei vestri Plotini dogmatibus inhærentes, ad profundum intempestiuæ quietis ocium Platonicorum palæstra rapuisset, cuius disciplinæ tunc fore astruxi liberam professionem, cùm nil familiæ debuisset. Porrò autem desidiæ vicinior putabatur cõtemptus ille militiæ, ad quam iactitant liuidi, bonarum partium viros, non posse potius, quàm nolle conscendere. Igitur quod loco primore fieri par est, agimus gratias vberes Christo, qui statum celsitudinis tuæ, vt hactenus parentum nobilitate decorabat, ita etiam nunc titulorum parilitate, fastigat, simul & animorum spebus erectis fas est de cætero sperare meliora. Certè creber prouincialium sermo est: Annum bonum de magnis non tam fructibus, quàm potestatibus existimandum. Qua de re vestrum est, domine maior, expectationem nostram competentibus dispositionibus munerari. nam memor originis tuæ, nobilium sibi persuasit vniuersitas, quandiu nos Sabini familia rexerit, Sabiniani familiam non timendam. Vale.

Si veteris commilitij.] Commilitium hoc loco sodalitium est, & societas, vt s̄. epi. vlt. lib. 1. *commilitio recentis familiaris*, Item in Concio. lib. 7. in fine, *multos in itinere, multos in commilitio*, quò loci propriè commilitium vsurpauit locum consule, Apuleius. 3. Florid. *cum primum connumerauit inter nos amicitiæ iura, à commilitio studiorum eisdem magistris inchoata.* Rutilius Itin. 1.

Præbet equos, offert etiam carpenta Tribunus,
Ex commilitio carus & ipse mihi.

Impræsentiarum.] s̄ epi. 3 lib. 2. nam licèt impræsentiarum sis potissimus magistratus idem c. 3. l. 4. Plinij vel auunculus, vel secundus compositi impræsentiarum rusticabuntur idem. epi. 9. l. 5 atque etiam alias, dixit autem impræsentiarum fides vestra reminiscitur, quòd plerisque honore tumescentibus recordatio amicorum excidit.

Itaque fascibus vestris.] Fascibus, id est dignitate. s̄. epist. 4. lib. 1. *Macte esto vir ampliss. fascibus partis dote meritorum.* Idem epi. 14. lib. 2. *per amplissimos fascium titulos*, ibid. *cuius anteriùs epulæ, mores, pecuniæ, fasces.* Cassiod. e. 3. lib. 1.

Vt vos ad dignitatum, sic nos ad desideriorum culmina] præfecturam prætorianam vocat culmina dignitatum, *præfecturæ apicem.* Carm. 7. Cassiodorus lib. 6. epist. 3. de præfect. Præt. *ad hoc culmen gloriæ euectus. culmina desideriorum* vt s̄. e. 2. in fine, *gratiæ culmina.*

Testis est ille tractatus.] quem ad eundem Eutropium habuit. e. 6. lib. 1.

Consectanei vestri Plotini.] id est, eiusdem sectæ, s̄ epi. 1. lib. 1. & in Concione lib. 7. init. & epi. 14. lib. 7. sub finem. Inno. Glossogra. *Consectaneus, eiusdem sectæ.*

Ad profundum intempestiuæ quietis.] Idem ad eundem, epist. 6. l. 1. *quia te scilicet, à profundo domesticæ quietis extractum.*

Intempestiuæ quietis.] Prima enim tempora, & media patriæ & rebus publicis debebantur, nec ante annum sexagesimum secedere in otium licebat, idcirco dixit, *intempestiuæ quietis*, alioquin secessus ille desidiæ, non quietis nomen habebat, & hoc quidem ex antiqua lege, quæ dudum obtinuit: vide s̄. e. 6. l. 1. Ocium immaturum dicit Paneg. Maximiani & Constantini, *te verò in quo adhuc istæ sunt integræ solidæque*

vires, hic totius corporis vigor, hic Imperatorius ardor oculorum, immaturum ocium sperasse miramur.

Platonicorum palæstra.] ĵ e.3.lib.9. *precum peritus insulanarum, quas de palestra congregationis eremitidis.*

Cuius disciplinæ tunc fore adstruxi liberam professionem, cùm nil familiæ debuisses,] id est cùm præfecturam adeptus esses, qua maiores tui defuncti sunt, tunc philosophiæ adstruxi liberam esse professionem, liberè enim & verè philosophiam profitentur, qui iura reddunt, & iustitiam exercent. Eufrates Philosophus apud Pliniũ, lib.1.c.10. *affirmabat esse hanc philosophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negocium publicum, cognoscere, iudicare, promere & exercere iustitiam, quæ ipsi doceant, in vsu habere*, atque ita. Iuridicina philosophiæ pars est maxima, philosophiæ enim disciplina, displicina est, nisi circa rerum publicarum administrationem versetur. Pacuuij oraculum.

Ego odi homines ignaua opera, & philosopha sententia. In quam sententiam Macedo philosophus nihil fieri posse indignius, neque intolerantius dicebat, quàm quòd homines ignaui ac desides, operti barba, & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumque artes converterent, &c. Gell. lib. 13.c.8. Vlpian.l. 1.de iust. & iure, *veram, ni fallor philosophiam, non simulatam adfectantes.*

Porrò autem desidiæ vicinior putabatur] Qui enim intempestiuæ quieti se dedunt, & ocio literario nimis indulgent, oscitantiæ probrum reportant, Plinius lib 4.epi. 23. in fine, *quando secessus mei, non desidiæ nomen, sed tranquillitatis accipient.* Macedo philosophus, *homines ignaui ac desides.* s̄. epi. 4.l. 1. *Inter bibendum philosophantes, ferias inhonoratorum laudant, vitio desidiæ, non studio perfectionis.* ibid. *inertes* vocat.

Contemptus ille militiæ.] id est, militiæ palatinæ, s̄. epi. 6.lib. 1 *ad capescenda militiæ palatinæ munia vocem.* vbi plura. idem. c.4.l.1. *Et illud militandi inertibus familiare fastidium.*

Bonarum partium viros.] id est viros probos, & de meliore fidelia, s̄. c.4.l. 2. *sicut decet bonarum partium viros*, idem epi.13. eiusdem libri. ĵ.epi.11. huius lib de his autem inertibus & inuidis, qui viris probis honorum aditum intercludunt. s̄. epist. 4.lib. 1.

Vt hactenus parentum nobilitate decorabat.] Parẽtum splendor, posteros inlustrabat, Eutropius iste patrem senatorem ciebat, s̄. epi. 6.lib. 1. *Si modò senatorij seminis homo*, sed cur senatorij hominem seminis vocet, comiuus indagandum est: *Senatores erant omnes qui à patriciis, & consulibus, vsque ad omnes inlustres descendunt, quia & in senatu sententiam dicere possunt.* Tribonianus in l. vlt. de Senatoribus, extrema enim huius legis vltimæ desumpta sunt ex Nouella. 62. & à Triboniano fini legis vltimæ compacta: sicque Sidonius senatorij seminis hominem vocat Eutropium, quòd à præfectoriis originem duceret, vt & epi. 7.lib. 1. Ferreolum vocat senatorem, qui præfectorius erat, vt notaui. præfectis enim prætorio senatoriam dignitatem adiecit Alexander Seuerus. Lampridius, Cassiodorus, lib. 6.c.12.15 & 16. s̄.c. vlt. lib. 1.de Peonio. *Igitur iste sic præfectorius, sic senator*, & de Sidonio Gregori. Turon. lib. 2.c 21.in fine. *& de primis Galliarum senatoribus.* Item Cassiodorus toto lib.11. & 12. in inscriptionibus epistolarum. *senator, præf. præt.* præfecti enim præt. senatores erant, idcirco Eutropius, *senatorij seminis homo* dicitur. epi.8 l. 1. & Petronius Maximus, *senator.* c.13.lib.3. præfectorij tamen ante Seuerum A. senatores nõ erant. Gellius l. 3. c.18 nec reliqui inlustres ante Iustinianum, l. vlt. de senatorib. & Nou. 62. Senatoria autem vestis erat trabea, vnde supradict.c.6.l 1. *trabeatis imaginibus*, dixit. Isidor. in Glossis. mss. *Trabea, vestis senatoria, vel regia purpura, vel toga purpurea.*

Ita iam nunc titulorum parilitate fastigat. id est præfecturæ prætorianæ titulo, quò Eutropij proauus familiam suam decorauit, vt s̄. notaui c.8. lib. 1.

Fastigat.] id est eleuat & extollit, quod verbum non respuit Vitruuius lib. 7. & Seneca, l. 1. contro. 6. *Fastigiatis supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium.* Plinius lib. 2. c. 24 lib. 9. cap. 35. lib. 18. c. 17. lib. 36. c 13 Solinus. *Pyramides turres sunt in Ægypto, fastigatae vltra celsitudinem omnem qua fieri manu possit.* Pompo. Mela. lib. 2. c. 1. lib. 4. c. 1. & c vlt. Martianus Felix. lib. 5. *qui vituperatione caruerit laudibus fastigetur* Paulinus epi ad Alethum. *vbi cantharum ministram manibus & oribus nostris fluenta ructantem, fastigatus solido aere tholus ornat & inumbrat.* Alcimus Auitus, in homelia Rogationum, *aedes namque publica, quam praecelso ciuitatis Viennensium in immensum fastigata praetulerat.* Ammian. Marcel. lib. 31. init. *nec enim apud eos vel arundine fastigatum reperiri tugurium potest.* J. in Concione, l. 7.

Annum bonum, non tam fructibus, quàm potestatibus aestimandum.] Aurea Sidonij sententia, quę pro foribus Capitoliorum scribenda esset, cùm Kal Ianuariis magistratus, ciuitatum defensores, & scabini nominantur, bonum annum dixit, fœcundum atque feracem J. c. vlt. lib. 6. *Inter haec temporum mala, bonus sacerdos, bonus pater, bonus annus es.*

SIDONIVS FELICI SVO S.

EPISTOLA VII.

LOngum à literis temperatis: igitur vtrique nostrum mos suus agitur, ego garrio, vos tacetis. Vnde etiam vir ad reliqua fidei officia insignis, genus reor esse virtutis, tanto te otio non posse lassari. Ecquid? Nunquámne respectu mouebere familiaritatis antiquae, vt tandem à continuati silētij proposito pedem referas? Aut nescis quia garrulo non respondere conuitium est? Tu retices, vel bibliothecarum medius vel togarum, & à me officium paupertini sermonis expectas, cuius scribēdi, si bene perspicis, magis est facilitas, quàm facultas. Certè vel metus noster materiam stylo tuo faciat: Mementóque viatorum manus grauare chartis, quatenus amicorum cura releuetur: & indicare festina, si quam praeuio Deo quaestor Licinianus trepidationi mutuae ianuam securitatis aperuerit. Persona siquidem est (vt perhibent) magna expectatione, maior aduentu, relatu sublimis, inspectione sublimior, & ob omnia felicitatis naturaeque dona monstrabilis. Summa censura, par comitas, & prudentia fidésque misso mittentíque conueniens. Nihil affectatum, simulatúmque, ponderíque sermonum, vera potius seueritas, quàm seueritatis imitatio: & nec vt plurimi, qui cum credita diffidenter allegant, volūt videri egisse se cautiùs. Sed neque ex illo (vt ferunt) numero, qui secreta dirigentium principum venditantes, ambiunt à barbaris bene agi cum legato potius, quàm cum legatione. Hunc nobis morum viri tenorem secundus rumor inuexit. Mādate perniciter, si verò dicta conquadrant, vt tantisper à peruigili statione respirent, quos à muralibus excubiis non dies ninguidus, nō nox illunis & turbida receptui canere persuadent, quia etsi barbarus in hiberna concedat, mage differunt quàm relinquant semel radicatam cor-

da formidinem. Palpate nos prosperis, quia nostra non tam procul est à vobis causa, quàm patria. Vale.

Longum à literis temperatis.] Ꝟ. 9. lib. e. 9. *Longum tacere vir sacratissime nos in commune conquestus es.* Symmachus epi. 75. lib. 5. *Longum siles, &c.*

Igitur vtrique nostrum mos suus agitur, ego garrio, vos tacetis.] Symmachum imitatur e. 54. lib. 3. *Meus mos est semper alloqui præstantiam tuam: qui tuus? literis abstinere, facimus quod solemus, ego scribo, tu retices.*

Vt tandem à continuati silentij proposito, pedem referas.] adagij vice pedem referre, Seneca. epi. 95. *Illud puto concedes, nihil turpius esse dubio & incerto ac timido, pedem modò referente, modò producente.* Ammia. Mar. lib. 26. initio, *conuenerat iam referre à notioribus pedem.* Ꝟ. e. 11. l. 9.

Garrulo non respondere conuiciũ est.] Apuleius lib. 9. *indignatus silentio eius, vt cõuicio*

Bibliothecarum medius, vel togarum.] id est medius inter bibliothecas, & togas. togas id est aduocationes. D. Cyprianus lib. 2. epi. 2. ad Donatum. *Et inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum.* vnde togati, id est aduocati, ȿ. e. 13. l. 2. initio.

Paupertini sermonis] id est humilis, & aridi styli. *paupertina litera*, Gellio lib. 14. c. 6. *paupertinum ingenium*, Symmacho. lib. 1. epist. 8. *paupertinus culmus*, Ꝟ. e. 10. lib. 2. *paupertinus recessus*, e. vlt. lib. 7. in Carm. vide.

Magis est facilitas, quàm facultas.] Plinius e. 29. l. 6. *Quia scilicet assiduitate nimia, facilitas magis quàm facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur.*

Viatorum manus grauare chartis] Ꝟ. e. 3. lib. 4. *quodque deinceps nullas viantum volas mea papyrus onerauerit.*

Quæstor Licinianus.] Quæstor scilicet Iulij Nepotis Augusti, Ꝟ. e. 16. lib. 5. *Rauenna veniens quæstor Licinianus*, qui principis ore locutus est: apud Euarigem Regem Gothorum, ille enim Imperij fines lacessebat, vt notaui. e. 1. huius libri. ideò Sidonius ait postea.

Ianuam securitatis aperuerit] trepidabant enim Magnus Felix, & Sidonius, ne nõ mutua inter Iulium Nepotem Augustum, & Euarigem Gothorũ Regem discordia componeretur, quæ exinde orta erat, quod Euarix Deo Termino religionem debitam violaret, & fines sibi præscriptos extendere conaretur. Ennodius Ticinensis in vita S. Epiphanij. *post Glicerium ad regnum Nepos accessit, tunc inter eum & Tholosæ alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex dominatione gubernabat, orta dissentio est, dum illi Italici fines Imperij, quos trans Gallicanas Alpes porrexerant, nouitatem spernentes non desinerent incessere, è diuerso Nepos ne in vsum malesuada præsumptio duceretur, districtius cuperet commissum sibi à Deo regnandi terminum vendicare, hinc vtrimque litium cœperunt fomenta consurgere, quod dum neutræ partes conceptum tumorem vincendi studio deponunt, sic exsuperabat causa discordiæ*, meminit eiusdem discordiæ Paulus Diaconus in Leone. Aug. *eo tempore cum apud Tholosam Vuisigothorum populis Euricus regnaret, ac per Italiæ & Galliæ fines inter Nepotem & Euricum litium fomenta creuissent, bellúmque è diuerso vtrique præpararent, interueniente Epiphanio, de quo præmissum est, Ticinensi Episcopo, fœderis inter eos iura firmata sunt.*

Ianuam securitatis.] ȿ. e. 9 lib. 1. *qua rebus actitandis ianuã campúmque patefecit.* Plini. e. 18. lib. 1. *illa ianuam famæ patefecit*, & l. 2. C. de dignitatibus, *dignitatis porta patebũt.*

Et ob omnia felicitatis naturæque dona monstrabilis.] Plin. l. 6. e. 21. ad Caniniũ Rufum, *est enim probitate morum ingenij elegantia, operum varietate mõstrabilis.* ȿ. e. 5. l. 1. & e. 3. l. 4.

Vera potius seueritas, quam seueritatis imitatio.] Plinius e. 13. lib. 6. *Quorum temporaria grauitas, vel potius grauitatis imitatio ridebatur.*

A peruigili statione respirent.] Statio verbum militare, Tertull. tractatu de Oratione, à qua *stationarij*, crebrò in iure, & *statores*, qui stabant pro foribus, & excubabãt, non inscitè ergò peruigiles Aruernæ ciuium excubias, qui pro aris & focis excuba-

bant, & incubabant, ſtationem nuncupat. *ſtationis labor*, Gregor. Turo. de glor. cõfeſſ. cap. 92.

Non dies ninguidus.] s̃ epiſt. vlt. l. 2. *Iani Numaque ninguidos menſes*, Idem in Paneg. Maioriani. *quem ninguida cernis*

Calcantem iam dorſa iuga vide s̃.

Non nox illunis] id eſt, nox nubila, & obſcura, tenebris obducta, ita vt Luna non ſplendeat, Plinius c. 20. lib. 6. *Vix conſideramus, & nox non quaſi illunis & nubila, ſed quaſi in locis clauſis lumine extincto.* Syllius lib. 15.

Illunem nacti per rura tacentia noctem.

Ammianus Marcell. lib. 17. *tunc pertimeſcens ſolertiſſimus Cæſar, ne obſeruata nocte illuni, barbari gelu vinctum amnem peruaderent*, Illunam dixit Apuleius, lib. 9. *nocte quadam paterfamilias, qui pago proximo tenebris illunæ caliginis impeditus.*

Receptui canere perſuadent.] s̃. e. 3. huius libri, *actutum in patriam receptui canere feſtina*, idem. ĩ. e. 1. lib. 6. *à peccatis receptui canere.* Seneca 3. de ira c. 21. Apuleius de Deo Socratis, *receptui canam, tandémque orationem de cælo in terram deuocabo.* Panegyricus dictus Maximiano & Conſtantino. *Sed tamen vtcunque fas fuerit eum principem, quem anni cogerent, vel valetudo deficeret, receptui canere.*

Quia & ſi barbarus.] id eſt Gothus, s̃. e 1. lib. 2. *Inter ciues pugnas, inter barbaros literas*, idem e. 2. huius libri, *barbarica incurſio*, & e. 5. eiuſdem libri, *ante barbaros deſolatam medietatem.* & aliàs paſſim.

Radicatam.] id eſt fixam, Petrus Rauennas Serm. 62. *Et ſicut radix altè fixa, in excelſum germen ſe protendit, fides ſic radicata pectoris in profundo, in excelſum credulitatis cacumen attollitur.* Idem Serm. 98. *Fide ſeritur, credulitate radicatur*, ibid. *quod radicatum eſt in patriarchis, natum eſt in prophetis, creuit in Apoſtolis.* ĩ. e. 10. l. 5. in fine, *ſimul naturali vitio fixum eſt, radicatúmque pectoribus humanis.*

Quia noſtra non tam procul eſt à vobis cauſa, quàm patria. ĩ e. 5. l. 7. *quia minimum refert, quòd nobis eſt in habitatione diuiſa prouincia, quandò in religione cauſa coniungitur.* Simplicius PP. ad Acacium, epi. 4. *nec enim quieſcere nos cauſa permittit*, paſſim apud coæuos auctores, & id nomen ſumptum eſt, ex mera latinitatis antiquitate. Velleius lib. 2. *Conſules ſenatuſque, cauſa, non Pompeio ſummam imperij detulerunt*, quem locum à Lipſio non intellectum, & ideò interpolatum facilè conuincit Iac. Gillotius. V. C. immodicus fautor nõ ſtudiorum modò, verùm etiam ſtudioſorum ex Cicerone, lib. 7. e. 3. *quid quæris? nihil boni præter cauſam*, paulo poſt, *armis enim inferiores, non cauſa fuiſſent*, idem epi. 1. l. 6. *Quare ſi id euenit, quòd ingredientibus nobis in cauſam, propoſitum fuit accidere poſſe*, poſtea. *Quo quidem tempore non ego cauſam noſtram, ſed conſilium improbabam.* vide eiuſdem libri epiſt. 5. 6. 11. & 21 &. Cauſa in pari ſignificatione his difficillimis temporibus in ore eſt omnium. Sidonij Epitaphium.

Cauſarum moderans ſubinde motus, vbi plura.

SIDONIVS BVCHERIO SVO
S. EPISTOLA VIII.

Venerор antiquos, non tamen ita vt qui æquæuorum meorũ virtutes aut merita poſtponam. Neque ſi Romana reſpublica in hæc miſeriarum extrema defluxit, vt ſtudioſos ſui nunquam remuneretur, non idcirco Brutos, Torquatóſque non pariunt ſæcula mea. Quorſum iſta hæc? inquis, De te, ad te mihi ſermo eſt, vir efficaciſſime, cui debet reſpublica, quod ſupradictis ſolutum laudat hiſtoria. Quapropter ignari rerum, temeraria iudicia ſuſpendant, nec perſeuerent

D. Cardin. Baron. à tom. 6. anno 480. cap.

ſatis, aut ſuſpicere præteritos, aut deſpicere præſentes. Quādoquidem facilè clareſcit rempublicam morari beneficia, vos mereri: Quanquam mirandum granditer non ſit, natione fœneratorum non ſolùm inciuiliter Romanas vires adminiſtrante, verùm etiam fundamentaliter eruente, ſi nobilium virorum militariúmque, & ſupra vel ſpem noſtræ, vel opinionem partis aduerſæ bellicoſorum, non tam defuerint facta, quàm præmia. Vale.

Eucherio] Eucherius ille fuit ſenator Aruernus ex inluſtri proſapia, Gregorius Turon. lib. 2. c 20. *Super Eucherium verò ſenatorem calumnias deuoluit, &c.*] in Concio lib. 7. *Si dicitis viros Eucherium, aut Pannichium illuſtres haberi ſuperiores, &c.*

Veneror antiquos, non tamen ita vt qui æquæuorum meorum virtutes aut merita poſtponam.] Plinius, lib. 6. c 21. *ſum ex his, qui mirer antiquos, non tamen, vt quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio:* vitio enim gentis humanæ datum eſt, vt præſentia deſpiciamus, & ſuſpiciamus antiqua. Velleius Pater, lib. 2. de Sentio Saturnino. *Niſi quod naturaliter audita viſis laudamus libentius, & præſentia inuidia, præterita veneratione proſequimur, & his nos obrui, illis inſtrui credimus.* Cornel. Tacit. de oratoribus. *vitio autem malignitatis humanæ, vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe*, ibidem. *Tum Aper, non deſinis Meſſala vetera tantùm & antiqua mirari, noſtrorum autem temporum ſtudia irridere atque contemnere.*] . epi 11. l. 8. *legebat etiam inceſſanter authores, cum reuerentia antiquos, ſine inuidia recentes.* vbi plura.

Non idcirco Brutos Torquatósque non pariunt ſecula mea.] Caſſiod. lib. 8. c. 12. *mittit & Liguria Tullios ſuos.*

Iſta hæc] 5. c. 5. l. 1. *atque etiam nunc iſta hæc inter iacendum ſcriptitans*, idem lib. 4. c. 3. *iſta hæc remiſſibilia ſunt*, idem 6. l. 4. *Quorſum iſta hæc ais?* &, c. 21. eiuſdem lib. 4. *hæc iſta præmiſimus*, & aliàs paſſim.

Vir efficaciſsime.] id eſt, ſtrenuiſſime, efficaces legati Seruio. lib. 11. Æneid. *dicens perfecta eſſe omnia inaniter, quæ poſſent efficaces legati perficere auro, prece, promiſſione.* Idem in fine lib. 8. *diſcinctos dixit inhabiles militia, omnes enim qui militant cincti ſunt: aut certè inefficaces: vt contra præcinctos ſtrenuos dicimus.*]. c. 20. l. 5. *efficacia.*

Natione fœneratorum.] id eſt, multitudine Zoſimus lib. 5. *calumniatorum verò natio, magis quàm antea vnquam velut inundans, Ardelionum natio*, Phædro. lib. 2.] *populus ſcelerum.* c. 1. l. 6. vbi plura

Fœneratorum.] harpyias vocat Rutilius Itinerario 1.

Olim nam ſacri iuſtiſſimus arbiter auri,
Circumſiſtentes reppulit Harpyias.
Harpyias quarum decerpitur vnguibus orbis,
Quæ pede glutineo quæ tetigere trahunt.

de quibus etiam Cato apud Gellium. lib. 11. c. vlt. Columella in præf. ad Syluinum. & D. Cyprian l. 2. epi 2. ad Donatum. *palatini canes.* Boëtio lib. 1. Proſa. 4. Saluian. l. 1. & Noue. Theodoſij, Neque domum diuinam, neque Eccleſiam, &c.

Romanas vires adminiſtrante.] auariſſimi mortalium Romani, cauillum & ſcomma Annibalis in Antiochum regem: *ſatis planè inquit ſatis eſſe credo Romanis hæc omnia, etiamſi auariſſimi ſunt*, Gellius l. 5. c. 5. & Macrob. l. 2. c 2. Saluian. Maſſil lib. 7. *auaritia inhumanitas, proprium eſt Romanorum omniū malum*, Apoſtol. epiſt. ad Romanos. Saliſberienſis Policratici, lib. 8. & iocoſè Lupus Ferrarienſis. epiſt. 68. ad Marcuuadum Abbatem, Romanorúmque auara inhumanitas Romanam Rempublicam omninò peſſumdedit, & imperij neruos attriuit, principatus enim nerui, ſunt pecuniæ, quibus inhiant fœneratores, Xiphilinus in Veſpaſiano, *belli nerui*, M. Tullio Phil p. 5. *& robur omne Reip. veteres in pecunia poſuerunt vectigalium nerui.* Nouel. Theodoſij neque domum diuin. &c. Quos auari fœneratores eneruabant, & ſuis

rapinis exhauriebant, ita vt aduersus Gothorum insultus nullæ suppeterent opes. s̄. e.t.l. 2. *Si nulla quantum rumor est, Athemij principis opes, nulla auxilia*, & Heedicius vir efficacissimus popularis noster, suis opibus exercitum colligere necesse habuit. s̄.e.3. huius libri, atque etiam Aruerna nostra, j̄ e.7.l.7. virisque fortibus nulla proposita præmia. j̄. Car.5.

Vel supra spem nostræ, vel opinionē partis aduersæ bellicosorum.] s̄.e.1. huius libri, *sic partem vtramque moderabitur, vt ex nostra discat quid debeat negare cum petitur; & poscere aduersa desinat cum negatur.*

Non tam defuerunt facta, quàm præmia.] j̄. Car.5. *contempta tot annos*
Nobilitas iacuit, pretium Respublica forti
Rettulit inuidiam,

propriè verò Sidonius locutus est, *facta enim propriè militibus adscribuntur.* Donatus. præmiū autem est brauium & lucar, quod ob fortia facta viris strenuis donabatur. Donatus Eunucho. *præmium virorum est fortium, vnde Græcorum lex, vir fortis præmio quod optauerit donetur*, de qua Seneca controuers. lib.10. contr. 2. init. Quintilianus in declamat. non semel Plinius lib.9. c.vlt. apud Gelliū, Fortunatianus Rhethoric. lib.1. & Donatus Eunucho, ad hæc Terentij. *Quod vis præmium à me optato* D. Hieroni. in Hilarione. *Illum quasi virum fortem, victoriæ præmia accipere*, l. 18. C. Th. de cohortalibus, *sed priuilegia, & præmia viri fortis expectet:* atque ita Sidonij æuo virorū fortium nō defuerunt facta, sed defuerunt præmia, ob rapinas fœneratorum. vt hoc nostro æuo.

SIDONIVS RIOTHAMO SVO S. EPISTOLA IX.

SEruatur nostri consuetudo sermonis. namque miscemus cum salutatione quærimoniam, non omnino huic rei studentes, vt stylus noster sit officiosus in titulis, asper in paginis, sed quòd ea semper eueniunt, de quibus loci mei aut ordinis hominem constat inconciliari, si loquatur: peccare, si taceat. Sed & ipsi sarcinam vestri pudoris inspicimus, cuius hæc semper verecūdia fuit, vt pro culpis erubesceretis, alienis: Gerulus epistolarum, humilis, obscurus, despicabilisque etiā vsque ad damnum innocentis ignauiæ, mancipia sua, Britannis clam sollicitantibus abducta, deplorat. Incertum mihi est, an sit certa causatio: sed si inter coram positos æquanimiter obiecta discingitis, arbitror hunc laboriosum posse probare, quod obiicit: si tamē inter argutos, armatos, tumultuosos, virtute, numero, contubernio contumaces: poterit ex æquo & bono, solus, inermis, abiectus, rusticus, peregrinus, pauper audiri. Vale.

Riothamo] mss. *Iste Riothamus princeps fuit Britannorum*, sic quidam mssti. Sidonius hac epistola *mancipia sua Britannis clam sollicitantibus abducta*, quæ verba fidem faciunt hunc esse Riothamum Britānorum ducē, *qui cum duodecim milibus (Britonū) veniens in Biturigas ciuitatem, Oceano è nauibus egressus, susceptus est, ad quos rex Vese-Gothorum Euricus innumerum ducens exercitum aduenit, diúque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequàm Romani in eius societate coniungerentur, superauit, &c.* Iordanes, cap.45. & ex eo Freculphus, l.5. c.17. Grego. Turo. l.2. c.18. *Britāni de Biturigа à Gothis expulsi sunt, multis apud Dolensem vicum peremptis.* Gregorij Epitomastes. ms. *Britones de Biturigis à Gothis expulsi, multi apud Dolensem perempti.* Idem Sigebert. An. 470. Dolensis vicus est Biturigi termini, Greg. Tur. de glor. cōfess. c.92. *Dolus*, eid. l. 10.

Officiosus in titulis, atque in paginis] Ausonius Probo præf. præt. epi. 16. *Qui composui ad honorificentiæ obsequium, ad aurium conuicium cucurrerunt.*

Quibus loci mei aut ordinis hominem, constat inconciliari] Loci mei aut ordinis hominem, i. episcopum, inconciliari, id est, accusari, & conuiciis insectari. Plautinum verbum, inconciliare etiam esse per dolum decipere consignat Festus. Incomitiare eadem significatione Plauto, id est, in comitium, vt hîc in concilium vocari.

Gerulus epistolarum] i. tabellarius, portitor, à gerendo, i. ferendo, protritum Sidonio vocabulum, Ennodio, Cassiodoro ep. 2. lib. 3. ep. 5. lib. 9. ep. 22. lib. 12. Apuleius in Apolog. *It ille ad matrem verborum Rufini gerulus.* Ammianus Marcellinus lib. 23. l. 29. Cod. de adpellat. l. 4. Cod. Theod. ne quid publicæ lætit. nuntij ex descript. accipiant.

Incertum mihi est an sit certa causatio] S. ep. vltima lib. 1. *Propter odia certa, criminis incerto periclitetur.* quam vide lib. 1. Concilij Salesguntatiensis, cap. 2. *De incerto autem sciuvio IIII. temporum hanc certitudinem statuimus.* Claudianus Mamercus lib. 3. de statu animæ, cap 2. *Tu qui ex opinionis incerto, vis certam ferre sententiam.*

Obiecta discingitis] S. ep. 7. lib. 2. *opposita discingas* vbi plura. Apuleius lib. 2. Asin. *Sed hanc contationem si quis adolescentis sermo discinxit.* malè quidam emendauit, sed hanc contentionem s. q. a. s. distinxit, contatio enim dubietas est, & cunctatio. Idem lib. 3. *Omnis contatio Ignauia omnis facessat à pectore.* ita contari, Sidonio, *percontor*, ep. 24. lib. 4. *contantis Iuli* Carm 2. vnde natus error in mss. Constantis. Valentinianus, Theodosius & Archadius AAA. Neuterio P. P. O. C. V. apud Frontinum, de limitib. agrorum, lib. 1. *Quando omne huiusmodi iurgium, solo præcipiti iure discingi.* l. 5. Cod. de feriis. Consultatio veteris ICti. *Ergo pacto iudicij ordinem & constitutionem infirmat, quæ discingit.* Ibidem paulo post, *dignus ac legalis numerus iudicum, qui cuncta lata sententia moderatione discingit.* infr. epist. 3. lib. 9. *si rem ex asse discingas.* vbi plura.

Laboriosum] i. hominem qui laborat, & multo labore victum sibi quærit laboriosus vulgò dicitur qui laborat, Gellius lib. 9. cap. 12. Glossæ vett. μόχθηρος *laborosus, ærumnosus.* S. epi. 2. huius libri. *Deus bone, quod gaudium fuit laboriosis.* S. epi. 13. lib. 5 *ne tum quidem domum laboriosos redire permittens.* idem ep. 11. lib. 6. *tu quoque potes huius laboriosi.* Iulius Firmicus lib. 8. cap. 10. *laboriosos.* item, *Homines facit laboriosos, & qui assiduo sudore victum quærerent.*

Britannus clam sollicitantibus] Verbo legis vsus est, l. 1. de seruo corrupto, §. qui igitur. *seruum sollicitat.* & l. 11. eod titulo: *Ope enim & consilio sollicitatoris videntur res abesse.* item ibid l. 14. l. 2. Cod. de fugitiuis colonis Æmilius Probus in Pausania. legis Burgundior. tit. 4. §. 1.

Poterit ex æquo & bono] Ille enim laboriosus agere poterat ex edicto prætoris de seruo corrupto, toto tit. de seruo corrupto, & lege Fabia de Plagiariis, l 6. *Seruos alienos qui sollicitauerit, aut interceperit, crimine plagij, quod illis intenditur, tenetur.*

SIDONIVS TETRADIO SVO SALVTEM. EPIST. X.

PLurimùm laudis iuuenes nostri moribus suis applicant, quoties de negotiorum meritis ambigentes ad peritorum consilia decurrũt: sicut nunc clarissimus Theodorus domi quidem nobilis, sed modestissimæ conuersationis opinione generosior, qui per literas meas, ad tuas literas, id est, ad meracissimum scientiæ fontem, laudabili auiditate

proficiſcitur, non modò reperturus illic ipſe quod diſcat, ſed & forſitan relaturus inde quod doceat. Cui contra potentes, factioſoſque, ſi veſtra peritia non abundanter opitularetur, prudentia conſulta ſufficeret. Reſpondete, obſecramus, niſi vobis tamen vtriuſque noſtrum ſociæ preces oneri faſtidiove reputabuntur iudicio ſuo, teſtimonio meo, & ſubſtantiam cauſamque ſupplicis fluctuantem medicabilis reſponſi ſalubritate fulcite. Vale.

TETRADIO] Hic fuit ex inluſtri familia Tetradiorum, de qua Auſonius ep. 15. ad Tetradium, iſte autem erat peritiſſimus IC.

Plurimum laudis iuuenes noſtri moribus ſuis adplicant] Quintilian. *Sunt hodie ſumma, quibus forum inluſtratur ingenia, patroni enim conſummati veteres æmulantur, ac eos iuuenum ad optima tendentium imitatur & ſequitur induſtria.* Magis ad Sidonij mentem accedit Plinius ep. 14. lib 8. *Erat autem antiquitus inſtitutum, vt à maioribus natu, non auribus modò, verum etiam oculis diſceremus, quæ facienda, mox ipſi ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus.*

Negotiorum meritis] S. ep. 2. lib. 1. *Ingentium negotiorum merita fortunat merita cartarum* ep. 3. lib. 6. vbi plura.

Reſpondete obſecramus] Paulo poſt eadem epi. *reſponſi ſalubritate.* Signatè vſus eſt reſpondendi verbo, reſpondere enim dicuntur Iuriſconſulti, cùm de iure rogati ſententiam ſuam dicunt, Vitruuius lib 1. cap. 1. *reſponſa Iuriſconſultorum nouerit.* Seneca lib. 5. de Benef. cap. 19. *Sed vt dialegorum altercatione ſepoſita, vt Iuriſconſultus reſpondeam.* Cicero pro Plancio: *Quæris num Iuriſconſultus? quaſi quiſquam ſit qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat.* Hinc titulus Cod. Theodoſ. de reſponſis prudentium, verbum tritum & familiare Iuriſconſultis.

SIDONIVS SIMPLICIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA XI.

ETſi deſiderium noſtrum ſiniſteritas tanta comitatur, vt etiam nunc noſtris inuidearis obtutibus, non idcirco is es, virorum optime, de cuius nos moribus lateant celſa memoratu. Ita cuncti noſtrates, idemque ſummates viri, optimarum te exactiſſimarumque partium præſtantiſſimum patremfamilias conſono præconio proſequuntur. Aſtipulatur huic de te ſententiæ bonorum, vel ſic electus gener, vel educta ſic filia, in quorum copula tam felicem tibi controuerſiam vota pepererunt, vt ambigas, vtrum iudicio, an iuſtitutione ſuperaueris. Sed tamen hinc vel maximè parentes ambo venerabiles eſte ſecuri. idcirco cæteros vincitis, quòd vos filij tranſierunt. Igitur dona venia literas primas, quas vt nec dum mittere deſidia fuerat, ita vereor ne ſit miſiſſe garrulitas. Carebit ſanè noſtrum næuo loquacitatis officium, ſi exemplo recurſantis alloquij, impudentiam paginæ præſentis abſolueris. Vale.

SIMPLICIO] Ad quem plures epistolas scripsit, de quo ep. 4. &. 7. lib. 4. & aliàs non semel.

Sinisteritas] s. epi 5. lib. 2. *Sinisteritatum suarum relationes.*

Optimarum te exactissimarumque partium præstantissimum patremfamilias] Sic mss. & veteres. s. ep. 5. lib. 2. *sicut decet bonarum partium viros.* J. episto. 6. huius libri. *bonarum partium viros.*

Electus gener] J. Carm. 1. *Elegit generum.* postea:

Non generum legit respublica, sed generosum.

J. lib. 7. in Conc. *Vel vbi educta creuit, vel vbi electa migrauit.*

Vel educta sic filia] Educta, i. educata, Plautus Milite:

Atque equidem planè, eductum in nutricatu venereo.

Terentius Heautont. actus 2. scen. 1. *Attamen habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ.* Antiqui enim educere pro educare dixerunt. Nonius, *educere, educare.* Terentius Adelphis:

Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.

Donatus Heautont. *Quod nos educare dicimus, antiqui educere dixerunt.* Idem Adelphis: *Quos nos educare dicimus, educere veteres dicebant.* Ammianus Marcellinus lib. 31. de Alanis: *Maresque supra cum fœminis coeunt, & nascuntur in his, & educuntur infantes.* J. in Concion. lib. 7. *Vel vbi educta creuit.*

Vtrum iudicio, an institutione superaueris] i. iudicio in eligendo genero, an institutione in educenda & moribus instruenda filia, *deligere enim iudicij est.* Agræcius.

Idcirco cæteros vincitis, quòd vos filij transierunt] Vincunt patres, dum vincuntur à liberis, seque superati ferunt æquanimiter. J. epi. 15. lib. 5. sub finem. Idem in Concione lib. 7. *Quibus comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur.* idem epi. 7. li. 8. *Quod superest Deum posco, vt te filij consequantur, aut quod plus decet velle, transcendant.* quibus locis inspargam aliquid.

Igitur dona venia literas primas] Sic mss. rectè, pro eo quod vulgò legitur malè, *dona veniam,* J. epi. 3. lib. 9. *Nunc verò quod restat, donate veniis paginam rusticantem,* literas primas, id est, modò primùm missas.

Næuo loquacitatis] id est, vitio. *næuus offensionis.* D. Ambrosio lib. 1. Offic. 18. ca. 22. *næuus erroris.* in Apolog. Dauid. cap. 7. *næuus reprehensionis.* in Lucam lib. 7. cap. 5. *violatæ religionis næuus.* Symmacho epi. 54. lib. 2. eidem, *næuus iactantiæ.* epi. 1. lib. 10. Ausonius in epistola, Edylii 7. *næuos nostros & cicatrices amamus.* Paulinus Ausonio, epist. 2.

Non vnquam tenui saltem tua gratia næuo.

Commaculata mihi est. Collat. 7. cap. 15. Cassianus Eremita: *Cùm in illis ne tenuissimum quidem næuum aut maculam, in illo diuini iudicij die patitur inuenire diuina clementia.* J. epi. 3. lib. 5. *suspicionis næuum: næuum crudelitatis.* epist. 11. lib. 8. Quibus locis plura.

SIDONIVS SECVNDO SVO SALVTEM.
EPISTOLA XII.

AVi mei, proaui tui tumulum, hesterno (proh dolor!) die pene manus prophana temerauerat. Sed Deus affuit, ne nefas tantum perpetraretur. Campus autem ipse dudum refertus tam bustualibus fauillis, quàm cadaueribus, nullam iam diu scrobem recipiebat: sed tamen tellus, humatis quæ superducitur, redierat in pristinam distenta planitiem pondere niuali, seu diuturno imbrium fluxu sidentibus aceruis. Quæ fuit causa, vt locum auderent tanquam vacantem

corporum, baiuli rastris funebribus impiare. Quid plura? iam niger cespes ex viridi, iam supra antiquum sepulchrum glebæ recentes, cùm fortè pergens ad Aruernam vrbem publicum scelus è supercilio vicini collis aspexi, meque equo effuso tam per æquata, quàm per abrupta, proripiens,& moræ exiguæ sic quoque impatiens, antequam peruenirem, facinus audax præuio clamore compescui. Dum dubitant in crimine reperti dilaberentur, an starent,& superueni. Confiteor errorem supplicia captorum differre non potui, sed supra senis nostri ipsum opertorium torsi latrones, quantum sufficere posset superstitum curæ, mortuorum securitati. Cæterùm nostro quòd sacerdoti nil reseruaui, meæ causæ, suæque personæ præscius, in commune consului, ne vel hæc iusto clementiùs vindicaretur, vel illa iusto seueriùs vindicaret. Cui cùm tamen totum ordinem rei vt satisfaciens ex itinere mandassem, vir sanctus & iustus, iracundiæ meæ dedit gloriam, cùm nil amplius ego venia postularem, pronuntians more maiorum reòs tantæ temeritatis iure cæsos videri. Sed ne quid in posterum casibus liceat, quos ab exemplo vitare debemus, posco vt actutum me quoque absente, tua cura, sed meo sumptu, resurgat in molem sparsa congeries, quam læuigata pagina tegat. Ego venerabili Gaudentio reliqui pretium lapidis, operisque mercedem. Carmen hoc sanè quod consequetur, nocte proxima feci, non expolitum, credo quod viæ non parum intentus: quod peto vt tabulæ quantulumcunque est, celeriter indatur. Sed vide vt vitium non faciat in marmore lapidicida: quod factum siue ab industria, seu per incuriam, mihi magis quàm quadratario liuidus lector adscribet. Ego verò, si pio studio rogata curaueris, sic agam gratias, quasi nil tibi quoque laudis aut gloriæ accedat, quem patruo tuo, id est, me remoto solida præsentis officij sollicitudo mansisset pro gradu seminis.

EPITAPHIVM APOLLINARIS.

Serum post patruos patremque carmen
Haud indignus auo nepos dicaui:
Ne fors tempore postumo viator,
Ignorans reuerentiam sepulti
Tellurem tereres inaggeratam.
Præfectus iacet hic Apollinaris,
Post prætoria recta Galliarum,
Mœrentis patriæ sinu receptus.
Consultissimus vtilissimusque,
Ruris, militiæ, forique cultor.

Exemploque aliis periculoso
Liber sub dominantibus tyrannis.
Hæc sed maxima dignitas probatur,
Quod frontem cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum suorum
Sacris sacrilegis renuntiauit.
Hoc primum est decus, hæc superba virtus,
Spe præcedere, quos honore iungas.
Quique hic sunt titulis pares, parentes
Hos illis meritis superuenire.

Hæc refert D. Cardin. Baron. tom. 6. anno 472. cap. 22.

Noui quidem auctoris nostri non respondere doctrinæ epitaphij qualitatem, sed anima perita musicas non refutat inferias. Tibi quoque non decet tardum videri, quòd hæres tertius, quartusque dependimus, cùm tot annorum gyro voluto magnum Alexandrum parentasse manibus Achillis, & Iulium Cæsarem Hectori, vt suo, iusta soluisse didicerimus. Vale.

SECVNDO] i. fratris Apollinaris filio, idcirco addit, *Aui mei, proaui tui tumulum.* Nam Sidonij auus, Secundi proauus erat.

Manus prophana] Vespillonum scilicet, s. ep. 8. lib. 2. *ministeria ominosa*, l. 12. Cod. Theodos. de veteran. *infaustis defunctorum obsequiis occupatos* vocat, quos veteres velut prophanos habitatione vrbium prohibuerunt, illosque κατωμῖται appellarunt. Hesychius.

Campus autem ipse dudum refertus] Veteres enim in campis & agris cadauera sepeliebant, non in vrbibus, s. ep. 8. lib. 1. ad hæc, *natant sepulti.* qui mos cùm apud Græcos, tum apud Latinos obtinuit. Polybius lib. 6. & lib. 8. Diogenes Laertius in Pyrrhone Heliensi, apud Latinos ex. 12. *In vrbe ne sepelito, neue vrito.* quæ lex cùm exoleuisset, & plerique intra vrbem inhumarentur, & quot Romæ templa, tot sepulcra priùs fuerant. Clemens Alexandrin. ad. Gentes, Arnobius lib. 6. Lactantius lib. 1. cap 11. Plutarchus rerum Romanar. cap. 79. Iulius Firmicus de errore prof. relig. Prudentius lib. 1. contra Symmachum. Festus. t. in *Argea loca.* Idem 3. in *Cincia*, postea SC.to cautum est, ne quis in vrbe sepeliretur. Seruius lib. 11. ad hæc:

vrbique remittunt.

Meminit antiquæ consuetudinis, nam etiam antè homines in ciuitate sepeliebantur, quod postea Duellio Consule Senatus prohibuit, & legauit ne quis in vrbe sepeliretur. Vnde mos inualuit, vt in continentibus vrbis humatio fieret. Ouidius:

Inque suburbano membra sepulta solo.

M Tullius pro Roscio, & T. Liuius lib. 11 ab vrbe cond. Gregor. Turon. de glor. Confessor. cap. 80. quod senatusconsultum cùm penitus antiquatum esset, D. Hadrianus restituit, l. 5. §. D. Hadrianus, de sepulch. violato. itemque eius successor Antonin. Pius, Capitolinus *intra vrbes sepeliri mortuos vetuit.* Paulus 1. sentent. titulo vltimo, §. 2. *Corpus in ciuitatem inferri non licet.* Idem § 3 Sed cùm leges illæ conculcarentur, & omnes intra Ecclesias & vrbes sepeliri vellent, id Christiani Imperatores vetuerunt, l. 6. Cod. Theodos. de sepulc. violato. & l. 2. Cod. de relig. & sumpt. funer. Leo Sapiens Nouella 13 legem illam refixit, quam legem Galli religiosè excoluerunt, Concilij Braccarensis primi cap. 36. *Nam si firmissimum hoc priuilegium vsque nunc retinent Galliæ ciuitates, vt nullomodo intra ambitum murorum ciuitatum*

cuiuslibet defuncti corpus sit humatum, &c. & Concilij Meldensis cap. 9. Burchard. lib. 3. cap 15. atque ita ex lege Apollinaris Sidonij aui sepulcrum, in campo suburbio vrbis Aruernæ adiacente situm erat, quà scilicet BELLOMONTIVM itur, & vulgò Sainct-Amandi vocatur, quò loci Ecclesia erat S. Saturnini, in qua requiescebat S. Amandinus, & S. Sidonius, mss. codd. principalis Ecclesiæ, & cœnobij Illidiani, & Epitaphium Sidonij s̄.

Bustualibus fauillis] Cremandi corpora diem functorum mos erat Sidonij æuo, s̄. de Gothis ep. 3. huius lib. & j̄. ep 13. lib. eiusdem, & Carm 16. in fine. Cassiodor. ep. 8. lib. 6. quod veteris instituti non fuisse apud Romanos notat Plin. lib. 7. ca. 54. Cornel. Celsus, & Tertullianus de Anima: Macrobius libr. 7. cap. 7. *Deinde licet vrendi corpora defunctorum vsus nostro seculo nullus sit*. is non longè ante Sidonium.

Sed tamen tellus humatis quæ superducitur] s̄. huius libri ep. 3. *Quod nec ossa tumultuarij cespitis more tumulabant. superiecta humus*. D. Hieronym. ep. ad Innocentium, de muliere septies icta. & Constant. in lib. 1. vitæ S. Germani cap. 17. *humus superiecta componitur. subducta tellus*. Cic. 2. de Legib. *distenta*, Sidonio.

Silentibus aceruis] Sic mss. ep. sequenti, *Moxque silente strue terrium deuolutum*.

Tanquam vacantem corporum] Sic mss à quibus *corporibus* abest rectè, vacantem corporum, ita Tertullian. lib. de pallin, *terra cassa, & vacans hominum*.

Bauli] id est, vespilones & Sandapilarij, vt s̄. loquitur ep. 8. lib. 2. & ita vespilones Fulgentius interpretatur de prisco sermone. *Vespilones dicti sunt bauli*. Ammia. Marcellin lib. 14. *Vt emulans baiulorum præcentor*.

Impiare] Apuleius lib. 1. *Vt me adhuc credam cruore esse humano aspersum, & impiatum*. Gloss. vett ἀσεβῶ *impior, impiè facio*. Festus, *impiatus, sceleratus*, hoc loco est polluere & profanare.

Quid plura iam niger cespes ex viridi, iam supra antiquum sepulcrum gleba recentes] Sic mss. & Lugdunen. liber, l. 5. Cod. Theod. de sepulc. violat. *terram sollicitare, & cespitem vellere proximum sacrilegio semper habuerunt*. D. Hieronym. ad Innocentium, de muliere septies icta, in fine: *Recens à clericis cespes ostenditur, & dudum superiecta humus*, & Virgil. 3. Æneid. *manesque vocabat*

Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem.

Cùm fortè pergens vrbem ad Aruernam] Patrium & Auitum sepulcrum Sidonij Apollinaris non procul à suburbio vrbis Aruernæ, quod destruit eorum opinionem, qui Burdegalensem, Narbonensem, & Lugdunensem prædicant. vitam, vide capit. vlt. & eius Epitaph.

Publicum scelus] Sepulcri quippe violatorem publico iudicio pulsare licet, l. 8. de sepulc. viol. & Balsamo in Photij Nomocan. tit 9. cap. 27. Concilij Tolet. 4. cap. 45.

E supercilio vicini collis] De eodem colle s̄. ep. 3. huius lib. *Subducta est tota protinus acies in supercilium collis abrupti*. quem locum consule.

Vt superueni] Gratius in Cynegetico.

Sic canis illa suos taciturna superuenit hostes.

Idem ep. 3. lib. 3. *Taceo te aliquot superuenientibus cuneos mactasse turmales*. Sic mss. vnde *superuentores* & *superuentus*, plura j̄. l 6. ep. 4.

Sed super ipsum senis nostri opertorium] Id est, Apollinaris aui mei, proaui tui sepulcrum, Gregorius Aruernus Turon. Episc li. 10. sub finem, de seipso loquens. *Est hic lapis opertorio tectus*. Idem lib. 1 de mirac cap. 44. lib. 2. cap. 2. & cap. 42. de Gloria confessur. cap. 17. 31. 35. 42. 80 84. & 103. & aliàs passim. In ea significatione operculum D. Ambrosio ep 34. *Sunt tabulæ porphyreticæ preciosissimæ, quibus vestiebatur operculum, quo regales exuuiæ clauduntur*. & Gregor. Turon. de Glor. Confes. c. 106. *Vt ab eo celebrata missa tegeretur operculo*. Coopercula, Iordan. in historia Gotho. de Attilæ sepultura *Noctuque secretò cadauer est terra reconditum, cuius coopercula primùm auro, secundò argento, tertiò ferri rigore communiunt, &c*. Coopercula, pro opercula, vt coopertorium

pro opertorio. Greg. Turon l.2. de mirac. S. Mart. c.41. & de Glor. Confess. cap.17.

Torsi latrones] i. Vespilatores, sepulcri violatores, sepulcra enim violabantur animo furandi vt plurimum, quòd in his mortui vestiti pretiosis ornamentis foderentur, & deponerentur pecuniæ securitatis ergo. De vestimentis Quintil. declam. 373. Vide quæ s. dixi ep.3 hu. lib. Reliquum est vt de thesauris aliquid. Plautinus locus in Pseudolo: *Ex hoc sepulcro vetere, viginti minas*

Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.

Ad quem ritum salsè & eleganter alludit. Vide Terentium in prologo Eunuchi: Phædrum :. Fabul. fabula 27. & Quintilian. declamat. 369. quod l. 12 tabul. vetitum fuit, *neue aurum addito*. Petrus Diaconus de Notis I. M. I. ST B. ABSC. *In memoria ista sunt bona abscondita.* Idem IN. HC. MM. S. P. SN. FN. *In hoc monumento sunt pecuniæ sine fine.* At ne rem tam longè repetam, Cassiod. l.4. ep 18. *Laurentium presbyterum infessis cineribus, funestas diuitias inter hominum cadauera perscrutatum.* paulo post: *Aurum execrabili quæsisse fertur affectu*, &c. Idem ep. 34. lib. eiusdem, sieque latrones vocantur à Sidonio, fures in monumento veteri:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures.

Item *Abite hinc pessimi fures.*

Prædones Eusebio lib.3. c.4. *Quibus malis omnibus grauiores soli vigebant prædones, qui ne sepulcra quidem diripere & spoliare cadauera illicitum ducebant, sacrilega vespilatorum manus.* Valentiniano, Nouella de sepulcris, *& sacrilegio proximum crimen*: lib.5. Cod. Theodos. de sepulcr. violat. Seneca:

Res est sacra miser, noli mea tangere fata,

Sacrilegas bustis abstinuere manus.

Atque ita cùm res sacra sit sepultura, sacrilegi sunt qui sepulcra violant, antiqua lex sepulcralis: *Vbi corpus hominis mortui condas, sacer esto.* Plutarchus in Numa, & Plin. lib. 2. cap. 65. *Terra nouissimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens, nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit.* Sacri ergo sunt manes, quique illos sollicitant, *sacrilegi* rite dicuntur, *fures, prædones, latrones.* Photius in Nomo. tit. 9 cap. 27.

Torsi] Notandum quòd tunc temporis Sidonius nondum erat Episcopus, & ante episcopatum Aruernam incolebat, non enim licet Episcopo manibus suis quemquam cædere. Can. Apostol. 27. Photius in Nomocan tit. 9. c. 26. & Synodi Constant. can. 5. ibidem Balsamo, & Iulianus Patricius Nou. 115. c. 442. & Bonifacius PP. in Decretis: Burchard. l. 1. c. 202. & Concilij Agathensis cano. 3. Burchard. lib. 2 cap. 190.

Cæterum nostro quod sacerdoti nihil reseruaui] Quæ verba fidem faciunt Sidonium nedum Episcopum fuisse, & tamen Aruernensem, ante episcopatum: Eparchium enim cui successit, suum sacerdotem agnoscit, quid si Narbonensis, quid si Burdegalensis, aut Lugdunensis esset? non Eparchium agnosceret sacerdotem, nec ab eo veniam postularet, vt à suo sacerdote.

Nihil reseruaui] Actio enim sepulcri violati competebat episcopis & pontificibus. Plin. lib. 10. ep. 71. & tanquam rei sacræ cura ad sacerdotes spectabat, l. 7. de sepulcr. violat. l. 2, Cod. Theod eod. tit. l. 50. de petit. heredit. & l. vlt. de mortuo infer. Concilij Moguntini, can. 51. Burchard. lib 3. cap. 232. & Balsamo in Photij Nomocan. tit. 9. cap 27. Cura etiam ne sepulcra violarentur incumbebat comitibus priuatarum. Cassiod. epi. 8 lib. 6.

Mortuorum securitati] Id est, paci & quieti, sacra enim sepultorum quies turbari dicitur à sepulcri violatoribus. Valentinian. Nouel. de sepulcris: *Quis enim nesciat quietos sollicitari funestis ausibus manes?* Quieti manes, quies sacra, pax, securitas vocatur M. Tullio 2. de Legib. sacra quies Cassiod. ep 8. lib. 6. *Defunctorum quin etiam sacram quietem*, vnde in vet. inscript. REQVIETORIVM AMICI BENE FACERE SEMPER

STVDIOSVS FVI, id est, ſepulcrum, ſ. ep. 8. lib. 2. Pax, Vergilio lib. 11.

placida compoſti pace quieſcant.

Et Valentinianus Nouel. de ſepulcris, in fine, *pax ſepultis.* Corippus 3. *Poſtquam facta quies.* Tertullianus de teſtimonio animæ: Valer. Probus H. R. I. P. *Hic requieſcit in pace. ſecuri* Lucano lib. 9. pro mortuis. Tertull. ibid. *vocas porro ſecuros,* &c Petr. Diaconus de Notis D. M. S. *dormiant mortui ſecuri* Vetus inſcribtio MEMORIÆ ET SECVRITATI PERPETVÆ Q. POSTHVMI BASSI. Caſſiodorus epi. 8. lib 6. *Vide quæ tibi commiſſa ſunt, caſtitas viuentium, ſecuritas mortuorum.*

Ne vel hæc iuſto clementiùs vindicaretur, vel illa iuſto ſeueriùs vindicaret] Sic mss. rectè. hæc ad cauſam, illa ad perſonam ſacerdotis referenda eſt. in eam ſententiam egregia eſt lex. 11. de pœnis.

Vir ſanctus & iuſtus] Gregor. Turon. lib. 2. cap. 21. *Defuncto autem apud Aruernos Numatio Epiſcopo Eparchius ſucceſſit vir ſanctiſſimus atque religioſus.*

Pronuntians] i. ſtatuens & ſententiam ferens verbum iuris l. 59. & 60. de re iudic. & aliàs. Cic. Verrina 2. *Cum iſte pronuntiat, Sthenium literas publicas corrupiſſe videri* Pronuntiare autem dicitur, qui ius habet cognoſcendi, l. 49. de verb. ſignific. plura ſ. hac epiſt. in *iure caſus*, & ep. 14. l. 4.

More maiorum] Vetus formula, de qua abundè Petrus Faber Semeſtr li. 1. cap. 7. quibus adde quod ait Varro ſexageſi. *Vix ecfatus erat, cùm more maiorum, vltro carnales arripiunt, de ponte in Tyberim deturbant.* Saluſt. in Coniurat. & in Iugurtha. Sueto. in Tyberio c. 55. initio: Apuleius l. 10. *Vt ritè & more maiorum iudicio reddito.* eodem lib. *Certum extrema pœna, quæ more maiorum in eum competit.* Gellius l. 11. c. 1. *Quando igitur nunc quoque è magiſtratibus Po. Ro. more maiorum multa dicitur.* Epitome Victoris in Nerone: *Senatuſque ſententia conſtitutum, vt more maiorum collo in furcam coniecto, virgis ad necem cæderetur.*

Iure cæſos] Verba ſolemnia & ex vet. formula l. 12 Tabul. *Si nox furtum faxit, ſi aliquis occidit, iure cæſus eſto.* Velleius Paterc. lib. 2 Sene. l. 5. de Beneficiis, cap. 16 *quem iure cæſum pronuntiauit.* Valer. Max. l. 6. c. 1. *iure cæſum pronuntiauit.* Martianus Capella libr. 5. *Ab auctoritate, vt Africanum dixiſſe, iure cæſum eſſe Tiberium Gracchum.* Ammia. Marcellin lib. 26. *Nam ſi principem legitimum prodidiſſent, vel ipſa iuſtitia iure cæſos pronuntiaret.*

Iure cæſos videri] Hæc tria coniungit Cice. *reſpondit iure cæſum videri.* idem, auctor de vir. illuſt. c. 58. Caius Tacit. l. 14 Annal. *Pronuntiemus vltrò dominum iure cæſum videri.* quod T. Liuius l. 1. Decad. 1. ita expreſſit: *Moti homines ſunt maximè P. Horatio proclamante ſe filiam iure cæſam iudicare.* & Seneca libr. 1. Natural. Quæſtion. cap. 16. *Auguſtus non pronuntiauit iure cæſum videri.* l. 4. Codic. ad legem Corneliam, de ſicariis: *Si vt allegas latrocin. intem peremiſti, dubium non eſt eum qui inferenda cædis voluntate præceſſerat, iure cæſum videri.* & Maiorianus Nouella de adulteriis: *cæſus iure videatur.*

Videri] Verbum etiam ex ſolemni pronuntiandi formula, vt ſupradicta ſatis edocent, quibus adiice quod ait Marcus Tullius Verrina ſecunda: *Cum iſte pronuntiat Sthenium literas publicas corrupiſſe videri.* Aſconius in argumento Cornelianæ, *Senatus decreuit ſatisfactum videri Senatuſconſultum,* &c. Apuleius Apolog. 1. *Tanta quidem pertinacia, vt cùm Lollius Vrbicus V. C. verum videri, & ratum eſſe debere, de conſilio conſularium virorum pronuntiaſſet.* Marcus Tullius libro 4. Academicarum Quæſtionum, ſub finem: *Quæque iurati iudices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronuntiarent.* Plura ſi cupias, conſule Cuiacium ad legem 2. de verborum obligationib. & obſeruation. 3. cap. 26. quod non ſolùm in iudiciis & ſenatuſconſultis, ſed etiam in ſanctorum Patrum conciliis obſeruatum fuit,

vt videri pronuntiarent. Ephesinæ Synodi. can. 5. ἰδικαίωσαν, & cano. 4. ἰδικαίωσαν, id est iustum visum est, Balsamo ibid. Concilij Saleguuftantiensis. can. 3. *de legitimus autem coniugiis ita visum est, &c.* & Conc. Triburien can. 5. Burch. lib. 11. c. 59. *Fures & latrones si in prædando & furando occiduntur, visum est pro eis non orandum.*

Casus.] Ergo vt ex his paret, sepulchri violatores capitali pœna mulcabantur, l. finali de sepul. viol. l. 2. C. Th. & l. 5. C. eod. tit. l. 3. 7. 8. C. Th. de indulg. crimi. Valentinianus Nouella de sepulchris. *Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris, & post fata mortalibus, eorum qui sepulchra violassent capita persequenda.* Photius in Nomocan. tit. 9. cap. 27. pœnam etiam mortis in reos sepulchri violati, statuit Valentinianus Nouella eadem. Theodoricus edicti. cap. 110. *qui sepulchrum destruxerit occidatur*, Gregor. Turo. de Glor. Confess. c. 62. *Igitur iudex loci, violatorem sepulchri iubet abstrahi, ac legali pœnæ sententiæ condemnari, sed non laxabatur à sancto. Tunc intelligens voluntatem defuncti, facta iudex de vita promissione, laxatur, & sic incolumis redditur, &c.* Concilij Toletani. 4. can. 45. *Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus: quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, &c.*

Resurgat in molem sparsa congeries,] id est tumulum, quia in pristinam dudum planiciem terra redierat, vt ait initio epistolæ, & in Carm.

Tellurem teretes maggeratam.

Læuigata.] *Læuigati cementi candor.* 5. e. 2 lib. 2. *læuigans*, ibid.

Ego venerabilis Gaudentio.] Gaudentius iste ni fallor in Ecclesia Aruernensi sacerdos erat, hoc enim titulo, vt & hodie sacerdotes honorabantur, 5. epist. 2. l. 3. *religione venerabilis*, idem epi. 4. l. 4. *Sed prouectu ætatis ex militia clericali cum esset amabilis prius, cepit modò esse venerabilis*, vide 5. e. 3. huius libri.

Mihi magis quàm quadratario liuidus lector adscribet.] Sic ex fide mss. legendum est, Aimoin. Monachus in præf. historiæ 8. *quod accidere plerunque solet, negligentiam librariorum ad authorem referunt.*

Quadratario.] id est lapicidæ, qui quadrat lapides, à quibus *quadrata Roma*, Festus, & Vitruuius lib. 4. cap. 4. & Seneca epist 80. init. *quadratis lapidibus capitolium, & palatinæ ædes constructæ erant, quadratis marmorum* Cassiodoro. lib. 1 epist. 7 & lib. 5. epist. 3. *vnde quadratarij* l. 2. C. Theod. & l. 1. C. eodem tit. de excusat. artif. qui quadrant marmora & expoliunt. Dolabella de limitibus agrorum, *vortices agrorum qui sunt in montibus lapidestantummodò, & non potest in eis fodiri & terminus figi, inductis quadratarius vt firmius esset, quod naturaliter dolantes in montibus, ex monte terminum eminentem monti constituerent, quam sic cauarent & sic infigerent, lapides finales.* Glossæ vett. λαξευτής, *Quadratarius*, libellus passionis quatuor coronatorum *Et ceperunt artifices quadratarij incidere lapidem &c.* ibidem, *ars quadrataria*, fallus est Alciatus in l. 1. C. de excusat. artif & lib. 1. prætermissorum, qui apud Senecam epist 86. pro eo quod legitur *res quadrantaria*, rectè, quia quadrante lauabatur, legendum esse putat, res quadrataria, id est marmoraria, quod nollem a tanto viro dictum

Tempore postumo,] id est postremo, 7. epi. 22. l 4. *postuma laus*, eidem epist. 5. lib. 8. *ætas postuma*, & in Paneg. Auiti.

Sunt alij per quos se postuma iactet origo.

Isido. in Gloss. mss. *Posthumus, vltimus, nouissimus.*

Tellurem teretes maggeratam.] Olim in viis peruiis & celebribus sepulchra condebantur, vt viatores mortalitatis admonerentur. Genesis, cap. 35. *mortua est Rachel, sepulta est in via quæ ducit Effratam.* 13. quæst. 2. can. Econtrà. Varro. lib. 5. de lingua Latin. *Sepulchra ideò secundum viam, quo prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales.* Tiberius Imp apud Frontinum. lib. 1. *nam monumentum, inquit, plurimis est constitutum rationibus, est vnum quod ad itinera publica, propter testimonium perennitatis est constitutum, &c.* Porphyrio ode. 2. in Caniniam, *In aggeribus religiones, & sepulchra*

erant, Satyricus. *Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.* Publici aggeres & triti, non longè à Mantua, via publica erat tumulus Bianoris. Vergil. Eglo. 9. de sepulchro Speciosæ in via posito lusit Claudianus Poëta, & Lucillius in sepulchri violatores.

Porrò homines nequam, malus vt quartarius cippos
Conlisere omnes.

Gregor. Turo. lib. 1. de mirac. cap. 67 & l. 2. histor. cap. 5. Beda 1111. Eid. Octob. *extat per totum aggerem publicum loquentibus tumulis sepultura sanctorum.* titulique sepulchrorum prætereuntes alloquuntur, vt hi recordentur humanæ condicionis. lex 6. C. Th. de sepul. violat. *Omnia quæ supra terram vrnis clausa, vel sarcophagis corpora detinentur, extra vrbem delata ponantur: vt & humanitatis instar exhibeant, &c.* & lex penult. de conditionib. institutionum. *sed memoria humanæ conditionis sepulturæ traddidit*, memoria, id est, ad memoriam.

Præfectus iacet hic Apollinaris.] Sidonij auus Apollinaris præfectus erat prætorio Galliarum, 5. epi. 3. lib. 1. idem epist. 9. l. 5.

Post prætoria recta Galliarum] recta prætoria. ita Symmachus. e. 1. lib. 1.

Aurora in populis regum prætoria rexi.

Rutilius.

Hic & præfecti nutu prætoria rexit.

Itiner. 1. Ammian. Marcell. lib. 30. *Ipse quoque Præfecturam, vt è celsiore scopulo caderet affectante, quam si adeptus rexisset, &c.* 5. epist. 7. l. 1. *Præfecturam primam gubernauit.* 7. Carm. 7.

Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.

Mœrentis patriæ sinu receptus.] id est Aruerniæ gremio complexus, & conditus. Plinius, l. 2. c. 65. *terra nouissimè complexa gremio.*

Mærentis] epi. 8. lib. 2.

Hoc flentis patriæ manus locarunt.

Exemplóque aliis periculoso.] Martialem imitari videtur lib. 1. Epig. 84. in Procillum.

Exemplo nimium periculoso.

Liber sub dominantibus tyrannis.] id est, incubatoribus imperij, scilicet *Constantio, Constante, Geruntio, Maximo, Iouino, Sebastiano, Dardano*, hæc mss. de quibus Orosius. lib. 7. & 5. c. 9. lib. 5. vbi plura.

Quod frontem cruce.] Frontem cruce signare, ex traditione Apostolorum est, Tertullianus de Corona Militis. S. Martialis epist. ad Tholosates, Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. 27. & ex eo Burchardus lib. 3. decreti. cap. 127. præter ea quæ alij notarunt. Benedictus Paulinus ad Faustum PP. *Credo quod qui semel signum diuini nominis, & infixum frontis caracterem Domini nostri, nunquam malè consciens vel subdolus falsator infregerit.* & Alcimus Auit. lib. 5. *Sic nos Christe tuum saluet super omnia signum Frontibus impositum. Signaculum frontium*, Tertullianus vocat l. 3. contra Marcionem. idem de Corona Militis, *crucis signaculo frontem terimus*, quo salutari signo signabatur frons vt plurimum, cúmque lues quædam boum greges depopularetur, crucis signaculum frontibus appositum, præsens medela fuit. Endelichus Rhetor de mortibus boum.

Hoc signum medijs frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa salus fuit
Sic verò Deus hoc nomine præpotens
Saluator vocitatus est.

Membra fonte purgans.] id est baptismate, Basilius, cap. 27. vt refert Burchardus, *benedicimus fontem baptismatis.* D. Ambros. de Sacramentis. *venisti ad fontem, ingressus es*, idem de consecrat. dist. 4. can. venit. *Venit sacerdos ad fontem, dicit precem.*

Paulus Diaconus in Heracliano. *Et ab Augusta de sacro fonte leuata est*, Paulin. epist. 12. ad Seuerum.

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos.

Victor. Vtic lib. 3. *suscipiens de fonte.* vide rei Ecclesiast. scriptores.

Sacris sacrilegis renunciauit.] id est idololatriæ, Lactantius. Instit. diuin. lib. 1. cap. 21. *sacrilegis his sacris immaniores*, Optatus contra Parmenianum, lib. 2. *In Ecclesia nulla fuerunt schismata, nec paganis licebat exercere sacra sacrilega.* D. Augustin. lib. 8. Confessionum cap. 2. *Sacrorúmque sacrilegorum particeps* ibidem, *non erubescendo de sacris sacrilegis.* Prosper Aquitan. parte 3. Promissionum prædict. 7. *sanè in sacris sacrilegis, & mollibus tum sacerdotibus ad fornicationem idolatriæ omnes gentes inuitans, &c.*

Quique hic sunt titulis pares parentes.] proauus enim Sidonij, prætoria Galliarũ rexerat, š. epist. 3. lib. 1. *Cui pater, socer, auus proauus præfecturis vrbanis, prætorianísque micuerunt*, atque ita auus & proauus Sidonij titulis pares erant.

Superuenire.] i. superare & antistare. š epi. 3. l. 4. *sed Epitritorum etiam Pæonumque, quaternas superuenire mixturas*, Idem, epist. 14. l. 7. *hac peritarum se meritis superuenire facilè concedunt*, idem Pontio Leontio post carmen. 23. *Et astrologos differendi arte superuenit*, in hoc autem maiores suos superueniebat, quòd Catholicus esset. Gaudẽtius Brixiensis Tractatu dedicationis Basilicæ 40. martyr. *milites erant isti in partibus minoris Armeniæ constituti, florentes ætatibus corporum proceritate sublimes, experientia belligerandi laudabiles, stipendiis militaribus virtutum suarum merito honorati, & quod hæc omnia supergreditur, Christiani.* Saluian. epist. 1. *Nam inter cæteras castimoniæ sapientiæque virtutes, est etiam fidei nobilis, quæ omnibus semper ornatibus ornamento est: quia sine hac nihil tam ornatum est, quod ornare possit.* Eusebius lib. 5. cap. 3. *Attalus quoque pauli vocibus postulabatur, erat enim valdè nobilis, & vir optimæ conscientiæ, quod cunctis nobilius est.* Constantius in vita. S. Germani. l. 1. c. 32. *natalibus nobilis, religione nobilior.* Gregor. Turo. lib. 2. c. 1. hist. *Prædiues opibus ac secundum sæculi dignitatem, nobilitate senatoria florens: & quod his omnibus nobilius est, fide Catholica pollens, &c.*

Quod hæres tertius, quartúsque dependimus.] id est post patruos, patrémque. Sidonius initio Epitaphij.

Serum post patruos, patrémque carmen.

atque ita Sidonius tertius, quartus Secundinus, quem post Sidonium, diem functo Apollinare scilicet, hoc pietatis officium manebat, š. *quem patruo tuo, me remoto, solidæ præsentis officij sollicitudo mansisset.* Martial.

Flauia gens tantum tibi tertius abstulit hæres

Penè fuit tanti non habuisse duos.

vide Auson. de Cæsarib. in Domitiano, & Aurel. Victorem. Catullus.

Periuri Pelopis vastabit tertius hæres.

Ausonius de Nerone.

Æneadum generis qui sextus & vltimus hæres.

Magnum Alexandrum parentasse manibus Achillis.] cum in Sigæum Troiæ promontorium venit, vbi sepultus erat Achilles. M. Tullius pro Archia, sub finem. *atque is quidem cum in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate (inquit) adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris.* Idem lib. 5. epist. 12. *vt mihi non solum præconium, quod cum in Sigæum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributũ esse dixit.* Idem. Arrianus lib. 1. Vopiscus in Probo, initio. & D. Hieronymus in Hilarione, initio. Vopiscus. *Inde est quod Alexander Magnus Macedo, cum ad Achillis sepulchrum venisset, grauiter ingemiscens: Felicem te inquit iuuenis, qui talem præconem tuarum virtutum reperisti, Homerum intelligi volens, &c.* D. Hiero. *Alexander Magnus Macedo, quem vel arietem, vel hircum caprarum, vel Pardum Daniel vocat, cum ad Achillis tumulum peruenisset: Felicem te ait, iuuenis qui magno fruaris præcone meritorum, Homerum videlicet significans.*

Et Iulium Cæsarem Hectori vt suo iusta soluisse.] Sic mss. antea legebatur persoluisse

vtraque lectio non caret elegantia. s. epist. 8. lib. 2. *Iniustè tibi iusta persoluta*, Idem e. 17. l. 7. *sepulto iusta persoluimus.* Quintil. declam. 299. *huic tumulum & exequias persolui fas fuit.* s. e. 3. lib. 3. *iustè sic talia iusta soluentes*, & M. Tull. pro Roscio Amerino, *hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiicit domo.* Macrob. l. 1. c. 13. *quo statuit, vt iusta Diis Manibus soluerentur.* Iordanes de rebus Get. *At Gothi Theodorico adhuc iusta soluentes.* Zeno Veronensis. Serm. de Iob. *cui primum iusta crudi funeris soluat, &c.* Iulium autem Cæsarem Hectori iusta fecisse legitur apud Lucanum. lib. 9. Equidem Priamum illi parētasse, præter Homerum, & Dyctem Cretensem, Cassiodorus lib. 2. epist. 22. Lucanus lib. 9. sub finem.

Phryx incola manes
Hectores calcare vetat, discussa iacebant
Saxa, nec vllius faciem seruantia sacri, &c.

vt suo, quia Iulius a Troianis trahebat originem. Vergil. & Sueton c. 6. Aurelius, & reliqui.

SIDONIVS APOLLINARI SVO S. EPIST. XIII.

VNicè probo, gaudeo, admiror, quòd castitatis affectu contubernia fugis impudicorum, præsertim quibus nihil pensi, neque sancti est, in appetendis, garriendísque turpitudinibus: quíque quod verbis inuerecundis aurium publicarum reuerentiam incestant, granditer sibi videntur facetiari, cuius vilitatis esse signiferum gnatonem patriæ nostræ, vel maximum intellige. Est enim hic gurges de sutoribus fabularum, de concinnatoribus criminum, de sinistrarum opinionum duplicatoribus, loquax ipse, nec dicax, ridiculúsque, nec lætus, arrogánsque, nec constans, curiosúsque, nec perspicax, atque indecenter affectato lepôre, plus rusticus: tempora præsentia colens, præterita carpens, futura fastidiens. Beneficij si rogaturus est, importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti, callidus reformandi, querulus flagitati, garrulus restituti. at si rogandus est, simulator parati, dissimulator petiti, venditor præstiti, publicator occulti, calumniator morati, inficiator soluti, osor ieiuniorum, sectator epularum laudabilem proferens non de bene viuente, sed de bene pascente sententiam: Inter hæc tamen ipse auarissimus quemque non pascit, tam panis bonus, quàm panis alienus, hoc solùm comedens domi, si quid è raptis inter alaparum procellas præmisit obsoniis. Sed nec est sanè prædicabilis viri in totum silenda frugalitas, ieiunat quotiens non vocatur: sed sic quoque leuitate parasitica. si inuitetur excusans, si vitetur explorans, si excludatur exprobrans, si admittatur exultans, si verberetur expectans. Cùm discubuerit, fertur actutum, si tardè comedat, in rapinas: si citò saturetur, in lacrymas: si sitiat, in querelas: si inebrietur, in vomicas: si fatiget, in contumelias: si fatigetur, in furias, fœcu-

lentiæ

lentiæ omnino par cloacali, quæ quò plus commota, plus fœtida est. Ita viuens paucis voluptati, nullis amori, omnibus risui, vesicarum ruptor, fractórque ferularum, bibendi auidus, auidior detrahendi, rabido pariter ore spirans cœnum, spumans vinum, loquens venenum, facit ambigi putidior, temulentior, an facinorosior existimetur. Sed dicis, animi probra vultu colorat, & deprecatur ineptias mentis qualitas corporis. Elegans videlicet homo, peruenustúsque, cuiusque sit spectabilis persona visentibus. Enimuerò illa sordidior est atque deformior cadauere rogali, quod facibus admotis, semicombustũ, móxque sidente strue torrium deuolutum, reddere pyræ iam fastidiosus pollinctor exhorret. Præter hæc lumina gerit, idem lumine carentia, quæ stygiæ vice paludis, voluunt lacrymas per tenebras. Gerit & aures immanitate barrinas, quarum fistulam biforem pellis vlcerosa circumuenit, saxeis nodis & tofosis humore verrucis per marginem curuum protuberantibus. Portat & nasum, qui cùm sit amplus in foraminibus, & strictus in spina, sic patescit horrori, quod angustatur olfactui. Prætẽdit os etiam labris plumbeum, rictu ferinum, gingiuis purulentum, dẽtibus buxeum, quod spurcat frequenter exhalatus è cõcauo molarium computrescentium Mephiticus odor, quem super cumulat esculenta ructatio de dapibus hesternis, & redundãtium sentina cœnarum. Promit & frontem, quæ fœdissimo gestu cutem plicat, supercilia distendit. Nutrit & barbam quæ iam senectute canescens, fit tamen morbo nigra Syllano. Tota denique est misero facies ita pallida, veluti per horas vmbris mœstificata larualibus. Taceo reliquam sui molem, vinctam podagra, pinguedine solutam. Taceo cerebrum crebra vibice peraratum, quod parum amplius tegi constat capillis quàm cicatricibus. Taceo pro breuitate ceruicis, occipiti supinato scapularum adhærere cõfinia. Taceo quia decidit honor humeris, decor brachiis, robur lacertis. Taceo chiragricas manus vnctis cataplasmatum pannis, tanquam cestibus inuolutas. Taceo quòd alarum specubus hircosis atque acescentibus latera captiua vallatus, nares circunsedentium ventilata duplicis Ansancti peste funestat. Taceo fractas pondere aruinæ iacere mammas, quásque fœdum esset in pectore virili vel prominere, has vt vbera materna cecidisse. Taceo ventris inflexi pendulos casses partim genitalium, quia debilibus pudendæ turpibus rugis turpius præbere velamen. Iam quid hîc tergum spinámque commemorem? De cuius licet internodiorum fomitibus erumpens, arcam pectoris texat curuatura costarum, tota nihilominus hæc ossium ramosa compago sub vno velut exundantis abdominis pelago latet. Taceo lumborum corpulentiam, cluniúmque, cui crassitudini comparata censetur aluus exilis. Taceo femur aridum & pandum, genua vasta, poplites delica-

tos, crura cornea, vitreos talos, paruos digitos, pedes grandes. Cúmque distortis horreat ita liniamentis, pérque multiplicem pestilentiam, exanguis semiuiuúsque, nec portatus sentiat, nec sustentatus incedat, verbis tamen est ille quàm membris execrabilior. Nam quâquam pruritu laboret sermonis inhonesti, tum patronorum est præcipuè cauendus arcanis, quorum est laudator in prosperis, delator in dubiis. At si ad occulta familiarium publicanda temporis ratio sollicitet, mox per hunc Spartacum quæcunque sunt clausa franguntur, quæque obserata reserantur. Ita quòd quas domorum nequiuerit machinis apertæ simultatis impetere, cuniculis clandestinæ proditionis impugnat. Hoc fabricatu Dædalus noster amicitiarum culmen ædificat, qui sicut sodalibus velut Theseus inter secunda sociatur, sic ab iis postmodum velut Protheus inter aduersa dilabitur. Igitur ex voto meo feceris, si talium sodalitati ne congressu quidem primore sociêre, maximè illorum, quorum sermonibus prostitutis, ac theatralibus, nullas habenas, nulla præmittit repagula pudor. Nam quibus citra honestatis nitorem iactitabundis, loquacis fæce petulantiæ lingua polluitur infrænis, his conscientia quoque sordidatissima est. Denique faciliùs obtingit, vt quispiam seria loquens viuat obscœnè, quàm valeat ostendi, qui pariter existat improbus dictis, & probus moribus. Vale.

Apollinari suo.] id est filio suo. ℣. epi. 9 & 11. l. 5. qui cum Victorio duce Italiam venit, & illo interfecto, apud Mediolanum in exilium missus fuit, ex quo profugus Aruernam rediit, Gregor. Turo. l. 1. mirac. cap. 45. qui postea in campo Vocladense cum maximo Aruernorum populo corruit, hist. lib. 2. cap. 37. & eius Epitomastes ms.

Vnicè probo.] Plinius epi. 9. lib. 9. *vnicè probo, &c.*

Quòd contubernia fuge impudicorum] Verba enim obscœna facilè in mentem irrepunt, morésque quamuis à natura puros putósque corrumpunt. Egesippus lib. 1. *nam cum omnis sermo malus facilè mentem audientis inficiat, tum maximè diuturna colloquia, & diuturnus vsus, pestem animis infundere solent, quæ contagio quodammodo in mores cohabitantium citò transeat, & si tranquillitas morum sit, tamen vt stagnum mite licet tamen ventis exagitantibus in æstus adsurgere valet, ita bona natura improbis monitoribus fluctuat,* ℣. Donatus Actu. 2. scen. 2. ad hæc, *ille vbi miser famelicus videt me, Vide vt sententiose demonstret, malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum præualentibus.*

Incestant.] id est polluunt, & inquinant Glossæ vett. *μιαίνω, attamino, contamino, inquino, polluo, incesto, vt incestum est quæcunque pollutio,* authore Seruio, ita incestare quoquomodò polluere est, l. 1. C. Th. Ne sanctum baptis iteretur, & l. 5. C. eod. de sepul. viol. l. 12. C. de re milit. *publicos oculos incestet.* Donatus lib. 2. Aeneid. de Palladio, & Noni.

Aurium publicarum verecundiam] rectè. ideóque quia publica verecundia læditur, actio competit iniuriarum. Anianus lib. 5 sentent. Pauli. §. penult. tit. 4. *causa publicæ honestatis, &c.*

Gnatonem.] id est comedonem, & edacem, qui parasitando vitam viuit, sicut ille Gnato Terentianus, de quo Donatus in Etymologiis Eunuchi, qui locum adagioni dedit, vt assentatores & callidi, Gnatones vocentur. Mar. Tull. de amicit. *Iidem vt parasiti vocentur Gnatonici*, & in ea significatione Gnatones, & Gnatonici. Policratici, lib. 6. cap. 27. & cap. vlt. author Libelli, qui Valerij nomine circumfertur ad Rufinum, de non ducenda vxore. *Gnatones diligis, & commendas qui dulces insusurrant illecebras*, *Gnatonici* D. Hieronimo in Apolog. ad Domnionem, & Ioanni Salisberiensi sunt parasiti, Terentius Eunucho, Actu. 2. Scen. 2. *Parasiti itidem, vt Gnatonici vocentur.*

Concinnatoribus criminum] qui crimina concinnant, & calumniantur Glossæ vett. κατασκευαστὴς ὁ καταπενθῶν, *Concinnator, calumniator.* Ĵ. epist. 21. l. 4. *concinnare mendacia*, & epist. 6. l. 5. *concinnare calumniam.*

Ridiculusque, nec lætus.] Aurel. Victor in Constantino. *Irrisor potius, quàm blandus, vnde prouerbio vulgari Trachala.*

Importunus petendi.] Petrus Rauennas Serm. 43. *Improbus petitor est, qui quod alius negat, sibi postulat.*

Callidus reformandi.] id est restituendi beneficij, vsitatissimum Sidonio verbum Ĵ. dicam. callidus in malam partem. Ĵ. epist. 7. l. 5. & epi. 13. l. 7.

Osor ieiuniorum.] Edaces enim sunt Parasiti & ieiunia peius cane & angue auersantur, Plautus & Terent. *Osor*, Festus, & Plautus Asinaria.

Incontinentem osorem vxoris suæ,

Donatus, *Parmeno callidus & osor meretricum*, Ausonius epist. 21. Isidorus lib. 10. *Osor inimicus ab odio dictus.*

Sectator epularum.] Catullo, *cœnipeta, omnium mensarum assecla.* M. Tullio in Sallustium, *canes venatici*, Iocosè Plauto, Captiuis, *Iscurra, & scurra* Isidoro, lib. 10. *Buccellarius*, eidem in Gloss. mss. & innomi. Glossog.

Tam panis bonus, quàm panis alienus.] in eos sententiosè dictũ, qui non suo cibo, sed alieno viuunt, quique sunt turpis vitæ homines adeò vt aliena abliguriant bona, de quo genere hominum Terentius Eunucho, *Viden' offa, & cibus quid faciat alienus*, Idem ex Ennio. 6. Satyrar. vt consignat Donatus in Phormione, Actu. 2. Scen. 2. Plautus Captiuis, initio.

Quasi mures semper edimus alienum cibum,

& Iuuen. Satyr. 5.

Vt bona summa putes, aliena viuere quadra.

Ioan. Salisberiensis Policrat. lib. 7. cap. 16. *Vix est vt quem curia produxit ad canos domum redeat vel exclusus, si migrauerint fame pereunt, quia vt ait Sidonius, eos non tam bonus pascit quàm panis alienus: suauior enim est, & quiddã ab alieno innatæ dulcedinis habet, nescit vti suo qui semper abusus est alieno, &c.*

Si quid è raptu inter alaparum procellas præmisit obsoniis.] Parasiti ad verbera occalluerant, Plautus Captiuis.

Et hic quidem herclenisi qui colaphos perpeti
Potest parasitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet,

id est mendicare, ad portam enim trigeminam mendici conueniebant vt stipem peterent. Plinius lib. 34. *sed hæc sunt alterius instituti.* Terentius Eunucho.

At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati
Possum, Quintil declama. 298. in id singularis est, quem vide. Sidonius eleganter, *procellas alaparum* dixit, & in Narbone, *glandium procellam.*

Ieiunat quoties non vocatur.] Martialis acumen effinxit, lib. 5. epigr. 48.

Nunquam se cœnasse domi Phylo iurat, & hoc est,
Non cœnat quoties nemo vocauit eum.

Pomponius Maiali. *Cœnam quæritat, si nemo eũ vocat, reuertit mœ'lus ad menſã miser.*

Si fatiget in contumelias] id eſt, ſi de aliquo iocetur, ludoſque faciat, ſ̄ notaui. epi. 8 lib. 1. *Sed tamen quaſi facetè, & fatigationum ſalibus admixtu.* Idem epiſt. 10. lib. 4. *Sed dicere ſolebas quanquam fatigans.* Acron. lib. 1. Satyr. 5. *Cum autem conuiuatores Horatij, ioci cauſa ſe inuicem verbis fatigarunt.* Sulp. Seuerus. Dialog. 1. cap. 2. *Sed ſuperſedendum eſt, ne Gallus existimet ſe fatigari,* plura. j̄.

Feculentia omnino par cloacali quæ quò plus commota, plus fœtida eſt.] Tritum & vulgare prouerbium. Carolus Bouillus lib. 3. prouerbio 195. *Quietum ne moue lutum.*

Nullus amori, omnibus riſui eſt.] Marti. lib 7. epi. 75. *Delectas Philomuſe, non amaris.*

Veſicarum ruptor.] Is eſt qui cum nullo ſenſuum pondere ſed tantum obſtrepero ſonitu verborum grandia perſtrepit, veſicas diſplodere, videtur. Martialis lib. 1. Epigram. 119.

Eſt procul à noſtris omnis veſica libellis,
Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.

D. Hieronymus Bonaſo. *nunquid ſolus Bonaſus Segeſtanus, caua verba & in modum veſicarum tumentia buccis trutinatur inflatis? Pinguia & veſiculoſa dixit* Cœl. Aurel. lib. 3. acut. morb. c. 17 qui hoc loquẽdi morbo laborant. *buccæ* Iuuenali dicuntur Satyr. 11. vet. interp. *qui tantum buccas inflant, & nihil dicunt. bucci,* Iſidor. lib. 10. Paraſiti enim illi erant, citra honeſtatis nitorem iactitabundi, Sidoni in fine ep. Vel veſicarũ ruptor, is eſt qui cum ſit omnibus riſui, omnes ad eius caput veſicas diſrumpunt, atque ita deriſui habent atque deſpicatui, & ita Baptiſta Pius, ex Italo more, nullo veterum laudato authore: at quem irriſionis morem reſpicere videtur Seneca. Natur. Quæſt. lib. 2. c. 27. *aliud genus eſt acre, quod crepitum magis dixerim quàm ſonum: qualem audire ſolemus, cum ſuper caput alicuius dirupta veſica eſt,* & hæc interpretatio Sidonij ſenſui magis concinere videtur, ſed vtramque expende.

Fractorque ferularum.] Paraſiti enim qui verbera pluſquàm Spartana nobilitate concoquebant, & in quos omnes impingebant colaphos, vt ſ̄. notaui, fractores ferularum non ineptè dicuntur à Sidonio, Iuuenalis Satyr. 6.

hic frangit ferulas, rubet ille flagello,
Hic ſcutica,

Et Tertullianus in Apologetico. cap. 6. *& in lances (parum eſt enim ſi ſenatorum, & non libertinorum, vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta,* id eſt ſeruorum, qui *maſtigiæ* Plauto, *flagrorum veſtigia,* Petronio dicuntur, in Satyr.

Vinum, venenum.] Veteres vinum, venenum vocabant. Iſidor. lib. 20. cap. 3. Cœl. Aurel. lib. 1. c 11. *Vinum verò omninò negamus, tanquam repugnans & nihil à veneno differens.* D. Hieron. ad Furiam, *adoleſcentulas dixit ita vinum debere fugere, vt venenum.*

Deformior eſt cadauere rogali.] Quod rogo, id eſt, igni admotum eſt, vt ſ̄ epi. 3. huius libri, *rogalibus fragmentis.* deformior, ſ̄ ead. epi. 3. *conſitio deformiore.*

Moxque ſidente ſtrue torrium.] ſ̄. e. 2. lib. 2. *deciduis ſtruibus* j̄. e. 12. huius libri, *ſidentibus aceruis.* Iſidorus in Gloſſis. mss. *Strues, congeſtio, collectio lignorum.*

Pollictor.] id eſt, *cadauerum curator.* Fulgenti. de Priſco Sermo. Gloſſæ vett. ἐνταφιαστὴς, *pollictor.* Iul. Firmicus, l. 4. c. 6. *Et pollictores, qui ſepeliendorum hominum curam, cunctorum iudicio conſenſuque ſuſcipiunt,* Item l. 4 c. 7. & lib. 7. *funerarij & pollictores,* & Tertullia in Apolog.

Quæ ſtygiæ vice paludis voluunt lacrymas per tenebras.] id eſt, infernæ paludis, quæ Cocytus dicitur, Cocytus enim voluere lacrymas à poëtis fingitur, Statius Thebaid. 8.
ad'ſtant lacrymis, atque igne tumentes
Cocytos, Phlegetonque.

Claudianus in Ruffinum, lib. 2. *inamanus vterque.*
Alueus, hic voluit lacrymas, hic igne redundat.

Imitatione Claudiana, voluere lacrymas Sidonius dixit, & dicitur Phlegeton incendia voluere, ideò *Pyriphlegeton*, Tertullian. Apologetic. cap. 150. Statius 4. Thebaidos:.

Fumidus atra vadis Phlegeton incendia voluit.

Seneca in Thebaid act. 1. in fine:

flammasque quas Siculo vomit

De monte Tellus igneos voluens globos.

Vt Cocytus lacrymas, ita illius parasiti lumina lacrymas voluebant, ob pituitā oculorum, quæ *gramia* dicitur. Festus Nonius. vnde *gramosi oculi* Cæcilio. Glossæ vett. *grama*, λῆμαι: item λήμη, *glama. catharacta.* Gregor. Turon. de mirac. S. Martini, l. 2. cap. 19. & cap. 41.

Gerit & aures immanitate barrinas] i. elephantinas, barrus est elephas, Adamantius Grammaticus apud Cassiodorum de Ortographia, lib. c. 5. vt *Barrus*, ἐλέφας. Gloss. vett. ἐλέφας, *Elephantus, Voluca, Barrus.* lege *Bosluca.* Ita Varro, D. Ambros. & Mar. Comes, doctissimus interpres l. 2. de finibus barrones exponens: *Quasi nasci quosdam homines, & sola corporis mole graues, vt sunt barri, id est, elephantes, quorum vox barritus dicitur.* Sidon. in Narbone.

Rostris barbarici dedere Barri.

à Barro barrinas aures dixit.

Fistulam biforem] vt s. *fistulam septiforem*, à foraminibus l. 2. ep. 2. Vitruu. l. 4. cap. 6. *forium ornamenta bifora*, & j. Carm. 12. in fine:

Ignem per bifores regemunt caua buxa cauernas.

Saxeis nodis, & tofosis humore verrucis] Sic omnes mss. rectissimè, tofosis, i. scabris & exesis, tofoque similibus. tophus lapis est cauus & asper, à quo deducitur à Sidonio tophosus Sidonius, *hic scabri fusus sub pumice tofi.*

Non illepidè verrucarum scabritiem expressit. quæ spongias & tophos imaginantur, & præ se ferunt. eadem similitudine dixit D. Hieron. in epist. ad Furiam, de viduitate, *pumicatos dentes.* & in Hilarione, *pumicatam scabredinem.*

Per marginem curuum protuberantibus] Sic mss. Fauchetij ms. corium & curuum, vtrumque retinet protuberantibus, s. ep. 1. lib. 2. *meta protuberat.* j. ep. 11. lib. 8. *oculi protuberantes.*

Gingiuis purulentum] Qui sordes oris & dentium non peregrino puluere, aut aqua communi eluebant, illiberales atque sordidi habebantur, probroque vertebatur, quibus dentes lippiebant, & hoc vitium *scabres*, quique hoc vitio laborabant *scabrones* dicti sunt. Trebatius l. 11. §. vlt. de ædil. edicto. Ouid. 8. Metamorph.

scabri rubigine dentes.

Cœlius Aurelian. l. 3. Chroniæ c. 3. *Oris pedor quibusdam etiam gingiuarum putredo, cum scabro dentium detrimento.* quod vitium aliquando contrahitur ex illuuie oris, vt ait Trebatius in dict. l. Idcirco veteres puluere dentes emaculabant, vt expolitiores essent Plin. l. 7. c. 16. *dentes candorem trahunt quodam medicamine.* Tertull. de Pœnitentia, in fine, *cedo puluerem dentibus elimandis.* Scitè, nam limus dentium dicitur Cœlio Aurel. lib. 2. cap. 37. acut. morbor. *collutione oris ex aqua frigida dentium limus detergendus.* Et Apulei Epistolium de dentifricio, in Apologia, ibid. *Censeo ne vlla cura os percolat, neque ille exotico puluere dentes emaculet.* Hunc ergo parasitum vellicat Sidonius, quòd os gingiuis purulentum haberet, & dentibus buxeum, quod libero & liberali viro indecens est Apuleius in Apolog. vnde *blenni*, oriputidi dicti sunt. Placidus in Gloss. Cæcil. *gramosis oculis ipsa, atratis dentibus*, s. ep. 1. lib. 1.

Dentibus buxeum] Marti. *Et tres sunt tibi Maximina dentes, sed plane piceique, buxeique.*

Quod spurcat frequenter exhalatus, &c.] Oriputidus est, non tantùm ex illuuie, sed etiam ex ingluuie Glossæ vett. ὀζόστομος, *oriputidus. Ingluuies sordium à non lauando, ingluuies ventris, ab inglutiendo.* Agræcius, tetrum enim odorem ex aqualiculo multo

cibo & potione distenti comedones exhalant. *Si illos offendit frugalitatis ariditas, & nos ventrem offendit ingluuies.* Paulinus ad Seuerum ep.7. Persius sat. 3.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre, lauatur
Gutture sulphureas lente exhalante Mephites.

Id est, graues odores. Vergil.7.

sæuamque exhalat opaca Mephitim.

Ibidem Seruius, *Mephitis Dea fætoris.* Egesippus l.1.c.35. Ī.Car.5. *ganeaque perennis*
Pressus acescentem stomachus non explicat auram.

Claudianus Mamer.lib.2 c.10.de statu animæ: *Cernas hinc alios, situ fætidarum turpium exolentes, cæcis suis ac tenebris, cloacam ventris & oris inhalare sentinam.*

Fit tamen morbo nigra Syllano] Syllam phthiriasi periisse, i. pediculorum agmine exesum fuisse traddit Plin.lib. 7.c 43. *At genus exitus vitæ eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente,* &c Idem lib.11.cap.33. & lib.13.c.26.item, *Phthiriasi qua Sylla Dictator consumptus est.* Quintus Serenus:

Sylla quoque infælix tali languore peresus
Corruit, & fœdo se vidit ab agmine vinci.

Et illi pediculi quibus homines exeduntur, *ferales* vocantur. Cœlius Aurelian. tard. passion lib.4.c.2. *morbus pedicularis*, Seruio in fine Georg.

Facies ita pallida, &c] Priapeia: *Ad me nocte solet venire, & affert Pallorem maciemque laruelem.*

Vinctam podagra] Cassiod ep.29.l.10. *Hæc passio insanabilis, & sanitas passibilis ligat solutos*, &c.

Taceo quia decidit honor humeris] ſ. ep.2. lib.1. *teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus.* Hic verò, *Taceo quia decidit honor humeris, decor brachiis, robur lacertis, taceo chiragricas manus.*

Vnctis cataplasmatum pannis] Sic mss. vnctis pro iunctis Apuleius lib.5. *Pannis sordidis, ac fætidis cataplasmatis.* Verbum rei medicæ auctoribus vsitatissimum. Isidor.l. 4.c.9 & Vegetius de re veterinaria Cato ad Filium *Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis, ex aluo lauando. cataplasmare.* Cœlius Aurelianus lib. 4.acut. morb.cap.7. & aliàs passim.

Tanquam cestibus inuolutas] Pugiles cestibus inter se contendebant. Sunt autem cestus taureæ siue bucceæ plumbo alligatæ, & ferro, quæ loris quibusdam pugilum manibus & brachiis vinciebantur, vel corium bouinum, cui plumbum ferrumque insutum erat. Verg.5.Æneid. *Plumbo insuto ferroque rigebant.*

Id est, cestibus, Fulgentius.Ī Carm.5. *libeat decernere cestu*

Vbi plura ibid. *Pollucem cestus*, &c.

Alarum specubus] Alæ sunt ascellæ, Catul. *alarum valle.* Petronius, *alarum negligens sudor.* Plin.l 21.c.10. *alarum vitia.* l.22.c.22. *alarum graueolentiam.* & lib.24. c.19. vnde *alipilus* Senecæ ep.56.de quo ſ. ep.2.lib.2.

Hircosis] i. fœtidis & graueolentibus, Plauto Mercatore act.3. sce 3. *hircosus senex.* & *hircosi* Gellio lib.12.c 2, i. putidi, Trebatio, cui os malè olet, *hircosus* dicitur in l. 12. vlt de ædilit.edict. Glossæ veterum ἰζόχεϱως, *hircosus.* Iulius Firmicus l 8.c.20. & l.6. c.31. Math. scitissimè Sidonius specus alarum hircosos dixit, veteribus enim alæ & ascellæ subhirci dictæ sunt. Isidor.lib.11.c.1. *Has quidam subhircos vocant, propter quod in plerisque hominibus, hircorum fætorem reddant* item hirci Glossæ vett. de membris humanis *hircus* τράγος, vnde hircosus, qui sapit hircum sub alis. Glossæ vett. Γρᾶσων, *hircosus.* vide Suidam.

Atque acescentibus] i. acidum fœtorem exhalantibus, Tertullian. in Apologet. distinct. 135. *Tot tribubus, & curiis, & decuriis ructantibus acescit aer.* Glossæ vett. ὀξίζει, *acetat, acescit*, Ī.Carm.5. *ganeaque perennis*

Pressas acescentem stomachus non explicat auram.

Ab acco deductum verbum, ī. ep. 6. lib. 7. nec est quod Lugdunensi hæc lectio aceat.

Duplicis ansancti peste funestat] Ansancti, i. tetri & grauissimi odoris, Ansanctus enim vallis erat in hirpinis fœtoris horrendi, de qua Vergil. lib. 7. ad quam non illepidè Sidonius allusit hic *pestem* s. *specus hircosos*, dixit ex Vergilio lib. 7.

> *Hic specus horrendum, et sæui spiracula Ditis.*
> *Pestiferas aperit fauces*, &c.

Pestem etiam Catullus dixit, *nasorum interfice pestem.*

Promunere] s. ep. 2. lib. 2. *sex fistulæ prominentes.* vide Notas.

Debilibus] i. frigidis & rugas contrahentibus, quique hac parte impotentes sunt, debiles dicuntur, Festus, *lumbago, debilitas lumborum.* D. Hieron. de monogamia ad Gerontiam · *Hierophantis apud Athenas eiurat virum, et æterna debilitate fit castus.* Isidorus de offic. eccles. lib. 2. cap. 17. *Quibus ipsum virile membrum debilitatur.*

Pudendæ] Sic vett. & mss. pudendæ, pro pudendi, & partis genitalis Gloss. vett. *αἰδοῖον, pudendum, penes, pudimentum.* In Isidori lib. 11. c. 1. pudenda, *hæc & pudenda pro verecundia, siue à pube.* idem in Gloss. mss *penes, virile membrum, natura, vel pudenda. velanda corporis.* Plinio ep. 24. lib. 6. *membra pudenda.* Marco Victori lib. 3. in Genesim.

Internodiorum] s. ep. 2. lib. 1. *internodia poplitum bene mascula.*

Fomitibus] s. ep. 2. lib. 2. in re dispari, pari significatione. *colles tanquam gemino fomite effundit.*

Abdominis pelago] De puerpera Gellius lib. 12. cap. 1. *ne æquor illud ventris irrugetur.*

Aream pectoris] s. ep. 2. lib. 1. *aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat.* ms. Achillis Statij, arcam legit, vulgò *le coffre, crates pectoris.* Grego. Turon. lib. 10. hist. c. 14 & D. Ambro. l. 6. Hexam. c. 9. Ennod. in Paneg. Theodorici: *Ieiunas pectorum crates acta validioribus lacertis lancea transmeabat.* Fortun. lib. 1. cap. 10.

> *Et premit arca sacra, hunc ne deprimat arca sepulcri.*

Genua vasta, poplites delicatos, crura cornea, vitreos talos] Nouius Militibus Pomet. *valgus, veternosus, genibus magnis, talis turgidis.*

Poplites delicatos] *internodia poplitum bene mascula*, ep. 2. l. 1. illud in laudem, istud in vituperium.

Paruos digitos, pedes grandes] s. ep. 2 lib. 1. *patulæ manus.* paulo post eadem epi. *Et qui magna sustentat membra pes modicus.* hoc in laudem, istud in vituperium.

Femur aridum] s ep. 2. lib. 1. *carneum femur.* hic aridum, s. carneum.

Semiuiuusque] Cassiod lib. 10. ep. 25. *Hæc viua mors supra omnia tormenta sana dicitur.*

Pruritu laboret sermonis] *Prurigo emittendi operis.* Symmach. epi 25. l. 1. Ausonius Symmacho: *Illico nostra illa poetica scabies cepit excalpere, cuius morbi quoniam facilè contagium est, vtinam ad te quoque prurigo commigret.*

Laboret] Cato, *Quos morbus tenet loquendi, tanquam veternosos bibendi, atque dormiendi.* Ausonius s *cuius morbi quoniam facilè contagium est.*

Mox per hunc Spartacum] Denominatiuè allusit ad hunc veterem Spartacum, qui carceris fores effregit, & euasit, Romanisque bellum internecinum intulit, ī. Carm. 2.

> *Quod bellum non parua manus, neque carcere fracto*
> *Ad gladiaturam tu Spartace vincte parasti.*

Idem Carm. 10.

> *Vel quos Spartace Consulum solebas*
> *Victrices gladios fugare sicca.*

Quibus locis plura de Spartaco latrone conclamatissimo. Symmachus ep. 46. lib. 2. *Nihil igitur moror familiam Spartaco nequiorem, velimque si ita facile factu est.* Quem

Symmachi locum sic emendandum esse censeo, in hoc enim familia Saxonum, Spartaco nequior erat, quòd ille effracta custodia erupit, Saxonum autem familia tracto gutture se populi voluptatibus eripuit. Et hæc est genuina Symmachi mens, & lectio.

Dædalus noster] i. varius & versipellis, vnde à varietate rerum artificiorumque dicta est, apud Ennium, *Dædala Minerua, Dædala tellus* Lucretio lib. 1. & *Dædala Circe*, Vergilio lib. 7. vbi Donatus: *Dædala, id est ingenij viuacitate pollens, ingeniosa.* Pompon. Sabinus, & Festus lib 4. Glossæ vett. ποικίλον *Dædalum, varium* Ennodius Ticinensis Honorato, *Dædala prouisio ne literis indiderit.* & Glossis veter. πολυμήχανος, *Dædalus, factitiosus.*

Amicitiarum culmen] 5. ep. 1. huius lib. *Dum erectis vtrinque amoris machinis ipse culmina preciosa posuisti.*

Velut Theseus] Ille enim Theseus, suo sodali Pirithoo addictissimus fuit, ita parasitus iste quoad prosperè sodalium res cedebant, amicissimus. Martialis libro 10 Epig. 11 ⁊. Carm. vlt.

Velut Protheus] Vbi contigerint aduersa, auersa facie, & mutato vultu amicitiam deserit, tanquam Protheus, qui varius & mutabilis, quicunque rei se coniunxerit, concolor ei fit, eapropter adagio locum fecit, vt *Protheo mutabilior* dicatur in leues, varios, & vanos homines, vt de Frontoso sui nominis teste, testatur Cassiodo. lib. 5. epist. 34.

Ne congressu quidem primore sociere] Symmachus epist. 47. lib 1 *Quis te congressu primore non nouerunt.* idem epist 30 lib. 9. *Valentinianum congressu mihi primore compertum* ⁊. epist. 2. lib. 5. *quod apicum pronnore congressu.* in Symmacho nihil corrige.

Sermonibus prostitutis ac theatralibus] i. verbis nudis, & nuptis, quibus aurium publicarum verecundiam incestat, *prostituta* D. Augustino, i. meretrix, quæ pudorem nũdinariũ habet, prostituitque se. Gloss. vett. ἑταίρα, *prostituta meretrix* Πεζηστικὴ, *prostituta.* Πεζαστικὴ πορνεία. *prostituta* & l. 56. de contrah. empt. Vetus Glossog. *lupa, prostituta.* Nonius, *lupari, prostitui.* Et quæ histrioniam agunt, *prostituta*, Cassiodoro epist. 10. lib. 7.

Ac theatralibus] Venus olim in theatris colebatur. Saluianus l. 6 in quibus nil nisi obscœnum & inuerecundum à scenicis proferebatur. Varro de ling. Lat. *Obscenum a scena, quod nisi in scena palam dici non debet.* Vitruuius lib. 5. cap. 3. Seneca ep. 7. & 84. Columella in præfat. ad Siluinum. Tertull. in Apologet. *Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenarum, xysti vanitate.* Idem aduersus Marcionem l. 1. *Quid non frequentas tam solemnes voluptates circi furentis, & cauea sæuientis, & scena lasciuientis?* Idem de spectaculis, tit de Theatro: D. Cypria. ep. 2. l. 2 ad Donatum: Minutius in Octauiano, sub fin. & Arnobius in fin. li. 4. consulendi sunt, necnon Clemens Alexandr. Pædago l. 3. c. 11. D. Hierony ep. ad Marcellam, *theatra luxuriantur* idem in Hilarione: *Non circi furoribus, non arena sanguine, non theatri luxuria delectabatur.* D Augus. ep. 119. ad Ianuarium: *theatri aut affectare luxurias.* Doctissimè, nec minùs elegantissimè D. Chrysost. Homel. de spectaculis Dauid & Saul. Idem Homel. 7. & 74. in Matthæum, ita vt theatra quasi quõdam morum publicorum pestem & communis verecundiæ funestam luem Censores destruxerint. Tertull. de spectaculis, c. de Theatro: *Nam sæpe censores renascentia, cùm maximè theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia prouidebant, etiam ex lege*, de qua idem Tertull I C. *Quonam leges illæ abierunt? quæ theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant.* & voluptatum Tribunum excogitauit antiquitas, qui scenicis diffluentibus imperaret, & honestatis leges inhonestis præscriberet. Cassiod ep. 19 l. 6. & ep 10. l. 7 vbi de formula Tribuni voluptatum, *prapositus voluptatum*, Iulio Firmico lib 3 cap 10.

Nam quibus citra honestatem] *Talis hominibus oratio, qualis vita.* Senec. ep. 115. vulgatissima

ſima ſententia. Proſper in libro ſen tentiar. ex Auguſt. c. 82. *Et ita vnuſquiſque cantat vt viuit.*

Honeſtatis] i. pudicitiæ, Iſidor. in Gloſſ. *probitatem, verecundiam, inhoneſtatem*, in. vim addit, vt apud Lucillium, & D. Hieron. j. ep. 9. lib. 6. quam vide.

Improbus dictu, & probus moribus] Sic ex vett. & mss. legendum eſt, perſpicuo ſenſu, præter M. Tullium in Salluſtium, init. D. Hieron. ad Euſtochium in Epitaphio Paulæ: *Et turpe verbum atque laſciuum, nunquam de ore virgineo proferendum, quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur, & per exteriorem hominem, interioris hominis vitia demonſtrantur.* Caſſiod. in præfat. *Contingit enim diſſimilem filium plerumque generari, oratio diſpar moribus vix poteſt inueniri*, j. ep. vlt. lib. vlt. in Carm.

Ne reus cantu petulantiore
Sim reus actu

Cui ſententiæ refragantur Catullus, qui liberioribus poetis hanc legem dixit:

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.

Item de Voconio Poeta D. Adrianus:

Laſciuus verſu, mente pudicus erat.

Quam ſententiam ſecuti ſunt Plinius ep. 14. lib. 4. & Apuleius in Apologia. Martialis, & reliqui: at aliud eſt ſcribendi, aliud loquendi pruritu diffluere.

SIDONIVS PLACIDO SVO SALVTEM.
EPISTOLA XIIII.

QVanquam te tua tenet Gratianopolis, comperi tamen hoſpitum veterum fido relatu, quòd meas nugas, ſiue confectas opere proſario, ſeu poetarum ſtylo cantilenoſas, plus voluminum lectione dignere repoſitorum. Gaudeo hoc ipſo, quòd recognoui chartulis occupari noſtris otium tuum. Sed probè intelligo, quòd moribus tuis hanc voluptatem non operis effectus excudit, ſed auctoris affectus. Ideoque plus debeo, quia gloriæ punctum, quod dictioni negares, das amicitiæ. De cæteris verò ſtudij noſtri derogatoribus quid ex aſſe pronuntiem, necdum deliberaui. Nam qui maximè ſibi doctus videtur, dictionem ſanam & inſanam fermè appetitu pari reuoluit, non ampliùs concupiſcens erecta quæ laudet, quàm deſpecta quæ rideat. Atque in hunc modum ſcientia, pompa, proprietas linguæ Latinæ iudiciis otioſorum maximo ſpretui eſt, quorum ſcurrilitati negligentia comes, hoc volens tantùm legere quod carpat: Sic non vtitur literis, quòd abutitur. Vale.

QVANQVAM *te tua tenet Gratianopolis*] i. vrbs, quam Gratianus condidit, vulgò GRENOBLE, quæ ante Gratianum Aug *Cularo*. Notitia Imperii, de diſpoſitione ducis Moguntiacenſis, & vetus inſcriptio Gratianopoli, & item Viennæ Allobrogum.

D D. N. N. Impp. Cæſ. C. Aurel. Valerius Diocletianus PP. Inuictus Aug. muris Curalonenſibus ædificiis prouidentia ſua inſtitutis atque erectis portam Viennenſium Herculiam vocari iuſſerunt.

Et hæc appellatio vſque ad tempora Gratiani Imp. obtinuit, à quo Gratianopolis

vocata est, Notitia Prouinc. de Viennensi prima, *Ciuit. Gratianopolitanorum.* Isidor. *Ciuitas Gratianopolitana.* Grego. Turon l. 4. hist cap 44. & ex eo Paulus Diac de gestis Longob. lib. 3. cap. 8. *Rhodanus autem Gratianopolim adgressus est.* Ineptè Ortelius Grannopolim à Sidonio dici tradit.

Quòd meas nugas] Modestissimus Apollinaris qui sua scripta semper depreciet, idem ep. 18. l. 4. *Ais tibi si quas luserim metro nugas.* idem s.

Cantilenas] J. ep. lib. 4. *lyricus cantilenosum.* Petrus Pictauensis ep. ad Pet. Cluniacensem, *quis musicus cantilenosior.*

Non operis effectus excudit] i. non hanc voluptatem parit operis effectus. J. ep. 3. l. 6. *Auctoritas coronæ tuæ dissimulantibus studeat excudere responsi celeritatem,* id est, extorquere Idem ep. 9. l. 9. *Ius voluptatis excudit præconij necessitatem* & ep 11. eiusdem lib: *Tetricis puncta censoribus tardius procacitas recitatoris, quàm trepidatio excudit.* quibus locis ex aliis auctoribus adiiciam aliquid.

Affectus, effectus] Annominatio non inelegans, nec assiduis auctoribus infrequens. Valer. l. 9. c. 4. *Et è contrà auaritia ingratissimum est, & odiosissimum vitium, quod nec effectu prodest alijs, nec affectu.* & ex eo Ioan. Salisb. Policrat. l. 8. c. 15. Claud. Mamercus de statu animæ l. 1. c 3. *Effectus harum scilicet passionum considerandi sunt, non affectus.* J. ep. 1. lib. 7. *Quibus inchoandis, instituendisque populus Aruernus, & si non effectu pari, affectu certè non impari cepit initiari.* idem ep. 2. lib. 9. non absimili sententia *Plus laborastis vt affectus cordis vestri, quàm operis nostri effectus publicaretur.* quibus locis plura.

Quia gloriæ punctum] i. calculum, suffragium cur suffragia puncta vocentur, s satis abundeque demonstraui ep. 9 lib. 1. *Cui si examinis tui quoque puncta tribuantur,* J. ep. 6. lib 8. *Lator ad puncta censoris omnium voce concelebrati.*

Studij nostri derogatoribus] Non deerant inuidi, qui Sidonij scripta genuino dente roderent. s ep. 1. lib. 1. in fin. J. Carm. 9. ad Magnum.

Quid ex asse pronuntiem] Ex asse, i. in solidum, s. ep. 3. hu. lib. vbi nonnihil notaui J. ep. 3. lib. 4. & ep. 6. lib. 8. & in veteri historia S. Chrysogoni.

Proprietas linguæ Latinæ] Idem ep. 10. lib. 2. *Quibus meram latialis linguæ proprietatem,* &c. Symmachus ep. 26. l. 1. *proprietatem nostri Maronis.* Nonius librum suum inscripsit, *De proprietate sermonis.* Item verbum illud apud hunc auctorem reformandum est ex ms. Iosiæ Merceri, viri vndecumque politi & docti, quod librariorum incuria miserrimè detruncatum fuit, *peni & penoris, ita veteres declinarunt, proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt,* &c. Quæ leguntur apud Nonium manca, & mutila in nomine *pietatem,* vbi de ventorum proprietatibus, ex A. Gellio lib. 4. cap. 1. verbum Nonio familiare. Claudian. Mamercus lib. 1. de statu animæ c. 3. *Ac primum proprietas huius nominis maximè discutienda est.* & lib. 2. cap. 3. *Excudisti pariter & à proprietate verbi, & à ratione veri.*

Indicus otiosorum maxime spretui est] s. ep. 10. lib. 2. *Illud appone quod tantum increbruit multitudo desidiosorum, vt nisi vel paucissimi quique meram latiaris linguæ proprietatem de trivialium barbarismorum rubigine vindicaueritis, eam breui abolitam defleamus.* De quo genere hominum eleganter Claudianus Mamercus lib. 1. de statu animæ cap. 10.

V. C. ET INLVST.

GVESLÆO PROCVRATORI CATHOLICO, ET COMITI Consistoriano

S.

ARVERNIÆ, *arua vernant purpureo germine, ex qua quondam prodierunt, longo ordine Cancellarij Galliarum, Senatuum Principes, illustriumq; senatorum innumerus numerus qui prouincias omnes illustrarunt, inter quæ Galliæ lumina* GVESLÆVM *sidus emicuit, natiuo splēdore & generis nobilitate lucidum, ita vt cùm illi honos accessit honori ipsi splendor accesserit; nescio enim quo genere nobilitantur honores, cùm honorātur nobiles, olimque in petendis honoribus quosdā turpissimos nobilitas industriis nouis prætulit, sicque honor deferebatur generi, quem degenerem ferre inhonorū videbatur. Igitur illud sidus nobile, id est tuus* (GVESLÆE) *pater, ex Aruernis Alpibus sui splendoris radios ad Burgūdiones vsque vibrauit, librauitque Iustitiæ bilancem, æquilibrio recto in Diuionensi senatu, vbi inter principes præsides principem locum tenuit, nouus vt* (*Sollius ait*) *Burgundionū Solon in legibus differendis: postmodum à rege ambitus maximè, quia minimè ambitiosus, è Diuioduno ad Regiā vrbem euocatus, Regis regnique procuratoris officio donatus est,*

quo defunctus, & in forensi stadio fessus, tibi facem, fascẽque traddidit, cui non impar, magnum illud onus, cum maximo honore adgressus es. Illico Rex & ampliss. senatus senilem admirantur iuuenem, & in ore loquentis ephœbi, verba senis, trituramque forensem, quam cano patri tunc Præsidi, vsus rerum, & annorũ gyrus acquisierat, in te veluti cum officio transcriptam agnouerunt, sic præcox ingeniũ maturuerat, vt nihil nisi maturum maturoque pectore decoctum ex ore efflares, tunc senex pater felicitatis apicẽ attigit, quòd à iuuene filio vinceretur, tunc senatus legẽ ad id vsque tẽporis inconcussam abrogauit, qua senes tantũ hunc tuum honorem capere poterant, non iuuenes, ne quos per lubricum ætatis regere necesse erat, Regni Regumque rectores negotia publica pessundarent veriùs, quàm procurarẽt, neve res Gallica quæ senum regimine iuuenescit, iuuenũ moderamine senesceret, senioque suo fracta rueret, quæ viris antiquis semper stetit, & suffulta silicerniis caput extulit, te tamen iuuene iuuenescere visa est, te viro virescere, qui his difficillimis temporibus, iustã causam cum fratre tuo, cõclamatissimo præsule tutatus es, senatoriique seminis, & ingenui sanguinis tergeminos fratres, velut hostias saluti publicæ vouisti, mactasti, quorũ vnus generosissimè concidit, reliqui gloriosorum vulnerũ cicatricibus decori, Regi regnoque viuunt, propter quæ fortia facta dicam liberè Regem morari beneficia, vos mereri (vt conterraneum nostrum emolliam) cuius librum tibi dedico, dicoque memoriæ benefactorum, quem tuo nomine nobilitari non abnues. Vale, Aruerniæ nostræ decus & ornamentum. Aruernæ IV. Idus Decemb.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER IV.

SIDONIVS PROBO SVO S. EPISTOLA I.

SOROR mihi quæ vxor tibi hinc inter nos ſumma, & principalis neceſſitudo, & ea quidem patruelis non germana fraternitas, quæ plerunque ſe prius, fortius, meracius amat. Nam facultatum inter germanos prius lite ſopita, iam qui naſcuntur ex fratribus, nihil inuicem controuerſantur: & hinc ſæpè charitas in patruelibus maior, quia deſiſtit ſimultas à diuiſione, nec ceſſat affectus à ſemine. Secundus nobis animorum nexus acceſſit de ſtudiorum parilitate, quia idem ſentimus, culpamus, laudamus, in literis, & æquè nobis quælibet dictio placet, improbatúrque. Quanquam mihi nimis arrogo meum iudicium conferens tuo. Quis enim neſciat iuuenum ſeniorúmque, te mihi magiſtrum fuiſſe proprium, cum videremur habere communem? & ſi quid Heroicus arduum, Comicus lepidum, Lyricus cantilenoſum, oratórque maturum, hiſtoricus verum, ſatyricus figuratum, grammaticus regulare, panegyriſta plauſibile, ſophiſta ſeriũ, epigrammiſta laſciuum, commentator lucidum, iuriſconſultus obſcurum, multifariam condiderunt, id te omnifariam ſingulis niſi cui ingenium, ſibíque quis defuit tradidiſſe? Deus bone! quàm ſibi hinc patres noſtri gloriabantur, cum viderent (ſub ope Chriſti) te docere poſſe, me diſcere: & non ſolum te facere quod poſſes, ſed & velle quod faceres! Ideóque te bonum non minus quàm peritum pronuntiari, & verè intra

Eusebianos lares talium te quædam moneta susceperat disciplinarum, cuius philosophica incude formatus, nunc varias nobis rerum sermonúmque rationes, ipso etiam qui docuerat probante, pandebas: Nunc vt Plato discipulus iam propè potior sub Socrate, sic iam tu sub Eusebio nostro inter Aristotelicas cathegorias artifex dialecticus atticissabas, cùm ille adhuc ætatulam nostram, mobilem, teneram, crudam, modò castigatoria seueritate decoqueret, modò mandatorum salubritate condiret: At qualium, Deus bone, quámque pretiosorum, quæ si quis deportaret philosophaturus, aut ad paludicolas Sicambros, aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad equimulgas Gelonos, bestialium rigidarúmque nationum corda cornea, fibræque glaciales proculdubio emollirentur, egelidarentur: neque illorum ferociam stoliditatémque, quæ secundùm beluas ineptit, brutescit, accenditur, rideremus, contemneremus, pertimesceremus. Igitur quia nos, vt affinitas, ita studia iunxerunt, precor quoquo loci es, amicitiæ iura inconcussa custodias: longúmque tibi etsi sede absumus, assimus affectu: cuius intemeratæ partes, quantum spectat, à nobis in æuum, si quid est vitæ reliquum, perennabuntur. Vale.

Probo.] de quo 5 Carm. 9. in fine, & Carm. 24. sub finem.

Soror mihi, quæ vxor tibi.] Probus sororem patruelem Sidonij duxit in vxorem, quam Sidonius Eulaliam appellat Carm. vltimo ad Libellum.

Admitti faciet Probus probatum,
Hic sæpe Eulaliæ meæ legeris, &c.

Soror dicta, eadem ratione, qua frater vsurpatur, pro consobrino. Comico, & Ciceroni, *Frater illius Iulius Antonius*, & Ouidio, *Frater erat, fraterna peto.* proprietatem non intelligens Heluidius, in heresim lapsus est, existimans matrem Christi Sanctiss. Mariam, contra virginitatis honorem multos peperisse, ex eo quod Matthæus, cap. 13 Fratres & sorores Christi enumerat, id est consobrinos & consobrinas, Gennadius de vir. inlust cap. 32. & Honorius, cap. eod. aduersus quem D. Hieroni. libellum edidit, qui sæpè & ferè semper, consobrinis fratrum appellationem indidit. Pet. Rauennas Serm. 48. *Et fratrum, & sororum filios, fratres nuncupat & diuina lex, & humana cognatio,* quod æuo Sidonij obtinuit Pet. Rauennas, Ser. 49. sub finem, *vsus enim temporis etiam præsentis, germanorum & germanarum filios, fratres noscitur nuncupasse.* Ita etiam sorores, Matthæi cap. 13. Sidonius, epist. 7. l. 5. in fine, & Theodosius *consobrinarum nuptias vetuit tanquam sororum.* Epitomastes Victoris, & Diaconus.

Summa & principalis necessitudo.] 5. epist. 1. lib. 3. *Primùm quia matribus nostris summa sanguinis iuncta necessitudo.*

Et ea quidem patruelis, non germana fraternitas.] Hinc scilicet, quòd soror patruelis Sidonij, vxor esset Probi, atque ita erat patruelis, non germana fraternitas, fratrueles & consobrini, præterquàm fratres absolutè vocantur, plerunque tamen fratres patrueles: Gaius instit. de Intestat. hæreditatibus. Glossæ vett. ἀνεψιὸς, *frater patruelis*, Anian. l. 1. C. Th. ad leg. Iul de adulteriis. & legis Gothorum, l. 4. tit. 1. Fr. 1. & 5. M. Tull. pro Cœlio. *Quonam modo ille furenti fratri suo patrueli consulatum restituisset?*

Nam facultatum inter germanos, &c.] graues enim inimicitias inter fratres familiæ erciscundæ actio plerumque consciscere solet, Petrus Chrysologus Serm. 1. *Cæterum facultates unitatem scindunt, fraternitatem separant, cognationem spargunt, parentum perdunt & violant charitatem.* Idem Sermo. 161. *hæreditas mundana, antè posteris infert iurgia, quàm conferat censum, antequàm diuidat facultates, scindit heredes, antequam debitas tradat singulis portiones, successores ipsos disiecat & mittit in partes: Proinde non est hæreditas ista, sed pugna, & hæc nouerca filiorum est, non facultas.* Cassian. Collat. 24. c. 26. *Fratrum dirumit charitatem contentiosa diuisio.* Vnde fratrum litibus forum mugit insanum. M. Tull. epist. 25. lib. 9. *noli pati litigare fratres, & iudicio turpibus conflictari,* Alcimus Auitus lib. 3. cap. 12.

Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratrum,
Non leuius votu feriunt, quàm prælia telis.

Et hæ plerumque lites ex diuisione patrimonij emergunt, vix enim conspirant fratrum animi in erciscunda familia. Quintil. declam. 321. & Seneca epist. 88. *Quid mihi prodest scire agellum in partes diuidere, si nescio cum fratre diuidere?* Et has quidem dissensiones atque dissidia fors excitat inter fratres discordes, non inter fratres vnanimes, qui in diuisione communis hæreditatis, *pietatis officio funguntur*, vt loquitur lex. vlt. fam. ercis. Siquidem *bona pietas respuit arbitros etiam in diuisione patrimonij,* D. Ambro. de fide, atque etiam licet bonis, non tamen animis seiunguntur, Petrus Chrysologus Serm. 149. Quem consule.

Lite sopita] J. Carm. 2.

Sed si forte placet veteres sopire querelas.

S. epi. 4. l. 2. *iurgium semisopitum*

Secundus nobis animorum nexus, &c.] id est præter sanguinis ius, & illam necessitudinem, nos etiam studia conciliarunt, S. epi. 1 lib. 3. Quintil. declamat. 321. *non illa consuetudo, quæ alios etiam ac nulla necessitudine inter se coniunctos componere & adstringere affectibus potest? consuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ, studia, lusus, tristitia, ioci?*

Lyricus cantilenosum.] S. epist. vlt. lib. 3. *seu poëtarum stylo cantilenosas.*

Orator maturum.] S. epi. 1. lib. 1. *Gai Plinij maturitatem,* Idem epi. 2. lib. 5. *excitusque maturitate,* Dialogus de claris oratoribus, *mallem herculè Gai Gracchi impetum, aut Lucij Crassi maturitatem, quàm calamistros Mecænatis, aut tinnitus Gallionis.*

Satyricus figuratum.] J. epi. 8. lib. 5. *vt mihi non figuratius Constantini domum, vitamque videatur vel pepugisse versu gemello Consul Ablauius.* Anticlaudian. lib. 2. *velat vt alter Persius.*

Grammaticus regulare.] Claud. Mamercus de statu animæ in præfat. ad Sidoniũ. & Aldhelmus, de laudibus virginitatis, cap. 2. *Grammaticorum regulas.*

Sophista fictum.] J. post Carm. 15. ad Polemium. *Per asperrimas philosophiæ, & salebrosissimas regulas stylum traxi,* ibidem in fine, *Scholæ sophisticæ intromisi materiam.*

Iurisconsultus obscurum.] Iuuenalis Satyr. 1.

iurisque peritus Apollo

Vetus interpres, *quòd tam deuia iurisperitorum responsa sint, quàm Apollinis. Iurisconsultorum obliqua dicta.* Vetus interp. Philonis de statu Essæorum, & Epitome Victoris in Vespasiano, *vt Pythij obliquata responsa.* Arnob. l. 3. J. e. 16 l. 8. *Veternosus legalium quæstionum ænigmatista, legum Romanarum, & vetustis iuris obscuritas.* Anianus in Commonitorio.

Moneta] id est officina, in qua numismata cuduntur, l. 1. §. 6. ad leg. Iuliam peculat. Macrob. lib. 1. cap. 6. in Somn. Scip. *verùm semine semel intra formandi hominis monetam locato*, figuratè moneta, pro officina, in qua homo formatur. J. Carm. 23.

Delubris, Capitoliis, monetis, id est cudendæ monetæ officinis, Seneca de Benef

lib. 3. cap. 35. *Iam tempus est quadam ex nostra (vt ita dicam) moneta proferri.*

Cuius philosophica incude formatus.] author Dialogi de claris oratoribus, *Iam verò iuuenes & ipsa studiorum incude positi.* Ī. epist. 8. *Carminis si quid meus metrica produxerit.*

Artifex Dialecticus.] Vegetius. lib. 1. c. 15. *artifex doctor*, Pet. Chrysologus Serm. 5. *artifex cauillatio*, & Serm. 149. *artifex pictor*, S̄. epi. 2. l. 2. *artifex lector.* Ennodius, *artifex incuria*, Ī. epi. 14. l. 7. *Deus artifex*, Sedulius in præfat. Paschalis operis.

Nec quæras hic opes codicis artificis.

Quod Nebrissensis non intellexit. –

Atticissabas] id est Atticè loquebaris. Plautus *nō Atticissat, sed Sicilissat, id est Siculè loquitur.* Festus. Martianus Capella. lib. 6. *Illi etiam helladica tantùm facultate nihil essantes latiariter Atticissant.* græcissat, Apuleius in Apolog. *& si quid adhuc a matre græcissat.* P. Consentius, *scire etiam debemus fieri à nominibus, frequentatiua verba ab appellatiuis, vt græcissat, patrissat, & à propriis, vt Lentulissat.* Glossæ vett. ἑλλυίζω, græcisco.

Paludicolas Sicambros.] Sicambri enim ad Rheni ripas habitabant. Ī. Car. 7.

in pocula fracte Sicambris
Rhene tumens. qui tractus erat palustris.

Ī. Carm. 23.

Francorum & penitissimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris.

à quibus paludibus, paludosi Propertio dicuntur,

Ille paludosos memoret seruire Sicambros.

Paludicolæ, non ineleganti vocabulo, Ī. lib. 7. epist. vlt. in fine.

Rura paludicola temnis populosa Rauennæ,

Vt Sex. Auienus in orbis descript. *& dumicolas Arienos.*

Caucasigenas Alanos.] id est genitos ad Caucasum, Scythiæ montem celeberrimum, vnde & Alani dicti sunt. Amm. Marcell. lib. 31. *hoc transito in immensum extentas Scythiæ sollitudines Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati.* reclamante Isidoro, lib. 9. cap. 2. *qui à Lano fluuio, Alanos dictos argutatur*, sed arridet Ammiani sententia, quæ Sidonio concinnè concinit.

Equimulgas Gelonos.] id est mulgentes equos, & lac equinum exsugentes. Prudentius

feritasque cruenta Geloni
Lacte mero sitiens exanguia pocula miscet,
Libatura sacros Christi de sanguine potus.

Vnde quod equino lacte nutrirentur, nomen natum ἱππημολγῶν. Homerus Iliad. 13. & Heschyius, & *equimulgus fossor*, Catullo. de Thracibus. Ī. Car. 2.

sed ab, vbere tractus
Plus potat per vulnus equum.

Ī. Car. 7. de Getis.

solitosque cruentum
Lac potare Getas, & pocula tingere venis. vbi plura.

Corda cornea.] id est dura, S̄. e. 13. lib. 3. *cornea crura, cornea substantia*, Cassiod. Psal 97. Ī. epist. 11. l. 8. *corneas fibras.*

Emollirentur.] id est duritiem deponerent, idem lib. 8. epist. 11. in Carm.

Saxa & robora corneasque fibras
Mollit dulciloqua canorus arte.

Egelidarenturque.] Scilicet fibræ glaciales attepescerent, Egelidum id est tepidū, Vet. Glossog. *Egelidus tepidus.* Ouid. Eleg. 11. lib. 2. Amor.

Et gelidum Boream, Egelidumque Nothum.

Sic ex Seneca, Contro. 1. lib. 2. & ex ms. Claudij Puteani legendum est, Celsus lib. 1. cap 8. *Cui vero cibus acescit, is ante eum aquam bibere egelidam debet, & vomere.* Columellæ

lumellæ in horto. *Egelidum ver.* Apuleius lib. de mundo, *altera humida, & egelida,* vnde tractum est Egelidare. *Egelari,* Cœlio, Acut. morb lib. 3 c. 5. *egelatum*, eidem, Chro. l. 4. c. 3. *non frigidum, sed leniter egelatum, quod galactodes appellant.* Idem postea, *nam primò egelatum bibi debet, siue tepens, quod Græci galactodes appellant.*

Ineptit.] ī. epist. 17. l. 4. *quia te ineptire facetissimè allegas.* Lactant. de opif. Dei, c. 6. *sed libet ineptire.* Prosper de vita contempl. l. 3. cap. 17. *ineptire credentes illos.*

Ita studia iunxerunt.] init. huius epistolæ, & ī. epist. 9. lib. 5. *vnus nos exercuit ludus, magister instituit, &c.*

Brutescit.] Claudian. Mamer. de stat. Ani. lib. 2. cap. 3. *cur infra corporis modum Camelus brutescat, &c.* Fortunatus epist. ad Siagrium, *torpore vecordiæ ocij, quo mens ebria desipit, diutina tabe morbescente brutescens.* Isidor. in Gloss. mss. *Brutescunt, stulta fiunt. Brutescit, sensu minor fit.*

Perennabuntur.] Plauto familiare vocabulum, Ouidius de arte.

Arte perennat amor.

Columella de re rust. l. 1. cap. vlt. lib. 11. c. 3. & lib. 12. c. 20. Tertull. de resur. *constat non tantum ossa durare, sed & dentes incorruptos perennare.* Idem aduersus Psychicos, & de Pœnitentia. Gell lib. 17. c. 2. & Ausonius, *hunc rursus Augustus prior suis perennet fascibus.* Alcimi Epitaphium.

Quem pietas, quem larga fides, quem fama perennat. ī. e. vlt. l. 1.

CLAVDIANVS SIDONIO PAPÆ S. EPISTOLA II.

SI possibile factu esset, vt te dominum meum, vel aliquotiens aliquantulum conuenirem, nō vndeunde quarumpiam personarum, aut voluntates, aut necessitates inquirerem, sed quæ in rem debiti mei vsui mihi esse possent: Quippe reuisionis potestas multis modis ac miseris perinde causis intercluditur. Enimuerò scribendi facultas, aut rarò idonea suppetit, aut nec suppetit. Ista hæc eadem remissibilia sint, necne, tute iudicaris. Porrò autem quòd numero sæpe scriptis vestris alij impartiuntur, qui id ipsum nec ambiunt, quàm egomet forsan, nec merentur amplius: non arbitror amicitiæ legibus impunè committi. Illud etiam nunc dolenter faxo tacitum, quòd libellos illos, quos tuo nomine nobilitari non abnuis, nullo vnquam impartiuisti rescripto: sed vacuum fortè non suppetit, quòd tute modicum magnæ admodū impendas amicitiæ. Ecquo tam ex occupatu vnquam vspiámve implicabere, quin illud in aliorum commoda reuergat? cùm precatu Deum placas, eundem non modò amicis, sed & ignotis quoque concilias. Cùm scripturarum cœlestium mysteria rimaris, quò te studiosiùs imbuis, eò doctrinam cæteris copiosiùs infundis. Cùm tuas opes in vsus inopum prodigis, tibi quidem maximè, sed aliis quoque consultum facis. Proinde nihil videlicet, profectò nihil est, tam infœcundum actionum tuarum omnium, quod tibi vni soli tantùm, & non aliis quoque multis tecum, vberiorem fructum ferat. Nulla ergo cuius-

Ff

quam præpedimenti occasio prætendi vel falsò potest, cur egomet specialis atque intimus tuus, nihil ab speciali meo fructiferam, à quo ignoti quoque multum capiant plurimi. Sed vti ego autumo iuxta formam Euangelici largitoris, quod non das amico esurienti, dabis improbo pulsatori. Porrò si etiam nunc solito obdurueris, faxim egomet quòd tete pœnitebit: quoniam si peccatis vltra reticendo, ego protinus vlciscar scribendo. Porrò enim ambiguo caret, tam te puniẽdum scripto meo, quàm punior egomet silentio tuo. Vale.

Claudianus, &c.] doleo quod in suo Chronico, Aruerniæ nostræ decus, & Theologus palmarius impegerit, qui hunc Claudianum Mamercum, eundem cum Mamerco Viennensi Episcopo, huius Claudiani germano fratre, tradidit quod erroneum est: vt ĵ. epist. 11. huius libri apertè declaratur, sed tanto viro Trithemius, de scrip. Eccles. imposuit.

Sidonio Papa] Papæ, id est, Episcopo Aruernensi, & omnes Episcopi Papæ vocabantur antiquitus, ĵ. lib. 6. & lib. 7. & 8.

Vt te dominum meum.] id est Sidonium iam Episcopum, quem ante Episcopatum dominum non vocauit, vt patet ex libris de statu animæ, & ex Epistola nuncupatoria operi præposita, quippe Episcopi, titulo dominorum honorabantur. ĵ. lib. 6. in inscriptionibus Epistolarum, *Domino Papa*, & in fine. *memor nostri esse dignare domine Papa*, quibus locis plura.

Reuisionis.] ita *visio*, Concilij Spalensis. 1. præfatio.

Reuisionis potestas.] Ille enim Viennam incolebat, Sidonius Aruernam tunc temporis, quo hæc epistola scripta fuit, ille fratris Mamerci Viennensis Episcopi coadiutor, hic Aruernensis Episcopus, ĵ. epist 11. huius libri, atque ita reuisionis potestas propter incursus Gothorum, atque superuentus intercludebatur, *anteà*, id est ante Episcopatum Sidonij, potestas erat se mutuò visendi, Sidonius enim Lugdunum habitabat, & plerumque Viennam, ĵ. epist. 6. lib. 5. & 15. l. 7. quia Senator. ĵ. c. 16. l. 5. Viennæ enim *P. R. Senatum instituerat.* Ado Viennensis in Chronico. *Quam posteà Romani senatu composito, qui Gallias disponeret, senatoriam appellare voluerunt.* Pius Episcopus Iusto Episcopo: *Postquam ad senatoriam vrbem perrexisti.* Idem Pius, eidem iusto. *Tu verò apud senatoriam vrbem Viennensem eius loco à fratribus constitutus.* Auitus in homelia. *Putabatur à quibusdam Viennensis senatus, cuius tunc numerosis inlustribus curia florebat.* Eius Epitaph. *Claruit Zenone & Anastasio Impp. An. Dom. D. sepultus in monaster. DD. Petri & Pauli, apud Senatoriam Viennensium vrbem.*

Legibus committi.] *Lege committere.* Varro l. 1. de re rust. c. 1. Quintilianus lib. 7. cap. 2. ĵ. c. sequenti, *committi in iura.*

Quos tuo nomine nobilitari non abnuis.] Claudianus Mamercus libros tres de statu animæ Sidonio dedit, dicauit, epist. Claudiani Mamerci, quæ præfigitur operi, ĵ. epi. sequenti, *in quo dum ad meum nomen proæmiaris.*

Deum placans] *nec sibimet ipsis tantummodò, sed pluribus prosunt, &c.* & hæc quoad Mamerci sententiam Eucher. 3. Reg. cap. 18.

Cum tuas opes in vsus inopum prodigis. Sidonius indigentibus opes suas effusè largiebatur & erogabat, Gregorius Aruernus Turon. Episco. lib. 2. c. 22. vitam vide cap. 6. de statu animæ.

Speciali meo.] id est præ cæteris amico. Petrus Pictauensis in Epitaphio Gelasij Papæ. *Quod pater orbis Apostolicus summusque Sacerdos Ecclesiæ, matrisque tuæ specialis:*

& in fine, *Sacris in precibus specialem semper haberent.* Idem epi. 41. lib. 6. *vt speciali & intimo amico commendo.*

Faxim egomet.] Idem de statu animæ, l. 2. c. 10. *Faxint quod foret libitum, salubresque monitus spernant, haud impunè scilicet.* Ibid. *faxim tamen & aliis testificandi locum faxo.* 5. hac epist. Apuleiana vox.

SIDONIVS CLAVDIANO SVO S. EPIST. III.

COmmitti, Domine maior, in necessitudinis iura pronuntias, cur quòd ad Salue tibi debitum spectat, à stylo & pugillaribus diu temperem: quódque deinceps nullas viantum volas mea papyrus onerauerit, quæ vos cultu sedulæ sospitatis impartiat præter æquum ista coniectas. Si reare quemquam mortalium (cui tamen sermocinari Latialiter cordi est) non pauere cum in examen aurium tuarum, quippe scriptus, adducitur, tuarum inquam aurium, quarum peritiæ, si me decursorum ad hoc æui temporum prærogatiua non obruat, nec Frontonianæ grauitatis aut ponderis Apuleiani fulmen æquiparem, cui Varrones, vel Atacinus vel Terentius, Plinij vel auunculus, vel Secundus, compositi, impræsentiarum rusticabuntur. Astipulatur iudicio meo volumen illud, quod tute super statu animæ rerum verborúmque scientia diuitissimus propalauisti. In quo dum ad meum nomen procœmiaris, hoc munus potissimum cœpi, vt meæ fama personæ, quã operæ pretium non erat librorum suorum titulis inclarescere, tuorum perpetuaretur beneficio. At quod, Deus magne! quantúmque opus illud est materia clausum, declamatione conspicuum, propositione obstructum, disputatione reseratum, & quanquam propter hamata syllogismorum puncta tribulosum, vernantis tamen eloquij flore mollitum! Noua ibi verba, quia vetusta: quibúsque collatus meritò etiam antiquarum literarum stylus antiquaretur: quódque pretiosius est, tota illa dictio sic cæsuratim succincta, quod profluens: quàm rebus amplam, strictámque sententiis, sentias plus docere quàm dicere. Denique & quondam nec iniuria hæc principalis facundia computabatur, cui paucis multa cohibenti, curæ fuit causam potiùs implere quàm paginam. At verò in libris tuis iam illud quale est? quod & teneritudinem quanquam continuata maturitas admittit, interseritque tempestiuam censura dulcedinem, vt lectoris intentionem per euentilata disciplinarum philosophiæ membra lassatam, repente voluptuosis excessibus quasi quibusdam pelagi sui portubus foueat. O liber multifariam pollens! ò eloquium non exilis, sed subtilis ingenij, quòd nec per scaturigines hyperbolicas intumescit, nec per tapinomata depressa tenuatur! Ad hoc, vnica singularísque doctrina,

& in diuersarum rerum assertione monstrabilis, cui moris est de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari: quæque si fors exigit, tenere non abnuit cum Orpheo plectrum, cum Aesculapio baculum, cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Perdice circinum, cum Vitruuio perpendiculum: quæque nunquam inuestigare destiterit, cum Talete tempora, cum Atlante sydera, cum Zeto pondera, cum Chrysippo numeros, cum Euclide mensuras. Ad extremum nemo sæculo meo, quæ voluit affirmare, sic valuit: siquidem dum sese aduersus eum quem quidem contrà loquitur, exertat, morum ac studiorum, linguæ vtriusque symbolam iure sibi vindicat: Sentit vt Pythagoras, diuidit vt Socrates, explicat vt Plato, implicat vt Aristoteles, vt Aeschines blanditur, vt Demosthenes irascitur, vernat vt Hortēsius, æstuat vt Cethegus, incitat vt Curio, moratur vt Fabius, simulat vt Crassus, dissimulat vt Cæsar, suadet vt Cato, dissuadet vt Appius, persuadet vt Tullius. Iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione veniatur, instruit vt Hieronymus, destruit vt Lactantius, astruit vt Augustinus, attollitur vt Hilarius, summittitur vt Ioannes, vt Basilius corripit, vt Gregorius consolatur, vt Orosius affluit, vt Ruffinus stringitur, vt Eusebius narrat, vt Eucherius sollicitat, vt Paulinus prouocat, vt Ambrosius perseuerat. Iam verò de hymno tuo si percunctère quid sentiam, commaticus est, copiosus, dulcis, elatus, & quoslibet Lyricos dithyrambos, amœnitate poëtica, & historica veritate supereminet. Idque tuum in illo peculiare, quòd seruatis metrorum pedibus, pedum syllabis, syllabarúmque naturis, intra spacij sui terminum, verba ditia versus pauper includit: nec arctati carminis breuitas, longitudinem falerati sermonis eliminat: ita tibi facile factu est minutis trochæis, minutioribúsque pyrrhichiis, non solùm molossicas, anapesticásque ternarias, sed epitritorum etiam, pæonúmque quaternas superuenire iuncturas. Excrescit amplitudo proloquij angustias regulares, & tanquam paruo auro grandis gemma vix capitur: emicátque vt equi potentis animositas, cui frementi si inter tesqua vel confraga frænorum lege teneatur, intelligis non tam cursum deesse quàm campum. Quid multis? Arbitro me, in vtroque genere dicendi nec Athenæ sic Atticæ, nec Musæ sic musicæ iudicabuntur, si modò mihi vel censendi copiam desidia longior non ademit. Nam dum impactæ professionis obtentu nouum scribendi morem gradatim appeto, & veterem saltuatim dedisco, de bono oratore nil ampliùs habeo quàm quod malus poëta plus esse cœpi. Proin quæso delicti huius mihi gratiam facias, quòd aliquantisper mei meminens, arentem venulam rariùs flumini tuo misceo. Tuam tubam totus, qua patuit orbis iure venerabitur: quam constat geminata felicitate ceci-

nisse, quando nec æmulum reperit, nec æqualem, cùm pridem aures & ora populorum, me etiam circumferente, peruagaretur. Nobis autem grandis audacia, si vel apud municipales, & cathedrarios oratores, aut forenses rabulas garriamus, qui etiam cùm perorant (salua pace potiorum) turba numerosior, illiteratissimis literis vacant. Nam te, cui seu liberum, seu ligatum placeat alternare sermonem, intonare ambifariam suppetit, pauci quos æquus amauit imitabuntur. Vale.

COMMITTI *domine maior*] s̄ ep.2. huius libri: *Non arbitror amicitiæ legibus impunè committi. committi in iura.* Nouella Theodosij, Ne curialis, &c. j̄. ep.2. lib.8. *committi peccatum dicitur.* Asconius: *committere in legem.* l. vlt. Cod. de adsessoribus, & l.10. C. Th. de indulgentiis criminum.

A stylo & pugillaribus diu temperem] j̄. ep 7. lib 5. *longùm à literis temperatis.* & ep. 3. lib.9. *hisce de causis temperaui stylo,* &c.

Nullas viantum volas mea papyrus onerauerit] s̄. ep.7. lib.3. *mementoque viatorum manus grauare chartis.* Isido in Gloss. mss. *viantes, pergentes, ambulantes.*

Sermocinari latialiter] j̄. Carm 23. *Et te seu latialiter sonantem.* Martian. Felix lib.5. & 6. de sermocinandi verbo. Gellius lib.17. cap.2. s̄. ep.9. lib.2. *diuersa censentes sermocinabamur.*

Nec Frontonianæ grauitatis] D. Hieron. Rustico monacho: *Vt post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatem Frontonis, & lenitatem Plinij alphabetum discerem.*

Aut ponderis Apuleiani flumen] Quidam mss. fulmen. ms. Fauchetij vtramque retinet. magis arridet flumen. De Apuleio Salisberiensis Policratici, lib.7. cap.6. *In vtraque vero lingua Græca scilicet & Latina, nobilis extitit Apuleius Afer, vir magnus imprimis, & qui venustate morum & dicendi copia, Socraticum fontem & torrentem Platonicum faciè redoleat vel tenuiter sapienti.* Mamertum autem in libris de statu animæ spirare Apulei stylum ausim affirmare vel ex cap 10. lib.2. *Qui stipem suam variis collucernationibus dilapidauit.* Apuleius in Apolog. *& omnimodis collurchinationibus dilapidauit.* Vterquè locus mendæ suspicione non vacat, in Apuleio collurchinationibus, & in Mamerco collucernationibus. Collucernationes existimabam esse, comessationes & intempestiua conuiuia, eorum, qui *ad cereos & lucernas viuebant.* vt ait Seneca. Sed cùm hoc nomen ex Apulei condo depromptum sit, vtrobiquè legendum esse arbitror, collurchiationibus. *Lurcari est cum auiditate cibum sumere.* Non. *Lurcones, bonorum suorum consumptores.* Festus. *Lurchiabundus* Catoni apud M. Fabium lib.1. cap.11.

Cui Varrones, vel Atacinus, vel Terentius] Duos Varrones prædicant, quorum alterum Narbonenses suum esse confirmant, qui ab Atace Galliæ Narbonensis fluuio, Atacinus dictus est. Eusebius in Chronico, & Porphyrio lib.1. sat 10. de quo honorificè præter cæteros Velleius Paterculus lib.2. & M. Fabius lib.10. cap.1. Et ita sæpiùs *Atacinus* citatur à Carisio, & aliis.

Impræsentiarum] Impræsentiarum s̄. ep.6. lib.3. *bene impræsentiarum fides vestra reminiscitur.* j̄. ep.9. lib.5.

Rusticabuntur] j̄. ep.2. lib.7. *si quid stylo rusticante parauero.* ep.3. lib.9. *donate veniam paginam rusticantem.* & Carm.10.

Nec risit pia turba rusticantem.

Quoad sensum, Symmacho Auson. ep.17. *Quisquam ne ita nitet, vt comparatus tibi non sordeat.*

Volumen illud, quod tute super statu animæ] De quo volumine Claudianus Mamercus ep.2. huius libri, & in epistola nuncupatoria ad Sidonium nostrum, & in

altera epist. ad Sidonium, quæ in fine operis de statu animæ legitur, vide ep. 2. l. 5.

Ditissimus] à dives divitior, superlatiuè divitissimus. Martialis:

Romanum propius divitiusque forum.

Calphurnius Æglog. 3. *Sum quoque ditior.*

Dum ad meum nomen proemiaris] Claudian. Mamercus epist. 2. lib. 4. *quos tuo nomine nobilitari non abnuis.* Plin ep. 3. lib. 2. *proemiatur aptè, narrat apertè*; à proemio proemiari, vt à principio principiare. Curius Fortunatia. 3. Rhetor. *Sed vt limpidius hoc genus principiandi deprehendatur*, vt ab initio initiare, Optatus Mileuitanus lib. 4. init. *Nullus vestrum est, qui non comitia nostra suis tractatibus misceat, qui non aliud initiet, & aliud explicet.* Philoxenus, ἄρχομαι, initio, incohoo. Proemiatur autem ad nomen Sidonij Claudianus Mamercus, his verbis: *Magnum in genere humano Sollî Sidoni frater amantissime*, &c. præter epist. dedicatoriam, quæ proemij loco est.

Propter hamata syllogismorum puncta] ꝫ. ep. 9. lib. 9. *Syllogismis tua propositionis vncatis, volubilem tergiuersantem linguam inhamantibus.*

Vernantis eloquij] Prosper lib. 3. cap. vlt. *non qua vernantis eloquij venustate atque amœnitate luxuriat.*

Noua tibi verba, quia vetusta] Quintilian. lib. 1. cap. 11. *Verba à vetustate repetita, non solùm magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione, nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant.* paulo post: *Ergo vt nouorum optima erunt maximè vetera, ita veterum maxime noua.* ꝫ. Carm. 9.

Et nulli modò Martium secundum
Dicendi arte noua, parem vetustis.

O eloquium non exilis, sed subtilis ingenij] Subtilis ingenij vir Mamercus Gennad. de viris inlust. cap. 83. *Claudianus Viennensis Ecclesiæ presbyter, vir ad loquendum artifex, & ad disputandum subtilis.* Eadem verba repetunt Honorius Altissiod. cap. 85. Ado Vienn. in Chronic. Berengarius in Apologia ms. Pet. Abailardi, contra S. Bernardum Clareuall. Abbatem, vbi de erroribus S. Hilarij: *Claudianus presbyter Lugdunensis, vir Christianissimus, & subtilis ad disputandum, quàm artifex ad loquendum sic personat*, &c.

Monstrabilis] ꝫ. ep. 6. lib. 3. *Et ob omnia felicitatis naturæque dona monstrabilis.*

Cum Orpheo plectrum] Insigne Orphei, lyra siue plectrum. Anticlaud. lib. 2. *cytharisat vt Orpheus*, cuius repertor esse dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56.

Cum Æsculapio baculum] Festus lib. 9. *Æsculapius bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis.* Ouid. lib. 15. Metamorph.

baculumque tenens agreste sinistra.

Cum Euphrate horoscopum] De Euphrate Plinius ep. 10. lib. 1. & Dio. in Hadriano: Philosophus insignis qui Traiano vixit, & Hadriano AA. Eusebius in Chron. ann. Dom. 98. & 123.

Cum Perdice circinum] Anticlaudian. lib. 2. *Circinat vt Perdix.* ex Ouid. lib. 8. Metamorph Higinus lib. Fabul. cap. 274. *Perdix Dædali sororis filius, & circinum, & serram ex piscis spina reperit.*

Cum Zeto pondera] Anti-Claudian. lib. 2. *vt Athlas*
Sidera perquirit, vt Zetus pondera librat.

Cum Chrysippo numeros, cum Euclide mensuras] Anti-Claudian.
Tanquam Chrysippus numerat, metitur vt alter
Euclides.

Vide ꝫ epist. 9. lib. 9. ad hæc: *Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis.* De mensura autem, numero, & pondere tractat Claudian Mamercus libro 1. cap. 4. 5. & 6.

Siquidem dum sese aduersus eum, quem contra loquitur exertat] Sidonius Fausti nomen reticet, aduersus quem Mamercus stylum exerit, huius enim auctoris opuscu-

Inm erat absque indice. Mamercus in epistola nuncupatoria ad Sollium Sidoniú, *Sane opusculum illud sine auctore proditum.* Idem lib. 1. cap. 2. Faustus enim Regiensis librum de creaturis quod illis incorporei nihil insit, conscripsit Gennadius de viris inlustr. cap. 85. *Item alium adversus qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum.* Idem Petrus Aquilinus lib. 2. cap. 91.

Nemo saeculo meo] Sic mss. & vett. mendosè in Basil. libro legebatur *secundo*, natus error ex mss qui ita breuiant s̄clo. Idem error apud Claudianum Mamercum lib. 2. cap. 8. *multis post Platonem secundis*, pro seculis.

Quae voluit affirmare, sic valuit] Fortunatus lib. 4. de S. Martino:

Quam pius vt voluit, valuit neque soluere molem.

Collatio Carthaginen. 1. distinct. 16. *Quos tunc accusare voluerunt potius, quàm conuincere valuerunt.*

Sentit vt Pythagoras] Non quoad metampsicosim, & animae transmigrationem, sed quoad animae statum creationemque. Claudianus Mamerc. lib. 2. cap. 3. cap. 7. & 8. Anti-Claudianus lib. 2. *Vt Samius sentit.* vel quia sententiae Pythagorae tanquam oracula habebantur. Diocles.

Diuidit vt Socrates] Anti-Claudian. lib. 2 *Diuidit vt Socrates.*

Dilogia autem videretur, nisi in laudem Mamerci id prolatú esset, diuidere enim in obscenis est, Plauto & Petronio. Socratem autem vt diuisorem & puerarium distinxerunt antiqui, praeter Lucianum, & Theodoretum Graecarum affectionum serm. 12. Seneca ep. 104. Tertullianus in Apolog. distinct. 148. *Lego partem sententiae Atticae in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatam.* vnde conuicium in Socratem ὄμματα παιδεραστοῦ, id est, *oculi corruptores puerorum.* Cassian. Collat. 13. cap. 5. Lucilij iocus apud Nonium in *signare*, & in *discrimen*. Non absimilis ille Senecae, de Tranquillit. cap. 15. *cum pueris Socrates ludere non erubescebat.* Summam autem Philosophiae in diuisione collocabat Socrates, auctore Platone, vnde Sidonius, *diuidit vt Socrates.*

Explicat vt Plato, implicat vt Aristoteles] Anti-Claudianus lib. 2.

vt Soldius implicat, explicat idem.

Vt Naso] Cùm huncce Soldiú anxiè quaesierim, nec quaerenti se obtulerit, existimo legendum esse cum Lodoico Caduceo meo, *vt Sollius implicat*, id est, Sollius Sidonius, qui epistolarum insigne volumen, & Carminum opus operosum & implicitum contexuit, nec facile & explicitum. Petrus Pictauensis in epistola contra calumniatorem, de Sidonio, epistolae ipsius tam in metro, quàm in prosa elegantissimae intelligentibus testes existunt. Petrarcha in epistolari praefatione. *Nam Sidonij temeritatem admirari vix sufficio, nisi forte temerarius ipse sim, dum temerarium illum dicam, dum sales eius seu tarditatis mea, seu illius styli obice: seu fortasis, (nam vnumquodque possibile est) scripturae vitio, non satis intelligo.* Et Vincentius specul. historialis libr. 21. cap. 46. & ex eo Antoninus titul. 11. cap. 13. *Vir ingeniosus, & cothurnatae eloquentiae, multa scripsit epistolas difficiles.* Sollius autem absolutè Sidonius Apollinaris appellatur, s̄. epist. 9. lib. 1. *Solli meus.* Vide quae notaui: adde quod ait Gregor. Turonen. de miraculis S. Iuliani, cap. 2. lib. 2. *vt Sollius noster*, &c.

Vt Demosthenes irascitur] Anti-Claudianus lib. 2.

Mercurij sensus, nostri Demosthenis iras.

Demosthenis arma Petronio.

Vernat vt Hortensius, aestuat vt Cethegus] Vernat, aestuat, j. epist. 11. lib. 8. *vernans verbis, aestuans votis.* Hortensio distributionem tribuit Apul. in Apolog. *cuius oratio inter paternos sinus coaluit.* D. Hieronym. ad Laetam epist. 7.

Incitat vt Curio] Anti-Claudianus lib. 2. *succendit vt Curio*, s̄. epist. vlt. lib. 1. *solus Curio meus.*

Simulat vt Crassus, dissimulat vt Cæsar] i. Iulius Cæsar. Anti-Claudianus:
vt Crassus simulans, vt Iulius alter.

Dissimulans. Crasso *maturitatem*, auctor de claris oratorib. *copiam*, Tertullian. in Apolog. tribuunt.

Suadet vt Cato, dissuadet vt Appius] Anti-Claudian.
blanditur vt Appius, vrget.

Vt Cato. Quæ Sidonij verba non infeliciter exscripsit Anti-Claudian.

Simulat, dissimulat] Salust. init. Catilin. *Cuiuslibet rei simulator & dissimulator.* Seru. *Dissimulamus nota, simulamus ignota: dissimulamus quod sumus, simulamus quod non sumus.* Vide Non cap. 5.

Destruit vt Lactantius] D. Hieronym. epist. ad Paulinum: *Lactantius, quasi quidam fluuius eloquentia Tulliana, vtinam tam nostra confirmare potuisset, quàm facilè aliena destruxit.*

Attollitur vt Hilarius] D. Hieronym. eadem epistola: *S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & eloquentia Latina Rhodanus.* D. Hieronymus in proem. epist. 2. ad Galatas.

Moratur vt Fabius] Qui à cunctando, i. morando *Cunctator* dictus est. vnde illud Ennij, & ex eo Vergilij.
Vnus qui nobis cunctando restituit rem.
Sillius lib. 6. & 7. Liuius lib. 22. & reliqui.

Vt Ruffinus stringitur] Hic enim eleganti stylo perstrinxit historiam. Gennad. de viris inlustr. & ep. 9. lib. 2.

Vt Eusebius narrat] Id est, Eusebius Chronographus, de quo j. epist. 6. lib. 8. in fine.

Vt Eucherius sollicitat] Id est, Eucherius Episcopus Lugdunensis, qui omnes ad insulæ Lyrinensis eremum inuitat, atque sollicitat ad sacræ scripturæ lectionem, & genus vitæ emendatioris, manifestè paret ex operibus suis, de quibus Gennadius de viris inlustr. cap. 63. præter libros quos ille numerat, sermones habuit ad populum, qui inter Homelias quæ circumferuntur, nomine Emisseni Eusebij interspersi sunt, quæ non sunt Eusebij, nec omnes Eucherij, vt Baronius putat, anno 441. Homelia enim 4. de Pascha. Maximi Regiensis est, cuius titulus præcedentes tres Maximo vindicare videtur, quarum tamen 1. & 3. inter Cæsarij homelias inuenitur, 5. autem in veteri ms. S. Germani Parisiensis, cum hoc titulo: *Homelia S. Isidori.* Homeliam etiam ad monachos 5. 6. 9. 10. & exhortationem plebem I. Cæsario adscribunt eius opera. Homeliam de S. Maximo Faustiesse Dinamius scribit, in vita S. Maximi, habuit & sermones de statu animæ, quos allegat Claudianus Mamercus lib. 2. ca 10. Illum commentatia in Genesim, & in libros Regum ad Salonium & Veranium fratres episcopos scripsisse, Isidor. lib. de viris inlustrib. cap. 5. & Honorius cap. 15. traddidere, sed in eo falsi sunt, hæc enim non sapiunt Eucherij stylum, nec à Gennadio ponuntur inter opera Eucherij, & quod his argumentum validius est, Cassiodorum Senatorem laudat, in cap. 18. lib. 3. Regum, qui longè post Eucherium Episcopum Lugdunensem fuit, hic enim vixit Valentiniano & Martiano AA. Ille Iustiniano & Theodorico rege Italiæ & Gothorum, nisi is presbiter Lugdunensis sit Honorius.

Iam vero de hymno tuo] Qui canitur in Ecclesia, Dominica, in Passione Domini, ad laudes, & incipit: *Pange lingua gloriosi prælium certaminis*, &c. Claudianum autem lectiones, responsoria, hymnos, psalmos singulis diebus festis aptos, in Ecclesia decantandos excerpsisse dicit j. ep. 11. huius libri.
Hic solemnibus annuis parauit,
Quæ quo tempore lecta conuenirent.

Ille

Ille verò hymnus præ cæteris elegãs est, qui tamẽ inter opera Fortunati numeratur l.2. Et illi tribuit Dungalus ms. de imaginib. legitur etiam in Antiphonariis Greg.

Phalerati sermonis] id est, ditis & ornati, 5. ep.9. lib.1. *Heroicorum phaleris*, præter ea quæ notaui, auctarium erit, quod ait D. Ambrosius ep. 31. ad Valentinianum Aug. *phaleratis dotata sermonibus*. Idem de Incarn. domini sacramento, cap.6. *phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci*. Idem in Lucam lib.2. cap.15. *Nam si orator aliorum qui phaleras loquuntur*. Idem cap.18. *Plebem Dominus simplicem requisiuit, quæ phalerare audita, & fucare nesciret*. Valentinianus & Marcianus Augusti, Nouella vni. Neminem exhiberi *phalerata verba, & sermo fucatus*. Prosper de vita contemp. lib.3. c. vlt. in fine: *Et prudentibus viris non placent phalerata, sed fortia*. Ennod. in dictione data Stephano: *Sine phaleris est omne quod dictat affectio*. phaleræ pro ornatu, 7. e.9. hu. li.

Tesqua] 7. Carm. 5.

Seu te flammata Syrtes, & inhospita tesqua.

Sunt loca aspera & prærupta. Festus & Isidor. lib.15. cap.12.

Nec Athenæ, sic Atticæ] Cic. Oratore: *Vt miremini hunc maximè, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas*. Plin. ep.3 lib.4. *Hominem Romanum tam Græcè loqui? non mediusfidius ipsas Athenas tam Atticas dixerim*. *Athenæ Atticæ*, Plauto Epid. Milite, Pseud. Apuleius lib.1. *Inde me commodum egredientem, continuatur Pythias condiscipulus apud Athenas Atticas meus* (ne quis in huius verbi salebra hæreat, continuatur Apuleio, id est, offendit me, occurrit mihi. idem lib.6. *continuaberis claudum asinum*. Et ita legendum esse apud Symmachum epist. 44. lib. 4. *Nam me in syluis Laurentibus continuatus est, ruralis inhærentem quieti*. docuit me v. doctiss. notis eruditiss. in Apuleium Ant. Dolæus) & Nonius ex Sisenna, *Continuari, conuenire, concurrere*. Vt ad Sidonium. Apul. lib.4. Florid. *& secta licet Athenis Atticis confirmata*. Marcellin. lib.27. *Athenis Atticis antehac magister Rhetoricus*. Symmachus ep.33 lib.5. *Et vt solent Athenas Atticas aliqui, vel gymnasia petere Musarum*. de quibus Athenis Atticis Sidonius exaudiendus est, quæ vrbs sic ad reliquarum differentiam vrbium, quæ Athenæ vocabantur, appellata est, ob Atticæ linguæ, quæ in ea floruit, elegantiam. Plinius ep.3. lib.2. init. *sermo Græcus, imo Atticus*. vnde *Atticissare*, 5. ep.1. lib.4.

Nec Musæ, sic Musicæ] 7. Carm.23. *& ipsas*

Musas, non ita musicas putares.

Impactæ professionis] Sidonio reluctanti, & inuito, episcopale onus impositum fuit, 7. epist.3. lib.5. *Vt pote cui indignissimo tantæ professionis pondus impactum est*. idem epist.7. lib.6. *Indignissimo mihi impositum sacerdotalis nomen officij*. in concion. lib.7. *professionis huiusce pondus impactum est*.

Mei meminens] 5. epist.10. lib.2. *Suique oppido meminens*. ep.3. lib. 6. 7.

Tuam tubam] Claudianus de statu animæ, lib.2. cap.3. *multisonam Pythagoreorum tubam, & lituum Platonis exaudiat*. 5. ep.10. lib.2. *Sic nostra quantulacunque est, tubis circumfusa potioribus stipula raucesiit*. idem in Carm.9.

Præstantemque tuba Sencrianum.

Tropicè, vt & Lupus Tricassinus e p.1. lib.6. *tubicinis* titulo decoratur. Prudentius libro 2. in Symmachum *magnisque tubam concentibus inflat*.

Quando nec æmulum reperit, nec æqualem] 5. ep.3. lib. 2. *Illud gratiæ singularis, quod tam qui te æmulentur non habes, quàm non inuenis qui sequantur*.

Forenses rabulas] Quòd aduocati inter orandum mutuis se conuiciis lacesserent, & vltrò citroque adlatrarent, vetus conuicium in eos, *forenses rabulæ*, & *canina facundia*. Isidorus de summo bono lib.3. cap.60. *Antiqui forensem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quòd causidici in certaminibus causarum, omissis quæ agunt, veluti canes alterutrum sese lacerant, iurgiaque causarum ad iniurias suas commutant*. De quo more præter Senecam lib. 2. de Ira, cap. 25. Plinium epist.13. lib.1. & epist.5. lib.6. Apul. li.3. & in Apolog. Columel. Præf. ad Siluinum l.1. *Sed ne caninum quidem (sicut*

dixêre veteres) præstantius, locupletissimum quemque adlatrandi. & Ammianus libro 30. D. Cyprianus epi.1.lib.2.ad Donatum: & Cassiodorus ep.7.lib.10. Petronius apud Fulgentium continent. Vergil.lib. *Tricerberi fabulam iam suprà exposuimus, in modum iurgij forensisque litigij positam, vnde Petronius in Euscio ait, Cerberus erat, forensis causidicus, caninæ contentionis iurgiosa certamina* Iulio Firmico in Præfat. lib. 4. Math. & Martianus Felix in fine lib. 9.

> *Indocta rabidum quem videre sæcula,*
> *Iurgiis caninos blatteratus pandere.*

Paulinus ep. 1. ad Seuerum: *Et pollutam canina facundia linguam.* Mimerio & Alexandro epist. D. Hieron. *Et de canina (vt ait Appius) facundia, ad Christi disertitudinem transmigrastis.* Fulgentius in Astronomicis:

> *Legicrepi tundunt, latrant fora.*

Glossæ vett. *legicrepa*, Νομοδίφας.

Rabulas] Sulpitius Apollinaris: *Nam cùm ille, inquit, rabula audaculus postulasset. forensis rabulatio* Martiano Felici lib. 6. & *rabula forenses*, Symmacho ep. 23. lib. 3. Vergilius, *Philisto dixit tace rabula:* Donatus. & Glossæ vett. στωμαργὸς, *Rabula.* pro locuteleio.

Turba numerosior in literatissimis literis vacant] Sinuosa volumina litis, prosecutiones, & forensem petimachiam, non illepidè literas illiteratissimas appellat Plinius epist. 10. lib 1. *Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illiteratissimas literas.* De his verò Sidonius intelligendus est, qui bonis literis nuntium remittunt, & in totum se dedunt & mancipant literis illis illiteratissimis, quæ literatis literis infestissimè nouercantur, de quibus Ammianus lib. 30. & Martianus Capella lib. 6. *Sed quis nunc Archadicum & Medinum sapis, præsertimque ex illo quo desudatio curaque districtior tibi forensis rabulationis partibus alligata, aciem industria melioris obtundit.*

Alternare] 5. ep. 5 lib. 1. *Et modò calores alternante, modò frigora.* 7. ep. 3. lib. 9. *Quas vel loco lepidas, vel stylo cultas alternare felicium est.* Idem epist. 17. lib. 5. *alternante mulcedine.* Apuleius lib. 2. Asin. *Et tertium inter nos vicissim & frequenter alternat poculum, alternatio, per vices successio.* Festus lib. 1. in Panegyr. Maximiani: *Gesorigia muris pertinax, cuius portum statu vicibus restu alternat.* Claudian. Mamercus in præfat. ad Sidonium: *Varium cum aduersario luctamen alternat.*

Pauci quos æquus amauit imitabuntur] Sic mss. & vett. hemistichium Vergilij adagio cessit. Plin lib. 1. ep. 2. *Nam vim tantorum virorum pauci quos æquus amauit, assequi possunt.*

SIDONIVS SIMPLICIO ET APOLLINARI SVIS S. EPISTOLA IIII.

ECcum, vel tandem adest promissio mea, expectatio vestra. Faustinus paterfamilias domi nobilis, & inter maxima patriæ iam mihi sibique communis ornamenta numerandus, hic meus frater natalium parilitate, amicus animorum similitudine sæpe etiam ioca miscui: cúmque abhinc retro iuuenes eramus, in pila, in tesseris, saltibus, cursu, venatu, natatu, sancta semper ambobus, quia manente charitate, contentio. Mihi quidem maior hic natu, tantùm tamen vt eum non tam honorari necesse esset, quàm delectarer imitari, simul & ipse hinc amplius capiebatur, quòd se diligi magis, quàm quasi coli intelligebar. Sed prouectu ætatis ex militia clericali cùm esset amabilis priùs, cœpit mo-

dò esse venerabilis. Per hunc salutem dico, videre vos (sub ope Christi) quàm maturissimè si per statum publicum liceat, cupiēs. Quocirca nisi desiderium meum videtur onerosum, remeante præfato, fiam locorū vestrorum & temporum gnarus. Stat sententia eluctari oppositas priuatarum occupationum difficultates, & complectendis pectoribus vestris quamlibet longum officium deputare: si tamen, quod etiā nunc veremur, non vis maior disposita confundat, quæ vos quoque non perindignum est cum fratre Faustino, prout tempora monent, tractatu communicato deliberare: Quem ego quia diligo, tanquam qui me diligat, misi. Si respondet iudicio meo, gratias ago. Porro autem cùm vir bonus ab omnibus censeatur, non est homo peior, si non est optimus. Valete.

ET *inter maxima patriæ iam mihi sibique communis ornamenta numerandus*] Plinius ep.12.lib.8. *Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamenta numerandus.* S. ep. 7. lib.1. *Et inter principalia patriæ nostræ decora ponendi.* Ammian. Marcell.l.27. *Symmachus Aproniano successit, inter præcipua nominandus exempla doctrinarum atque modestia.*

Hic meus frater natalium paritate] Fratris nomen coæuis & collactaneis inditur, S. ep.5. lib. 3. *Quicquid meus ætate frater, professione filius.*

Amicus animorum similitudine] Animorum morumque similitudo coniungit amicitias. Plin. ep.16. lib.4. *Quum sit ad connectendas amicitias, vel tenacissimum vinculum morum similitudo.* Petrus Rauennas serm.101. *Si amicos morum facit imitatio, morum similitudo coniungit.* & ī. ep.14. lib.7. *Cui me animus potentialiter notum, morum similitudine facit.*

Sæpe cum hoc seria, sæpe etiam iocos miscui] Plin. ep. 13. l.2. *cum hoc seria, cum hoc iocos miscui.* idem ep.17. l.4. *Nihil à me ille secretum, non iocularе, non serium, non triste, non lætum,* & ep.1. l 8. *Encolpius quidem lector, ille seria nostra, ille deliciæ.* illudque adagioni cessit. Cic. 2. de Finib. *at qui cum ioca & seria (vt dicitur.)* Salust. in Iugurth. *Seria & ioca cum simillimis agere Syllam* ait, prope finem. Ouid. 1. Trist. Eleg. 7.

Quid nisi tot lusus, & tot mea seria nosces.

Idem 2. de Ponto, Eleg. 4.

Seria multa mihi tecum collata recordor,
Nec data iucundis tempora pauca iocis.

Idem 4. de Ponto Eleg. 3.

Ille ego qui primus tua seria nosse solebam,
Qui tibi iucundis primus adesse iocis.

Quintil. Declam. 307. *amicus illius fuisti, cum hoc tibi seria ac ioci.* Auson. de Nepotiano Grammatico: *Tam seriorum, quam iocorum particeps.*

Idem in Parentalibus Carm. 8.

Ambo pij, vultu similes, ioca, seria mixti.

Retro iuuenes] Ita *retro principes.* Lamprid. Alexandro, Constantinus Pragmatico ad Syluestrum: D. Ambros. ep.30. Collat. Carthag. 1. cap. 4. & 3. c. 29. Ennod. in Epipha. Corippus l.3. passim in Codd. & in Nouellis Impp. Tertull. aduersus Marcio. *cæterum si & retro decucurrit.* Phœbadius contra Arrianos: *recondita retro sacramenta.* ibid. in fine: *retro damnata fuerant.* Pius Papa in Decret *à multis retro seculis, retro numerandi.* l 10. C. de numerariis, *retro latæ sanctiones.* l. 11. C. de professorib. *retro familiaris ac.* Symmacho ep.21. lib.1.

In pila, in tesseris] Hæc sunt exercitia iuuenum, quibus se delectatum fatetur, S.

ep.2.lib.2 ep.3.lib 3. sphæristerio autem iungit aleatorium, idem s̄. ep.2.lib. 2. & j̄. ep. 17.lib 5. & 11.lib.8.

Sancta contentio] j̄.ep.11.lib.8. *nascitur semper sancta contentio.*

Quòd se diligi magis, quàm quasi coli intelligebat] Sueton. Othone, cap. 11. *Quò efficaciùs coleret, etiam diligere simulauit.* Martialis lib. 2. ad Sextum:

vix te Sexte coli, volebam amare.

Plinius ep.9.lib.2. *diligeris, coleris.* Auson.

Diligo Burdegalam, Romam colo.

Cepit modò esse venerabilis] Quia à militia clericali in episcopatum accitus est, venerabiles autem episcopos antiquitus nuncupabant, s̄. ep.2. lib.4. j̄.ep.5. lib.6. Faustinum autem non ita dudum fuisse creatum Episcopum, patet ex epistola 6. lib.4. eadem verborum copula apud Eutropium in Constantio: *Hic non modò amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit.*

Per statum publicum liceat] i. rem communem & publicam. s̄. ep.11. lib. 1. *Deum testor, & statum publicum.* Curtius lib.10. *Curis omnium ad formandum publicum statum, à tam solemni munere auersis,* &c. Sulpicius Alexander lib. 4. Hist. *in Gallia status publicus perturbatur* lib.1. Saturnal cap. 12. Macrob. *Idoneus emendationi publici status extitit. communis status,* Nouella Theodos. de ambitu, &c.

Stat sententia] Symmachus epist. 28. lib.1. *Stat sententia honorem tuum celebrem præstare colloquiis.* P. Consentius, *Quæ in at exeunt, accusatiuo casu discriminantur: vt iuuat me, te, illum, nos, vos, illos, interdum tamen interpositis vel nominibus: vt si dicas, stat sententia.* Ouid 8. Metamorph. *Et stat sententia tradere mecum*

Dotalem patriam.

Vis maior] i. vis cui resisti non potest humano iudicio, iurisconsultis & probatis auctoribus locutio familiaris, præter ea quæ alij notarunt. Paulus 1. Sent. tit. 8. de integri restitut. & in l. Dei, titul. de deposito, in fine: Nouella Theodos. & Valent. *Imperatoriæ siquidem vis maior laudis est, aliqua decreta mollire, quando vis maior inopinatæ cladis fatale generauit incommodum.* Iidem Impp. de pecunia Afris credita, &c. *quæ improuisæ cladis impetu vis maior abstraxit.* Donat. lib. 4. Æneid. *amor vocatur vis maior, vrget inquit, vis intolerabilis.* Pruden. Psycom. *quoniam vis maior acerbam*

Compellit tolerare fugam.

Disposita confundat] Symmac. ep.49. l.7. *plerumque sors disposita conturbat,* j̄. ep. 11. lib. 5. *si disposita succedant.*

Cùm vir bonus ab omnibus] Improbissimi sunt, qui cùm boni habeantur, non sunt optimi Saluianus l. 4. *Quia magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat, & reatus impij est, pium nomen.*

SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM.

EPISTOLA V.

ITerat portitorē salutationis iteratio: Gozolas vester (Deus tribuat vt noster) apicum meorum secundò gerulus efficitur. Igitur verecūdiam vtrique eximite communem. Nam si etiam nunc silere meditemini omnes, & me cui & illum per quem scribere debeatis, indignum arbitrabuntur. De temporum statu iam nihil vt priùs cōsulo, ne sit moribus tuis oneri, si aduersa significes, cùm prospera non sequantur. Nā cùm te non deceat falsa mandare: atque item desint votiua memoratu, fugio quicquid illud mali est, per bonorum indicia cognoscere. Vale.

Portitorem] Hieronymus Niceæ Hypodiacono Aquileiensi, *ante chartæ & membranarum vsum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum, mutuò epistolarum alloquia missitabant, vnde & portitores earum tabellarios, & scriptores à libris arborum, librarios vocauere.* Idem Isidorus lib. 6 cap, 8. origin. ex Hieronymo.

Gozolas vester.] 5. epist. 4. lib. 3. *Gozolas natione Iudaeus, cliens culminis tui.*

Secundò gerulus efficitur.] Prius enim Sidonij literas ad Magnum Felicem attulerat. 5. epist. 4. lib. 3. *defert literas meas, quas granditer anxius exaraui.*

De temporum statu] 5. epi. 4. lib. 3. *Intereà si vel penes vos recta sunt, bene est.*

SIDONIVS APOLLINARI SVO S. EPISTOLA VI.

PEr Faustinum antistitem, non minùs mihi veteris contubernij sodalitate, quàm nouæ professionis communione deuinctum, verbo quæpiam cauenda mandaueram, dicto paruisse vos gaudeo. Siquidem prudentibus cordicitus insitum est, vitare fortuita: sicut itidem absurdum est, si cœptis audacibus aduersetur euentus, consurgere in querimonias, & inconsultarum dispositionum culpabiles exitus ad infamāda casuum incerta conuertere. Quorsum ista hæc? ais. Fateor me nimis veritum ne tempore timoris publici non timeres, & solidæ domus ad hoc æui inconcussa securitas, ad tempestuosos hostium incursus pro intempestiua deuotione trepidaret, inchoarétque apud animorum matronalium teneritudinem solennitas expetita vilescere, quanquam in pectoribus earundem ita sibi sit genuina sanctitas peculiare metatā domiciliū, vt si quid secus viantibus accidisset, lætaturæ fuerint quoddam se pro martyre tolerasse martyrium. Ast ego cui maiorem diffidentiam minor innocentia facit: super hoc ambiguo, sententiæ cautiori libentiùs adhæresco, nec difficulter applicor etiam tuta metuentibus. Proinde factum bene est, quòd anceps iter salubriter distulistis, neque intra iactum tantæ aleæ, status tantæ familiæ fuit. Et licèt inchoata via potuerit prosperari, ego tamen huiusmodi consilio album calculum minimè apponam, cuius temeritas absolui nequit, nisi beneficio felicitatis. Dabit quidem talia vota diuinitas dignis successibus promoueri: libebítque adhuc horúmce terrorum sub pacis amœnitate meminisse: sed præsentia faciunt cautos, quos videbunt futura securos. Interim ad præsens, apicum oblator damna sibi quæpiam per Genesium vestrum inflicta suspirat. Si perspicis à vero non discrepare querimoniam, tribue quæso conuincenti reformationem, peregrinó celeritatem. Si verò calumniam plectibili sufflammat inuidia, in eo iam præcessit vindicta pulsati, quòd procax petitor sumptu & itinere confectus, temerè propositæ litis exudat incommoda, atque hoc in maximo hyemis accentu, summísque cumulis niuium, crustisque gla-

cierum: quod tempus quantum ad sectatores litium spectat, breue quidem sæpe est audientiæ, sed diuturnum semper iniuriæ. Vale.

Per Faustinum antistitem.] s. epist. 4. huius lib. Cuius Ecclesiæ Episcopus esset non liquet, Vellauorum Episcopum ausim coniicere.

Prudentibus cordicitus insitum est vitare fortuita.] I. epist. 6. l. 8. *dein quod in sapientes viros, quos inter iure censeris minus annuo licere fortuitis,*

Cordicitus] nouè dictum à Sidonio, vt *corsus* ab Arnobio, vt legitur in mss. Pithoei.

Si ceptis audacibus aduersetur euentus consurgere in querimonias.] M. Tullius, pro Rabirio post. *hoc plerunque nos facere, vt consilia euentis ponderemus, & cui benè processerit, multum illum prouidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus*, de quo vulgi vitio Plinius epist. vlt. lib. 5. & Ammi. Marcell. lib. 30. de Causidicina in fine.

Et solide domus ad hoc æui] Domus Apollinarium antiquissima, quæ in ardui collis apice sita, & natura loci inexpugnabilis, conatus hostium irritos fecit, & ad hoc æui nostri inconcussa permansit, vt quæ nec inimicorum insidiis, aut obsidione, & aperto Marte intercipi potuit, prisciquе illius splendoris specie admirabilis adhuc in sua integritate viuit, nec longissima senectute fatiscit & labefactatur, noménque Apollinarium adhuc hodie retinet, & POLINIAC ab indigenis indigetatur, vbi imago Apollinis in vetertimum lapidē incisa est, & vetus inscriptio, & pleráque alia venerandæ vetustatis monuméta quæ Lucanus noster Ant. Mornacius in lib. belli ciuilis, succingit eleganter, nisi velis ad Voracingum Apollinarium referre, de quo s. epist. 9. l. 2.

Tempestuosos] *tempestuosum cælum*, Seruius. *tempestuosum mare*, Arati interpres, in apparentiis. innominatus Glossogr. Reuma, *tempestuositas maris.*

Pro intempestiua deuotione trepidaret.] Sic mss. intempestiua deuotio, quia periculum erat, ne superuentus hostium, dum Martyris anniuersaria solemnitas excoleretur, domus Apollinarium interciperet.

Solemnitas.] I. epi. 17. l. 5. *anniuersaria solemnitas.* & 15. huius lib. *& si nulla solemnitas.*

Ita sibi gemina sanctitas, peculiare metata domicilium.] Sic mss. pro gemina, metata domicilium. Panegyricus dictus Constantino Constantij filio: *non frustra enim doctissimi viri dicunt naturam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, &c.* Pari loquendi formula Ennodius in vita Epiphanij. *Sanctus præstantissimus inter Gallos Auitus Viennensis Episcopus, in quo se peritia velut in diuersorio lucida domus inclusit.*

Quoddam se pro martyre, tolerasse martyrium.] Si causa visundi martyris quid inauspicatum acciderit, se martyrium tolerasse matronæ lætabūtur, id est cruciatum, causa Martyris cuius solemnia celebrabantur annuatim.

Nec difficulter applicor etiam tuta metuentibus.] id est, his qui amicis *omnia tuta timent*, vt ait, Ouid. de quo hominum genere Plinius, epist 4. lib. 6. D. Hieron. ad Furiam de Monog. *hæc dico, non quod de te sinistrum quid metuam, sed quod pietatis affectu, etiam quæ tuta sunt pertimescam.* Idem epist. ad Chromatium, *huic ego (vt ait gétilis Poëta,) omnia etiam tuta timeo.* Idem in Apolog. ad Domnionem init. *amorem quo sedulò monens etiam quæ tuta sunt in nobis pertimescis.* I. epi. 6. l. 8. *tertio quod pro sodalibus fide vinctis, sede discretis, frequenter incutiunt & tuta mœrorem.*

Sub pacis amœnitate. &c.] *Præterita quoque pericula, vel ærumnas penitus absolutas, qui euasit, vt referat gratissimè prouocetur.* Macrob. lib. 7. cap. 2. Cassio. lib 8. epist. 10. *quia discrimina dum feliciter cedunt, suauissimam memoria sensum relinquunt.* Orosium vide in præf. lib. 4. I. in Paneg. Anthemij.

Nam si fortè placet veterum meminisse laborum.

Status tante familiae.] Cic. 1. de legibus. *agnationibus familiarum distinguitur status.*

Album calculum minimè apponam.] id est, non suffragabor, & adprobabo. Plinius, epist. 2. lib. 1 *Si modò tu errori nostri album calculum adieceris.* Quod in adagium abiit, ex more maiorum, quo receptum erat, vt albo calculo in vrnam coniecto reus absolueretur, idcircò adiecit Sidonius, ad hunc morem alludens, *cuius temeritas absolui nequit.*

Reformationem] id est institutionem rei surreptae, vel damni inlati, s. e. 13. l. 3. *callidus reformandi*, verbum in ea significatione Sidonio familiare.

Peregrino celeritatem.] Est in iudiciis peregrinis celeriter ius reddendum, ne grādia dispendia tolerent, cum ex litium impensis, tum ex rei domesticae, & peregrinationis incommodis. Prouerbior. cap. 31. *nobilis in portis vir eius quando sederit, &c.* D. Hiero. vel (vt quidam volunt) Beda. *quia veteres in portis sedere ad iudicandum solebant, vt venientes ad ciuitatem aliunde, paratum continuò responsum iudicantis acciperet. Omne siquidem iustum celeritatis commodo transit ad beneficium.* Cassiod. l. 6. epi. 9.

Si verò calumniam plectibilis sufflammat inuidia.] Calumniatores enim plectebātur, s. epist. vlt. lib. 1. exinde plectibilis, pro punibilis. Simplicius Papa Ioanni Rauennatium Episcopo, *plectibilis excessus, plectibile vitium* Claudiano Mamerco, de statu animae cap. 1. & cap. 3. *plectibilis sententia*, item, cap. 11. lib. 2. *plectibilis vsurpatio*, L. 16. C. Th. de Pisto. & Catab. *plectibilis seueritas*, l. 161. de Decurionibus, *plectibile scelus.* Cassiod. epi. 19. lib. 2. & ep. vlt. libri eiusd. s. epi. 1. lib. 6. *recordatione vitae plectibilis adducor.*

Vindicta pulsati] id est rei. Marc. Tull. Vetrina. 5. *pro decima cum pulsatus à Venerio esset.* l. 11. §. 5. de interrog. in iure faciendis Valentinianus Nouella de Episcop. iudic. Cassiod. lib. 3. epi. 36. & lib. 6. Epist. 8. & 13. Papianus libro Respons. tit. 38. & Consultar. veter. I C. Aniano veteri Cod. Theodosiani interpreti protritum vocabulum. Concilij Agathens. can. 31.

Atque in maximo hiemis accentu.] id est summo hiemis tempore, quò hiems cresceret, non habebat. s. epist. 17. l. 5. *primus ludi ab accentu sese remouit*, s. epist. 17. lib. 7 *cum plausuum maximo accentu.*

Sectatores litium.] id est iurgantes, & litigatores. Isidor. de summo bono. lib. 3. c. 60. *negotiorum forensium sectatores.*

Sed diuturnum semper iniuriae.] aurea sententia in litigatores, nam cum litibus non sopiuntur inimicitiae. Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 60. *Perrarum est, vt inter iurgantes charitas maneat, &c.*

SIDONIVS SIMPLICIO SVO S. EPIST. VII.

SOlet dicere, currentem mones, qui rogatur vt faciat quod facturus fuerat etiam non rogatus. Percontere forsitan, quò spectet ista praemitti. Baiulus apicum sedulò precatur, vt ad vos à me literas ferat, cuius à nobis itinere comperto idipsum erat vtique si tacuisset orandus, nanque hoc officium vester potiùs amor quàm geruli respectus elicuit. Caeterùm hic ipse beneficium se computat meruisse, qui praestitit: quanquam identidem quod poposcit, acceperit: sed quae nobis amicitiarum iura, minimè agnoscens vnde, quanquam absens, facilè coniecto, quo repente stupore ferietur cum intuitu nostri dignan-

ter admissus, intellexerit se paginam meam magis otiosè flagitasse, quàm tradere. Videre mihi videor, vt homini non vsque ad inuidiam perfaceto, noua erunt omnia, inuitabitur peregrinus ad domicilium, trepidus ad colloquium, rusticus ad lætitiam, pauper ad mensam. Et cùm apud crudos çæparúmque crapulis esculentos hîc agat vulgus, illic ea comitate retractabitur, ac si inter Apicios epulones, & Byzantinos chironomontas, hucusque ructauerit. Attamen qualis ipse quātúsque est, percopiosè me officij votiui compotem fecit. Sed quanquā huiuscemodi sæpe personæ despicabiles sunt fermè, in sodalibus tamen per literas excolendis, dispendij multum charitas sustinet: si ab vsu frequentioris alloquij, portitorum vilitate reuocetur. Vale.

Solet dicere currentem mones, &c.] currentem monere, prouerbiale est. Plinius e. 8. l. 1. *addidisti ergo calcaria sponte currenti.* Idem epist. 7. l. 3. *Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat, vt currentem quoque instigem.* Tertull. epist. de cibis Iudaio. *currentes igitur vos exhortor,* Symmach. epi. 56. l. 1. *Calcar quoddam suppungo properantibus.* Idem e. 36. lib. 9. D. Hier. ad Theodoram, *vnde excito te & currentem (vt aiūt) impello.* Idem ad Principiam virgi. *Satis doleo quod hortaris sponte currentem.* Theodoritus histo. Ecclesiast. lib. 1. c. 28. Ennodius Boëtio. *Precum iteratio bonam conscientiam obliuionis accusat, sed facessat stimulare currentem,* idem. *Equidem vos docere nihil aliud est, quàm stimulos admonisse currentibus.* Alcimus lib. 6. c. 8.

Currentémque monet, cum vix tamen ipse sequatur,
Quod si etiam tardus properantem currere gressus
Incitat, vtque sequi nequeat, præcedere suadet.

Baiulus apicum.] Ammianus lib. 15. *Epistolas ipsas per baiulum, qui portarat.* Idem lib. 18. *ne captis baiulis, sensuque intellecto scriptorum.* Idem lib. 28. *nullo conscio præter baiulum, misit.* Symmachus epi. 34. l. 3. & epi. 54. lib. 10. & e. 7. lib. 5.

Non vsque ad inuidiam perfaceto.] 7. epist. 11. huius libri. *Sic vtrique ab alterutro vsque ad inuidiam exempli.*

Apicios epulones.] id est delicatos, lautos, & splendidos, doctus enim gulæ artifex fuit Apicius. Plinius, l. 9. cap. 17. *M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus.* Idem lib. 8. c. 51. vnde *Apiciana condimenta.* Tertull. lib. de Anima, idem in Apologet. D. Hieron. Marcellæ, *non sunt suaues epulæ quæ non placentam redolent, quas non condit Apicius. Apiciani plausus,* 7. epi. 25. l. 4.

Et Bizantinos chironomontas.] de Bizantinis deliciis, Athenæus lib. 10. c. 14. Claudia. in Eutropium lib. 2.

Bizantia robur
Fregit luxuries

7. epist. 2. lib. 1. *Quid multis? videbis ibi elegantiam Græcam,* Diaconus libro 6. in Odoacro. *Theodoricus deliciis apud Constantinopolim afflueret.* ibid. *mittuntque illico ad Theodoricum, qui dicerent quòd cum ipse Græcorum epulis superflueret, illi inopiæ miserias sustinerent,* eadem verba infigit Ricobaldus Ferrariensis in 4. parte hist. General. *vt auferantur Græcorum conuiuia,* Synodi Carthag. cap. 63.

Chironomontas.] Chironomontæ sunt qui gestu quodam obsonia artificiosè concidunt, Iuuenal. Satyr. 5.

& chironomonta volanti Cultello.

Vetus interp. *manus ducentem, & artificio incidentem omnia,* ad quem Iuuenalis locum allusit Salisber. Policrat. lib. 1. c. 4. *suum habet opificem chironomonta volanti cultello, scissor.*

scissor. Petronio, *scindendi obsonij magister* Senecæ de vita beata, c. 17. *carpus*, & *carptor* Petronio, & Iuuen Quorum artificium describit Seneca, epi. 47. *alius preciosas aues scindit, pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit*, & Clemens Alexandr. Pædag. l. 3. cap. 4.

Ructauerit.] Iuuenal. Satyr. 4.

Purpureus magni ructaret Smyrna palati.

Idem 6. *glandem ructante marito.*

Tertull. in Apologet. *tot tribubus, & curiis, & decuriis ructantibus acescit aer.*

SIDONIVS EVVODIO SVO S. EPIST. VIII.

CVm tabellarius mihi literas tuas reddidit, qui te Tolosam Rege mandante mox profecturum certis amicis cõfitebatur, nos quoque ex oppido, longè remotum rus petebamus. Me quidem mane primo remoratum vix è tenaci caterua prosecutorum paginæ tuæ occasio excussit, vt satisfacere mandato saltem viator, saltem eques possim. Cæterùm diluculo familia præcesserat, ad duodeuiginti millia passuum fixura tentorium: quò quidem loci sarcinulis relaxandis multa succedunt conducibilia: Fons gelidus in colle nemoroso, subditus ager herbis abundans, fluuius ante oculos, auibus ac pisce multo refertus: præter hæc iunctam habens ripæ domum nouam, vetus amicus, cuius immensæ humanitati, nec si acquiescas, nec si recuses, modum ponas. Igitur huc nostris antecedentibus, cùm tui causa substitissemus, quo puer ocyus vel è capite vici remitteretur, iam duæ secundæ facilè processerant, iam sol adultus roscidæ noctis humorem radio crescẽte sorbuerat, æstus ac sitis inualescebant, atque in profunda serenitate contra calorem sola quæ tegeret nebula de puluere. Tum longinquitas viæ per virens æquor campi patentis exposita visentibus, quippe ob hoc ipsum serò pransuris, ingemebatur, nam viaturos, etsi nondum terebat labore, iam tamen expectatione terrebat. Quæ cuncta præmissa (Domine frater) huc tendunt, vt tibi probem, neque animo vacasse me multùm, neque corpore, neque tempore, quo postulatis obtemperaui. Ilicet vt ad epistolæ vestræ tenorem iam reuertamur, post verba quæ primum salue ferebant, hoc poposcistis vt epigramma transmitterem duodecim versibus terminatum, quod posset aptari conchæ capaci, quæ per ansarum latus vtrumque in extremum gyri à rota fundi senis cauatur striaturis. Quarum puto destinas vel ventribus pandis singulos versus, vel curuis, meliore consilio, si id magis deceat capitibus inscribere: istóque cultu expolitam reginæ Ragnahildæ disponis offerre. Votis nimirum tuis pariter atque actibus patrocinium inuictum præparaturus, famulor iniunctis quomodocunque non vt volebam: sed tuæ culpæ primus ignosce, qui spacij plus præstitisti argentario quàm poetæ, cùm proculdubio non te lateret

intra officinam literatorum carminis si quid incus metrica produxerit, non minùs forti & asprata lima poliri. Sed ista vel similia quorsum? ecce iam canta.

Pistrigero quæ concha vehit Tritone Cytheren,
Hac sibi collata cadere non dubitet.
Poscimus inclina paulisper culmen herile:
Et munus paruum magna patrona cape.
Euuodiúmque libens non aspernare clientem,
Quem faciens magnum tu quoque maior eris.
Sic tibi cui rex est genitor, socer, atque maritus,
Gnatus rex quoque sit cum patre, póstque patrem.
Felices lymphæ, clausæ quæ luce metalli,
Ora tamen Dominæ lucidiora fouent.
Nam cum dignatur regina hic tingere vultus,
Candor in argentum mittitur è facie.

Si tantum amore nostro teneris, vt scribere has nugas non erubescas, occule auctorem, de tua rectiùs parte securus. Namque in foro tali, siue Athenæo, plus vestra charta, quàm nostra scriptura laudabitur.

Qui te Tholosam mox profecturum.] Tholosa sedes erat regum Gothorum. Idacius. *Gothi sedentes in Aquitania Tholosa sibi sedem eligunt.* Regésque Tholosæ postea dicti sunt, vt in Commonitorio Aniani, *Alarico rege Tholosæ.* & Torismundus vt regnum auspicaretur, Tholosam regni Gothici caput ingressus est. Iordanes in hist. Gothorum. (*Torismund.*) *regia maiestate subuectus Tholosam ingreditur.* & in ea larem fouit eius successor Theodoricus. ſ. Car. 7. de quo Sidonius hoc loco, *rege mandante*, id est, Rege Theodorico, necnon Theodorici successor Euarix, ſ. epi. 13. l. 5. Ennodius in vita Epiphanij, *ad regnum Nepos accessit, tunc inter eum, & Tholosæ alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex dominatione gubernabat orta dissensio est.* ad extremum, *Alaricus Eurici filius, apud Tholosatem vrbem Gothorum rex efficitur.* Isido. in Chro. Gotho. Era. CXXII. eóque interfecto regnum Tholosanum, occupantibus Francis destruitur, eod. authore. Era DXXII. Greg. Turon. l. 2. cap. 37. Tholosanum autem regnum Vvalliæ Gothorum Regi à Constantio Patricio concessum fuerat, vt s. notaui, epi. 1. l. 3. Rutilius. Itiner. 1.

Errantem Tuscis considere compulit agris,
Excolere externos capta Tholosa lares.

Rege mandante.] id est, vt dixi, Rege Theodorico, sine mandato vero Principis ad comitatum ire non licebat, s. epist. 5. lib. 1. *vt potè sacris apicibus accitus*, ſ. epist. 13. l. 9. *Quos vndique vrbium ascitos, Imperator in vnam ciuitatem inuitator in vnam cœnam fortè contraxerat.*

Familia præcesserat.] id est famuli. familia, est turba seruorum. Seneca, epist. 77. verbum I C. amicum, vnde & *familiares*, appellati sunt serui. Plauto, & Senecæ epi. 47. Tertull. in Apolog. c. 34. Lactant. lib. 4 cap. 4. Macrob. lib. 1. Satur. c. 11. Glossæ vett. οἰκεῖος, *familiaris.* Sunt autem *quindecim serui, familia.* Apul. in Apolog.

Quò puer ocius.] Puer, id est seruus, & sicut seruos, familiares antiqui vocabant, ita etiam pueros. Symmach. epist. 8. l. 6. *Sed puer vester inconsultis atque ignorantibus nobis vrbe discessit, vt est seruis familiaris improbitas.* D. Ambros. lib. 1. de Abraham, cap. 9. *Disce hinc quod etiam ætatis senioris seruuli, pueri dicantur à dominis, vel à quibusque po-*

tioribus: vnde & quidam poeta hoc sequendum putauit, siue in eorum vsum qui sibi docti, & sapientes videntur ipse hoc reperit, siue de nostris ipse transtulit, siue translatum inuenit. Verg. Egl. 1. *Pascite vt ante boues, pueri, submittite tauros.*
vnde & *pueros dicimus, quando seruulos significamus, non ætatem exprimentes, sed conditionem.* D. Hieron. cap. 1. ad Titum. Varro Eumenid. *vix vulgus confluit non perfugarum, sed puerorum, atque ancillarum.* Gregorio Magno, & Turonensi familiaris dictio, Isidorus, lib. 10. *in Fetulans, coactorum pueri.* Diaconus, lib. 2. c. 31. & lib. 3. c. 8. de Gestis Longob. S. e. 2. lib. 1. i. *manus post tergum reflexa puer inserit.* Idem epi. 5. lib. 6. *cuius clientem, puerosque commendo.*

Iam dua secunda facile processerant.] id est, iam hora diei quinta appetebat, quarta decesserat quintæ. idem in Narbone.

Cum mane exierat nouum, & calescens
Horam sol dabat alteram secundam.

id est, horam diei quartam, qua hora veteres corpora curabant, & prandebant. Ausonius in Ephemeride.

Quòd cum per horas quatuor
Inclinet ad meridiem,
Monendus est iam Sosias.

nempe vt conuiuas ad prandium inuitet, S. epi. 9. lib. 2. *Quem quidem nuncium per spacia clepsydrarum horarum incrementa seruantem, probabat competenter ingressum quinta digrediens. dua secunda*, hîc, vt j. *altera secunda*, sicut Sedulio libro 3. *Bis bina ceruice viri*, & in Pœnitentiali Theodor. *Qui cum pecude peccat, quidam iudicant annós decem, quidam septem, quidam tres tres.* Burchard. l. 16. cap. 32. legis Burgundionum tit. 2. de compositione vulnerum. §. 60. 62. & 63. & alias passim. Notandum verò quod in mss. deest horæ & in ms. Fauch. legitur. i. horæ, suprà. *secunda*.

Jam sol adultus,] id est meridies quo radij solis non habent, quò magis adolescāt. Petron. *iam solis adulti*
Mansuescit radis, non verni temporis aura.
adultus dies, Ammiano. *adulta nox*, Corn. Tac. 3. hist. j. c. 17. l. 5. *palmes adultus, amor adultus.* c. 6. lib. 6. malè in mss. adustus.

Nebula de puluere] *nubes pulueris* Curtio. lib. 4. Sillio sæpe. Seneca Thebai. Act. 2. *vide vt atra nubes puluere abscondat diem, Fumeque similes campus in cælum erigat Nebulas, equestri fractas quas tellus pede submittit, &c.* Greg. Tur. lib. 2. c. 7. hist. *viderunt à longè quasi nebulā de terra consurgere.* Paulinus de vita. S. Martini, l. 4. *puluereā nubem.*

Æquor campi patentis.] Paulin. lib. 4. de S. Martino
cum venatu transcursa patentum
Æquora camporum quateret lasciua iuuentus,
Linquens puluercam cita post vestigia nubem.

Lucret. *Voluitur & plani raptim petit æquora campi.* j. c. 21. l. 4. *æquor agrorum.*

Quæ cuncta præmissa, domine frater huc tendunt.] Plinius epi. 3. lib. 2. in fine, *quæ omnia huc tendunt, vt audias Isæum, vel ideò tantum vt audieris.*

Concha capaci.] Ex argento fabrefactæ, j. in fine Carminis. Quatuor Coronatorū historia, *tunc cœperūt in nomine Christi cauare conchas & pegas, & lacus cum sigillis & cāntharis, cum magna tenuitate artis:* concha vas aquarium. Gloss. vet. ἐπίχυσι ὕδωρ τοὺς χεῖρας κόγχῃ. affer aquam manibus concha. Eucher. ad Salonium, l. 2. c. 3. *Luteres, id est concha, & canthari aquarij.* Vetus inter. 3. Reg. c. 7. *Luter, concha siue mare,* j in Car.

A rota fundi senis cauatur stricturis.] Conchæ figuram eleganter exprimit, quæ à rota & circulo fundi, id est à cauo medij sex lacunis & quasi sulcis striatur, & eminet. *striæ* Vitruuio lib. 4. c. 4. & alias passim sunt prominētiæ & quasi sulci columnarum, eidem *striare*, & *striata columna*, *sculpture striata*, 3 Reg. c. 7. Glossæ vett. ξιστωτὸ, *striata*. Apuleio lib. 10. *striata frons*, id est rugosa & obducta, eidem. *serpens striato tumore sublimis.*

Regina Ragnahilda.] id eſt vxori Theodorici. 2. Regis Gothorum. mss.

Qui ſpacij plus praſtitiſſet argentario, quam poëta] argentarius hoc loco nō eſt nummularius, vel collybiſta, ſed faber qui operatur de argento. Iul. Firmicus lib. 3 c. 4. *aurifices, aut eos qui nexo auro veſtes pingunt, facit, & argentarios.* Idem l. 4. c. 15. *facit aurifices, inauratores, bractearios, argentarios.* Lampridius in Alex. Seuero. *Braccariorū, linteonum, vitreariorum, pellionum, plauſtrariorum, argentariorum, aurificum, & caterarum artium pulcherrimum vectigal inſtituit.* Seruius lib. 1. Æneid. *Cœlum dicitur ferrum, quo operantur argentarij.* Iſidor. lib. 19. cap. 7. ex Seruio in fine, *cilium eſt vnde operantur argentarij, à quo & calata vaſa dicuntur*, fortè legendum eſt cœlum ex Seruio, etſi vulgata lectio defendi poteſt, Iſidoro authore, lib. 20. cap. 5. *calata vaſa à cœlo vocata, quod eſt genus ferramenti, quod vulgò cilionem vocant.* Gloſſæ vett. κομάκτωρ, *argentarius.* Itidem de artificibus. *Argentarius*, ἀργυροκόπος. Item Græcolatinæ Gloſſæ ἀργυροκόπος, *argentarius, faber argentarius*: & ita in l. 41. de auro & arg. legat. *Faber argentarius*, & in Baſilicis, ἀργυροκόποι, qui in l. 1. C. de excuſat artif. *argentarij*, qui ſignant argentum. Vet. inter. Iuuenalis Satyr. 9. in fine ad hæc

curuus calator & alter

Qui multas facies pingit citò.

id eſt opifices, ſerui argentarij, laborioſi, anaglypharij. Legis Gothorū lib. 8. tit. 6. de falſariis metallorum, Era. 6. *Aurifices, argentarij, vel quicunque artifices, &c.* Legis Burgundionum à Gundabaldo latæ tit. 10. de occiſione ſeruorum. §. 3. *Qui aurificem occiderit electum. c. & l. ſolidos ſoluat.* §. 4. *qui argentarium. c. ſolidos.* argentarius itaque Sidonio eſt cælator argentarius, & anaglypharius.

Incus metrica.] s̄. e. t. l. 4. *Philoſophica incude formatus.* idem Carm.

Smyrnaa incude doctus officina.

Non minus forti & aſprata lima poliri.] Quàm ſcilicet faber argentarias polit, & ſignat argenteā concham: *Carmina enim non tam fonte, quàm fronte ſudantur*, j. e. 3. l. 8.

Aſprata lima.] id eſt mordaci, aſprata, pro aſperata, & ita aſprum, pro ære tudi & aſpero, quod Feſto *ruduſculum.* Gloſſ. vett. δυνάμεω λωκὸς, *aſprum.* Item *aſpratura* κόμμωσις. Item, ἴχλωρον, *aſprum.* τράχωμα *aſpretudo*, Item, ἀσπρότης. *aſpritudo, candor.* Priſcianus in Periegeſi.

Exterrenſque rates Lilybai cautibus aſpris.

Quidam mss. formari, ſed idem *lima poliri* dixit. s̄.

Piſtrigero, qua concha vehit Tritone Cytheren.] In conchis aquæ fundebantur quibus mulieres vultus elegantias & ornatum quærerent, & eluerent faciem. Plautus in Rudente Actu. 3. ad Venerem. *Te ex concha natam eſſe autumant, caue tu harum cōchas ſpernas.* Claudia. luſit epig. lepido de concha.

Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais,

Et patulo concha diuitis orbe fluat.

Namque latex docta qua lauerit ora Serena,

Vltra Pegaſeas nomen habebit aquas.

Paulus l. 3. ſentent. tit. 7. de legatis. §. *mundo muliebri legato ea cedunt, per qua mundior mulier lautiorque efficitur, velut ſpeculum, concha, &c.* Phædrus, l. 4. *mundum muliebrem, Lauationem argenteam, &c.*] j. Car. 11. verſ. 34. Vaſa autem quælibet in conchæ formam ficta, conchæ vocabantur, Paulinus lib. 4. de S. Martin.

Suſtentant vitreas criſtalla capacia lymphas,

Cumque ipſa & concha ſpecies videatur & unda.

Greg. Tur. l. 1. de mira. c. 12. *matrona concham argenteam praeparat.* Paulus 3. ſentent, de legat. §. argento. prope nult. vet. interp. Iuuenal. Satyr. 3. *Pelues conchas in quibus pedes lauant*: *Concha* etiam pro trulla & matula. Gregor. Turon. de miracul. lib. 1. cap. 31.

Piſtrigero] à piſtre de qua j. Car. 11. *Iamque ſuam parcenti piſtre flagellat.*

Cytherē.] id eſt Venerē Auſon. Epig. 38. *Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.*

& 56. *Qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren.*

Ennodiumque] Siemss. Clar.& Iul.Pet.Pit.Bon.ms. Amaritonis Ennodiumque & in titu.epist. Ennodio. Enuodij meminit Nouella Maioriani de bonis caducis. Euuodij connominis, Gregorius Turonen. l. 4. c. 11. ciuis Aruernensis.

Dominæ] i reginæ Ragnahildæ. Notitia Imperij de dispofit. viri spectabilis Castrensis, *domina Augusta*. Et Martialis:

De Palatinis domina quod serica pralis.

Cassiodor. de Amalafrida lib.9.ep.1. *Et quam habuistis pridem dominam*, &c. Idem in Chron. *domna Amalasunta*.

Athenæo] Athenæum quid sit s. dixi epi.9.lib.2. de quo etiam j. epi.9.& 14.lib.9. vbi plura.

SIDONIVS INDVSTRIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA IX.

INterueni proximè Vectio illustri viro; & actiones eius cottidianas penitissimè, & veluti ex otio inspexi. Quas quoniam dignas cognitu inueni, non indignas relatu existimaui. Primore loco (quod iure cæteris laudibus anteponemus) seruat illæsam domino domus par pudicitiam, serui vtiles, rustici morigeri, vrbani amici, obedientes, patronoque contenti: Mensa non minùs pascens hospitem, quàm clientem, humanitas grandis, grandiorque sobrietas: illa leuiora, quòd ipse quę loquimur in equis, canibus, accipitribus instituendis, spectandis, circumferendis, nulli secundus. Summus nitor in vestibus, cultus in cingulis, splēdor in phaleris: pomposus incessus, animus serius, iste publicam fidem, ille priuatam asserit dignitatem remissio non vitians, correptio non cruentans, & seueritas eius temperamenti, quæ non sit tetra, sed tetrica. Inter hæc, sacrorum voluminum lectio frequens, per quam inter edendum sæpiùs sumit animæ cibum, psalmos crebrò lectitat, crebriùs cantat, nouoque genere viuendi, monachum complet, non sub palliolo, sed sub paludamento, ferarum carnibus abstinet, cursibus acquiescit, itaque occultè delicatéque religiosus venatu vtitur, nec vtitur venatione. Filiam vnicam paruam post obitum vxoris relictam solatio cœlibatus alit auita teneritudine, materna diligentia, paterna benignitate. Erga familiam suam nec in proferendo alloquio minax, nec in admittendo consilio spernax, nec in reatu inuestigando persequax, subiectorum statum conditionemque non dominio, sed iudicio regit, putes eum domum propriam non possidere, sed potius administrare. Qua industria viri, ac temperantia inspecta, ad reliquorū quoque censui pertinere informationem, si vel summotenus vita cæteris talis publicaretur. Ad quam sequendam præter habitum, quo interim præsenti seculo imponitur, omnes nostræ professionis homines vtilissimè incitarentur. Quia, quod pace ordinis mei dixerim, si tantum bona singula in singulis erunt, plus ego admiror sacerdotalem virum, quàm sacerdotem. Vale.

VICTIO] Sic mss. ferè omnes præter Clar. & Pith. qui *vectioni* habet, ita vt Basiliensis liber in titulo epistolæ 13. huius lib.

Penitissimè, & veluti ex otio inspexi] Sic mss. Plin. ep. 10. l. 1. *Hunc ego in Syria cùm adolescentulus militarem, penitus & domi inspexi.* idem ep. 17. l. 4. *Magis admiratus sum, postquam penitus inspexi, inspexi enim penitus.*

Penitissimè] s. ep. 5. lib. 1. *Interea febris sitisque penitissimum cordis medullarumque secretum depopulabantur.* j. epist. 3. lib. 8. *Et illos carminum modos tibi vni tantùm penitissimè familiares.*

Primore loco] i. principe loco, s. ep. 6. l. 3. *Igitur quod loco primore fieri par est.* j. in concione lib. 7. *Primore loco grandem publicæ opinionis sarcinam pendidote.*

Seruat illæsam dominio domus par pudicitiam] Vulgò dictum, Quales serui, tales domini, s. ep. 9. l. 2. *Et morum herilium verecundiam præferentes.*

Non minus pascens hospitem, quàm clientem] j. ep. 4. lib. 8. *hospites epulis, te pascit hospitibus.* Pascens, i. excipiens, & cibo saginans, tam hospitem, quàm clientem, qui in officiorum gradu atque ordine pari passu ambulant, nonnulli enim clientes hospitibus, quidam hospites clientibus antetulerunt. Gellius l. 5. c. 13.

Equis, canibus, accipitribus] s. ep. 3. lib. 3. *accipiter, canis, equus, arcus ludo fuere.* Radeuicus de gestis Friderici primi l. 2. c. vlt. *In equis, canibus, accipitribus, cæterisque cum generis auibus instituendis, spectandis, circumferendis, nulli secundus.*

Summus nitor in vestibus] Vectius enim erat inlustris vir: initium huius epi. Decet autem magistratus vestitus elegantia. Plin. ep. 32. l. 6. *Cui ratio ciuilium officiorum, necessitatem quandam nitoris imponit: debet secundum conditiones mariti, veste, comitatu augeri, quibus quidem non augetur dignitas, ornatur tamen & instruitur.* Cato apud Gell l. 11. c. 2. *Vestiri, inquit, in foro honestè mos erat, domi quod satis erat.* Et munificentiam magnificentia comitari debet. Symmachus ep. 61. l. 4. *Scis enim pro tua sapientia, magnæ vrbis magistratibus angustos animos non conuenire, hoc etiam Tullius tuus præcepit, luxum in priuatis negotiis arguens, in publicis magnificentiam probans.*

Splendor in phaleris] in ornatu, Persius Sat. 3.

Ad populum phaleras.

Et ille apud Hieron. ad Paulinum, de institutione monachi. *noli*

Respicere ad phaleras, & nomina vana Catonum.

Phaleræ consularis, Cassiod. ep. 20 lib. 6. *phaleræ clerici.* j. ep. vlt. lib. 9. in Carm. *Phaleratum exoticis diadema carbunculis.* Fulgen. l. 1. i. exornatum.

Pomposus incessus] i. qui pompam præfert. Ennod. Constantio: *Nemo veritatem pomposa elocutione condemnat.* Sidonius ep. 9. lib. 9. *Scripseras autem plurima ardenter, plura pompose.* *Pompare* Sedulius dixit statim initio oper. Paschal. & ex eo Hincmarus in præf. Hist. S. Remigij:

Grandisonis pompare modis.

Pomposa facundia Fortunato ep. 1. ad Gregor. PP. Aruernum. Idem ad Bertigranum. *nitido pomposa poemata cultu.*

De pomposo autem inlustrium incessu, s ep. 7. lib. 1. & j. ep. 24. huius lib.

Remissio non vitians] Radeuicus: *Eiusque temperamenti est, vt sit remissio non vitians, austeritas non cruentans.*

Quæ non sit tetra, sed tetrica] id est, quæ non sit vitabilis & execranda, sed seuera. Nonius.

Per quam inter edendum, sæpiùs sumit anima cibum] Olim clerici & religiosi inter edendum sacra lectione pascebant animum, D. Cyprianus ep. 2. lib. 2. in fine, Concilij Africani can. 6. Burchardus lib. 2. c. 169. Concilij Toletani tertij can. 7. Turon. can. 23. Burchard. l 14. c. 7. cap. pro reuerentia, 44. distinct. Possidius Calamensis Episcopus in vita beati Augustini, quod ex typo Cappadocum, non Ægyptiorum processisse tradit Cassianus instit. lib. 4. cap. 17. *Non tam spiritalis exercitationis causa,*

quàm compescendæ superfluæ ociosæque confabulationis gratia. Idem quod de Vectio Sidonius, de Attico scribit Cornelius Nepos: *Neque vnquam sine aliqua lectione apud eum cænatum est, vt non minùs animo, quam ventre delectarentur conuiuæ.* Plin. ep.15.lib.1. & ep.36.lib 9

Monachum complet] i perfectè monachum agit, J. in conc.l.7. *non Episcopi, sed potius Abbatis complet officium*, J. ep.14.l.7. *comples personam religiosi, ego vel imaginem.*

Non sub palliolo] i habitu monachi, D. Hieronym ad Saluin. *Sicut è contrario aliis non prodest vile palliolum, furua tunica, corporis inluuies*, &c. Cassianus Eremita de habitu monachi l.1. c.7. *Angusto palliolo, tam amictus humilitatem, quàm vilitatem pretij compendiumque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt, quæ mauortes tam nostro, quàm ipsorum nuncupantur eloquio. Palliata agmina*, Sulpicio Seuero ep. ad Bassulam socerum suam, id est, monachorum cateruæ: *Agebat, inquit, ante se pastor exstinctus greges suos, sancta illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata.* eadem conbinatio apud Saluian. Massil l 8. *Intra Carthaginis muros palliatum & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis, vsque ad cutem tonsum videre, tam infælix ille populus, quàm infidelis sine conuicio atque execratione non poterat.* Sulpicius Seuer. dialog 2. cap. 4. *Sed vbi Martinum in veste hispida, nigro & pendulo pallio circumtectum* Salnian. l.4. ad Eccles. Cathol. *Licèt religionem vestibus simules, licèt fidem cingulo adseras, licèt sanctitatem pallio mentiaris.* Exinde à paganis increpabantur Ἐπιθέται, i. palliati, ioco ancipiti & tribuloso, alludentes ad pallia, quibus monachi amiciebantur, & eos vellicantes vt impostores, quasi veritatem mendacio palliarent, & polluerent. D. Hieronym. ad Furiam, de viduitate seruanda: *Vbicumque viderint Christianum statim illud de triuio, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης vocant impostorem, detrahunt.*

Sed sub paludamento] D. Hieronymus ad Saluinam, de viduitate seruanda, vbi de Nebridio Saluinæ marito *Nihil nocuit militanti paludamentum, & baltheus, & apparitorum caterua: quia sub habitu alterius, alteri militabat.* Paulus de S. Mart. l. 2.

Iam meritis monachus, sed solo nomine miles.

Faustus Homel. de S. Maximo: *Diu ille sub habitu seculari Christi militem gessit.* Ennodins in vita Epiphanij, de Rustico Episcopo Lugdunensi: *Homo, qui in secularis tituli præfiguratione sacerdotem semper exhibuit, & sub prætexta fori, gubernatorem gessit Ecclesiæ.*

Ferarum carnibus abstinet, cursibus acquiescit] Viri qui se religiosè Deo vouerant, à carnium esu temperabant, J. ep. 24 l. 4. *Nec ita carnibus abundans, vt leguminibus.* rectè Sidonius *abstinet*, non execratur: licet abstinere propter exercitationem, non propter abominationem, can. Apost. 51. ibid. Zonaras & Balsam. & Martin. Braecar. int excerptis c.59.

Venatu vtitur, nec vtitur venatione] An venatus & aucupium res criminis esse olim quæsitum est D. Hilarius in Matthæum, cap. 10. *Non est criminis agere aucupium vt arbitror*, &c. Idem Balsamo. sextæ synodi in Trullo, ca. 24. & can. 51. de venatu Clericis tamen & monachis omnimodò venatum interdixit canonum auctoritas. Concil. Agathensis can. 55. Aurelian. c. 3. Burchard. lib. 2. cap. 214. Caro. Magnus l. 5. capitul. 2. *Venationes & syluaticas vagationes cum canibus, omnibus seruis Dei interdiximus, similiter vt acceptores & falcones non habeant.* item lib. 5. cap. 112. *Venationes non exerceant.* De qua abundè dispntat Ioannes Salisberiensis, Policrat. lib. 1. cap. 3. & cap. 4.

Venatu, venatione] De differentia venatus, & venationis Prosper lib. 3. cap. 17. de vita contemplat. *Vtuntur accipitribus ac saginatis canibus ad venatum, venationibus crebris ad luxum* Ex quibus clarum est, venatum esse venandi actum. Q. Curtius l. 7. de Indis, *venatus, maximus labor est.* Venationem, capturam venatus, i. quæ venando capiuntur. Lamprid. in Alexand. Seuero: *Leporem cottidie habuit, venationem frequentem, sed eam tum amicis diuidebat, & his maximè quos sciebat per se non habere.* Fron-

tinus l.3. Stratagem.cap.3. *Qui cum onusti venatione quam ferebant, recepti essent à custodibus*, &c.idem cap.13. *Venatione quoque & pecoribus quidam insuerunt literas membranis mandatas.* vulgò venaisen.

Filiam vnicam parum] Filiam vnicam & vnicè diligendam, vnici enim vnicè deamantur. Cic ad Atticum lib.10.ep.9. *Ne fortunas meas, ne vnicam filiam, ne meos omnes tam temerè proderem.* Catullus in Egnatium Epigramm.37. *Seu pij ad rogum filij lugetur, Orba cùm flet vnicum mater.* Cassiod. Psalm.24.versu *respice.* & Symmach ep. 66. li.5. 5.ep. 8: lib.2. *hac cum esset vnica.*

Solacio cœlibatus alit] Cœlibatus hoc loco, non vt veteres dici voluerunt, virginitatis abstinentiam, Fulgent.de prisc serm. Sed pro viduuio à Sidonio dictum est, 5. ep.7.l 2.7.epist.6 lib.5. *qui quanquam recenti cœlibatu granditer afficiebatur*, &c.

Auita teueritudine] 7. ep 21.huius lib. *Hinc auia Auspicia quæ tibi post matris orbata decessum, dependit vna earum duarum.* 7. ep.16. lib.5. in fine.

Nec in reatu inuestigando persequax] Sidonius eos effert, qui erga seruos suos & familiares patresfamilias agebant, 7. epist.7.lib.2. *domina clemens.* 7.epist.14.lib.7. *Summa clementia tibi in famulos esse perhibetur.* Radeuicus lib.2.cap.vlt. *Erga familiares suos in proferendo alloquio non minax, nec in admittendo consilio spernax, nec in reatu inuestigando persequax.*

Putes eum] 5. ep.2. lib.1. *Putes illum & in calculis arma tractare.*

Quo interim præsenti sæculo imponitur] Sidonij æuo nonnulli erant monachorum, qui monachos se profitebantur, sed hanc professionem fucato mentiebantur affectu, in quos sæpe inuehitur D. Hieronymus Rustico monacho. Idem ad Saluinam de viduitate, & aliàs passim, necnon Saluianus. Sed hoc vitium hominum est, non religionis. D. Hieronym. *Nec hac culpa est Christiani nominis, si simulator religionis in vitio sit.* Euchet & Cæsar.passim in Homel.ad monachos.

Plus igo admiror sacerdotalem virum, quàm sacerdotem] Idem in concione lib.7. *Sanè id liberius dico de multitudine circumstantium, multos episcopales esse, sed totos episcopos esse non posse.* Sacerdotales viri, qui ad sacerdotium adspirant, & sacerdotes creari possunt, vt episcopales, qui episcopi, sacerdotes & episcopi qui creati sunt, & non creandi.

SIDONIVS FELICI SVO S.
EPISTOLA X.

ERumpo in salutationem licèt seram, Domine meus, annis ipse iam multis insalutatus, frequentiam veteris officij seruare non audens, postquam me soli patrij finibus eliminatum peregrinationis aduersa fregerunt, quapropter vos quoque ignoscere decet erubescentibus. siquidem conuenit humiliatos humilia sectari, neque cum illis parem familiaritatis tenere constantiam, quibus fortè sit improbum plus amoris quàm reuerentiæ impendere: Propter hoc denique iam diu taceo, vosque tacuisse cùm filius meus Heliodorus huc venit, magis toleranter quàm libenter accepi. Sed dicere solebas (quanquam fatigans) quòd meam quasi facundiam vererere. Excusatio ista hæc etiã si fuisset vera, transierat: quia post terminatum libellum qui parum cultior est, reliquas denuo literas vsuali (licèt accuratus, mihi melior non sit) sermone contexo. Non enim tanti est poliri formulas editione

ne carituras. Cæterùm si charitatis tuæ morem pristino colloquiorum cursui reddis, & nos vetustæ loquacitatis orbitas recurremus. Præter hæc auidè (præuio Christo) sicubi locorum fueritis (modò redux patronus indulgeat) aduolaturi, vt rebus amicitia vegetetur, quæ verbis infrequentata torpuerat. Vale.

DOMINE meus] Vocatiuus veteribus vsitatus, s̄. ep. 9. lib. 1. *Eia, inquit, Solli meus.* idem epist. 17. lib. 5. *es Heriphi meus.* idem in Narbone.

Marcelline meus perite legum.

Soli patrij finibus eliminatum] id est, extorrem, postquam Aruerna dedita fuit Euarigi, j̄. epist. 7. lib. 7. epist. 3. & 9. lib. 8. & 3. lib. 9. *solo patrio exactus, &c.*

Fatigans] i. ludens & inridens, s̄. epist. 8. lib. 1. & ep. 13. lib. 3. Cassianus Collat. 5. cap. 21. *qui eum pro simplicitate Christiana, velut rusticum crederent fatigandum.* Prosper de vita Contemplatiua lib. 3. cap. 17. *aliorum pœnam, suam facere fatigando lætitiam.* Vetus interpres Iuuen. Sat. 9. *Et salibus vehemens, id est, facetiis vrbicis abundans, i. vrbanus, id est, qui solebas in conuiuiis, iocis omnes fatigare.*

Quod meam quasi facundiam vererère] Sic mss. Symmachus epist. 25. lib. 1. *Quippe ita facundia antistas cæteris, vt sit formido rescribere.* s̄. epi. 3. lib. 4. initio. j̄. epist. 3. lib. 9. *Tertia est causa vel maxima exinde scribere tibi cur supersederim, quod immanè suspicio dictandi istud in vobis tropologicum genus ac figuratum, &c.* idem ad Consentium:

Nam cùm carmina postules disertè,
Suades scribere, sed facis tacere.

Quia post terminatum libellum] Sic mss. j̄. epist. 22. huius libri: *Præcipere te dixit vt epistolarum curam iam terminatis libris earum conuerteremus ad stylum historiæ.*

Vsuali sermone contexo] Vsualis sermo, qui in vsu cottidiano est, non excultus & accuratus, *vsualis.* Apul. de virtutib. herbar. cap. 99. & cap. 101. *vsualis malua, vsualis coliculus.* Cœlius Aurelianus lib. 4. cap. 7. tard. passion. Zeno Veron. de S. Archadio, *vsualis lex. vsualia mancipia.* Martiano l. vlt. §. quotiens, de publicanis & vectigal. l. 3. C. Th. de tyronib. *vsuales vnciæ.* Vetus interpres Iuuen. Saty. 4. ad hæc: *Cum quo de pluuiis, de rebus friuolis et vsualibus.* Cassiodoro epist. 18. lib. 9. *vsualia iura.* epist. 7. lib. 6. *vsualia metalla.* epi. 39. lib. 11. *instrumentum vsuale, vsuales artes.* de anima cap. 4. *vsualis euentus.* cap. 7. *vsualiter.* ep. 39. lib. 2. *vsualia cantica.* Concil. Toletani 8. can. 8. & Isidor. lib. 17. cap. 8. Vsualis autem sermo Gallorum erat Latinus, sed impolitus, s̄. ep. 3. lib. 3.

Non enim tanti est poliri formulas editione carituras] j̄. epist. 11. lib. 9. *Dein quod libellari opere confecto, animus tandem feriaturus, iam quæ propalare dissimulat, excolere detrectat.* id est, sine delectu vllo familiariter scriptas, & ita puto emendandum apud Sulpitium Seuerum, epistola ad Bassolam, vbi malè legitur, *sine delicto,* pro delectu.

Modò redux patronus indulgeat] id est, Victorius Comes, qui post deditionem Aruernæ, illi ab Euarige præpositus fuit, j̄. epist. 17. lib. 7. *Victorij Comitis deuotione præuentus, quem iure sæculari patronum, iure Ecclesiastico filium, excolo vt cliens, vt pater diligo.*

SIDONIVS PETREIO SVO, S.

EPISTOLA XI.

ANgit me nimis damnum sæculi mei, nuper erepto auunculo tuo Claudiano, oculis nostris ambigo, an quempiam deinceps parem

conſpicaturis. Vir ſiquidem fuit prouidus, prudens, doctus, eloquens, acer, & hominum æui, loci, populi ſui ingenioſiſſimus: quique indeſinenter ſalua religione philoſopharetur: & licèt crinem, barbamque non paſceret, pallium & clauam nunc irrideret, nunc etiam execraretur, à collegio tamen complatonicorum ſolo habitu ac fide diſſociabatur: Deus bone! quid erat illud, quotiens ad eum cum ſola conſultationis gratia conueniebamus! Quàm ille omnibus ſtatim totum non dubitans, non faſtidiens aperiebat, voluptuoſiſſimum reputans, ſi fortè oborta quarumpiam quæſtionum inſolubilitate labyrinthica ſcientiæ ſuæ theſauri euentilarentur. Iam ſi frequentes conſederamus, officium audiendi omnibus, vni ſolùm quem forſitan elegiſſemus, deputans ius loquendi, viritim, viciſſimque, non tumultuatim, nec ſine ſchematis cuiuſpiam geſtu artificioſo, doctrinæ ſuæ opes eroga urus. Deinde quæcunque dixiſſet protinus reluctantium ſyllogiſmorum contrarietatibus excipiebamus. Sed repellebat omnium noſtrûm temerarias oppoſitiones. Itaque nihil non perpenſum probatumque recipiebatur. Hinc etiam illi apud nos maxima reuerentia fuit, quod non ſatis ferebat ægrè, pigram in quibuſpiam ſequacitatem. Hæc apud eum culpa veniabilis erat; quo fiebat, eſſet vt nobis patientia eiuſdem ſine imitatione laudabilis. Quis enim virum ſuper abditis conſuleret inuitus, à cuius diſputationis communione ne idiotarum quidem imperitorumque ſciſcitatio repudiaretur? hæc pauca de ſtudiis. Cæterùm cætera quis competenti præconio extollat, quòd conditionis humanæ per omnia memor, clericos opere, ſermone populares, exhortatione mœrentes, deſtitutos ſolatio, captiuos pretio, ieiunos cibo, nudos operimento, conſolabatur. Pariter & ſuper his plura replicare ſuperforaneum ſtatuo. Nam merita ſua quibus diuitem conſcientiam cenſu pauperatus locupletauit, ſpe futuræ retributionis celare plus ſtuduit. Epiſcopum fratrem maiorem natu, affectuoſiſſimè obſeruans, quem diligebat vt filium, cùm tanquam patrem veneraretur. Sed & ille ſuſpiciebat hunc granditer, habens in eo conſiliarium in iudiciis, vicarium in eccleſiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Sic vtrique ab alterutro vſque ad inuidiam exempli, mutua fide germanitatis officia reſtituebantur. Sed quid dolorem noſtrum moderaturi cauſis potiùs doloris fomenta ſufficimus? Igitur vt dicere inſtitueramus, huic iam vt eſt illud Maronianum cineri ingrato, id eſt, gratiam non relaturo næniam condidimus triſtem, luctuoſamque propemodum laborioſè, quia faceret dictandi deſuetudo difficultatem, niſi quòd animum natura deſidioſiſſimum, dolor fletu grauidus accendit. Eius hoc carmen eſt.

Germani decus & dolor Mamerci,
Mirantum vnica gemma episcoporum,
Hoc dat cespite membra Claudianus.
Triplex bibliotheca quo magistro,
Romana, Attica, Christiana fulsit:
Quam totam monachus virente in æuo
Secreta bibit institutione.
Orator, Dialecticus, Poeta,
Tractator, Geometra, Musicusque,
Doctus soluere vincla quæstionum,
Et verbi gladio secare sectas,
Si quæ Catholicam fidem lacessunt.
Psalmorum hic modulator & phonascus,
Ante altaria fratre gratulante,
Instructas docuit sonare classes.
Hic solennibus annuis parauit,
Quæ quo tempore lecta conuenirent.
Antistes fuit ordine in secundo,
Fratrem fasce leuans episcopali.
Nam de Pontificis tenore summi,
Ille insignia sumpsit, hic laborem.
At tu quisque doles, amice lector,
De tanto quasi nil viro superfit,
Vdis parce genis rigare marmor.
Mens & gloria non queunt humari.

Ecce quod carmen cùm primùm affui, super vnanimi fratris ossa conscripsi. Namque tunc abfui cùm funeraretur: nec ob hoc tamen perdidi in totum desideratissimam flendi occasionem. Nam dum fortè meditarer, lacrymis habenas anima parturiente laxaui, fecique ad epitaphium, quod alij fecerunt ad sepulcrum. Hæc ergo scripsimus tibi, ne forsitan arbitrarere solam nos colere viuorum sodalitatem, reique tuo iudicio essemus, nisi amicorum vita carentum semper æquè vt incolumium reminisceremur. Namque & ex hoc quod vix reseruatur imaginaria fides vel superstitibus, non præter æquum opinabere, si perpaucos esse coniicias, qui mortuos ament. Vale.

Angit me nimis, &c.] s̄ epist. 7. lib 1 *Angit me casus Aruandi, nec dißimulo quin angat.* Plin. ep. 21. lib. 4. vide s̄.

Oculis meis ambigo an quempiam deinceps parem conspicaturis] Plinius epi. 19. lib 7. *Doleo enim maximam fœminam eripi oculis ciuitatis, nescio an aliquid simile visurus.*

Et licèt crinem, barbamque non pasceret] Philosophi crinem barbamque promittebant. Seneca ep. 5. & ep. 48. Firmicus lib. 8. cap. 6. Gellius li 13. cap. 8. Artemid. l. 1. c. 19. & 32. Primus autem Philosophorum barbam aluisse dicitur Antisthenes, Suidas in

voce κεκάρθαι, infra, epist. 9. libt. 9. *Tum praeterea non caesariem pascere*, &c.

Pallium] Insigne philosophorum, Tertullianus libro de pallio, Lactantius lib. 5. cap. 2. Apul. 1. Florid. *Item pallio cadauera operiri, & philosophos amiciri.* Capitol. in Antonino Philosopho: *Nam duodecimum annum ingressus, habitum philosophi sumpsit, & deinceps tolerantiam, cùm studeret in pallio, & humi cubaret:* vnde *palliatus Pythagoras* Valerio lib. 2. cap. 1. Apul. 11. *palliata mendicabula*. Policratici lib. 8. cap. 21.

Clauam] Philosophi olim Herculis exemplo clauam gestabant. Apuleius 4. Floridor. *Philosophus iste Hercules fuit: seminudus & ipse, & claua insignis.* Ad cuius imitationem Philosophi clauam, i. nodosum baculum tenebant. Apul. lib. 11. Idem Apolog. *Peram & baculum tu Philosophis exprobrares?* paulo post de Hercule: *Neque vna pelle vestitior fuit, neque vno baculo comitatior.* de quo ĩ. Carm. 11.

Alcides claua, Mauors tum lusit in hasta. infra, epist. 9. lib. 9. *Neque pallio aut claua velut sophisticis insignibus gloriari.*

Irrideret] Veram laudat, non palliatam philosophiam in Claudiano, vt in Tito Aristone, Plin. ep. 22. l. 1. & in Beracho Symmachus ep. 23. lib. 1. necnon in Fausto Sido. ep. 9. lib. 9. Sene. ep. 5. *Asperum cultum & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita.* Re vera autem Mamercus palliatos illos irridebat. Claudian. lib. 2. de statu animae cap. 10. sub finem.

A collegio tamen complatonicorum] Complatonici eidem Sidonio ante Car. 14. epist. ad Polemium: *Specialiter tibi & complatonicis tuis nota sunt.*

Fide] Sic mss. & vulgati rectè, fide enim Catholica & religioso habitu, à Platonicorum secta dissecabatur Claudianus, caeter Platonicus. Et haec est Sidonii mẽs init. hu. ep. *Quique indesinenter salua religione philosopharetur.* ĩ. ep. 2. l. 5. *Mamercus Claudianus peritissimus Christianorum philosophus,* ĩ. ep. 9. l. 9. quod dictum sit, ne vir eruditus *facie* legat.

Pigram in quibusdam sequacitatem] Qui tardè argumentandi rationem assequebantur, ĩ. ep. 9. l. 9. *scribarum sequacitas.*

Superforaneum] s̃. ep. 7. l. 1. *cum hac superforanea trepidatione.*

Pauperatus] s̃. ep. 2. lib. 2. *piscibus pauperaretur.* ĩ. ep. 12. l. 6. *propter defectionem ciuium pauperatorum.* Lamprid. in Alexan. Seue. *Dicens & fures à rep. pellendos, & pauperãdos.*

Vicarium] i. coepiscopum, coadiutorẽ, Conci. Neocaesariensis can. 13. *Vicarij autẽ Episcoporum, quos Graeci coepiscopos vocant, constituti sunt ad exemplum septuaginta seniorũ.* &c. Antiocheni c. 8. *Vicariis verò Episcopis, qui à Graecis coepiscopi vocantur formatas facere liceat.* *Vicariae dignitas* Ennodio ep. ad Agapitum, i. coepiscopatus, Isidorus de officiis Eccles. lib. 2. cap. 6. *Coepiscopi, i. vicarij: vicarius Episcopi.* Concilij Spalensis can. 9. Salegunstatiensis can 16. *Vt nullus Romam eat, nisi cum licentia sui Episcopi, vel eius vicarij.*

Tabularium in tributis] Qui Viennensis Ecclesiae rationes tractaret, tabularius, ead. signif. in l. 2. C. de iure fisci, & passim in Iure, qui publicas rationes tractant, ĩ. ep. 7. lib 5. *salaria tabularis.*

Cineri ingrato, i. gratiam non relaturo] Verg. 6. *& cineri ingrato suprema ferebant.* Seruius: *Alij ingrato dicunt gratiam non sentienti.*

Quia faceret dictandi desuetudo difficultatem] Symmach. ep. 53. l. 1. *Dehinc quod mihi iners desuetudo oblimat ingenium,* ĩ. ep. 12. & 13 l. 9.

Dolor fletu grauidus accendit] Vide s̃. ep. 10 lib. 2. adde quod ait Ouid. 14. Metam.

Talibus atque aliis, in quae dolor ipse disertum

Fecerat. Praeter Senecam Tragicum Plin. ep. 20. lib. 4. *Ingenio vim & amaritudinem dolor addit.*

Germani decus, & dolor Mamerci] Martialem lib. 10. imitatus est.

Romani decus & dolor theatri.

Germani, id est germani fratris Episcopi Viennensis, qui turbato fatalitatis ordine fratri Claudiano superuixit: loquutio elegans de diem functis, quos cum honore desideramus. Vergil. 10.

O dolor, atque decus magnum rediture parenti.

Ausoni. in Epitaph. vxoris. *Et decus, & dolor es, coniugis Ausonij.* Idem de Atilio Glabrione.

Tam decus omne tuis, quàm mox dolor, omnia acerbo
Funere præreptus, Glabrio, destituis.

Symmach. epist. 24. l. 10. *Virtutum omnium virum fata rapuerunt, summo patria gemitu, cui decus insigne præstabat, in fine mortem celebrem dolor omnium fecerit.*

Gemma Episcoporum.] Sic vulgati codices, reclamantibus quotquot legerim mss. in quibus *pompa* habetur. vulgatam lectionem non reiicio, cum veteris libri auctoritate nitatur, & ita Ĵ. epist. 4. l. 9. *Sed tu flos sacerdotum, gemma Pontificum.* Vindocinensis ms. in Tobiam.

Nobilibus trabeatus auis, decus orbis, honesti
Forma, sacerdotum gemma, lucerna gregis.

Ĵ. e. 22. huius lib. *vir magnificus Hesperius gemma amicorum, literarumque.*

Monachus] antiquitus bonæ artes in monasteriis edocebantur. Euseb. hist. Eccles. l. 5. cap. 10. Eucherius epist. ad Salonium de quæst. vet. & noui testa. ex Concilij Gangre. can. 5. Burchar lib. 2. c. 156. *Propterea dignum est vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria,* can. omnis ætas. 12. quæst. 1. Concilij Cabillonensis. can. 3. Nam netensis can. 9. *Clericum habeat, qui scholam possit tenere.* Gregor. Turo. lib. 1. de miracul. cap. 76. & in histor. S. Patrocli. Carol. Magnus. lib. 1. cap. 72. Lupus Ferrar. epi. 1. ad Einhardum, & epist. 46. Ex monacho autem factus est clericus, quia monachatus erat gradus ad clericatum. D. Hieronymus, & monachi pro vtilitate Ecclesiæ, ad clerica officia promouebantur. Concil. Agath. cap. 27. Ilerdensis. can. 3. Siritius. PP. ad Cumerium, cap. 12.

Secreta bibit institutione.] D. Hiero. epist. ad Lætam de Instit. filiæ. *Apostolorum acta & epistolas tota cordis imbibat voluntate.* ibid. *difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt,* Ĵ. lib. 7. in Concio. *Quia donec scientiã natura combiberit,* idem Narbone.

Pro fluctu mage literas bibisti.

Orator, Dialecticus, poëta] Libellum elegantem contra vanos poëtas poëticè cõposuit, necnon collationem veteris & noui testamenti, quæ Ruffi Asterij nomine circumfertur, hymnum etiam de quo s̄. epist. 3. huius lib. Dialecticus suo æuo celebris. s̄. notaui e. 3. huius lib. quibus adde, quod ait Claudianus in præfatione ad Sidonium, de statu animæ, & Sido. epi. 2. l. 5. necnon orator, Ĵ. e. 2. lib. 5. *Oratoria declamat.*

Tractator] 1. Arithmeticus, & calculo, plurima enim operi suo de statu animæ, ex Arithmeticis & Geometricis inspersit Claudianus Mamer. in præfat. ad Sidonium. *Quædam ex Geometricis & Arithmeticis pralibauit,* & quod maximè facit vt credam tractatorem hoc loco Arithmeticum esse, tria hæc coniunguntur:

Tractator, Geometra, Musicusque, vt & in epist. 5. l. 2. de eodem Claudiano: *Et Arithmetica numerat, & Geometrica metitur, & Musica ponderat:* reliquum est vt tractatorem pro Arithmetico enuntiari posse doceamus. Gloss. vett. λογισμός, *tractatio. tractatores,* in l. 3. C. de Cano. larg. tit. Et aliis quas doctiss. Cuiacius allegat, tabularij sunt & numerarij, qui publicas rationes subducunt, & annonas computant, & ita *tractator* interpretandus est, in Nouella Theodosij de patrimonia. rei dominicæ 3. Sicque tabularios, Anianus in l. 5. C. Th. de tabulariis, *qui publicas rationes tractant,* exponit, *ratiocinia tractare,* l ead. vt l. 8. de manumiss. testa. lib. 21. de statu liberis, *rationes tractare, rationes publicas tractantes.* Firmic. lib. 3. c. 6. Iulianus, cap. 82. *tractenta, quos dicimus apud Latinos tractatores, id est scriniarij, qui annonas pu-*

blicas computant, & tractant, à tractando.i. computando, tractatores dicti, & erat nomen officij, vt & numerarius, & tabularius: verùm tamen vt numerarius Glossario veteri. ἀριθμητής, *tabularius*, Senecæ epist. 88. & lib. 1 §. Indi. de extraord. cognit. ita & tractator eadem significatione, præter nomen officij, est calculator, & arithmeticus.

Et verbi gladio secare sectas] id est sacræ scripturæ testimoniis, & auctoritatibus. Claudia. Mamercus. l. 2 de statu ani. cap. 12. init. *Igitur quanquam nullus locorum sic, vbi harumpiam scripturarum testimoniis vsus sim, fas tamen est multimodò veritatis gladio falsiloquis cerviculam salubri concisione contruncari:* Sacræ scripturæ auctoritas, gladius est, D. Ambros. in Psal. 43. *gladius enim, Dei verbum est.* Arnobius in annotatiuncula ad cap. 8. Ioannis. *Gladius scilicet spiritus sanctus est.* D. Hieroni. Psalm. 9. *Framea, verbum Dei.* Idem. Psal. 149. Eucherius ad Veranium in formulis. *Gladius vindicta, vel sermo Domini* Idem *in Romphea.* Idem *in Arma, &c.* Alcimus lib. 6. c. 16.

Pro gladio vibrat, bis acutum dextera verbum.

Qui gladius bonum vulnus infligit, & infigit, D. Ambros. l 3. de Virginib. *Est & gladius bonus, cuius gladij bonum vulnus, vulnerat Dei verbum, sed non vlcerat*, quo gladio errores interficiuntur, vt ait August. lib. 1. contra Petiliani literas, non homines.

Secare sectas] tropicè secarè sectas, secta enim à secando, id est sequendo. Vergil. lib. 10. *quam quisque secat spem.*

vbi Seruius. *sequitur, habet, tenet, vnde sectas dicimus.* vnde & sectores. Asconius. 3. in Verrem: & Noni. cap. 4. Secare hoc loco, concidere est, & ita eleganter allusit ad secandi verbum, *sectam sequi.* Asconi. in Miloniana.

Phonascus.] s epi. 1. l. 1. *edomator vocis*, Tertulliano, lib. 1. de pallio in fine. *musicus monitor* Cælio Aureliano, lib. 1. tar. pass. cap. 5. & lib. 4. c. 7. *praceptor*, eidem l. 2. cap. 6. *musicus artifex.* eiusd. libri, c. 13. *magister vocis & cantus modulator.* Columellæ in præfat. ad Syluinum, qui primus in choris concinebat, vt reliqui rectè, & ad modulos canerent, & *pracentor in choris*, vocatur ab Apuleio, in Apologe. *vocalis* Gregorio Turon. de vita patrum, cap. 3. *Valentinianus Diaconus Presbyter atque vocalis.* i. præcentor. Glossæ vet. Φωνακός, *vocalis.*

Quæ quo tempore lecta conuenirent] ante eum. Musæus Massiliensis. Gennad. de viris Inlust. cap. 79. & Honor. cap. eod. necnon D. Hilarius, & D. Ambrosius Sigeb. in Chron. An. Do. 391. Vualfridus Strabo de rebus Ecclesiast. cap. 22. & c. 25. Concilij Toletani. 4. can. 12. à quibus Romani plurima mutuari sunt. Vualf. Strabo, c. 25. *Et quia Gallicana Ecclesia viris non minus peritissimis instructa, sacrorum officiorum instrumenta habebat non minima, ex eis aliqua Romanorum officiis immixta dicuntur, &c.*

Antistes fuit ordine in secundo.] id est secundi ordinis Episcopus, id est Coepiscopus, qui paulò ante *Vicarius in Ecclesia*: sed cur antistes vocetur à Sidonio, sciendum est, & à Gennadio de vir. inlust. vbi de Salviano. *Scripsit expositionis extrema partis Ecclesiastis ad Claudianum Episcopum Viennensem.* Idem Honorius cap. eodem insigit: constat tamen illum nunquam fuisse Episcopum, nam ante fratrem suum Episcopum Viennensem occubuit, vt ex hac epistola clarum est, neè canonum, *ius & fas sacerdotij singularis* (vt loquitur Pacianus, e. 3. ad Sympronianum) patitur, vt vno eodemque tempore duo sint, eiusdem Ecclesiæ Episcopi: attamen Episcopus vocatur à Gennadio, & Antistes à Sidonio: vt rationem perfectè teneamus, hanc putaui altiùs & quasi à fonte repetendam: Primis Ecclesiæ temporibus, duo tantum ordines agnoscebantur, scilicet Episcoporum & Presbyterorum: Anacletus PP. ad omnes Episcopos, cap. 18. *amplius quàm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis collati sunt, nec Apostoli docuerunt.* D. Cyprianus. epi. 11. lib 3. Damasus PP. Prospero Numidiæ Episcopo & reliquis. Et Burchardus Decreti, l. 2. cap. 4. Illi scilicet Episcopi

ad instar Apostolorum, hi scilicet Presbyteri ad instar septuaginta discipulorum creati, D. Augustin. apud Burchardum, lib. 2. cap. 55. *Sicut enim Episcopi Apostolorũ in Ecclesia, ita nimirum Presbyteri cæterorum discipulorum Domini vicem tenent:* Concil. Neo-cæsarien. can. 13. & Eusebius PP. Episcopis Thusciæ & Campaniæ in fine. Isidorus, de offic. Eccles. lib. 2. cap. 6. Carolus Mag. l. 1. cap. 168. 170. & l. 7. cap 314. Quemadmodum autem septuaginta discipuli titulo Apostolorum honorantur, & dicuntur Apostoli. Paulus 1. Corinthios cap. 15. Ibidem Chrysostomus, & Origenes aduersus Celsum, lib. 2. & D. Hiero. cap. 1. ad Galathas, & in epist. ad Fabiolam: ita & presbyteri vocati sunt Episcopi. Paulus ad Titum, cap. 1. primæ ad Timotheum, cap. 3. 93. distinct. can. legimus. Chrysostomus Homil. prima, in epi. ad Philipp. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 7. & ita locum Pauli 1. ad Timotheum, cap. 3. Isichius lib. 2. cap. 8. in Leuiticum, atque Haimo Halberstadiensis Episcopus, interpretantur rectè. Vt rem exemplis comprobemus præter illud nostri Claudiani quod citauimus, Iustus presbyter & Archidiaconus S. Illidij Arnernensis Episcopi, de quo Gregor. Turo. lib. 1. cap. 45. & Carthilacei codices Illidiani cœnobij: nominatur Episcopus in arca marmorea, cum hoc titulo.

IBI REQVIESCIT. S. IVSTVS ARVERNICAE VRBIS EPISCOPVS.

Qui tamen inter Episcopos à Gregorio non refertur: necnon alij multi in album Episcoporum Ecclesiæ Claromontensis intepserunt, præter eos qui à Gregorio Turo. describuntur, quod huiusce nominis inscientia accidit. Eadem ratione auctores Ecclesiastici conciliandi sunt, qui quidem inter se dissident in eo, quòd à S. Petro primas nonnulli Clementi tribuunt, alij Lino, & tertio loco Clementem statuunt. Ego ad eorum sententiam accedo, qui Clementem esse primum Antistitem arbitrantur, quamuis refragentur. Ignatius, e. 1. ad Mariam Cassabolitã, Irenæus, l. 3 c. 3. contra hæreses Eusebius lib. 3 c 11. 16. & l. 5. c 6. D. August. epi. 165. ad literas cuiusdam Donatistæ. Epiphanius, l 1. tom. 2. hæresi. 27. Nicephorus lib. 2. c. 35. lib. 3. cap. 2. Gregor. Turo. l. 1. c. 27. & omnes penè Chronographi, cum Beda, & Vsuardo vetere ex Haimone, in Martyrolog. à Tertulliano state non piget, de præscript. aduersus hæreticos, & ab Eucherio in epist. Parænetica ad Valerianum, & Aldhelmo de laudibus virginitatis, cap. 12. can. Si Petrus 8. quæst. 1. qui primus ab Isidoro numeratur in tomo Conciliorum, vbi nulla Lini mentio fit, qui Petri Apostoli coadiutor fuit, atque cum Petrus Pontum & Bithynam peragraret, vt Epiphanius ait, & Eucherius Actuum, cap. 3. ad Saloninm, sedem illo absentet enuit: sicque eodem errore, quo Claudianus & Iustus in Episcoporum numerum, sic isti in Paparum adlecti sunt. Scio ab interpretibus diuersam ab ista ex Hieronymo causam traddi in supradicto canone, quam expende.

Fratrem fasce leuans] Concil. Rothomag. can. 11. Iuo parte 5. cap. 196. Decretal.

Ordine in secundo.] id est non primi ordinis Episcopus Claudianus erat, sed secundi, secundi ordinis Episcopus, id est presbyter, & Archidiaconus, 7. epist. 25. huius libri, vbi de Ioanne Archidiacono Pauli Iunioris Episcopi Cabillonensis, in cuius locum ille successit, ac cum hunc iam secundi ordinis sacerdotem, id est Archidiaconum interprete Sidonio ead. Epist. primi enim ordinis Episcopi, primique gradus, sunt Cathedrales Episcopi: secundi ordinis, Archidiaconi, & ita D. Hieronymus septuaginta discipulos, *secundi ordinis præceptores, ex Luca, secundo gradus discipulos, ex Apostolo secundos discipulos appellat*, in ep. ad Fabiolam, 127. mans. 6. ratio petenda est ex D. Augustino, apud Burchardum, lib. 2. cap. 55. *scitote vestrum gradum, nostro gradus secundum, & pene coniunctum esse. Proximum dicit*, lex. 5. C. Th. de hæreticis.

Nam de Pontificis tenore summi.] Summi pontificis, id est primi ordinis Episcopi: Summus enim Pontifex erat frater Mamercus, & hac nota dignoscebantur à pres-

plerique qui tantum viuentes amant, seu potius amare se simulant, ac ne simulant quidem nisi quod florenteis vident. nam miserorum, non secus ac defunctorum obliuiscuntur.

SIDONIVS SIMPLICIO ET APOLLINARI SVIS S. EPISTOLA XII.

DEus bone! quantum naufragioso pelago conformis est motus animorum, quippe cum nuntiorum turbinibus aduersis quasi propria tempestate confunditur! Nuper ego filiúsque communis Terentianæ Hecyræ sales ruminabamus, studenti adsidebam naturæ meminens, & professionis oblitus. Quòque absolutius rythmos comicos incitata docilitate sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti, id est, Epitrepontem Menandri in manibus habebam, legebamus pariter, laudabamus, iocabamúrque, & quæ vota sunt communia, illum lectio, me ille capiebat, cùm repentè puer familiaris astitit vultuosus. cui nos, quid ita? & ille: lectorem, inquit, Constantem nomine, pro foribus vidi à dominis Simplicio & Apollinare redeuntem, dedit quidem literas quas acceperat, sed perdidit quas recepit. Quibus agnitis serenitas lætitiæ meæ confestim nubilo superducti mœroris insorduit, tantámque mihi bilem nuntij huiusce contrarietas excitauit, vt per plurimos dies illum ipsum hermam stolidissimum venire ante oculos meos inexoratus arcuerim, laturus ægrè; si mihi apices, aut quoscunque, aut quorumcumque non redderet, taceam vestros, qui mihi dum recti compos animus durat, minimè frequentes, maximè desiderabiles iudicabuntur. At postquam nostra sensim temporis interuallo ira defremuit percontor, num verbo quippiam præterea detulisset? Respondit ipse quanquam esset trepidus & sternax, & præ reatu balbutiret ore, cæcutiret intuitu, totum quo instrui, quo delectari valerem, paginis quæ intercidissent fuisse mandatum. quocirca recurrite ad pugillares, replicate membranas, & scripta rescribite. Tandiu enim æquanimiter admitto, vt desiderio meo sinister euentus officiat, donec ad vos nostro sermone perueniat, ad nos vestrum non peruenisse sermonem. Valete.

Motus animorum.] Zeno Veronensis, Serm. 2. in Genes. *Quemadmodum Dei imaginem portat? cuius vultus passibilis omni conuersioni subiectus, momentis omnibus demutatur, labore, ætate, langore, ira, gaudio, tristitudine, tótque induat vultus, quot animi fuerint motus.* J. Carm. 7.

Nuper ego filiúsque communis.] id est Apollinaris Sidonij filius, ad quem Sidonius eleganti epistola 13. lib. 3. epist. 9. & 11. lib. 5. Quem bonis artibus imbuendū

curauit vt ex dictis epistolis perspicuum est, de quo Greg. Turo.l.2.c.37. hist. & l. 1.de mirac.c.45.plura in Aruernæ antiquitatibus.

Natura meminens] erat enim natus ad poësim. s. epist. 10. lib. 2. Sicque cum Apollinare filio Terentianæ Hecitæ sales ruminabat, & repuerascebat. Symmachus epist. 20.lib. 4. *Dum filius meus Græcis literis initiatur, ego me denuò studiis eius velut æqualis adiunxi, repuerascere enim nos pietas iubet, vt literarum dulcedinem liberis nostris labor participatus insinuet.* Idem Auson. Edyl.5.ad Nepotem.

Meminens.] s.e.3. huius lib.epist. 10.lib.2.& j.e 6.lib.7.

Professionis oblitus.] Cum enim se Episcopum professus est, literis illis pellacibus, & quasi pellicibus nuntium remisit, & bona gratia diuortium fecit. j. epist. 4. l. 8. & epist. vltim. lib. 9. in carm. & epist. 3. huius lib. Episcopis prohibetur libros Gentilium legere. Burchar. lib. 1. cap. 95. & 97. Sulpicio Seuero epist. 7. Paulinus *vide autem ne mihi calumnieris quod aliquid de poëta non nostri iam studij tanquam propositi violator adsumpserim.*

Rhitmos Comicos.] id est modos, quibus Comici vtuntur, *apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cottidiani dissimile sermonis.* vt Tullius ait in oratore. Quid differat à metro, rithmus, docet Diomedes, init. lib. 3.

Ipse etiam fabulam similis argumenti, id est Epitrepontem Menandri.] Sic mss. nescio quo modo Sidonius Hecyram Terentianam tradit esse similis argumenti, ac Epitrepontem Menandri, cùm Hecyra & Phormio ab Apollodoro dicantur esse translatæ, reliquæ ex Menãdro Comico. Donati prologomena in Hecyram Terentij. D. Hieron. ad Pammachium, e. 101. *Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres Comicos interpretati sunt.* pueris autem Menander in manibus. Auson. Edyl. 5. ad Nepotem, *& amabilis orsa Menandri Euoluenda tibi.*

In manibus habebam] Græcè sciisse Sidonium, in eius vita, cap.1.notaui, non possum satis, nec sine stomacho mirari, Hermolai Barbari barbariem, qui Sidonium Græcarum literarum inscientia notat, lib. 4. cap. 12. Castigationum Plinian. & ex professo. lib. 6. cap. 26. & ex eo Lylius Giraldus de Poëtis Latinis. Rationémque scilicet necessariam addit, quòd spreta syllabarum quantitate, in dictionibus Græcis, pro breuibus, longis, & vice mutua licenter vsus sit: eadem de caussa Græcarum literarum imperitiæ Prudentium arguat, & Ausonium, qui multis locis, quos enumerare fastidiosum esset, promiscuè græcis syllabis, & prout lex carminis exigit, non habita ratione quantitatis, vt regulis placet, abutitur. Vtrumque tamen græcè doctum, nemo sani capitis inficiabitur: Vergil. etiam 6. Aen. non seruauit naturam syllabæ, sed metri causa corrupit & corripuit.

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Notat Serui. Aeneid. 11. ad hæc

iuuat indulgere choreis.

Puer] id est seruus, s. epist. 2.l. 1. & epi.8. & 18.l. 4. vide quæ ad 8.l.4.notaui. j. epi. 5.l. 6.

Vultuosus.] id est tetrica & obducta fronte, vt solent serui. Donatus Andria. *more seruili & vernili gestu, sic enim vocatis à dominus, vultuosè agunt.* Apuleius lib. 3. *Sed vultuosam frontem rugis insurgentibus*, Prudentius Hymno Romani Martyris.

Nec terret ista, qua tumes vesania,
Quòd vultuosus, quòd supinus, quod rigens,
Tormenta lethi comminaris aspera.

alio sensu Martianus Felix, lib. 2. de Nuptiis. *vultuosè*, & Cassiodorus in Psal. 2. *vultuosum.*

A domi [illegible] *Simplicio & Apollinare*] j.epi.4.lib. 7. *Verissimis dominis anima mea, Simplicio & Apollinari.*

Insorduit.] s.epi.l.2. *Si turbo Aestiuus insorduit, &c.*

Hermam stolidissimum.] id est stipitem, truncum, brutum, bardum. Iuuenal. Satyr. 8. *truncoque simillimus hermæ.*

Taceam vestros.] Pro tacebo. J. Carm. 7. *mortem mandare valebo.*

Insontis, taceam nostri. vide notas.

Sternax.] J. e. 14. l. 5. *ad hæc te festa cernicum humiliatarum, & sternacium ciuium suspiciosa contubernia,* Vergil. 12. Æneid. *Et sternacis equi.* vbi Seru. i. *Ferocis, qui sternit equitem.* Festus Auienus in orbis descript.

hac pecoris dorso sternacis in æquor.

Inachis illata est. non eodem sensu, quo Sidonius, Vergil. Si Seruio fides. Rectè Isidor. in Glossis. mss. *sterinaces, pauidi.*

SIDONIVS VECTIO SVO S. EPIST. XIII.

NVper rogatu Germanici spectabilis viri Cantillensem ecclesiam inspexi. Est ipse loco sitorum facilè primus, quique post tergum cùm iam duodecim lustra transmittat, cottidie tamen habitu cultúque conspicuo non iuuenescit solùm, sed quodammodo repuerascit. Enimuero vestis astricta, tensus cothurnus, crinis in rotæ specimen accisus, barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forpicibus, ad hoc & munere superno membrorum solida coniunctio, integer visus, amplus in celeri gressus incessu, incorruptæ lactea dentium compage gingiuæ. Non illi stomachus nauseat, non vena flammatur, non cor incutitur, non pulmo suspirat, non riget lumbus, non iecur turget, non mollescit manus, non spina curuatur, sed præditus sanitate iuuenili, solam sibi vindicat de senectute reuerentiam. Propter quæ beneficia peculiaria Dei, quoniam vobis iura amicitiæ grandia vigent, quippe vicinis, obsecro ac moneo, vt consilio tuo cui sequendo per conscientiam magnam maximam tribuis auctoritatem, non multùm fidat ambiguis, nec nimis nimiæ credat incolumitati. Sed tandem professione religionis arrepta, viribus potius resurgentis innocentiæ conualescat: faciat se vetustus annis, meritis nouum. Et quoniã nemo fermè est, qui plectibilibus careat occultis, ipse super his quæ clam commissa reminiscitur, palàm fusa satisfactione soluatur. Nam sacerdotis pater, filiúsque Pontificis, nisi sanctus est, rubo similis efficitur, quem de rosis natum, rosásque patientẽ & genitis gignentibúsque floribus mediũ pungentibus cõparanda peccatis, dumorum vallat asperitas.

Vectio.] Sic mss. de quo e. 9. huius libri. *Interueni proximè Vectio illustri viro.*

Cantillensem Ecclesiam.] id est Ecclesiam sitam Cantellæ, de qua donatio Pipini Regis manuscripta Mousiacensi monasterio facta, & sigillo regio obfirmata: de Cantella à Pipino rege capta Innominatus scriptor histor. Francor. hodie CHANTELLE.

Quique post tergum cùm iam duodecim lustra transmittat.] Iuuenalem imitatus est hoc loco. Satyr. 13. *stupet hæc, qui iam post terga reliquit*

Sexaginta annos.

Repuerascit.] Gloss. vett. *πάλιν παῖς γίνομαι. repuerasco*, Symmachus epi. 10. lib. 4. *repuerascere enim nos pietas iubet.* Tertull. aduersus Valentinianos. Claud. Mamer. l.1. cap. 1. *in senectute puerascunt.* Auso. Edyl 5. *Obductosque seni facies puerascere sensus.*

Vestu adstricta.] id est vestis tensa, & strictiùs adsuta vestis, *Sine rugosis sinibus*, vt loquitur lex penultima C. Theodo. de scenicis. Vestis adstricta ad decorē & politiam, vt & rugosa. Sueto. in Aug. cap. 73. *Qui vestitus decorem non affectauit, togis neque restrictis, neque fusis.* D. Hieron. ad Demetriadem, *Fuge lasciuiam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte dimittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes, &c.* Et veteres Franci adstrictis vestibus induebantur, J. Carm. 2. *Strictius assuetæ vestes procera coërcent*

Membra virûm, &c. Item Gothi. e.20. l.4.

Tensus cothurnus.] Sic mss. J. e. 11. l. 8. in Car. *nec vt solebat*

Laxo pes natet altus in cothurno. vbi plura.

Crinis in rotæ specimen accisus.] Comam erotundare decorum duxit antiquitas. Varro de liberis educandis, *alij sunt circuntonsi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis videantur esse serui.* Leuitici, cap. 19. *nec in rotundum tondetis comam.* Hyschius lib. 6. *id est, non radere in rotundum aspectum capitis, sicut & Symmachus edidit, quemadmodum etiam hi facere consueuerunt, qui barbaricas student comas.* Sic veteres Galli comam erotundatam alebant. Agathias lib. 1. Tertullian. de cultu fœm. *Propriasque præstigias formæ, & hic sexus sibi agnoscit, barbam acriùs cædere, interuellere, circundare capillum, &c.* & hoc quidem ad nitorem dixit Sidonius: vnde Senecæ *circumtonsa oratio*, concinna & elegans est, e. 115. S. e. 7. lib. 1. *paulo ante detonsus punicatusque.*

Barba intra rugarum latebras, mersis ad cutem secta forpicibus.] Qui studebant elegantiæ, barbam acriùs rasitabant, vide. S. e. 1. lib. 1. ad hæc, *tonsor assiduus genas adusque forpicibus euellit.*

Lactea dentium compage.] S. epist. 2. l. 1. *Sic casu dentium series ordinata prominens, niueum protinus repræsentat ipsa colorem*, S. epi. 13. l. 3. *os dentibus buxeum*, probro vertit.

Solam sibi vendicat de senectute reuerentiam.] Plinius de Spurinna. e. 1. lib. 3. *Inde illi post septimum & septuagesimum annum, aurium oculorúmque vigor integer, inde agile & viuidum corpus, soláque ex senectute prudentia.*

Professione.] Sæpè occurret in hoc epistolari opere, epi. 1. & 5. l. 3. e. 3. 6. 9. 12. 14. & 24. l. 4. e. 3. l. 5. e. 8. l. 7. & in Concio. & al. non semel. Auitus in præfat. lib. 6. ad Fuscinam sororem. *decet enim professionem, nunc etiam ætatem nostram, si quid scriptitandum est*, etc. l. 7. C. Th. de hæreticis, *velut religiosæ professionis officia mentiantur.* Burchardus lib. 2. c. 211. *sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant:* & Concilij Carthagin. c. 45. *Clericus professionem suã etiam habitu & incessu probet.* Burch. l. 2. cap. 109.

Et quoniam nemo fermè est, qui plectibilibus careat occultis.] Sic mss. rectè S. e. 6. lib. 4. *plectibilis inuidia*, & e. 1. l. 6. *plectibilis vita*, sed plectibilia hoc loco sunt crimina, quibus nemo ex omni parte liber & solutus viuit: humanum est peccare, homines sumus, non Dij, vt ait Petron. & cap. 7. Cõcil. Mileuitani. & eodem sensu in l 5. C. Theod. de Hereticis. *Quisquis opinionem plectibilibus Dei profanus imminuit.*

SIDONIVS POLEMIO SVO
S. EPISTOLA XIIII.

CAius Tacitus vnus è maioribus tuis, Vlpianorum temporum consularis, sub verbis cuiuspiam Germanici ducis in historia sua retulit, dicens: *Cum Vespasiano mihi vetus amicitia, & dum priuatus esset*

amici vocabamur. Quò respicit, ais, ista præfari? vt scilicet memineris eo tempore, quo personam publicam portas, gratiæ te priuatæ memorem semper esse oportere. Biennium prope clauditur, quòd te Præfectum prætorio Galliarum non noua vestra dignatione, sed nostro affectu adhuc vetere gaudemus. Qui si Romanarum rerum sineret aduersitas, ægrè toleraremus, nisi singulæ personæ, non dicam prouinciæ variis per te beneficiis amplificarentur, & nunc cùm id quod possibilitas tua non habet, verecundia non petatur, dicas velim, qualiter futurus fueris humanus in factis, qui perduras auarus in verbis. Nam tuorum peritiæ comparatus, non solùm Cornelios oratores, sed Ausonios quoque poetas vincere potes. Si te hactenus philosophantem, noua subitò ob iurisdictionem gloria capit, *& nos aliquod nomenque decusque Gessimus.* At si videtur humilitas nostræ professionis habenda contemptui, quia Christo res humanas vitasque medicaturo putrium conscientiarum cultro squalens vlcus aperimus: quod in nostri ordinis viris, etsi adhuc aliquid de negligentia fœtet, nihil iam tamen de superbia tumet: noueris volo non vt est apud præsulem fori, sic esse apud iudicem mundi. Namque vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur; ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absoluitur. Vnde liquidò patet incongruè à patribus vestris nimis reum pronuntiari, cuius causa plus spectat tribunal alienum. Quapropter imminentem querelam nostri doloris nequaquam valebis vlteriùs effundere, quia succedentibus prosperis, siue obliuiscare, seu negligas gratiam antiquam, iuxta est acerbum. Proinde si futura magni pensitas, scribe clerico: Si præsentia, scribe collegæ. Et hanc ipse in te virtutem, si naturalis est, excole. Si minùs, vt insititiam appone, qua sodales vetustos nunquam pro consequentum nouitate fastidias. Porro autem videbere sic amicis vti quasi floribus, tam diu gratis donec recentibus. Vale.

Caius Tacitus] Sic mss. idem ep 22. hu. libri: *Namque & antiquitus cùm Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria suasisset.*

Vlpianorum temporum consularis] In locum enim Virginij Ruffi tertiò Consulis ordinarij diem functi suffectus est. Plinius epist. 1. lib. 2. *Laudatus est à consule Cornelio Tacito,* &c.

Cum Vespasiano mihi vetus amicitia, & dum priuatus esset amici vocabamur] Ex Caio Tacito lib. 5. histor. in fine, vbi tamen sic habetur: *Cum Vespasiano mihi vetus obseruantia.* Ennodius Messalæ epist. vlt.

Quo personam publicam portas] Idem in Panegyr. Auiti Augusti:

portauimus vmbram

Imperij. Arnobius lib. 2. contra nationes: *Qui (Deus) si non esset, nulla profectò res esset, quæ aliquod nomen, substantiamque portaret.* Auitus lib. 6. Poem.

Si captiua thori cum portet nomen inane

Coniugis. Cassiodorus ep. 4. lib. 5. *Iudicantis portauit animum ad subsellia co-*

gnitorum. idem ep.5.l.6. *Talem denique oportet esse quæstorem, qualem portare principis decet imaginem*. idem ep.18.lib.8. *Nam cùm omnis appellatio, ad declarandas res videatur imposita, nimis absurdum portare nomen alienum*. Optatus l.2. *Valent quidem membris, sed erepta portant funera dignitatis.* Sedulius 4.

Portantes longo natas errore tenebras.

Præfectum prætorio Galliarum] ſ. Carm. 15.

Et quibus ingesta sub tempore Præfecturæ,
Conspicuus sanctas se reddit præsule leges.

Humanus] mss. Pith. Iur. Bong. expungunt, reliqui retinent rectè, i. liberalis, cui auarus opponitur, ſ. ep.14. lib.7. *humanissimus*, & *humanitas* sæpe. Isidor. in Glossis mss. *profusus, humanus, vel largus.*

Sese hactenus philosophantem] ſ. Carm.5. *consurge sophorum*
Egregium Pelemi decus, ac nunc Stoica tandem
Pone supercilia, &c.

Noua subitò ob iurisdictionem gloria capit] Honores mutant mores adagio cessit. Zeno Veronensis serm. de Psalm cxxx. *Nulli enim faciliùs efferuntur, nisi quos inopinati honoris culmen extollit*. Saluianus Eucherio ep. *Pedissequa enim plerumque noui honoris est arrogantia*, quam qui abiiciunt, & procul à se facessere iubent, laudibus eleuandi sunt, ſ. ep.3. lib.2. *Raroque genere exempli altitudinem tuam humilitate sublimas.* quò loci nonnulla. Symmach. ep.1. lib.8. *Compertum habeo quolibet honorum culmine, animum tuum non solere mutari.* Claudianus in Panegyr. Theodosij:

nec quæ comitatur honores,
Ausa tuam leuiter tentare superbia mentem,
Frons priuata manet.

Idem Panegyr.2. Stiliconis. *nec prospera flatus*
Attollunt nimios, quin ipsa superbia longè
Discessit, vitium rebus solemne secundis.

Petrus Chrysologus serm.136. *Calcato etiam suæ fastigio potestatis, & abiecta opum suarum interna conscientia; vnde tumor maximus humanis semper dominatur in mentibus.* Auiti Epitaphium.

Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris
Erigitur, seque ipse aliis plus æstimat, imò
Subiicitur magnus, seruat mediocria summus.

Theodoricus Rex ep.4. l.1. de Cassiodoro: *Nullo quippe, vt plerisque moris erat, elatus fauore fortunæ, in cothurnum se magnæ potestatis erexit*. Donatus Andria in fine: *Sunt qui felicitate elati, ne respicere quidem velint amicos, & respicere est propriè retrò aspicere, id est, quem præcedis felicitate, non obliuiscaris.* Ille autem arrogantiæ supinus fastus nonnisi animis imprudentum irrepit. Salisberien. Policrat. lib.4 cap.7. *Difficillimum est vt gradus honorum tumorem non pariat in animo imprudentis.* Burchardus lib.1. cap.13. vt hîc Polemium Sidonius, ita Tetradium Ausonius reprehendit ep.15.

Et nos aliquod nomenque decusque gessimus] Ex Vergilio lib.2. Æneid. Comminian. apud Carisium lib.4. de solœcismo pronominibus vt

Et nos aliquod nomenque decusque

· *Gessimus.* ἀντὶ τοῦ, *& ego gessi.* Gessit autem Sidonius præfecturam vrbis & patriciatum. Vitam vide cap.5. in fine, quoad modum loquendi. Claudian. Mamer. contra vanos poetas:

Si decus à falsis aliquod nomenque tulisti.

At si videtur humilitas nostræ professionis habenda contemptui] Olim episcopatus inter dignitates non numerabatur. Balsam. sextæ Synodi in Trullo can.7. Saluianus lib.4. *Si honoratior quispiam religioni se adplicauerit, illico honoratus esse desistit, vbi quis enim mutauit vestem, mutat & protinus dignitatem: si fuerit sublimis, fit despicabilis: si fue-*

rit splendidissimus, fit vilissimus: si fuerit totus honoris, fit totus iniuriæ, &c Idem lib. 3. ad Ecclesiam Catholicam: D. Ambro-sius ep. 36. de S. Paulino: *Si fortè quis Christianus vir attentior Christianæ religionis vestem mutauerit, indignum facinus appellant.* Idem D. Hieron. ep. 34. ad Iulianum: Eucherius in Parænetica ad Valerianum: *Nonne honor maior est, huiusmodi honore inhonorum esse malle, ac suis magis moribus, quàm promiscuis honoribus æstimari?*

Humilitas professionis] Quia & contemptibiles, viles, & humiles Episcopi se profitebantur, nihil frequentius in epistolis Episcoporum & Paparum decretis. Balsamo in cano. 42. Synodi Carthaginensis, & sextæ synodi in Trullo, canon. 9. ꝫ. epist 12. lib. 7.

Vitasque] Vitas, an vitam dicendum esset, olim controuersum est, Gregor. Aruernus Turonen. episc. in præfat. lib. 1. de vita Patrum: *Et quæritur à quibusdam, vtrum vitam sanctorum, an vitas dicere debeamus. Aulus Gellius autem & complures alij, philosophorum vitas dicere voluerunt: nam Plinius auctor in tertio artis Grammaticæ libro ait, vitas antiqui cuiuscumque nostrum dixerunt, sed Grammatici pluralem non putant habere vitam: vnde manifestum est melius dici vitam Patrum, quàm vitas, quia cùm sit diuersitas meritorum virtutumque, vna tamen omnes vita corporis alit in mundo.* Idem tamen cap. 12. de vita Patrum, Leobardo Abbati natione Aruerno consilium dat, *vt vitas Patrum legat.* Etita Vergil. lib. 6. de Minoe: *vitasque & crimina discit.* Capitol. in Macrino: *Sed eius qui vitas aliorum scribere orditur officium est, digna cognitione perscribere.* Augustin. de Ciuitate Dei, lib. 12. cap. 19. sub finem.

Namque vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur, ita nobiscum qui eadem fuerit confessus absoluitur] Hunc Sidonij locum effinxit Cassiodorus in Psalmum 74. *Illud inspiciamus quod mortem plerumque generat, vel semel terreno iudici crimina confiteri, Deo autem frequentata confessio, non parturit periculum, sed salutem.* idem Psalmo 31. *Illis non iudex, sed aduocatus est Christus, qui se propria confessione damnarunt.* Nam vt ait Tertullian de Pœnitent *Cùm accusat, excusat: cùm condemnat, absoluit, in quantum non peperceris tibi, intantum tibi Deus crede parcet.* ꝫ. ep. 23. lib. 4. *Et dominum sequens non habeas te iudice reum, se profitente damnabilem.*

A partibus vestris] i. à vobis, & secularibus qui ius dicunt, reus confessus addicitur, ꝫ. ep. 7. lib. 1 Nos verò, licèt confessi, rei pronuntiari non possumus, cùm nostra causa non præsulem fori, sed iudicem mundi spectet, qui confessos absoluit, non condemnat.

Siue obliuiscaris, seu negligas] Ita mss. ꝫ. ep. 8. lib. 5. *Seu nuptiales tibi thalamorum faces, siue perfossæ regiæ ictibus fera describerentur.* Rutilius:

Siue loci ingenio, seu domini genio.

Si præsentia scribe collega] Quia Præfectus vrbi, & Præfectus prætorio indiscretæ ducebantur dignitatis, l. 1. Cod. Theodos de præfect. præt. siue vrbis: Sidonius autem præfecturam vrbanam rexerat, Polemius prætorianam regebat. Iulianus cap. 38 *Nam præfectus præt. præf. vrbis & magister milit. præsentium, & præpositus sacri cubiculi, similem habent dignitatem.*

Porro autem videbere sic amicis vti quasi floribus, tandiu gratis, quandiu recentibus] Giraldus de Barri Anglicus Vvallensis ms ex Bibliotheca P. Poeti Senatoris erudit. Magistro Albino Hefordensi, epist. *Porro in Ecclesiastico legitur, ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi, & in Sidonio vetustos sodales pro recentium nouitate ne fastidias, alioquin sic videberis amicis vti, vt floribus, tandiu gratis quandiu recentibus.*

SIDONIVS ELAPHIO SVO S. EPISTOLA XV.

EPulum multiplex, & capaciſſima lectiſternia para, plurimis viis, pluribus turbis. Ita bonorum contubernio ſedit ad te venitur, quippe poſtquam omnibus tempus futuræ dedicationis inclaruit. Nam baptiſterium quod olim fabricabamini, ſcribitis poſſe iam conſecrari. Ad quæ feſta vos voti, nos miniſterij, officij multos, fidei totos cauſa ſollicitat. Si quidem res eſt grandis exempli, eo tempore à vobis noua eccleſiarum culmina ſtrui, quo vix alius auderet vetuſta ſarcire. Quod reſtat optamus, vt Deo noſtro per vberes annos, ſicut vota redditis, ita voueatis reddenda: Idque non ſolùm religione cælata, ſed & conuerſione manifeſta, mitigatoque temporum ſtatu, tam deſiderio meo Chriſtus indulgeat, quàm Rutenórum, vt poſſitis & pro illis offerre ſacrificia, qui iam pro vobis offertis altaria. De cætero quanquam, & extremus autumnus iam diem breuiat, & viatorum ſollicitas aures, foliis toto nemore labentibus, crepulo fragore circunſtrepit, inque caſtellum ad quod inuitas, vtpote Alpinis rupibus cinctum ſub vicinitate brumali difficiliùs aſcenditur: nos tamen (Deo præuio) per tuorum montium latera confragoſa venientes, nec ſubiectas cautes, nec ſuperiectas niues expaueſcimus, quamuis iugorum profunda decliuitas aggere cocleatim fracto, ſæpe redeunda ſit: quia etſi nulla ſolennitas, tu ſatis dignus es, (vt eſt Tullianum illud) propter quem Theſpiæ viſantur. Vale.

Epulum] Dedicationis feſto Gentiles & Chriſtiani epulabantur. Plin. ep. 1. lib. 4. *Templum pecunia mea extruxi, cuius dedicationem cùm ſit paratum, differre longiùs irreligioſum eſt, erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui.* Gregor. Magnus lib. 10. ep. 71. *Nam vt die dedicationis, vel natalitio SS. Martyrum religioſis conuiuiis ſolemnitatem celebrent.* Gregorius Turonenſis lib. 1. de S. Martino, cap. 6. *vt ventum eſt ad conuiuium.* Balſamo Synodi Laodic. can. 51. & 52. D. Hieronymus epiſt. ad Euſtochium, de S. Petri die feſto: *Feſtus eſt dies, & natalis beati Petri: feſtiuius eſt ſolitò tendendus.* ſub finem eiuſdem epiſtolæ *Vnde nobis ſollicitiùs prouidendum eſt, vt ſolemnem diem non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus, quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe ieiuniis.* Petrus Chryſologus ſerm. 129. *Noli æſtimare, chariſſime, quòd in ſolis prandiis & profuſioribus epulis, natales Martyrum celebrentur,* &c. Gregorius Nazianzenus in Car. de vitæ differentiis. & Niſſenus in vita Gregorij Thaumaturgi. & Gregorius Turonen. lib. 2. de miracul. S. Martini, cap. 16. Attamen cùm poſtea licentiùs græcarentur in honorem Sanctorum, D. Ambroſius de Helia & ieiunio cap. 17. & huiuſcemodi compotationibus ſe Sanctorum gratiam demereri crederent, Policratici lib 8. cap. 6. Illæ compotationes & epulæ publicis legibus coërcitæ fuerunt. Carol. Magnus lib. 4 cap. 46. Concil. Namnet. cap. 10. & Concil. Antiſiodor. cap. 2. Inſuper choreæ quoniam in Dei fiunt honorem, non reprobabantur, Balſam. Synodi

Carthag.

Carthagin.cano.63. quæ etiam in Ecclesiarum dedicationibus fiebant. & concilij Cabillonensis primi cano. 18. prohibentur. Antissiodorensis cano. 9. & Concilij Toletani 3. c. vlt. vbi *ballimachia* vocantur, & prohibentur, *balatrones*, Burchardo lib.10.cap.39.ex Concil Braccar.can.80. idem ex synodo Africana can.27. eiusdem libri cap 36.Balsam. sextæ synodi can.62. & 75. Quos canones aggessi, vt Aruerni nostri desistant à choreis, quas in suis sodalitiis & Sanctorum natalibus celebrare solent, & ab his superstitiosis compotationibus, quibus se irreligiosè proluunt.

Lectisternia] i. sterne lectos quibus epulantes accumbere solent. Isidor.lib.15.c.5. *Lectisternia dicuntur, vbi homines sedere consueuerunt.* 5.ep. 2. lib. 2. Et id quidem cum sacrorum causa lecti in fanis sternebantur. Labeo apud Festum in *sistere fana*. & Macrobius lib.3.cap.6. Saturn.

Ita bonorum contubernio sedit] Vergil. *Sedit Ænea.* idem init.lib.4.

immotumque sedet &c.

id est, *placeret*. Seruius idem, *Et sedet hoc animo.* Nonius, *Cordi est, honestè dictum pro animo sedet.* Macrobius lib.6.cap.2. *sedet animo.* Deuteron. cap.21. *sederet animo.* Seneca epist.46. *sedet iudicium.* Plinius lib.2. cap. 7. *sedere autem cepit sententia hæc.* Vlpianus in l. si fideiussor, §. vlt. qui satisd.cogant. *si hoc iudici sederit.* l 37.Cod.Theod. de episco.ecclef.& cleric. *id nostro sedit arbitrio.* & l.2. Cod.eod. de donationib. *Si ita sederit possidentibus.* Ammianus Marcellinus initio lib.18. *Seditque tandem multa & varia cogitanti id tentare.* idem lib.30 in fine. Concilij Auraicensis cap. 22. *Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur diacones coniugati.* Sidon. in Panegyr. Auiti:

Tandem cunctanti sedit sententia, &c.

Fabricabimus] *Verbum de his qui c[illegible]ramque recipiant declinationem, pro nostra voluntate, actiua tamen sunt significationis.* Seruius Æneid.1. M. Tullius lib. 3. de Orato. *Capitolij fastigium illud, & caeterarum adium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est.* D. Hieronymus Paulino: *Et cæteri qui variam suppellectilem & vilia opuscula fabricantur.* idem Rustico monacho: *apum fabricare aluearia.*

Ad qua festa] Dedicationis scilicet quæ olim *encenia*, & celebrabantur annuatim. Felix Papa in decretis, & ex eo Burchard.lib.3. cap. 58. Gregorius Turonensis de mirac S. Martini lib.1. cap.6. *ad diem festum*, 7. ep.3.lib 9. & Martyrologia.

Vos veti] Elaphius voti reus erat, quoad votiui baptisterij consecratione se exsolueret, idcirco dixit, vos voti causa sollicitat.

Nos ministerij] id est, me Sidonium episcopum ministerij cura sollicitat, sed qui fieri potest, vt ministerij cura Sidonio incumberet, cùm is non esset Rutenorum Episcopus, ad quem huiusce baptisterij consecratio spectabat. Concilij Auraicensis can.10. *Dedicatio illi omnimodè reseruatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit.* Nec alium quàm loci episcopum euocare ius erat ad Ecclesiæ consecrationem, eodem can. Concilij Aurelian.can.1.& 3 Vvormaciensis cano.1. in quas ecclesiasticæ disciplinæ regulas impegisse Sidonium nefas dicere, reus enim læsæ disciplinæ ageretur, etiamsi eum Elaphius ad Ecclesiæ consecrationem inuitasset, supradicti concilij can.10. Verum dicendum est (quantum ex Sidonio epist. 6 lib.7. colligere licet) tunc temporis Rutenorum ecclesiam summo fuisse viduatam pontifice, in cuius locum alium sufficere non liberum erat. Sidon. *Burdegala, Petrogori, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Elusani, Vasates, Conuenæ, Auscenses, multoque iam maior numerus ciuitatum (summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec vllis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis)* Tunc enim Euarigis Arriana vis sæuiebat, ea propter Sidonius baptisterium consecrauit, eo quòd Rutenorum episcopus mortuus esset, vt paulo post dicemus.

Officij multos] i. sacerdotes & presbyteros, ad Enceniorum enim solemnia presbyteri & sacerdotes accersebantur. Concilij Auraicensis can.10. Grego. Turonen.

de gloria Confessor. cap. 10. Fortunat. lib. 3. ad Felicem de dedicat. ecclesiæ suæ, J. epist. 3. lib. 9.

Fidei totos causa sollicitat] Præter episcopos & leuitas, magna etiam populi frequentia confluebat, quia fidei causa agebatur, tunc enim Arriani toram pene Aquitaniam inuaserant, totos, id est, omnes 5. noraui causa fidei. 5. ep. 7. lib. 3.

Vix auderet alius vetusta sarcire] Notat sæuitiam Euarigis, quòd ecclesias reparari vetaret, J. epist. 6. lib. 7. *Videas in ecclesiis aut putres culminum lapsus*, &c. Cùm Christiani Arrianorum ecclesias non destruerent, sed consecrarent, Ioannes 1. PP. episcopis per Italiam directis. & Burchard. lib. 3. cap. 32. Synagogasque Iudæorum reparari, non nouas struí Christiani Imperatores statuerunt. D. Ambrosius epist 29. & 30. l. 3. C. de pagan. sacrif. & temp Cassiod. lib. 4. epist. 43.

Tam desiderio meo Cristus indulgeat, quàm Rutenorum] Hæc & sequentia manifestè produnt, Rutenorum ecclesiam acephalam esse, & sine capite, id est, episcopo, in cuius vicem Elaphinm subrogari, desæuiente Arrianorum crudelitate, & temperato temporum statu, eum Rutenis desiderat, vt possit offerre sacrificia pro Rutenis, qui pro se offert altaria: idem accidit Euphronio Augustodunensi. Greg. Turonen lib 2. cap. 15.

Aggere cochleatim fracto] i. itinere per circuitus facto, & in cochleæ similitudinem fracto propter Alpinam glaciem. *cochlea templi*, per quam gradatim & per anfractus ad altiora ascendebatur. 3. Regum, cap. 6. ibid Interpr. Varro lib. 3. cap. 5. de re rust. *cochlea torcularis* Vitruuius lib. 6 cap. 9. *haustoria* l. 5 c. vlt. l. 10 ca. 11. *cochlides columnæ*. in templo DD. Traiani & Antonini. P. Victor Reg. 8. & 9. *id est intrinsecus gradibus peruia*. vt in vrbis Constantinopol[illegible]os Reg. 7. & in collectione vrbis legitur. Marcellinus Comes in Chron. *Statua Theodosij Magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit*, Basilio solo Cons.

Thespiæ visantur] Adagium ductum ex Cupidine marmoreo, quem Praxiteles mira arte fabrefecit, adeò vt non alia de causa Thespiæ viserentur. M. Tullius li. 4. in Verrem orat. 9. init. *Idem, opinor, artifex eiusdem modi Cupidinem fecit, illum qui est Thespiis, propter quē Thespiæ visuntur*. idem, *Quid Thespienses vt Cupidinis signum propter quod vnum visuntur Thespiæ*. Plinius lib. 36. cap. 5. *Eiusdem est Cupido Verri obiectus à Cicerone, propter quem Thespiæ visebantur*.

SIDONIVS RVRITIO SVO SALVTEM.
EPISTOLA XVI.

ACcepi per Paterninum paginam vestram, quæ plus mellis an salis habeat incertum est. Cæterùm eloquij copiam hanc præfert, hos olet flores, vt bene appareat non vos manifesta modò, verùm quoque furtiua lectione proficere, quamquam & hoc furtum quod deprecaris exemplati libelli, non venia tam debeat respicere, quàm gloria. Quid tu enim facias absque virtute, qui nec ipsa peccata sine laude committis? Ego verò quicquid impositum est mihi fraudis, vtpote absenti, libens audio, principalique pro munere amplector, qui quodammodo damnum indemne toleraui. Neque enim quod tuo accessit vsui, decessit hoc nostræ proprietati, aut ad incrementa scientiæ vestræ per detrimenta venistis alienæ. Quin potius ipse iure ab hinc vberi præconio non carebis, qui magis igneo ingenio naturam decenter ignis imitatus

es,de quo si quid demere velis, remanet totus qui transfertur. Vnde iam parce trepidare, deque moribus amici plusculum recto secus credere. Namque in hoc facto, nos magis vulnus polluit culpæ, si feriat ictus inuidiæ. Vale.

Exemplati libelli] In Glossis. *exemplo* ἀντιγράφω, quod in Græcolatinis, *rescribo* interpretatur rectè, Grego. Turon. de vita Patrum, c.6. *Videns autem sæpius in oratorium literas super iconas Apostolorum, reliquorumque Sanctorum esse conscriptas, exemplauit eas in codice.* Idem lib.1. de mirac. cap.64. *Ille verò post decursam valde gauisus, nocturno sub tempore, famulante lumine velociter exemplauit.* Simia Sidonij Anticlaud. l.1. *Sese geminos exemplat in arcus.* 3. *exemplat in axem Materiam ferri.* ibid. *exemplans auri speciem.* postea: *in studiis exemplat eam.*

Damnum indemne toleraui] Elegans ὀξύμωρον. Quamuis enim Sidonij librum Ruricius exemplauerit, non Sidonij damno cedit, cùm illi remaneat exemplar, Ruricio exemplum, atque sic indemne damnum illud est, in hoc quodammodo contrario loquendi genere frequens est, s. *infœcunda fœcunditas*, ep.9. lib.2. ibid. *iniusta iusta, expedita impedimenta*, ep.18. l.4. *cruor incruentus.* ep.13. l.9.

Igneo ingenio] i. acri & ardenti, s. ep.7. l.1. *acres & flammei viri*, j. ep.17. l.5. *vt est natura vir flammeus.* D. Hieron. ep. ad Paulum Concordiensem: *Non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit.* Nam vt ait Ennius in Epimaco. *mentis ignis est.*

Naturam ignis decenter imitatus es] Ennius apud M. Tullium de Offic. *Vt homo qui oranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat, facit vt nihilominus ipsi luceat, cùm illi accenderit.* Petrus Damian. de institut. ecclesiastica, c.13. in fine: *In eo sanè quo de spiritu Mosi tollere dicitur, atque aliis dare, nullum Moises sui spiritus dispendium pertulisse credendus est, velut si ab ardente lucerna lumen qualibet materia mutuetur, nullo propter hoc lucerna proprij splendoris detrimento minuitur.* Tertull. in Apolog. & ex eo Eucherius in Homel.

Parce trepidare] i. desine timere, ep.8. l.8. *Parce tandem in nobilitatis inuidiam rusticari.* & ep.9 eiusd. lib. *Sed tu Tytire parce prouocare.*

SIDONIVS ARVOGASTI SVO S.
EPISTOLA XVII.

EMinentiùs amicus tuus, Domine maior, obtulit mihi quas ipse dictasti literas literatas, & gratiæ trifariam renidentis cultu refertas: quarum vtique virtutum charitas prima est, quæ te coegit in nobis, vel peregrinis, vel iam latere cupientibus, humilia dignari. Tum verecundia, cuius instinctu dum immeritò trepidas, meritò prædicaris. Tertia vrbanitas, qua te ineptire facetissimè allegas, & Quirinalis impletus fonte facundiæ, potor Mosellæ, Tyberim ructas: Sic barbarorum familiaris, quod tamen nescius barbarismorum: Par ducibus antiquis lingua manuque: sed quorum dextera solebat non minùs stylum tractare, quàm gladium. Quocirca sermonis pompa Romani, si qua adhuc vspiam est, Belgicis olim siue Rhenanis abolita terris, in te resedit: quo vel incolumi, vel perorante, etsi apud limitem ipsum Latina iura ceciderunt, verba non titubant. Quapropter alternum salue re-

pendens, granditer lætor, saltem in illustri pectore tuo vanescentium literarum remansisse vestigia: quæ si frequenti lectione continuas, experiere per dies, quantò antecellunt belluis homines, tantò anteferri rusticis institutos. De paginis sanè quod spiritalibus vis, vt aliquid interpres improbus garriam, iustiùs hæc postulabuntur à sacerdotibus loco propinquis, ætate grandæuis, fide claris, opere vulgatis, ore promptis, memoria tenacibus, omni denique meritorum sublimium dote potioribus. Namque vt antistitem ciuitatis vestræ relinquam, consummatissimum virum, cunctarumque virtutum conscientia, & fama iuxta beatum multo opportuniùs de quibuscunque quæstionibus tibi interrogintur inclyti Galliarum patres, ac protomystæ, nec satis positus in longinquo Lupus, nec parum in proximo Auspicius: quorum doctrinæ abundanti euentilandæ, nec consultatio tua sufficit. Proinde quòd super hac precum parte non parui, benignus quidem, sed & iustus ignosce, quia si vos imperitiam fugere par est, me quoque decet vitare iactantiam.

Arbogasti] V. inlustri, militiæque armatæ, ex prosapia veteris illius Arbogastis Comitis, natione Franci, de quo Pacatus in Paneg. Theod. Oros. l. 7. c. 35. Aurelius Victor & Diaconus in Theodos. vita S. Ambrosij, & Sulpicius Alexander libro 4. histor.

Literas literatas] Plinius in epistol. *illiteratissima litera*, eidem & Sidon. s̄ epist. 3. huius libri.

Peregrinis] Vel quia vrbs Aruerna Euarigi dedita erat, & exul Sidonius peregrinabatur. s̄. epist. 10. & j̄. epist. 22. huius libri: vel quia episcopus, j̄. ep. 9. l. 9. *Riochatus antistes ac monachus atque istius mundo bis peregrinus.*

Humilia dignari] s̄. epist. 10. lib. 4. *Siquidem conuenit humiliatos humilia sectari.* & ep. 14. *Vt si videtur humilitas nostra professionis habenda contemptui.*

Ineptire] s̄. ep. ·. hu. lib. *Quæ secundùm belluas ineptit, brutescit.* Catullus:

Miser Catulle desinas ineptire. Vide s̄.

Et Quirinalis impletus fonte facundiæ] Sic mss. rectissimè. j̄. ep. 22. lib. 4. *Quandoquidem sermonum copia impletus.* Fortun. l. 3. de Agerico Virdunensi episc.

Egregios fontes sacri baptismatis exples,
Tam pia diuino fonte repletus agis. vide j̄. ep. 22.

Potor Mosellæ] s̄. ep. 8. lib. 1. *bibitor Araricus.* j̄. Carm. 5.

Et Scythica potor Tanaiticus vnda.

Potor Mosellæ, i. Metēsis vel Treuirensis ciuis, Tyberim ructas, i. Romani sermonis elegantias.

Sic Barbarorum familiaris] i. Francorum, qui paulo antea factione Lucij viri consularis, ob stuprum vxori suæ ab Auito Imp. illatum, in Belgicam irruperant. Aimoinus lib. 1. cap. 3. & Treuirorum ciuitatem ceperant, atque Metensium. Hincmarus in hist. S. Remigij. j̄. Carm. 5.

Quòd tamen nescius barbarismorum] j̄. ep. 5. l. 5. *Quoties audio quòd te præsente formidet facere linguæ suæ barbarus barbarismum.*

Par ducibus antiquis lingua manuque] Olim duces non solùm lituis, sed etiā literis adsuescebant, & exercebatur. Velleius l. 1. de Scipione, & Salust. init. histor auctor Dialo. de orat. *Ex his intelligi potest Cn. Pōpeiū & M. Crassū nō viribus modò et armis, sed*

ingenio quoque & oratione valuisse. Lætulos & Metellos & Lucullos & Curiones, & cæteram procerum manum multum in his studiis operæ curæque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam potentiam, sine eloquẽtia consecutum.] epist. 6. l. 8. de Caio Cæsare. & Carm. 5.

Sed quorum dextra solebat non minus stylum tractare, quàm gladium.] Signatè vsus est & consideratè tractandi verbo. Donatus lib. 10. Aeneid. *tractare est, ferrum tenere, & pugnare: retractare autem, reiicere & recusare.* Seneca epi. 88. *Hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare.* Spart. in Hadriano. *gladiatoria arma tractauit.* Vegetius lib. 1. cap. 4. & c. 12. Prudent. contra Symmac. lib 2.

durum tractandis robur in armis.

l. 15. C. Th. de tyronibus & l. 1. C. eod de testimonial extrib. & protect. S. epist. 2. lib. 1. *Putes illum & in calculis arma tractare.* J. Car. 2. in fine.

Attamen ô princeps, quam nunc tibi classis & arma
Tractentur.

Sermonis pompa Romani] i. linguæ Latiaris elegantia, *Pompa facundiæ* Minutio, in Octa. *Rhetorici pompa sermonis.* D. Hiero. epist. 22. J. Car. 2. *Qua pompa Tacitus.* J. e. 9. l. 9. *Scripseras autem plurima ardenter, plura pompose. pompaticus sermo.* In proœm. lib. 2. ad Ephes. D. Hieronymus, *pomposa elocutio*, Ennodio, ad Constantium epist. *pomposa facundia*, Fortunato epist. ad Gregorium Aruernum. Idem ad Bertigranum *nitido pomposa poemata cultu.*

Et si apud ipsum limitem Latina iura ceciderunt, verba non titubant. Sic mss. Tractus ille & limes Romanarum erat partium. Saluian. l. 7. *Ac primum de solo patrio effusa est in Germaniam primam, nomine Barbaram, ditione Romanam.* Aimoi. lib. 1. cap. 5. *Eaque tantum pars Galliarum Romanæ suberat ditioni, quam Rheni fluenta, ac amnis Ligeris determinant:* at Romanos expulerunt Franci, Aimoinus ibid. & J. Carm 7. Tunc enim rerum Romanarum status penè ceciderat, Saluianus l. 7. & J. epist. 14. huius lib. *Si enim Romanarum rerum sineret aduersitas,* & epi. 2. l. 8. *Téque per Gallias uno magistro sub hac tempestate bellorum Latina tenuerunt ora portum, cum pertulerint arma naufragium,* qui locus cum isto coniungendus est.

Vanescentium literarum.] Barbararum gentium incursiones, quæ Sidonij æuo Gallias infestabant, barbariem induxerant, & humanitatem humanioresque literas abegerant: S. epist. 10. l. 2. & epi. 2. l. 8. Quibus locis Hesperio & Ioanni gratulatur, quòd proprietatem linguæ Latinæ à barbarie vindicant.

Experiere per dies quantò antecellunt bellius homines, tantò anteferri rusticis institutos.] Sic mss. Cui. Iul. Pet. Pit. Amar. mss. Put. Cla. & Achillis Statij anteecedunt, vtraque lectio idonea est, mendosè in Basiliensi libro, antefari. Quoad sententiam. Mar. Tull. 1. officiorum. *cum multis rebus humiliores & infirmiores sint, videntur hac re maximè bestiis præstare, quod loqui possunt. Quare præclarum mihi videtur adeptus is, qui quâ re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat.* M. Fabius, lib. 2. cap. 17. Inst. orator. *Quare si nihil à Diis oratione melius accepimus, quid tam dignum esse cultu aut labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus: quàm quo ipsi homines cæteris animalibus præstent?* Tertull. de Resurrect. carnis. *Sed accepisti homo os ad vorandum, atque potandum, cur non potius ad eloquendum, vt à cæteris animalibus distes, cur non potius ad prædicandum Deum, vt etiam hominibus antistes.* Damasus Papa. D. Hieronimo. *Nam cum idcircò (vt ait præcipuus orator) homines à bestiis differamus, quòd loqui possumus: qua laude dignus est, qui in ea re cæteros superat, in qua homines bestias antecellunt?*

Interpres improbus.] id est malus interpres, & coniector. Claudi. *Sed malus interpres rerum metus, &c.* Isido. in Glossis. mss. *Interpres malus, coniector.* Idem, *subsicimus, malus interpres.* Petauius senator eruditiss. interpretem improbum interpretatur, vt Iurisconsulti litigatorem improbum.

Namque vt antistitem ciuitatis vestræ.] Vide num is sit Victor Iunior Episcopus Metensis, de quo Sigebertus 453. An.

Prothomystæ.] š. epist. 9. l. 2. *Cur à quibusdam prothomystarum.*

Lupus.] Episcopus Tricassinus summæ vir eruditionis atque sanctitatis. J. epist. 1. lib. 6. & alias pssim, vbi plura.

Nec parum in proximo Auspicius.] Auspicius Leucerum Episcopus. J. epi. 10. lib. 7. Qui ob doctrinam atque religionem in numerũ Diuorum relatus est. Vsuardus. VIII. Eidus Iulij. Ciuitas Leucorum. Notitia Prouinciarũ, *hoc est Tullo.* Epistolæ Auspicij ad Arbogastem Comitem meminit Beda. & albus Tullensis Eccles. Auspicij.

SIDONIVS LVCONTIO SVO, S.

EPISTOLA XVIII.

OBliuisceris quod rogaris, éque contrario si quid iniungas, ex asse meministi repetere. Perlongum est, de cito reditu quæ tu tuique promiseritis mihi meísque, quorum omnium non sunt vel minima completa: quin potius, cùm fugam à nobis machinaremini, quò reuersuros ad sacrum pascha vos putaremus, nullæ graues sarcinæ ad prædium ex oppido ductæ, nulla serraca, nulla esseda subuehẽdis oneribus attrahebantur: vtque de matronalium partium nil querar fraude, quas cum expeditis tulistis impedimentis, túque fraterque communis Volusianus, vix singulorum clientum puerorúmque comitatu ambiebamini, per quod solicitudinem prosequentum vana mox recurrendi spe fefellistis. Certè frater Volusiaums, qui fortè pergens in prædia Baiocassina, totámque prouinciam Lugdunensem secundam peruagaturus, expectationem nostram specie breuioris itineris elusit, & nunc tu ipse sic multis contra fidem diebus ociabundus, ais, tibi si quas postea luserim metro nugas mitti oportere, annuo iniunctis, quia dignus es, vt talia legas: nam carmen ipsum quod nunc è manibus elabitur, tam rusticanum est, támque impolitum, vt me non illud ad villam, sed potius è villa mittere putes. Basilicam sancti pontificis confessorisque Martini Perpetuus Episcopus dignissimus tanto prædecessore successor, multum priori, quæ fuit hactenus capaciorem nouauit. Magnum est (vt ferunt) opus, nominandúmque, quod in honorem talis viri factum, talis vir fecisse debuerit. huius me parietibus inscribere supradictus sacerdos hoc epigramma compellit: quod recensebis, vt est in his quæcunque deposcit priuilegio charitatis imperiosissimus, Atque vtinam molis illius pompam, siue donaria, nil huius obsequij turpet oblatio, quod secus fore plurimùm timeo, nisi forsitan inter omnia venusta, sic epigrammatis istius fœditas placeat, vt niger næuus candido in corpore, qui quidem solet sic facere risum, quòd accipere suffragium. Sed quid hinc amplius? pone fistulas ipse pastorias, & elegiæ nostræ, quia pede claudicat, manum porrige.

Martini corpus totis venerabile terris:
In quo post vitæ tempora viuit honor,
Texerat hic primùm plebeio machina cultu,
Quæ Confessori non erat æqua suo:
Nec desistebat ciues onerare pudore
Gloria magna viri, gratia parua loci.
Antistes, sed qui numeratur sextus ab ipso
Longam Perpetuus sustulit inuidiam:
Internum remouens modici penetrale sacelli,
Amplàque tecta leuans exteriore domo.
Creuerúntque simul valido tribuente patrono,
In spatiis ædes, conditor in meritis:
Quæ Salomoniaco potis est confligere templo,
Septima quæ mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis, auro, argento si splenduit illud,
Istud transgreditur cuncta metalla fide.
Liuor abi mordax, absoluantúrque priores,
Nil nouet, aut addat garrula posteritas.
Dúmque venit Christus, populos qui suscitat omnes,
Perpetuò durent culmina Perpetui.

Obtulimus, vt cernis, quod cantilenæ recentis obuiam manui fuit: sed nec hoc minùs, si moras nectis, astra quatiemus, versibus quoque satyrographis, si res exegerit, vsuri: quos huic carmini lenitate adæquandos falsò putabis. Namque efficaciùs, citiùs, ardentiùs natura mortalium culpat aliqua, quàm laudet. Vale.

Ad prædium ex oppido] *prædium*.i. Abitacum, s̄. epist. 2. lib. 2. *Abitaci sumus, nomen hoc prædio.* j̄. *Si qua est prædij nostri suburbanitas.*

Oppido.] i. Aruerna. s̄. epist. 1. & 4. l. 3. *Nam sola vrbs, Roma, cætera oppida.* Isidor. s̄. notatum, posteà oppida, ciuitates dictæ sunt. Sicul. Flaccus de condic. agror. init.

Nulla sarraca.] Sunt amaxæ siue carræ, Glossæ vett. ἅμαξα, *sarraca, sarracum,* Vitruuius lib. 10. cap. 1. *Portationesque eorum non essent, nisi plaustrorum aut sarracorum per terram, &c.* Festus in *Soracum.* Capitol. in Antonino Philos. *tanta autem pestilentia fuit, vt vehiculis cadauera sint exportata, sarracisque.* Curius Fortunatianus 3. Rhetori. *Sunt quædam verba, quæ quamuis obsoleta sint, illis meliùs expeditur oratio, vt M. Tullius & sarracum, & ficem, et scalas dicere non turpe duxit. Sarracum Gallicum,* D. Hieron. in Esaiam, cap. vlt.

Nulla esseda.] de essedis. s̄. epist. 10. l. 2. j̄. Carm. 5.

rapit esseda victor.

vt sarracæ & Sarraca, ita esseda, & Senecæ, epist. 56.

Expeditis impedimentis.] Catull. *Aptis sarcinulis & expeditis.*

Frater Volusianus.] De quo j̄. epist. 17. l. 7. vbi in inscriptione epistolæ ex mss. legendum, *Volusiano fratri,* & est nomen amicitiæ.

In prædiis Baiocassinis.] Qui sint Baiocasses sola nominis exauditione notum est.

P. Pithoeus Aduerſ. 1. cap. 3. de Baiocaſſibus. Oroſius lib. 6. c. 7. & cap. 11. Qui & *Baiocaſſinus*, Gregor. Turo. lib. 5. cap. 26. Ibid. *Baiocaſſini Saxones*, & lib. 10. cap. 9. & lib. 2. de vita S. Martini, cap. 53. *Baiocaſſinus ciuis*. Itidem lib. 4. c. 22. *Simillimus incola Baiocaſſinus*. Idem hiſt. l. 9. c. 13. *Baiocaſſinus Pontifex*.

Lugdunenſem ſecundam.] Baiocas, quæ & *ciuitas Baiocaſſium*, in Notitia Prouinciarum. *Baiocas*, in Cathologo Metropoleos, & Vſuardo. Pridie Id. Sept. & Kal. Nouemb. necnon Aimoino. lib. 5. cap. 43. Eſt Lugdunenſis ſecundæ oppidum. Notitia imperij ſub diſpoſitione. V. Spectabilis Ducis Moguntiacenſis. *Præf. Latorum, Batauorum, & Gentilium Sueuorum, Baiocas & Conſtantia Lugdunenſis ſecunda.* Idem Notitia Prouinciarum, & Metropoleos.

Sed potius è villa.] id eſt Abitaco. ſ. epiſt. 2. l. 2. in fine, *ſed villam quæ ſpatioſa deſcribitur, grandem pronuntiabunt.* Idem epiſt. 12. eiuſ. lib. *egred ad villulam iam parabamus.* Lemma Car. 18. *De balneis villæ ſuæ ſuprà lacum poſitæ.*

Perpetuus Epiſcopus digniſſimus tanto prædeceſſore ſucceſſor.] id eſt, dignus qui S. Martino conclamatiſſimo viro ſuccederet. Paulinus lib. 6. de vita S. Martini.

> *Perpetuus Domini non ſolo nomine cultor,*
> *Et progreſſa pij ſectans exempla magiſtri.*

Gregor. Turo. lib. 1. de miraculis S. Martini, cap. 6. *S. verò Perpetuus Epiſcopus meritò beati diſcipulus prædicandus.* ſ. epiſt. 9. lib. 7. Ennodius de Honorato, Victoris Mediolanenſis ſucceſſore.

> *Acceſſit ad cumulum merito ſucceſſor & actu.* ſ. epi. 15. lib. 18.

Multum priori quæ fuit hactenus, capaciorem nouauit.] Multum priori Eccleſiæ, quã Briccius Beati Martini ſucceſſor ædificauerat. Gregor. Turo. lib. 10. *Hic ædificauit baſilicam paruulam, ſuper corpus Beati Martini, in qua & ipſe ſepultus eſt.* Idem de Perpetuo. *Hic ſubmota Baſilica, quam priùs Briccius Epiſcopus ædificauerat ſuper S. Martinum, ædificauit aliam ampliorem miro opere*: Idem Grego. lib. 10. *& ſepultus eſt in Baſilica, quàm Briccius Epiſcopus ſuper S. Martinum ſtruxerat.* in Euſtochio. infrà in Carmine.

Magnum eſt (vt ferunt) opus, nominandúmque] Gregor. Turon. de miracul. S. Martini, cap. 6. *anno ſexageſimo quarto poſt tranſitum glorioſi Domini Martini, beatus Perpetuus Turonicæ ſedis cathedram ſortitus eſt dignitatis: adeptuſque hunc apicem, cum votorum magno conſenſu, fundamenta templi ampliora, quàm fuerant, ſuper beata membra locare diſpoſuit. In quod ſagaci inſiſtens ſtudio, mirifico mancipauit effectui.* Idem lib. 10. de Perpetuo. *ædificauit aliam ampliorem miro opere.* Idem lib. 2. cap. 14. hiſt. *Cellulam quæ ſuper eum fabricata fuerat, videns paruulam, indignam talibus miraculis iudicauit. Qua ſubmota magnam ibi Baſilicam, quæ vſque hodie permanet, fabricauit, &c.*

Parietibus.] id eſt abſidæ, *nam in templi abſida corpus. S. Martini Perpetuus tranſtulit.* Gregorius lib. 10. cui inſcribti fuere Sidonij verſus. ms. liber. P. Peta. V. C. *aptè cum his initium ſit. Martini corpus, &c.* De quo tẽplo, præter auctores ſupradictos, Acta Concil. Turon. & de eiuſdem partibus, libellus ille ms.

Priuilegio charitatis imperioſiſſimus.] ſ. epiſt. 17. l. 7. *Sed ſi viciſſim charitatis imperiis fratres, amicos, commilitones obſequi decet.* Fortunatus ad Siagrium, *Amor blandus tyrannus eſt*, poſt. *Quid non obtineas, ſicut amas, ſic imperas.*

Donaria.] Fronto. *donum quod Diis datur*, inde vbi dona ponuntur, donarium appellatur, & ita Seruius, & ex eo Iſidorus, lib. 15. cap. 5. pro donis. D. Ambroſ. epiſt. 31. *nemo tamen donariis delubris.* Fortun. de theca argentea qua S. Bibiani reliquiæ ornabantur.

> *Sed cui vos animo donaria tanta dediſtis.*

Corrip. 4.

> *Et ſua placandis nectant donaria templis.*

ſ. epiſt. 4. l. 8.

Vt

Vt niger naeuus, candido in corpore.] Seneca lib. 2. controuer. 2. sub finem. *aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naeuus esset.*

Sextus] Perpetuus, sextus à S. Martino Episcopus. Gregorius Turon. lib. 10. *Sextus ordinatur Perpetuus, de genere & ipse (vt aiunt) senatorio.* Itidem albus ms. Episcoporum, res ipsa loquitur, incuria tamen error inrepsit in caput 14. lib. 2. historiæ vbi malè habetur, *Quintus post beatum Martinum Perpetuus ordinatur.*

Longam.] i. annis sexaginta quatuor contractā inuidiam. Gregor. Turo. de miracul. S. Martini, lib. 1. cap. 6.

Modici penetrale sacelli.] i. *paruulam Basilicam.* Gregor. lib. 10. *paruulam cellulam.* lib. 2. cap. 14. hist.

Amplaque tecta leuans exteriore domo.] Sic mss. rectè, malè in vulgatis, interiore, domus interior, est internum penetrale, vt ipse loquitur, Vergil. 1. Æneid. *At domus interior regali splendida luxu.* Corippus l. 1. *Est domus interior tectorum in parte superna.* S. epist. 2. l. 2. *Interior parietum facies.* neque verò poterāt leuari & attolli interius tecta. S. in ep. *multum priore quæ fuit hactenus capaciorem nouauit.* Quod fieri nonnisi exteriore domo poterat, perpende etiam illud loquendi genus Sidonio familiare, *Internum penetrale, exteriore domo.* Gregor. Turon. de mirac. S. Mart. lib. 1. cap. 6. *Fundamenta templi ampliora quàm fuerant, super beata membra locare disposuit: habebat autem in longum pedes centum sexaginta, in latum sexaginta, in altum vsque ad cameram pedes quadraginta quinque.* Idem l. 2. hist. cap. 14.

Valido tribuente patrono.] id est Perpetuo, qui valdè diues erat. Greg. Turon. lib. 10. *Diues valde, & per multas ciuitates habens possessiones.* Idem paulò post, vbi de vigiliis. *Condiditque testamentum, & deputauit per singulas ciuitates quod possidebat, in eis ipsis scilicet Ecclesiis, non modicam & Turonicæ tribuens facultatem.*

Conditor.] id est ædificator, suprà epist. 2. libro 2. *Fenestras è regione conditor binas. Frequentationem soliditati conditor primus antetulit.* Symmachus epist. 71. lib. 6. *templorum conditores.* Firmic. lib. 3. cap. 9.

Quæ Salomoniaco potis est confligere templo.] Corippus libro quarto de templo Sophiæ.

> *Iam Salomoniaci sileat descriptio templi.*
> *Cedant cunctorum miracula cuncta locorum.*

Fortunatus l. 3. Poem. de Pariensi Ecclesia à Chilperico constructa:

> *Si Salomoniaci memoretur machina templi*
> *Arte licet par sit, pulchrior ista fide.*

Quò loci Fortunatus fortunatè Sidonium imitatus est: eod. lib. ad Felicem Episcopum Bituricensium.

> *Cedant chrysolitis Salomonia vasa metallis,*
> *Ista placere magis ars facit atque fides.*

Septima quæ mundo fabrica mira fuit.] Templum Salomonis inter mundi miracula non numeratur ab Hygino, cap. 223. nec à Cassiodoro. lib. 7. epist. 15. verùm illud si non cætera nobilia mundi miracula superat, æquat, Gregor. Turon. lib. 1. hist. cap. 13. *Vt diceretur à quibusdam, nunquam simile in mundo fuisse ædificium fabricatum.*

Perpetuò durent culmina Perpetui.] Sed tantum vsque ad tempora Clotharij durauit, tunc enim per Vvilliacharium, coniugémque eius succensa sunt. Gregorius Turon. lib. quarto cap. 20. & in Euphronio libro 10. quam incendio consumptam Gregorius restaurauit, Fortunat. lib. 10. & Gregor. in fine libro 10. histor.

Si moras nectis.] S. epist. 13. lib. 9. *Dum rex conniuij circa ordinandum moras nectit exigarum.* Idem Pontio Leontio ante Carm. 22. *Dum apud Narbonam quendam*

Martium dictum, sed nuper factum moras necto.

Namque efficacius citius, &c.] quoad sententiam. 5. epist. vlt. lib. 3. quoad loquendi formam. Plinius epist. 16. lib. 6. in fine. Solin. namque Cornelius Sylla, dictus potius est, quàm fuerit felix. Am. Marcell. lib. 27. libenter se vino proprio calcarias extincturum, quàm id venditurum preciis quibus sperabatur. Symmachus lib. 1. epist. 80. diuersa conditio est fortuiti & affectati silentij. Sulp. Seuerus, ep. ad Bassulam: Séque adhuc tuos, quàm meos esse meminerunt. Cassiodor. lib. 6. c. 10. & lib. 8. c. 2. passim apud Tertull.

SIDONIVS FLORENTIO SVO S.

EPISTOLA XIX.

ET moras nostras, & silentium accusas, vtrumque purgabile est. Namque & venimus, & scribimus.

Florentio.] Sic mss Cla. Cu. Ac. Am. Pet. Iu. Vic. mss. Iul. Pir. Put. Bon. *Florentino.*

Et silentium accusas.] Sic. mss. à quibus abest nostrum. breuitas epistolæ respuit interpretem.

SIDONIVS DOMNITIO SVO S.

EPISTOLA XX.

TV cui frequenter arma, & armatos, & animatos inspicere iocundum est, quam voluptatem putamus mente conciperes, si Sigismerem regium iuuenem, ritu atque cultu gentilitio ornatum, vtpote sponsum, seu petitorem, prætorium soceri expetere vidisses? Illum equus quidem phaleris comptus, imò equi radiantibus gemmis onusti antecedebant, vel etiam subsequebantur: cùm tamen magis hoc decorum ibi inspiciebatur, quod cursoribus suis siue pedissequis, pedes & ipse medius incessit, flammeus cocco, rutilus auro, lacteus serico. Tum cultui tanto, coma, rubore, cute concolor. Regulorum autem sociorúmque comitantum forma & in pace terribilis: quorum pedes primi, perone setoso, talos adusque vinciebantur. Genua, crura, suræque sine tegmine. Præter hoc vestis alta, stricta, versicolor, vix appropinquans poplitibus exertis. Manicæ sola brachiorum principia velantes. Viridantia saga limbis marginata puniceis, penduli ex humero gladij, balteis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus. Eo quo comebantur ornatu, muniebantur: lanceis vncatis, securibúsque missibilibus dextræ refertæ, clypeis leuam partem adumbrantibus, quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus, ita censum prodebat, vt studium. Cuncta

prorsus huiusmodi, vt in actione thalamorum non appareret minor Marris pompa quàm Veneris. Sed quid hæc pluribus? Spectaculo tali sola præsentia tua defuit. Nam cùm viderem quæ tibi pulchra sunt non re videre, ipsam eo tempore desiderij tui impatientiam desideraui.

Domnitio.] Donitio vulgò. mss. Domitio, quidam Domnitio, magis arridet Domitio. ad quem scripsit duas præ cæteris elegantes epistolas. 2. & 9 lib. 2. quem etiam honorificè prædicat. Car. vlt.

Tu cui frequenter arma, & armatos, & animatos inspicere.] Sic mss. Clu. Clar. Ac. & Amar. mss. Iul. Pu. Pit. Pet. Bong. Iur. vet. lib. *Tu. c. f. a. & armatum & animatos*, supra additum, *& armatos*: Idem in mss. Cu. Pet. Pu. necnon in vet libro. *T. c. f. a. & armatũ & animatos*, à quibus abest *armatos*: tam veterem lectioné, quàm cõiecturam meam testatam volui: credo, & in me huius lectionis periculum recipio, legendum esse, *& armatos, & animatos*, scilicet hoc pacto atque ordine, *Tu cui frequenter arma, & armatos, & animatos inspicere iocundum est*: Plautina imitatio in Bacchide, Actu. 4. in fine: vbi de equo Troiano iocatur adfabrè.

Tum quæ hîc sunt scripta litera, hoc in equo insunt milites,
Armati, atque animati probè.

Scita & lepida verborum copula. Accius, *vt nunc cum animatus iero, satis armatus sum*, apud. Non. in anima. Salisberiensis Polic. lib. 7. cap. 17. *Restat ergo vt tristi pactio repleatur euentu, & illius quisque animetur & armetur in necem*: Idem lib. 6. cap. 11. *Quid enim faciet fortiter, quem luxuria & intemperantia non tam exarmauit, quàm exanimauit.* Petrus Aruer. Venerabilis. lib. tertio epist. 9. sub finem. *Inter Christi paruulos educabo, inter tyronum multitudinem armis cælestibus armabo, & ad spiritualem militiam quantùm licuerit animabo*: infra epist. 6. lib. 7. *ad hoc armis potens, acer animis, &c.*

Sigismerem regium iuuenem.] De Sigismere Athalarici Regis Comite, Cassiodorus lib. 8. epist 2. Quem eundem cum hoc nostro Sidoniano non ambigo, *Illustrem Sigismerem Comitem nostrum, &c.*

Vt pote sponsum, seu petitorem.] Glossæ veterem, μνηστὴρ, *Procus, sponsus*, Anianus in l. vni. C. Theod. Si quis eam cuius tutor fuerit corrup. & l. 1. C. Theod. de Nuptiis. Symmach. epist. 7. lib. 9. & Concil. Mileuit. cap. 26. Optat. lib. 6. *Quæ contra raptores, aut petitores videntur inuenta.* Isidorus lib. 10. in *Procax. vnde nuptiarum petitores, proci dicuntur.* Idem lib. 9. de coniugiis. *Proci nuptiarum petitores, à procando, idest petendo dicti.* Idem in Gloss. mss. *Petitores, vxorum proci.* J. epi. 2. l. 7. *vxorem petit, impetrat.*

Imò equi radiantibus gemmis onusti.] Olim oriæ, & aureæ equorum gemmis tanquam stellulis illuminabantur, nec solum hæ, sed etiam balthei, & equestres sellæ, Vergilius lib. 7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Gellius lib. 5. cap. 5. *Equitatumque frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem.* Idem Macrobius lib. 2. cap. 2. & Salisber. Policrat. lib. 6. cap. 19. Apuleius, de Deo Socr. *necenim in emendis equis, phaleras consideramus, & balthei polimina inspicimus, & ornatissimæ ceruicis diuitias contemplamur, si ex argento & auro & gemmis monilia variæ gazæ dependent, si plura artis ornamenta capiti & collo circumiacent, si frena cælata, si ephippia fucata, cingula aurata sint, &c.*

Claudianus 4. Consulatu Honorij.

Turbantur phaleræ, spumosis morsibus aurum

Fumat, anhelantes exudant sanguine gemmæ.

Idem epig. de phaleris equi Regij.

Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident.

Idem de equo Honorij.

& crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos,
Luxurient tumido gemmata monilia collo.
Nobilis auratos iam purpura vestiat armos.

In hanc rem singularis est, l. vni. C. Nulli liceere in frænis, equestribus sellis, & in balteis margaritas & smaragdos, & hyacinthos aptare. necnon Nouella Leonis 81. Guntherus Ligur. 4.

Gemmatosque lupos & fuluum masticat aurum.

Et hæc in deliciis veteres habuerunt, præcipuè principes.

Antecedebant, vel etiam subsequebantur.] Cum principes viri procedebant, præibant cursores. Seneca epist. 123. Petronius in Satyr. & Ammian. Marcell. lib. 14. vide Tacit. & in eum notas.

Pedes & ipse medius incessit.] Medius enim locus honoratior æstimabatur, Cassiodo. Psalmo 54. *Prius muros dixit, vt cunctos concluderet, nunc dicit & medium ciuitatis, designans nobilissimos & primates, qui honorabiles videri volunt semper in medio constituti.* Vergil. *ipse agmine Pallas*
In medio. Seru. *Honoris est in exercitu medium locum tenere.*

Idem, *Sedet in mediis & maximus æuo*
Et primus sceptri. Idem 9. *medio dux agmine Turnus.*

vbi Donatus, *Potestas maior in medio esse solet.*

Ouid. *Et medius iuuenum non indignantibus ibat.*

Et Imperator medius in Concilio sedebat. Concilij Constantinopolitani, 6. Actus. 1.

Flammeus cocco, rutilius auro, lacteus serico.] Cur ita Sigismer Regius iuuenis versicolorius esset, inquirenda ratio est: duplex reddi potest, aut quia Gothi & Iberi, variis & versicoloribus indumentis amiciebantur. Athenæus lib. 12. cap. 7. in fine, & Isidorus lib. 19. cap. 23. *Granos & Cinnabar Gothorum.* Aut quia sponsi seu petitores multicoloriis vestibus induebantur, arguméto corruptelæ. Suidas in Ϲωϊδᾶ, vnde eadem de causa lenones erant colorati. Tertull. lib. de Spect. & Donat. in Terentium, init. necnon etiam meretrices. Artemidorus lib. 2. cap 3. in fine, de somniis. & D. Cyprianus de Virginibus, & ex eo Aldhelmus de laudibus virginitat cap. 28.

Flammeus cocco.] Coccineæ vestes Hispanorum, & Gothorum erant, Isidorus lib. 19. cap. 23. *Videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum.* Cinnabar id est coccum & minium. Carisius lib. 1. κιννάβαρις *minium.* Isido. lib. 19. cap. 17. *Cuius pigmenti Hispania cæteris regionibus plus abūdat, vnde etiam nomen proprio flumini dedit,* scilicet Minio, Iusti. lib. 44. *Regio cum æris & plumbi vberrima, tum minij quod etiam vicino flumini nomen dedit.* Cuius quidem minij colore, tinctores Hispani velleta fucabant, & inficiebant lanas. Solinus, *Depurgant in minium nitellas pulueris, fucant vellera, vt ad ruborem merum deputent cocci venenum, quibus Gothi proceres vtebantur:* Qui in vestitu elegantes erant. Gregor. Turon. lib. 7. cap. 9. hist.

Quorum pedes primi perone setoso.] Gothi peronibus calceati erant. de Gothis 7, Carm. 7.

nec tangere possunt
Altatæ suram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.

Qui locus cum isto coniungendus est, suræ enim Gothis erant sine tegmine, & po-

plites nudi, & in id hi duo loci co ncinunt. *Pero rusticum est calceamentum.* Seruius 7. & Isidor. 19. cap. vlt. *quo camp ani vtuntur.* Pompon. Sabinus. vnde *peronatus arator* Persio. Pero etiam peregrinum caleiamentum est. Vetus interpres Iuuen. Sat. 1. ad hæc: *pedibus qui venerat albis.*
vel pedules nouos in braccis quos perones dicunt, vt peregrinus, deest habens vel gestans, aut quid simile. Sic legendum puto vulgò, cum nota asterisci, *pedomis*: Salisberiensis in Euthetico. vbi de schemate peregrino, init.

Trita tegant frontem pilea, pero pedem.

Senatorium etiam calceamentum, pero. M. Cato Orig. lib. 7. *Qui magistratum curulem cepisset calceos mulleos allucinatos, cæteri perones*: cæteri scilicet magistratus peronibus, curules & maiores magistratus mulleis calceabantur. Horat. lib. 1. Sat. 6.

Nam vt quisque insanus nigris medium impedit crus
Pellibus, & latum dimisit pectore clauum.

vbi signatè Peronem expressit, & *Senatorum altiores erant calcei*, consignante Acrone. Vetus interpres Iuuen. Sat. 1. vbi s. *Illo enim tempore nondum Senatores nigris calceis vtebantur.* M. Catonis verba Criticis negocium facessunt, qui pro allucinatos, alutatos, lunatos, vncinatos comminiscuntur. Fragmenta Fest. Pompeii, *Allutacmiatos:* Cum in his studiis liberalibus, libera lingua argutari liceat, lub ens legerem calceatus. *Qui magistratum curulem cepisset, mulleos calceatus, cæteri perones*; scilicet calceati, quam lectionem iudicio doctorum committo.

Talos ad vsque vinciebantur] talares calcei Isidor. lib. 19. cap. vlt. qui talos contingebant, & contegebant medio crure tenus. Horatius: *nigris medium impedit crus Pellibus.* Tertullianus de Pallio: *Impuro cruri purum, aut mulleolum induite calceum*: Scitè Sollius noster: *nec tangere possint*

Altatæ suram pelles.

Diuinus Scaliger depositum Titinnii locum sanauit, apud Festum lib. 16. *Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas* i. ad mediam vsque tibiam, ad suram vsque *suratim*, vt loquitur Aldhelmus de laudib. virginitat. cap. 19.

Vestu alta, stricta] s. ep. 113. huius lib. *enimuero vestis adstricta*: ad ornatum. vide s. & adde Nicetam lib. 4. Manuelis Comneni de Andronico amatorio, *vestu stricta*, id est, non fluxa & sinuosa, quæ à stringendo strigis dicta est, & erat Hispana siue Gothica vestis. Isidorus lib. 19. cap. 23. *Hispanis striges.* Glossæ Isidori mss. *Strigium genus vestimenti.* item *Stiga, tonica.* lego striga. Vetus Glossograph. ms. *Striga, strigula, genus vestis.* Vetus interpres Iuuen. Sat. 3. v. 263. ad hæc *Et sonat vnctis Strigibus, quos habent capsarij.* Capsarij autem sunt, qui in balneis vestimenta seruabant, l. 3. § vlt. de offic. Præt. vigil. Petron. *officiosi.* sub veste veteres lauabantur. Celsus. *Sub veste primum in balneo insudare, ibi vngi, tum transire in caldarium*, &c. Vide Artemidorum de somniis.

Limbis marginata] Sidonium videtur imitatus in argumento dispari Alcimus in Homel Rogat. *Elegitur tempori triduum præsens, quod inter Ascensionis sacra cultum, diemque Dominicum, quasi quodam opportunitatis propria lymbo, circumpositis solennitatibus marginare ur.*

Penduli ex humero baltei] Notandum balteos ex humero pendulos, Vergil. lib. 8.

Tum lateri atque humeris Tageum subligat ensem.

ad læuam Gothis fuisse, veteribus Gallis ad dextram, Cæsare auctore. s. Carm. 5.

Applicat à læua surgentem balteus ensem.

Balteis autem alligabantur enses, Anonymus in vita Caroli Mag. *Post hæc Balteus spatæ alligatus.*

Rhenonibus] *Rhenones vestes de pellibus.* Seruius 3. Georg. quibus Germani corpus tegebant. Cæsar lib. 6. Salust. Isidor. lib. 19. cap. 23. *Germanis Renones*, &c. nomen

peregrinum Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Quibus operiebantur, operimenta & pallia, opercula dixerunt. In his multa peregrina, vt sagum, rheno* Cumque pleræque vestium appellentur à locis, vbi vel primùm, vel maximè vendicantur. Isidorus lib. 19. cap. 22. Rhenones à Rhenanis dicti sunt, eod. auctore ca. 23. Erant autem velamina humerorum & pectoris vsque ad vmbilicum, vt ex hoc Sidonij loco & Isidoro discere licet, necnon ex vet. Glossog. ms. *Rheno est pellicium, vel vestis facta de pellibus, pendensque ad vmbilicum.*

Bullatis] Bullis ad ornatum distinctis, ꝭ Carm. 2. *bullis hostilibus asper*
Applicat à lena surgentem balteus ensem.

Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Balteum, quod cingulum è corio habebant bullatum.* Vergil. 9.
Eurialus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula. Auson. Edyl. 6. *auratas fulgentia cingula bullas.*

Lanceis vncatis] Vnicuique genti sua erant propria arma, *Gallis Gesa.* Seruius Æneid. 7. & Nonius cap. 18. *Gesati Galli.* in Nouit. Imp. & *Gesi*, apud eos viri fortes dicti. Seruius, *pila Romanis.* Festus in *Pilumnoe*, & Seruius Æneid. 7. *Armoricis frameæ.* Eucherius lib. 2. ad Salonium, Germanis tribuit Tacitus de morib. Germanorum: *Macedonibus Sarissæ.* Seruius, *Medis Acenaces.* P. Consent. *Teutonibus Cateiæ.* Vergil. vnde & *Teutones* dictę. Isidorus lib. 18. cap. 7. ita *Hispanis lanceæ.* Varro apud Gellium lib. 15 cap. 30. De Gothis Prudentius contra Symmach. lib. 2.

non armis, veste, comisque
Ignotus. *Culter Geticus*, Marcellin. Comiti Indict. VII. Senatore solo Cos. & *Geticum ferrum.* Indict. I. Eusebio II. & Albino Coss.

Vncatis] Tela Gothorum falcata erant, & vncata. Statius Achileid. 2. sub finem:
Quo Magetæ sua gesa cient, quo turbine cæstum
Sauromates, falcemque Getes. Ouid. 2. Eleg.
Quid iuuat in nudis hamata recondere tela
Ossibus. *vncinata tela* Gildæ Sapienti de excid. Britan. init. & runcinum Gothicum, *falcastrum* vocat. Gregor. Mag. l. 2. cap. 6. dialog. viridi autem, croceo, vel roseo colore tingebantur à parte ferri. Isidorus in Chron. Era. DIIII.

Clypeis læuam partem adumbrantibus] Vnde clypei dicti ἀπὸ τοῦ κλίνειν. Seruius Æneid. 7. & ex eo Isidor. lib. 18. cap. 12. Læua autem clypei tenebantur. Vergilius:
læua ancile gerebat.
ꝭ. Carm. 5. *Læuam Parma tegit.*
Euarix sic Epiphanium alloquitur apud Ennodium, in vita Epiphanij: *Licèt pectus meum lorica vix deserat, & assiduè manum orbis aratus includat, necnon latus muniat ferri præsidium.* semperque Gothi clypeati pinguntur, ꝭ. Carm. 7.

Non appareret minor Martis pompa, quàm Veneris] Radeuicus de gest. Friderici I. lib. 2. cap. vlt. *Cui magis hoc decorum, vt in castris suis potiùs Martis pompa radiet, quàm Veneris.* S. *thalamorum pompa.* ep. 5. l. 1. in fine.

SIDONIVS ASPRO SVO S. EPIST. XXI.

EST quidem princeps in genere monstrando partis paternæ prærogatiua, sed tamen multum est, quod debemus & matribus. Non enim à nobis aliquid exilius fas est honorari, quòd pondera illarum quàm quòd istorum semina sumus. Sed originis nostræ definiendæ materia vel ratio sit penes physicos. Nos vnde hæc ipsa præmisimus persequamur: Heduus pater tibi, mater Aruerna est. Primus Heduis

deberis, ergo non solis, vel propter illud exemplum nostri Maronis, quo teste, Pallas sic habitus Archas, quod pariter & Samnis, in Mezentium mouere potuisset, vt peregrinus, arma Hetruscorum, ni mixtus matre Sabella, partem quoque patriæ inde traxisset. Ecce habes magnum maximo auctore documentum, quòd patriæ pars computanda sit, & regio materna, nisi poetas, &cùm ab historia non recedunt, mentiri existimabis. Igitur Arverni si portionem tui saltim vicissim iure sibi vendicant, patienter admitte querimoniam desiderantum, qui tibi per vnius oris mei officium, non vnius pectoris profudêre secretum, quos palam & coram dicere puta. Quid in te mali tantum, ingrate, cõmisimus, vt per tot annos quondam humum altricem nunc velut hosticum solum effugias? Hîc incunabula tua fouimus, hîc vagientis infantiæ lactantia membra formauimus, hîc ciuicarum baiulabare pondus vlnarum. hinc auus Fronto blandus tibi, sibi seuerus, qui exemplo esse potuisset his, quos habemus nos in exemplo, hinc auia Auspicia, quæ tibi post tuæ matris orbata decessum, dependit vnà curam duarum. Sed & matertera tua hinc, & hinc fuit sanctior sanctis Frontina virginibus, quam verebatur mater, pater venerabatur, summæ abstinentiæ puella, summi rigoris, ac fidei ingentis, sic Deum timens, vt ab hominibus metueretur: hîc te imbuendum liberalibus disciplinis, grãmatici rethorisque florentia studia monitu certante fouerunt: vnde tu non tam mediocriter institutus existi, vt tibi liceat Aruernos, vel propter literas non amare. Taceo territorij peculiarem iocunditatem, taceo illud æquor agrorum, in quo sine periculo quæstuosæ fluctuant in segetibus vndæ: quod industriùs quisque quo plus frequentat, hoc minus naufragat: viatoribus molle, fructuosum aratoribus, venatoribus voluptuosum: quòd montium cingunt dorsa pascuis, latera vinetis, terrena villis, saxosa castellis, opaca lustris, aperta cultutis, concaua fontibus, abrupta fluminibus. quod denique huiusmodi est, vt semel visum aduenis, multis patriæ obliuionem sæpe persuadeat. Taceo ciuitatem ipsam tui semper sic amantissimam, vt solo nobilium contubernio præferre nil debeas: cui tu manu iniecta feliciter raptus inserebare: sicque omnis præsentiæ vestræ voluptas, quòd tamen nullum satias cœpit. Iam quid istic de re familiari tua dicam, cuius hic status est, vt tuam expensam hoc sit faciliùs toleratura, quo crebriùs? Nam dominus agricola si larem hîc foueat, sic facit sumptum quod auget & reditum. Hæc vnus tibi omnium, certè bonorum ciuium voto, petitu, vice gario: qui cùm tanto honore te poscant, tanto amore desiderent, intelligi datur, gaudii plus te, dum tribuis quod rogaris, assequuturum. Vale.

sed vefore D. Card. Baron. ann. 6. anno + 80 ... [marginal manuscript note]

Aspro] mss. vulgati omnes Apro, ita & in scriptione ep. 4. lib. 5. Apro mss. & vulgati. Baron. tom 6. An. Christi 484. putat hunc Aprum successorem Sidonij fuisse, omnino malè. ỹ. ep. 10. l. 9.

Est quidem princeps in genere monstrando, partis paternæ prærogatiua] Filij enim patris familiam sequuntur, non matris, §. itaque. Instit. de legit. adgnato. tutel. l. cum legitimæ, de statu hom. & cap. ex literis. de conuersion. infidel. quod in hanc rem singulare est. *Cum autem filius in patris potestate consistat, cuius sequitur familiam, & non matris*, &c. Cuius etiam sequitur originem l. 3. C. de mancip. & originariis. & gentilitia patrum, non matrum nomina filiis induuntur: & hoc inter iura recipitur ad filiationis. M. Tul. Philipp 13. *Ergo quod à patre accepi, filio meo dabo, meo nomine eum cooptabo*. l. nomen. de manumiss. testamen. l. 11. ad Municip. & in Authen. de instrum. caut & fide. illisque à patribus nobilitas obtigit, non à matribus, l. fœminæ. de senat. & l. 1. C. de dignit. Gregor. Turon. lib 5. cap. 20. nota. Sidon. Carm. 23.

Qui quanquam sibi vindicare summum
Possit iure locum, vbi de patre.

Quod pondera illarum, quàm quod istarum semina sumus] Auitus lib. 6. cap. 8. hunc Sidonij locum expressit.

Semina quæ patris fuerant, hæc pondera matris,
Insligunt duros vtero turgente dolores.

Cap. 2. extra, de conuersione infidelium: vbi elegans est altercatio inter matrem & patrem, ad quem communis infans pertinere debeat. Videndus Aristoteles lib. 1. Oeconomic. cap. 2. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 10. histo. & lib. 10. cap. 8. nota. legis Visigothor lib. 4. tit 5. l. 1.

Sed originis nostræ definiendæ materia vel ratio sit penes physicos] Sic mss. in vulgatis deest, *vel ratio*. Physici quæstionem hanc diutiùs agitarunt, vtrum partus ex solo patrum semine procreentur, an etiam ex matris. Censorinum vide de die natali c. 5. & rei medicæ scriptores.

Eduus pater tibi, mater Aruerna est] Olim Edui & Aruerni ambo fratres P. R. non solùm publico, sed etiam priuato fœdere copulabantur: ad ep. 4. lib. 3. de publico fœdere dixi, de priuato nunc pauca, quoad potiora feret lectio. Apri vel Aspri pater Eduus, mater Aruerna, Gregorij Turonensis pater Aruernus, mater Burgunda Armentaria, Gregor. de miracul. lib. 1. cap. 84. & de vita S. Martini lib. 1. cap. 36. & lib 3 cap vlt vtpote quorum territoria contermina erant. ỹ. epist. 8. lib. 7.

Quo teste Pallas sic habitus Archas] Vergil. lib. 8.

Gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret.

Cùm ad ducendum exercitum contra Mezentium, peregrinum quærerent, & externum ducem Hetrusci, Pallas eligi non potuit, quia ex genere materno esset Italus, atque ita non peregrinus.

Quod patria pars computanda sit, & regio materna] Patriæ partem trahimus à matribus, neque nos in totum paterna regio vindicat. ỹ. Carm. 2. de Ricimere:

nam patre Sueuus
A genitrice Gethes.

Eadem de causa Apuleius in Apolog. tradidit Cyrum Semimedum fuisse, & Semipersam, Artemidorus Daldianus dictus est à Daldia Lydiæ oppidulo, quòd illi à matre patria existeret, vt ipse ait lib. 3. cap. vlt. in fine: & hoc in nutritiorum vicem rependit, cum patre Ephesinus esset, matre tantùm Daldianus.

Nisi & poetas, &c.] Poetis rara fides, in eo quippe toti sunt, vt mendacia concinnent. Tertullian lib. de anim. *Pauum se meminit Homerus Ennio somniante, sed poetis nec vigilantibus credam.* Lactant. lib. 2. cap. 11.

Iure sibi vendicant] M. Tullius pro Archia, *Chij suum vendicant*, vbi de Homero,

ep.

ep.11.lib.8. *Quid agunt Nitiobriges, quid Vesunnici tui quibus de te sibi altrinsecus vindicando*, &c.& l.22.C.de decurionib.

Hîc vagientis infantia lactantia membra formauimus] Quod maximum est amoris incitamentum. s.ep.5.lib.3. *Verumetiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam.*

Hîc ciuicarum baiulabare pondus vlnarum] id est, ciuium vlnis gestabare. baiulare est ferre. Plautus apud Nonium, Tertullian. lib. de muliebri orn. in fine, lib. de pallio,& lib de virginibus,l. ferri.de verbor. significat. & Vegetius lib.1.cap.19. Festus lib.2. *adhuc baiulari dicitur.* Gloss.vett. βαστάζομαι, *baiulor.* j.ep.4. lib.6.

Hîc auus Fronto] Fronto ex veteri illa Frontonum familia, qui in arte Rhetorica principem locum tenuêre, quos sibi suos Aquitania iure vendicat, quantum ex l.2.C.de municipib.& originatiis licet colligere. & j. ex ep.3.lib.8. hunc sibi suum Aruernia & Aruerna nostra, reliquis Frontonibus conferendum, primus autem Petrocororum Episcopus ab Apostolo missus Fronto fuit. Martyrologia.& Petrus Aruern.lib.1.

Hinc auia Auspicia] Frontonis vxor, quæ tibi post tuæ matris mortem curam auiæ & matris dependit, s. epist.9.lib. 4. sollicitæ admodum sunt nepotum auiæ, j. epist.16. lib.5. in fine. Cassiodorus lib.4 ep.12. *Dum semper auiæ cura tenerior est suorum: filios verò eius Theodoaldum, Guntarium, atque Clodoaldum, auia eorum Crotildis materno suscepit nutriendos affectu.* Hæc Aimoinus lib. 2. cap. 4. in fine. ex Gregorio Aruerno lib.3. hist.cap.6 in fine. plura j ep.16. lib. 5. ibidem etiam de matertera.

Hic te imbuendum liberalibus disciplinis, &c.] Studiorum frequentia celebres & inlustres Gallias fuisse s. notaui ep.3.lib 3. Symmachus ep. 68. lib.8. *Nisi fortè Galliæ tua dedux Heliconis.* idem ep.83.lib 9. *Gallicana facundiæ haustus requiro.* & paulo post: *Quicquid in me est, quod scio quàm sit exiguum, cælo tuo debeo.* quod est notandum. Rutilius Itinerario 1.

Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis,
Missus Romani discere iura fori.

Constantius in hist. S. Germani, li.1.cap.1. Cassiodorus lib.2. ep.1.2.& 3. Vvalfridus Strabo cap.25.de off. eccles. præter cæteras Galliæ gentes Aquitani nostri excelluerunt. Symmachus ep.83.lib.9.& Ausonius passim, necnon j. Carm.9. Sulpicius Seuerus dialog.1.cap.vlt. *Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat vestras nimium vrbanas aures sermo rusticior.* Et quondam Aruerna nostra ludimagistros habuit, qui iuuenum ingenia bonis artibus informarent. s.ep.3.lib.3. Gregorij Turonensis vita, j. Carm.7.

Surgentes animi misis formantur, & illo
Quo Cicerone tonat. vbi nonnihil.

Taceo territorij peculiarem iocunditatem] Aquitania nostra cum reliquis omnibus Galliæ prouinciis,& vbertate,& iocunditate certat. Saluianus lib 7. *Nemini dubium est Aquitanos ac Nouempopulos medullam ferè omnium Galliarum, & vber totius fœcunditatis habuisse, nec solum fœcunditatis, sed quæ præponi interdum fœcunditati solet, iocunditatis, voluptatis, pulchritudinis. illic omnis admodum regio, aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amœnata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus fuit, vt verè possessores ac domini terræ illius, non tam soli istius portionem, quàm Paradisi imaginem possedisse videantur, sed omissis (aliis Aquitaniæ populis) Burdegala, & Aruerni excellunt.* Ammianus Marcellinus lib. 15. sub finem: & Nouempopulos longo interuallo antecedunt, s.ep. 1. lib.3. in fine. j. Carm. 7

Tellus clara viris, cui non dedit optima quondam
Rerum opifex Natura parem, &c.

Gregorius Turon.l.3.c 9.hist. *Dicere enim erat solitus rex: velim vnquam Aruernã Lemanē, quę tantę iocũditatis gratia refulgere dicitur, oculis cernere.* Et hęc quoad iocũditatē

Æquor agrorum] J. Carm. 7. *fœcundus ab vrbe*
Pollet ager, &c. Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 9. hist. & l. 1. de mirac. cap. 84. *Et sicut Lemane vestitum segetibus.* Petrus Pictauensis

Hunc Cluniace tibi tellus Aruernica misit,
Quâ nihil uberius Gallia nostra tenet.

J. ep. 8. huius libri *æquor campi*, vt hîc æquor agrorum. Prudentius lib. 2. contra Symmachum: *Densis & grauidis se vestiat æquor aristis.*

Vbi sine periculo quæstuosæ fluctuant in segetibus undæ] Martianus Felix lib. 4. *Propter decorem verba mutantur, cùm dicimus fluctuare segetes possumus aliud moueri dicere, sed quoniam ornatum non est, alieno vtimur.* J. Carm. 1.

Protulit vndantem segetem sine semine campus.

Terrena vellus] Ammian. Marcell. lib. 15. *Prima prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodum culta (omissis aliis multis) Burdegala, & Aruerni excellunt.*

Quod denique huiusmodi est, vt semel visum aduenis, &c.] Idem in laudem Romæ Ammian. Marcellin lib. 14. & in laudem Campaniæ Symmachus ep. 41. lib. 1. tanta erat Aruerniæ amœnitas, vt cum eius aduenis inoleuisset affectio, postmodum illis patria displiceret.

Taceo ciuitatem ipsam] i. Aruernam. Notitia Prouinciarum: *ciuitas Aruernorum.* Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 20. *ciuitatem addere voluit.* & S. ep. 2. lib. 3. *cùm inuenerit ciuitatem.* Iordanes, *Euricus verò rex Vvisigothorum Aruernam Galliæ ciuitatē occupauit.*

Nobilium] Qui Aruernam habitabant Gregorius Turonen. de gloria confessor. cap. 5. *Audientes autem Senatores vrbis, qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ stemmate refulgebant,* &c. Nihil apud illum auctorem frequentius. Fortunatus lib. 4. Poem. de S. Auito Aruernæ episcopo.

Nullum satias cepit] i. tua præsentia nulli fastidio fuit. Terentius Eunuch act. 5. scen. 6. *vbi satias cepit fieri.* Marcell. lib. 16. *Et vbi cedendi satias cepit.* Symmach. ep. 1. lib. 1. *non quòd eius diuersorij satias ceperit nos.* Donatus in Terent. *Satietas, odium, ab eo quod præcedit, id quod sequitur.*

Larem hic foueat] i. incola qui vt sumptum facit, sic auget reditum, oculus domini, agros impinguat, præter auctores rei rusticæ, Iustinianus in Pragm. Sanct. cap. 26. *Cum dominus absentibus recreari possessiones, aut competentem mereri culturam difficile sit fouere larem.* Vergilius 3. Georg. Aldhelmus de laudib. virginitatis cap. 2. *Inhabitare sedes, Et exigua fouere tuguria.* Gregor. Turonen. de vita Patrum cap. 7. *nostrum hic solum fouit.* Iordan. *sub terra fouere larem,* i. *constituere.* Nonius cap. 4. Cod. Theod. l. 6. tit. 1. *Senatoribus qui in prouinciis larem fouent.* & l. 9. eod. tit. *qui in prouinciis larem fouerent.*

SIDONIVS LEONI SVO S. EPISTOLA XXII.

VIr magnificus Hesperius, gemma amicorum literarumque, nuper vrbe cùm rediit è Tolosatium, præcipere te dixit, vt epistolarum curam iam terminatis libris earum conuerteremus ad stylum historiæ. Reuerentia summa, summo & affectu talem atque tantam sententiam amplector. idoneum quippe pronuncias, ad opera maiora, quē mediocria putas deserere debere. Sed quod fatendum est, faciliùs audeo huiusmodi suspicere iudicium, quàm suscipere consilium. res est quidem digna quam tu iuberes, sed non minùs digna quàm faceres.

est
... D. Card. Baron. annal.
... anno 474 cap. 23.
... ubi notat non licere
Ecclesiasticis scribere
...iam sui temporis.

Namque & antiquitus cùm Caius Cornelius Caio Secundo paria suasisset, ipse postmodum quod iniunxit, arripuit; idque ab exemplo nunc me meliùs aggrederis, quia & ego Plinio vt discipulus assurgo, & tu vetusto genere narrandi iure Cornelium anteuenis, qui sæculo nostro si reuiuisceret, teque qualis in literis, & quantus habeare conspicaretur, modo veriùs Tacitus esset. Itaque tu molem thematis missi rectè capessis, cui præter eloquentiam singularem, sciētiæ ingentis magna opportunitas. Quotidie namque per potentissimi consilia regis, totius solicitus orbis, pariter eius negotia, & iura, fœdera, & bella, loca, spacia, merita cognoscis. Vnde quis iustiùs sese ad ista succinxerit, quàm ille quem constat gentium motus, legationum varietates, facta ducum, pacta regnantium, tota denique publicarum rerum secreta didicisse? quique præstanti positus in culmine, non necesse habet vel supprimere verum, vel concinnare mendacium? At nostra longè conditio dispar, cui dolori peregrinatio noua, nec vsui lectio vetusta. Tum religio professioni est, humilitas appetitui, mediocritas obscuritati: nec in præsentibus rei tantum, quātum in futuris spei locatum. Postremò languor impedimē o, iamque vel serò propter hunc ipsum desidia cordi æquæua. Certè iam super studiis nulla laus curæ, sed ne postuma quidem: præcipuè gloriam nobis paruam ab historia petere fixū, quia per homines clericalis officij temerariò nostra, iactanter aliena, præterita infructuosè, præsentia semiplenè, turpiter falsa, periculosè vera dicūtur. Est enim huiuscemodi thema vel opus, in quo bonorum si facias mentionem modica gratia paratur: si notabilium, maxima offensa. Sic se ille protinus dictioni color ordoque satyricus admiscet. Ilicet scriptio historica videtur ordine à nostro multum abhorrere, cuius inchoatio inuidia, continuatio labor, finis est odium. Sed tunc ista proueniunt clericis si aliquid dictetur auctoribus, qui colubrinis oblatratorum molaribus fixi, si quid simpliciter edamus insani, si quid exactè præsumptuosi vocamur. At si tuipse (cui datum est saltibus gloriæ præterire posse ceruices vituperonum, seu supercurrere) materiæ istius libens prouinciam sortiare, nemo te celsiùs scripserit, nemo antiquiùs, etiamsi placeat recentia loqui, quandoquidem sermonum copia impletus antè, nunc rerum, non reliquisti, cur venenato morsu seccre. Atque ideo te in posterum consuli vtilitas, audiri voluptas, legi auctoritas erit. Vale.

LEONI] Scripta est epistola viro docto, inlustri & Eorici regis Gothorum consiliario, ꝟ. epist. 3. lib. 8. vbi plura.

Hesperius gemma amicorum literarumque] Hesperio ē. ep. 10. lib. 2. *Amo in te quòd literas amas.*

Gemma amicorum literarumque] ſ. ep. 11. lib. 4. *gemma episcoporum.* & ep. 4. lib. 9.

Vrbe tùm rediit è Tholosatium] Notitia Prouinciarum Viennen. 2. *ciuitas Tholosatium.* sedes regni Gothici, ſ. ep. 8. lib. 4. quam ideo Euarix incolebat, & eius consi-

liarius Leo. Ennodius in vita Epiphanij: *Tholosanam, in qua Euricus tunc rex degebat, vrbem ingressus est.*

Precipere te dixit] Idem eidem Leoni ep. 3 lib. 8. *quia iusseras misi.* rogauerat Leo, sed dum potestas rogat, iubet, idcirco dixit Sidonius *quia iusseras*, & *precipere te dixit*, hac ep. Horat. ep. 9. lib. 1. *nam me rogat & prece cogit.* Ausonius Theodosio A.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit,
Pene rogans, blando vis latet imperio.

Ex P. Mimo. Macrobius lib. 2. cap. 7. *Sed potestas non solùm si inuitet, sed etiamsi supplicet, cogit.* Ausonius Paulo: *Quod est potentissimum imperandi genus rogabat, qui iubere poterat Imp. Valentinianus.* Petrus Blesensis ep. 1.

Est orare ducum, species violenta iubendi.

Quod in prouerbium abiit. Ino Carnotensis ep. 126. *Regia preces idem valent secundum commune prouerbium, quod minæ.*

Vt epistolarum curam iam terminatis libris earum] s. ep. 10. huius libri: *Quia post terminatum libellum qui parum cultior est*, &c.

Cùm Caius Cornelius, Caio Secundo paria suasisset] vt paret ex ep. 8. lib. 5. Plinii, quā Tacito scripsit, sic enim emendatiores libri, in quibusdam Capitoni, absonè s. ep. 14. l. 4. *Caius Tacitus.*

Quia ego Plinio vt discipulus assurgo] i. veneror Plinium vt disci pulus. j. Carm. 7 *Assurrexit huic*, &c. Seneca: *tantis nominibus adsurgo.* Sidon. in Paneg. Auiti:

Adsurrexerunt Musæ sub laude sororis, vbi plura.

Sidonius autem Plinium imitatus est. vide s. ep. 1. l 1.

Modò verius Tacitus esset] Salsè autem allusit ad nomen Taciti. idem j. Carm. 2.

Qua pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.

Item Carmine 23.

Et qui pro ingenio fluente nulli
Corneli Tacite es, tacendus ori.

Tacitus ergo esset tacitus, id est, taceret Tacitus loquente te, & magis haberetur Tacitus, quia vt ait D. Ambrosius Sermone 48. *Quamuis enim doctus vir, quamuis disertus orator, elinguis videbitur, si loqui ceperit præsente meliore.*

Cui præter eloquentiam singularem] j. Leoni ep. 3. lib. 8. *Suspende perorandi illud quoque celeberrimum flumen.* & Carm. 23.

Siue ad doctiloqui Leonis ædes.

Potentissimi regis] i. Euarigis regis Gothorum, qui *rex inclytus* à Sidonio vocatur ep. 3. lib. 8. & ab Ennodio in vita Epiphanij: *stupendus terrarum princeps.* j. epist. 6 lib. 7. *quanquam sit ob virium merita terribilis.*

Totius sollicitus orbis] j. ep. 3. lib. 8. *Quas oris regij vice conficis, quibus ipse rex inclytus modò corda terrificat gentium transmarinarum*, &c. idem ep. 9. eiusdem libri.

Dum responsa petit subactus orbis.

Et Ennodius in vita Epiphanij. vide j.

Quique præstanti positus in culmine, nec necesse habet vel supprimere verum, vel concinnare mendacium] Ammianus Marcellinus lib. 17. *Quia igitur veritatis oratio soluta esse debet, & libera, & celsiores fortunas, idem loqui debere atque sentire.*

Concinnare mendacium] Luciferus episcopus lib. 2. pro S. Athanasio: *Credo legeris hæc, tamen non timueris concinnare mendacium ante conspectum Domini.* Ammian. Marcellinus lib 15. *Iustitia concinnatis mendaciis obumbrata*, &c.

Peregrinatio noua] Scilicet cum per deditionem à Græco Massiliensi factam Aruerna ditioni Euarigis subdita fuit, vt dixi episto. 10. & 17. huius libri, & in vita Sidonij.

Religio professioni est] s. epistola 13. huius libri: *Sed tandem professione religionis arrepta.*

Humilitas appetitui.] S. epist. 14. huius lib. *At si videtur humilitas nostra professionis habenda contemptui.* & epist. 17. lib. 4. *vel iam latere cupientibus humilia dignari.* Paula. Marcellæ *humilitatis inter omnes contentio est.*

Languor impedimento.] Quem ex vrbis Aruernæ deditione contraxerat, & quòd hæresis grassaretur Arriana, ad quam extirpendam cum animum intenderet, nimiúmque laboraret, graui morbo penè confectus fuit. J. epist. 3. lib. 5. *Ego autem infelicis conscientiæ mole depressus, vi febrium nuper extremum salutis accessi.* Qua iniqua valetudine Sidonium studij sacri nimietas affecit, vt sequentia denotant, *Iamque vel serò propter hoc ipsum desidia cordi aquena*: Serò deses fuit, & à studiis abstinuit.

Desidia cordi aquena.] Vergil. 9. *Desidia cordi, &c.*

Super studiis nulla laus cura.] J. epist. 4. l. 8. *Modò tempus est seria legi, seria scribi, déque perpetua vita potius, quàm memoria cogitari, &c.*

Sed ne postuma.] Tertul. de Animæ testi. *Quorum innumera elogia sunt contemptæ mortis propter postumam famam.* Minutius in Octauio. *Tu qui immortalitatem postumam somnias, cum querquera quateris? aut febribus vreris? aut dolore laceraris?* Fortunatus Gregorio Papæ Aruerno. epist. *quasi sibi postumi viuere creduntur.*

Quia per homines clericalis officij.] Clericorum scripta nihil pensi habebantur, etenim tunc temporis, *humilitas clerica professionis habebatur contemptui.* S. epist. 14. huius lib.

Colubrinis oblatratorum molaribus fixi.] S. epist. 1. lib. 1. in fine. *Sed si & hisce deliramentis genuinum molarem inuidia non fixerit.* Paula epist. ad Marcellam. *Et quod in plerisque prouinciis familiare est, vt gemino dente se lacerent.* J. Carm. 4. *Non ego mordaci fodiam modò dente Maronem.*

At tu ipse cui datum est saltibus gloriæ præterire posse ceruices vituperonum] Sic mss. omnes & vet. liber. Vinet. & Lugd. *proterere* malè, saltibus gloriæ præterire, & supercurrere tropicè dictum, J. epist. 14. lib. 8. *Et parsimoniæ saltibus consequi affectans, Memphiticos & Palæstinos Archimandritas*, Supercurrere idem. S. epist. 11. *balteis supercurrentibus.*

Ceruices vituperonum.] id est fastum atque derogatorum superbiam, *peritiæ ceruix.* J. epist. 9. l. 9. *ceruices mentium.* Am. Marcellin. lib. 4. *ceruices fortunæ*, eid. lib. 25. & lib. 30. in fine *subiectorum ceruices.* Ennodi. Fausto, *inimicorum ceruix.* & *ceruices erigere*, l. 1. C. Th. de libert. & eorum, liber. est superbire, Aniano interprete: vnde *ceruicositas*, J. in concione lib. 7. arrogantia est.

Vituperonum.] J. epist. 1. lib. 8. *In aliquos forsitan incidamus vituperones.*

Nemo antiquùs, etiam si placeat recentia loqui.] id est antiquo stylo, nouam scribes historiam, Symmach. epist. 47. l. 1. *Nam vnde est in epistolis tuis sensuum nouitas, vetustas verborum.* J. Carm. 9.

Et nullis modò Martium facundum
Dicendi arte noua parem vetustis. J. e. 3. l. 4.

Sermonis copia impletus.] S. e. 17. huius lib. *Et Quirinali impletus fonte facundiæ. plenus literis.* Petron. in Satyr. *plenus scientia.* Claudia. Mam. l. 2. cap. 10. de Eucherio. Eucherius ad Valerianum, *omni scientia refertus.*

Venenato morsu fecere] Horat. l. 1. epist. 14. *morsus venenat.* vide epist. 6. & 7. l. 5. J. Martianus Felix. l. 9. de iambo. *item hoc nomen ab eo, quòd venenum maledictis, aut liuoris infundat.* Ex ex eo Isidor. l. 1. cap. 16. Orig. Homelia ad plebem quæ Cæsario tribuitur. *Sicut enim sunt virulenti herbarum succi, ita sunt & venena verborum.*

SIDONIVS PROCVLO SVO S. EPISTOLA XXIII.

Filius tuus imò communis ad me cucurrit, qui te relicto deliquiſſe ſe mœret, obrutus pœnitendi pudore transfugij. Igitur audito culpæ tenore, corripui latitabundum verbis amaris, vultu minaci, & mea quidem voce, ſed vice tua: dignum abdicatione, cruce, culleo clamans, cæteriſque ſuppliciis parricidialibus. Ad hæc ille confuſus irrubuit, nil impudenti excuſatione deprecatus errorem, ſed ad cuncta cõuictum cùm redarguerem, verecundiæ iunxit comites lacrymas, ita profluas vbertímque manantes, vt ſecuturæ correctioni fidem fecerint. Rogo ergo ſis clemens in ſe ſeuero: & dominum ſequens, non habeas te iudice reum, ſe profitente damnabilem: quem ſi inaudita genera pœnarum iubeas inexoratus excipere, non poteſt ampliùs per te dolore, quàm per ſe pudore torqueri: libera metu deſperationem ſuam, libera confidentiam meam, & pietatis paternæ neceſſitate, ſi bene interpretor, te quoque abſolue, qui conficeris occulto, quòd filius publico mœrore conficitur, cui feciſſe me conſtat plurimum iniuriæ: ſi tu tamen vel parum feceris, quàm certè vt ſpero non facies, niſi ſcopulis durior duras, aut adamantibus rigidior perſeueras inſecabilibus. Ergo ſi de moribus tuis, déque amicitiis iuſtè meliora præſumo, excuſato propitius indulge, quem reconcilians fore fidelem cõſtanter in poſterum ſpondeo: quóque velociter culpa ſoluto, ego beneficio l·gor, magnopere depoſcens, non vt ignoſcas modò, verùm vt protinus, & reuertentem non domo ſolùm ſed & pectore admittas. Deus magne! quàm lætus orietur tibi dies, mihi nuntius, animus illi, cum paternis pedibus affuſus, ex illo ore læſo, ore terribili conuitium expectans, oſculum exceperit. Vale.

Filius tuus.] In pleriſque Sidonius Plinium æmulatur, exprimit, reddit, vt in hac epiſtola Plinij epiſtolam 21. l. 9. effinxit.

Dignum abdicatione.] Paternum fulmen abdicatio, quo liberos malè moratos, neque morigeros, patres percellebant, familiæ ſacris interdicebant, & hæreditatis honore ſpoliabant, quæ Græco more, non lege Romana, à Romanis recepta fuit, & in vſu habita l. 8. C. de patria poteſt, inter iura patriæ poteſtatis rectè numeratur in d. l. Lactantius, l. 4. cap. 4. D. Ambroſ. lib. 5. epiſt. 20. init. & l. 5. Hexam. cap. 18. nota.

Cruce.] Crux olim grauiſſimum ſupplicium, quo reis capitalibus in altum ſublatis bis figebantur manus, bis pedes, præter alios, quos alij notarunt. Gregor. Aruernus lib. 1. de miracul. cap. 6. *Quòd quatuor fuerunt hac eſt ratio, duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis*: quod pœnæ genus edicto ſublatum fuiſſe præter ſcriptores Eccleſiaſticæ hiſt. tradit. Aurel. Victor in Conſtantino. Auguſti. Quæſt. in vet. Teſt. *Antea homines crucifigebantur, quod poſtea edicto prohibitum manet.* Sicque parti·

cidæ ante legem Pompeiam, cruci figebantur: Seneca de Clementia lib. 1. cap. 23. *Pessimo loco pietas fuit, postquam sæpius culleos vidimus, quàm cruces.*

Culleo clamans.] Culleus est saccus quo parricidæ insuebantur, postquam tam nefarij sceleris comperti, capite obuoluto trahebantur in carcerem, & ex carcere educti, propalàm & in conspectu omnium culleo concludebantur, nam more maiorum receptum erat, vt priùs parricidis folliculo caput obuolueretur, ex capite legis Parentæ. Festus. *Obvoluere; quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam causam legem quoque parentam iubere caput eius obnubere, qui parentem necauisset.* Cuius antiqui moris meminit auctor ad Herennium lib. 1. vbi de Publicio Malleolo. *Et damnato statim folliculo lupino os obuolutum est.* Quintil. declam. 298. *Cum statim ora, oculosque à iudicio lex iussit abduci, ne hunc rotundum cæli aspectum pollucrent tetri oculi, &c.* Sicque capite obuoluto, trahebantur in carcerem, ad Herenn. Auctor. *Et in carcerem ductus est.* Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 15. *non culleum, non serpentes non carcerem decreuit,* è carcere in publicum ducebantur, ibique in conspectu omnium in culleum insuebantur, præter exteros quos sciens omitto. Tertull. lib. de Anima. Lactantius. lib. 3. cap. 14. Seneca. 1. de ira. c. 16. lib. 1. de clementia c. 15. & c. 23. Martianus Felix. lib. 5. *à simili*, l. 4. C. Th. Quorum appell. non recipiantur, & Orosius lib. 5. cap. 16. sub finem. Vetus Historia. SS. Vincentij & Anastasij. *Parricida angusto herone constipetur,* scilicet cum gallo, cane, simia & serpente, sciolis suunt ac postea super plaustrũ impositi nigris bobus vehebantur in mare, vt deijcerentur: Vetus Glossarium de sententiis Hadriani Augusti. in fine. *Fuit lex quadam huiusmodi omnibus hominibus, vt qui parricidium fecisset, publicè in culleo missus consueretur, cum vipera, & cane, & simia, & gallo impiis animalibus, impius homo: & super plaustrum iunctum nigris bubus, deferretur in mare, & proiceretur in profundum.* lex. DEIICIATVR IN PROFLVENTEM. M. Tull. in oratore, & pro Roscio Ameri. l. 9. ad l. Pomp. de parricid. *deinde in mare profundum culleus iactantur.* Et l. vn. C. de his qui parent. vel liber, &c. Paul. 5. sent. tit. 24. *Insuti culleo in mare præcipitabantur.* & id fortè ex c. legis Parentæ de qua Festus. 5. lib. 13. & Isidor. in Gloss. mss. *Parentia, de paracidio lex.*

Cæterisque suppliciis parricidalibus.] Ignis scilicet, & ad bestias datio. Paulus 5. sententiarum tit. 24. *Hodie tamen viui exuruntur, vel ad bestias dantur.* lib. 4. C. Th. Quorum appellat. non recipian. *tanquam manifestos parricidas insuere culleo viuos, vel exurere iudicantem oporteat,* præterea parentibus proterui lapidabantur, Deuteronomij, cap. 21. *Patrem cadentis manus præcidebatur.* Seneca lib. 9. Controu. 4.

Nil impudenti excusatione deprecatus errorem.] Plerumque enim homines peccatis suis excusationem obtendunt, D. Hieroni. super Hieremiam: *Prona est ad excusationem sui humana peruersitas,* Cassiodor. Psal. 140. *Hoc enim maximum vitium est, quo laborat humanitas, vt post peccatum suum, maximè ad excusationis confugium, quasi pœnitendum se confessione prosternat, &c.* Quæ impudens excusatio reatum aggrauat. Saluianus Massil. Agrecio Episcopo, *augmentum enim reatus est innocentiam iactare post culpam:* Plinius epist. 9. lib. quarti. *Præterea rem manifestam inficiari, augentis erat crimen, &c.*

Cum redargueretur verecundia iunxit comites lacrymas.] Plinius epist. 21. l. 9. *Fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit.*

Ita profluas, vbertimque manantes.] Petronius in Satyr. *vbertim manantibus lacrymis,* D. Hier. de morte Nepotiani. *vbertim manantes lacrymas reprime vberius flere.* Gellius l. b. 7. cap. 11.

Vt secutura correctioni fidem fecerit.] Plinius epi. 21. l. 9. *Fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit, in summa fecit; fecit mihi fidem pœnitentia.* D. August. Serm. 4. de Charitate, *cepisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam, &c.* Plinius, *verè credo emendatum, quia deliquisse se sentit.*

Et dominum sequens, non habeas te iudice reum, se profitente damnabilem.] Sanctè ne-

que minus acutè dictum, id est non reum iudices, nec vt talem corripias, qui se damnabilem profitetur, & hoc Domini exemplo, qui se reos profitentes excusat, non accusat: non condemnat, sed absoluit, 5. epist. 14. huius libri, *noueris volo non vt est apud præsulem fori, sic esse apud iudicem mundi. Namque vt ii qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur, ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absoluitur.* vbi plura.

Qui conficeris occulto, quòd filius publico mærore conficitur.] Sic mss. rectè. Saluianus Ypatio & Quietæ. *Certè etiam si iustas succedendi causas parentes habeant, nihil contingere eis felicius, nihil optatius potest, quam vt sicuis proreatu filij satisfaciant, ne necesse habeant vindicare.* Plinius, *ne torseris illum, ne torseris etiam te, torqueris enim, cum tam lenis irasceris.*

Nisi scopulis durior duras.] Adagium in duros & inexorabiles. Horat. *Scopulis durior Icari.* *Siliceus homo*, Senecæ c. 3. de ira. cap. 7. id est durus. Cassiod. Psal. 94 *Non credentium corda, omnino lapidea sunt, & verè silicibus comparanda.* quoad loquendi formam, scopulis durior duras. Ennius Andromachæ, *quasi ferrum, aut lapis durat*: Cassiod. Psal. 34. *saxeo stupore durata sunt pectora.*

Non domo solum, sed & pectore admittas.] Seneca epist. 3. *toto illum pectore admitte*, & 6. de Benef. cap. 34. *pectore recipere.* Ouid. epist. Iphitelles ad Iasonem.

Vrbe virum vidi, tectoque, animoque recepi.

Plinius epist. 23. l. 9. *reducentibus epistolis meis, in domum & animum recepisti.*

Cum paternis pedibus affusus.] 5. epist. 5. lib. 1. *Apostolorum liminibus affusus.* 7. Car. 7. *genibus primùm est affusa tonantis.*

aduolutus pedibus Plinio l. 9. epist. 21. qui verò delicti veniam precabantur, supplices pedibus aduoluebantur. Petrus Chrysologus. Serm. 93. *ad pedes tendit semper vitam veniam qui requirit.* Saluianus Mass. epist. ad Ypatium & Quietam, *Aduoluor vestris ô parentes charissimi pedibus, illa ego vestra Palladia.* Filiique supplices parentum pedibus affusi pedes osculabantur, idem Saluian.

Conuicium expectans, osculum exceperit.] Petrus Rauennas Serm. 3. *Sic pater indicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella, &c.* Quod est abolitæ iniuriæ certum indicium, Plaut. Pænulo, *Non sum irata. Ag. da ergo vt credam suauium.* Oscula sunt reconciliationis indicia. Petron. in Satyr. *Præterita aboleri osculis placet.* Idem, *ex osculatus pectus sapientia plenum, mieci ceruicibus manus, &c.* Petrus Rauennas. Serm. 93. *oscula sunt reconciliationis indicia.* Artemidorus lib. secundo cap. 2. de Somniis.

SIDONIVS TVRNO SVO

S. EPISTOLA XXIIII.

BENE nomini, bene negotio tuo congruit Mantuani illud:

Turne quod optanti diuum promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltrò.

Pecuniam pater tuus Turpio vir Tribunitius mutuam pridem, si recordaris, à Maximo Palatino postulauit, impetrauítque, nil quidem loco fiduciæ pignorísque, vel argenti sequestrans vel obligans prædiorum: sed vt chirographo facto docetur, cauta, centesima est fœneratori, quæ per bilustre producta tempus, modum sortis ad duplam

duplam adduxit. Sed cùm pater tuus morti propinquæ morbo incumbente succumberet, atque ob hoc ipsum publica auctoritas malè valentem patremfamiliâs violentiùs ad reformandum debitum arctaret, nec sustineri valeret improbitas exequutorum, proficiscenti mihi Tolosam, iam desperatus, literis imperauit, vt me rogante creditor vester modicas saltem largiretur inducias. Precibus orantis citus annui, quia cum Maximo mihi non notitiæ solùm, verùm & hospitij vetera iura. Igitur ad amicum libens ex itinere perrexi, quanquam villa non paucis aggere à publico millibus abesset. Vt veni, occurrit mihi ipse, quem noueram anterius corpore erectum, gressu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multùm ab antiquo dissimilis incessu. habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus. tum coma breuis, barba prolixa, tripodes sellæ, cilicum vela foribus appensa, lectus nil habens plumæ, mensa nil purpuræ, humanitas ipsa sic benigna, quòd frugi, nec ita carnibus abundans, vt leguminibus. Certè si quid in cibis vnctius, non sibi, sed hospitibus indulgens. Cùm surgeremus clam percontor astantes, quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus, monachum ageret, an clericum, pœnitentémne? dixerunt nuper impacto sacerdotio fungi, quò recusantem factiosè ligasset ciuicus amor. Luce reuoluta dum pueri clientésque capiendis animalibus occuparentur, secretæ collocutionis peto copiam: Præstat. Amplector nil opinantem, gratularíque me primùm pro sui status apice confirmo, tum consequentes misceo preces. Turpionis nostri rogata profero, allego necessitates, extrema deploro, quæ duriora mœrentibus amicis hinc viderentur, quòd fœnore ligatus, corpore solueretur: meminisset ergo professionis nouæ, sodalitatis antiquæ, exactorúmque circumlatrantum barbaram instãtiam indultis tantisper induciis moderaretur: & si decessisset æger, tribueret hæredibus annui luctus tempus immune: Si (quod optarem) pristinam Turpio salutem recuperasset, indulgeret exhausto per ocium facultatem conualescendi. Adhuc rogabam cùm repentè vir charitatis flere granditer cœpit, non moram debiti, sed periculum debitoris: frænatóque singultu: Absit à me, inquit, vt hæc reposcam clericus ab ægro, quæ vix petissem miles à sospite. Sed & liberos eius ita diligo, vt etiam si quid aduersum cesserit amico, nil sim ampliùs ab his postulaturus quàm mei officij ratio permittit. Quapropter scribe soli ciuis: quóque credant plus literis tuis, meas iunge, quisquis ille fuerit languoris euentus (quem tamen fratri prosperum optamus) quod & annuum solutioni spatium proroga bo, & superpositam medietatem, quæ per vsuræ nomen accreuit, indulgeam, sola simpli restitutione conten-

tus. Egi ad hæc gratias Deo maximas, hoſpiti magnas, qui ſic amaret tam ſuam famam, quàm conſcientiam: confirmans amicum præmittere ſibi, quod dimitteret vobis: atque hinc ſuperna regna mercari, quòd beneficia terrena non venderet. Ergo quod reſtat, enitere, vt auctore te protinus ſaltem commodata ſumma ſoluatur, ſic vt ingentes nihilominus gratias agas etiam nomine illorum, qui tibi germanitate coniuncti, fors per ætatem ſapere non poſſunt quid muneris conſequantur. Non eſt cur dicere incipias, Habeo conſortes, necdum celebrata diuiſio eſt, auarius conſtat me eſſe tractatum quàm cohæredes; frater & ſoror ſub annis adhuc tutelaribus agunt, ſorori necdum maritus, fratri necdum curator, curatori necdum ſatiſdator inuentus eſt. Quod quidem totum creditoribus bene, ſed malis dicitur: at cum habet talis perſona contractum, quæ velit medium relaxare, cùm totum poſſit exigere, ſi moram patitur, quicquid propter miſericordiam conceſſerat piè, iuſtè repoſcit propter iniuriam. Vale.

Turne quod optanti] Ex Verg. init. l. 9. Symmach. epiſt. 47. lib. 3. *Quando ita voluenda attulit dies.*

Turpio vir Tribunitius] id eſt Tribunitiæ dignitatis. 5. epiſt. 3. lib. 1. *Et ecce Gaudentius meus hactenus tantum Tribunitius.*

A Maximo Palatino] De Palatinis crebra eſt in iure mentio, vide Nouellam Iuliani 22. & 108. *Schola Palatinorum*, Nouella 117. & notis vett. ad Iuliani Nouellam 22.

Nihil quidem loco fiduciæ pignoriſque] Elegans & ex Iure copula verborum. Paulus 2. ſentent. tit. 10. §. vlt. *diſtractiones eorum pignorum & fiduciarum.* & titulus 4. lib. 2. *de pignore fiduciaque*, & tit 13. *cauſa pignoris fiduciaeque*, Idem lib. 3. tit. 7. §. *rem legatam. teſtator ſi poſtea pignori vel fiduciæ dederit.* & lib. 5. tit. 1. *Iidem nec pignori ab his, nec fiducia dari poſſunt.* & tit. 26. §. vlt. l. 9. C. Th. de infirm. his quæ ſub tyran. geſta ſunt. *Pignoris atque fiduciæ obligatio perſeueret.* & D. Ambroſ. de Tobia cap. 22. *Pignus vſurpat, fiducias vocat.* in §. ſeruis legatis apud Paulum 3. ſentent. tit. 7. *quæ fiduciæ data ſunt*. Anianus, *quæ teſtator loco pignoris poſuerit*. pignus enim eſt quod propter rem creditam obligatur, cuius poſſeſſionem ad tempus conſequitur creditor, cæterum dominium penes debitorem eſt, fiducia eſt cùm res aliqua ſumendæ mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipatur, vel in iure ceditur. Boëtius l. 4. in Topica Cicer. & Iſidor. l. 5. c. 25.

Vel argenti ſequeſtrans] pro pignore, Iuuenal. Satyr. 9:

viginti millia fœnus
Pignoribus poſitis, argenti vaſcula puri. Tertull. de Idol. *Pecuniam de ethnicis mutuantes ſub pignoribus fiduciatis, iurati cauent.* 5. epiſt. 8. l. 6. *Creditoribus bene credulis, ſola deponit morum experimenta pro pignore.*

Vel obligatis prædiorum] pro fiducia, creditoribus enim malè credulis prædiis cauebatur. iocus Martialis in Theleſinum, lib. 12. epigram. 25. vnde vetus formula prædiis, prædibuſque cauere. M. Tull. 3. contra Verrem, *in bonis prædibus, prædiiſque vendundis.* Ibid. Aſconius. Vetus inſcriptio.

LEX PARIETI FACIENDO IN AREA QVAE EST ANTE AEDEM SERAPI

TRANS VIAM QVI REDEMERIT PRAEDES DATO PRAEDIAQVE SVBSIGNATO DVVMVIRVM ARBITRATV.

Tit. Liuius lib. 32. de danda ærarij pecunia mutuò. ait, *prædiis ac prædibus populo cauendum esse.*

Chirographo] χειρόγραφον, Hesychius. & à Philoxeno interpretatur, *chirographum, cautio*, qua debitor se centesimam creditori soluturum promisit, & manu obfirmauit idem Philoxenus δάνειον, *chirographum, feneratio, mutuum, alienum.* D. Ambros. de Thobia 3. c. 13. *Syngrapham nuncupat, chirographum nominat.* Optatus lib. 3. *debitorum chirographa amiserant vires,* &c. Nouel. Theodosij de pecunia Afris cred. verbum iuris. Isidor lib. 4. cap. 24.

Cauta centesima est fœneratori] Centesima vsura est, cum sors est centum solidorum, & quot mensibus vsuræ nomine solidus vnus soluitur. Constantinus. lib. 3. epito. tit. 7. vel quot annis pro centum, duodeni solidi penduntur, eod. auctore. & ea erat legitima vsura, id est iure permissa, l. 2. C. Th. de vsuris, l. lecta. de rebus creditis. Plinius lib. 10. epist. 53. D. Ambrosius de Tobia, cap. 9. & cap. 12. Petrus Rauennas, Sermone 25. sub finem, *vsura mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum,* &c. Anianus l. 4. C. Th. de vsuris.

Modum sortis ad duplam adduxit] centesima vsura quo pacto modum sortis ad duplam adduxerit decennio, videndum est: nam si pro centum, singulis mensibus, singuli solidi soluuntur, decennio plusquàm ad duplum adducetur vsura centesima, & prætercentum quod est duplum, superabundabunt viginti solidi, qui tamen viginti solidi, cum non debeantur, (quia quod supra duplum accrescit, non debetur) Sidonius eos numerare frustra duxit, cum vt dixi, non debeantur, & si soluti essent, sorti imputarentur, quia supra duplum vsuræ non debentur. Plutarch. in Lucullo. Vlpianus lib. 26. §. 1. de condict. indeb. Nouella 121. & 138. Quibus locis Cuiac. & Obseru. lib. 5. cap. 38. præterea Anianus lib. 2. sentent. tit. 14. §. 2. Idem l. vnic. Cod. Th. de vsur. rei iudi. Iulianus cap. 586. & 587. Nec est quod ex hoc Sidonij loco, multi nominis innominatus à me Togatus, vir elimati iudicij, variæque eruditionis, tantùm decimam sortis æuo Sidonij singulis annis pro fœnore exactam fuisse colligat, patet enim (præter supradict. rationem) ex Chrysologo Sidonij coæuo, Aniano, & reliquis nihil imminutum fuisse centesimæ.

Duplam] *duplum fœnus, dupla vsura,* l. vn. C. Th. de vsuris rei iud. *dupla centesima* Aniano. Ibid. 5. epist. 17. l. 7. in Car.

Bilustre tempus] id est decennium, bilustrum Gildas sapiens de excidio Britanniæ, *igitur bilustro supradicti turbinis nondum expleto:* Sidonius lib. 9. e. vlt. in Carm.

prope post bilustre Tempus.

Idem Narbone.

Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.

Bilustri temporum circuli Aldhelmo de laudibus Virginitatis, c. 14.

Patremfamilias, violentius ad reformandum debitum arctaret] ægrotis enim debitoribus & moribundis creditores imminebant, & per iudicem debitare poscebant instantiùs, ante Nouellam Iustiniani 60. quæ est apud Iulianum 54, *Si quis debitorem suum ægrotantem, & periclitantem mori, molestare voluerit pro debito suo, non liceat ei hoc facere,* &c. Et Authentica item qui domum. Codice de sepulchro violat.

Publica auctoritas.] Sine qua debitum reposcere, & ius sibi dicere non licebat, l. extat. D. Quod metus causa. l. creditores ad legem Iul. de vi priu. & Iustinianus Nouella. 60.

Ad reformandum debitum arctaret.] id est ad soluendum, & restituendum. Anianus in l. vnic. C. Gregoriano, ad Senatusconsultum Macedon. *vt sibi debitum re-*

formetur. Idem l. 2. C. eodem. de vsuris lib. 1. C. eod. vnde vi. *vsuras reformare*. tit. 4. primi sentent. Pauli. §. 3. & tit. 8. §. 1. Idem tit. 11. Paulus tit. 15. *Qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus est*: Gregorius Turon. lib. 1. de miracul. cap. 103. & lib. 2. c. 18. ī. epist. 13. lib. 3. *callidus reformandi*. Legis Gothorum lib. 5. tit. 6. Era. 3. *debitum reformare*.

Improbitas] *improbas creditorum molestias*, Nouell. Theod. de pecun. Afris cred: *auidus & prapotens executor*. Nouel. Maioriani de indulgent. reliqu. *petulantes*. Isidorus lib. 10. Originum: *exactorum circumlatrantium barbara instantia*. j. hac epist.

Improbitas exequutorum] id est exactorum. Isidorus lib. 10. *Exequutor ab exequendo, idem & exactor*. Petrus Rauennas. Serm. 25. in fine. *Quo exigente restituet? se ipso, quia non potest ille mentiri: Idem ipse est & executor, & debitor*. Ex quibus patet executorem esse, qui debitum exigit. Anianus l. vn. Codi. Theodos. de offic. iud. milit. Sido. ead. epist. *Exactorumque circumlatrantium barbaram instantiam*, ibi exactores, quos hîc executores.

Modicas saltem largiretur inducias] id est, debiti reformandi dilationes. D. Ambros. de Tobia, cap. 7. *Tribuuntur induciæ, non vt prædam libertatis inueniat, sed vt consortem seruitutis adiungat*. Petrus Chrysologus Serm. 71. *Da illi inducias de promissa, qui tibi quicquid erat debiti iam donauit*. & Cassianus Collat. 22. *iustissimum proinde est, vt quia vltro mihi benignitas vestra tam largas concessit inducias, ego quoque moram in debiti redditionem non faciam*. Anianus C. Theod. de diuersis rescript. lib. sexto. *Si cuiuslibet rei debitor conuictus, propter differendam solutionem, à principe inducias impetrauerit*. Cassiodorus libro secundo epist. 38. *Quatenus sub induciis supradictis, & datam possint reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat respirare substantia*. Sidonius ead. epist. *Indultis tantisper induciis, &c.* & Nouella Maioriani. de indulg. reliquorum.

Non paucis aggere à publico millibus abesset] aggere à publico, id est militari via. Sulpicius Seuerus Dialogi. 2. cap. 4. *Interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis rheda veniebat*. Paulinus lib. 4. de S. Martino. *Quà publicus agger*. l. quarta Cod. Theod. de itinere muniendo. *Certatim studia cunctorum, ad reparationem publici aggeris conducibili deuotione volumus festinare*. & l. sequenti. *& reparationi publici aggeris*. & lege 2. Codi. eodem. Ne quis in palatiis maneat. *in remotis ab aggere publico ciuitatibus*. Gregor. Aruernus lib. primo cap. 44. *In crypta Cantobennensi iuxta aggerem publicum est sepultus*. Idem lib. 2. cap. 5. *Ablutusque à fidelibus iuxta ipsum aggerem publicum est sepultus*. ī. epist. 5. l. 1. & j. e. 3. l. 9. *custodes aggerum publicorum*.

Gressu expeditum, voce liberum.] Gregor. Aruer. Turon. episc. lib. 2. de miracul. cap. 9. *Dicebat eum statura esse procerum, veste nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flaua cæsarie, immixtis canis, incessu expeditum, voce liberum, &c.* Quo loci Sidonio verba exscripsit.

Multum ab antiquo dissimilis incessu.] Quia cum Palatinus esset, gressus frangebat, & pomposè incedebat, ī. epist. 7. lib. 1. & epist. 9. l. 4. *Pomposus incessus: sed cum sapienti viro incessus modestior conuenit*. Senec. epist. 40. in fine: modestè & moderatè Maximus incedebat, ita vt pareret religio in incessu: Eucher. de Anachoritis Lirinensibus, *incessu modesti*.

Habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus] vt diuersus à laicis est viris religiosis incessus; ita habitus. Concilij Carthaginensis 4. canone 45. *Clericus professionem suam etiam habitu & incessu probet*. Concilij Triburiensis. canone 17. *sed religioso & decenti habitu induti incedant*. Isidor. de offic. eccles. *Non vagis oculis, non infrenata lingua, aut petulanti tumidoque gressu incedant, sed pudorem & verecundiam mentis simplici.*

habitu incessuque ostendant. quia vt Ecclesiast.c.9 legitur: *Amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis enuntiant de illo.* 41. dist.cap.fin.& l. 3. de vita & honest. cleric. tit.1. Burchard lib 2. cap. 108.& 209. Euche.de laudib.eremi, *Interioris hominis faciem, exterioris habitu praeferebant,* &c.

Color] Non rubens & succulentus, sed pallens, decolor, & subluridus. Sulpicius Seu.epist ad Bassulam: *Sanctae illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata.* Paulinus ad Seuerum ep.7. *Nos adeant & reuisent, conserui & compallidi nostri.* Saluian.lib.8. *Intra Carthaginis muros palliatum & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis vsque ad cutem tonsum videre,* &c. S. Hilarius in vita S. Honorati: & Faustus in instruct.ad Monachos, quia ieiuniis ora pallescunt.

Tum coma breuis] mss. quia *Sacerdotes comam nutrire interdicuntur.* Eucherius homel. plurimorum martyrum ex decreto Aniceti Papae 23.distin. cap. prohibete. & Vsuard.vet.xv.Kal. Maii *ex decreto Aniceti & Martini Paparum* Conc.Cartha.4. ca. 44. Triburiensis can.20. Toletani 4.can.40. Agathen.can.20. can. non liceat. 23. dist.& cap.5.de vita & honest.cler.l.3. Isidor. l.2. ca.4: de offic. eccles.& Graecarum Synodorum à Martino Braccarensi collectarum can.65. & 67. Epiphan.lib.3.to.2. haeres. 80. & in compendiario fidei Apostolicae.

Barba prolixa] Sicut clerici comam tondebant, ita barbam promittebant, Conc. Carthag.4.can.44. *Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat.* Sic mss. Vaticanae Biblioth. S. Victoris, Gandensis, & Isidori liber Parisiis impressus, rectè, quòd radat, erasum est ex Decreto Burchardi lib.2 cap.174. Iuonis part.6.c.265. & ex ca. 5. extra, de vita & honest. cleric. à quodam malè geniato & feriato homine, qui vna litura maximas altercationes excitauit, barbamque sacerdotibus erasit, malo exemplo. Nam sine illud ex Concilio Carthag. sumptum sit, in illo legitur, *neque barbam radat.* Si ex decretis Aniceti Papae, in illis nulla barbae mentio est, 23. dist. can. clericis. Vsuard.xv.Kal.Maij, Pontific.c.12. Innocent.3. epi.2. ad Tardisinum, & Marianus Scotus in Chronico, qui omnes auctores inter sanctiones Aniceti barbae rasionem non numerant. Martinus quidem Pollonus in Chronico, & Petrus de Natalib.l.4. ca.57. Constitutionem, qua coma & barba simul clericis prohibetur, Aniceto tribuunt, sed quo auctore nescio, scio quidem & liquidò scio, ex traditione Apostolorum esse, barbam alere. Clemens Alex. Paedag.l.3.c.3. D. Cyprianus l.3. ad Quirinum c.85.& Epiphan.lib.3.to.2. haeres.80. praeter quam quòd Apostolorum icones omnem dubitationem abstergunt. vide Leuit.c. 19.

Tripodes sella] Sulpic. Seuer Dialo.2.c.1. *Sedebat autem Martinus in cellula rusticana, vt est in vsibus seruulorum, quas nos rustici Galli tripetias, vos scholastici aut certè tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis.* Idem *sedile ligneum,* interpretatur dialo. 3. cap. 20. Isidor. in Glossis mss. *Tripoda, tripedua, i. scabillum apud tres pedes,* &c. emendandum tripoda, t. s. habens, &c.

Cilicum vela] *Velamenta hispida è caprarum pilis texta.* Solinus, & ex eo Isido.l.19 c.26. Cassiod. Psal.34. *Cilicium fit ex hircis, asperum setigerumque tegumentum.* Paulinus de Celso: *Si modò ingentem grauis hirto tegmine fletus,*

Caprigenum setis dum teget, & stimulet.

Idem epist. 7. ad Seuerum, s. ep.9. lib. 2.

Lectus nil habens plumae] Viri olim religiosi, aut humi cubabant, aut in stratis iunceis, vel ciliciis. De ciliciis Hilarius Arelat. in vita S. Honorati: *Quis libentiùs hospiti, stratum cilicii, & ceruical illud consueti lapidis offerret.* De chameunis, i. humicubationibus 3. Carm.16.

Succinctos gelido libantem cespite somnos.

Vbi plura de stratis iunceis D. Hieron in Hilarione: *Super nudam humum, stratumque iunceum vsque ad mortem cubitauit,* quod quidem stratum iunceum *stratura* dicitur.

Nouella 6. Nec malè Iulian. *culcitam humi stratam* vortit. *cubile humi positum*. Senecæ ep. 5. Cassiano Erem. l. 4. c. 13. & l. 5. Inst. c. 35. *psiathium*. & Collat. 1. ca. vlt. 17. ca. 3. 18. cap. 11. & Gregorio Turonen. l. de vita Patrum. Mattæ c 11. Sic emenda, vulgò nattæ. *Nullum habens stratum fœni paleæque molimen, nisi tantum illud quod intextu iunco vulgum fieri solet, quas vulgò mattas vocant.* Mattæ ergo ex iuncis, & mattæ, strata iuncea. Isidori Glossæ *psiathium, matta*. Gloss. vett. ψίαθος, *teges, matta* (vulgò malè macta) rectè teges, nam & teges ex iunco. Varro l. 1. de re rust. Vet. interpres Iuuen. Sat 6. *Teges, vt matta, suppellex cubilis obscæni.* Pet. Aruernus Venerab. ep. 10. l. 3. *Sed etsi palustria prope sunt loca: mattas antiquum monachorum opus compone, super quas aut semper, aut sæpè dormias.* Idem ep. 50. lib. 4. *Ipse es in matta monachica, quæ sedi illi contigua erat, assedit.* Regula S. Benedicti c. 55. *Stramenta autem lectorum sufficiant, matta, & sagum*, &c. Quæ quia terræ sternebatur terratoria Philoxeno dicta est. in Glossis ψίαθος, *teges, terratoria, matta*. vt à sternendo sternum. Gloss. vett στρωμνὴ, *torus, sternum*. non impropriè, nec incôcinnè Sidonio lectus sine pluma, i. lectus iunceus, vel stramentitius, non puluinar, non *plumatium*, vt loquitur D. Ambros. ep. 17. in fine. Gloss. vett. χλυμάκιον, *plumacium*. vet. regu. Monachar. c. 12. *Quapropter, charissimæ, volo vos singulis noctibus breui & duro stratu iacere, in cellulis vestris, non in plumis & mollibus, sed aut in paleis & straminibus*, &c. Vide vet. hist. S. Eugendi Iurensis.

Mensa nil purpura] ṡ. ep. 2. l. 1. & ep. 13. l. 2. *Toreumatum peripetasmatumque modo conchyliata profertur suppellex, modo byssina.* Paulinus l. 4. de S. Martin. initio. idem Carm. 17. *Assyrius murex, nec tibi sigma dabit.*

Humanitas ipsa sic benigna, quòd fugi] Sic mss. Rectè. Sidon. ṡ. epist. 18. huius libri. *Sicque omnis præsentiæ vestræ voluptas, quod tamen nullum satias cepit.* idem ep. 9. lib. 7. *Sic dubitandi mihi materiam suggerebat iniuria, quòd tempus occupatio subtrahebat.* idem ep. 2. l 8. *Iam sinu in medio gentis inuicta, quòd tamen aliena.* Sic mss. rectè. ibid.

Nec ita carnibus abundans, vt leguminibus] Viri etiam religiosi carnibus abstinebât, & ad legumen & olus famem referebant. Epiphan. l. 3. tom. 2. in Compendio fidei Catholicæ, in fine. Cassian. l 5. c. 23. auctor de duplic. martyr. *Nec enim locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chameunia monachum faciunt* D. Hieron ep. ad Furiam, de viduitate. & ex ipsius sententia Lupus Ferrariensis epist. 64. & 65. necnon Pet. Aruernus l. 6 ep. 17. ṡ. epi. 9. huius lib. *ferarum carnibus abstinet.* post: *Venatu vtitur, nec vtitur venatione.* ĵ. Carm. 16.

Si quid in cibis vnctius, non sibi, sed hospitibus indulgens] ṡ. ep. 9. l. 2. in fine: *Diceremus cepas, & quidem vnctissimas.* Ausonius in Parental. Carm. 8.

& mensa commodus vncta.

Quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus] ṡ. ep. 13. hu. lib. *sed tandem professione religionis arrepta.*

Monachum ageret] ĵ. ep. 9. lib 8. *Ago adhuc exulem, agis ipse iam ciuem.* & Carm. 2.

Victorem fugitiuus agit. sacerdotem egit. Eucher. Hom. 2. de Natiu.

Pœnitentemne] De pœnitentibus. præter cæteros Tertull in Exomolog. Paccian. & Saluianus in præfat. ad eccles. cathol. necnon Homel. ad pœnitentes, quæ Eusebij Emiss. nomine legitur.

Impacto sacerdotio] ṡ. ep. 3. lib. 4. *Nam dum impactæ professionis obtentu.*

Quo recusantem, factiosè ligasset ciuicus amor] Olim nonnisi recusantes episcopi creabantur. Sidonij vita à me conscripta c. 6. de Sidonio satis D. Cyprian. ep 2. lib. 4. *Non vt quidam vim fecit, vt episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt episcopatum coactus exciperet.* Clemens ep. 1. ad Iacobum fratrem Domini l. 31. C. de episc. & cler. *Tantum ab ambitu debet esse sepositus vt quæratur, cogendus, rogatus, recedat, inuitatus refugiat.* post: *Profectò indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.* plura ep. sequ.

Ciuicus amor] Symmach. ep 56 l. 6. *Sed quos ciuicus amor, in negotia vrbana curam nostram reduxit,* Paulin. epi. ad Seuerum 12. *Itaque vel ad pignus quasi ciuicæ charitatis*

&c. *unica affectio*. Nouella Maioriani de ædif. public Ennodius in vita Epiphanij *unico amore constringi*.

Dum pueri clientesque] ſ. notaui ep. 8. hu. lib pueros eſſe ſeruos. idem ep 5. l. 8. *Cuius clientem puerosque commendo*. Conc. Gerundenſis cap. 6. eadem conbinatio ep. 18. hu. lib. *Vix ſingulorum clientum puerorumque comitatu*.

Amplector nil opinantem] Epiſcopi ſe mutuo ſalutantes amplectebantur. Balſam. Laodic. Synodi c. 19.

Pro ſui ſtatus apice] i. epiſcopatu Tholoſano, qui Maximo Palatino impactus eſt. ſtatus apex, honor epiſcopalis dicitur, ī. ep. 12. l. 7. in fin. vbi nos plura de epiſcopali dignitate, quæ reliquis omnibus antecellit. ep. ſeqn. *hic apice votiuo ſi potiretur*, i. epiſcopatu. Concilij Spalenſis 2. c. 7. *pontificatus apex*. Damaſus Papa Proſpero, Numidiæ epiſc. *pontificatus apex*, & ibid. *Dignitatis faſtigium, eminentiſſima dignitatis apex*. Concil Aruern. c. 1. *ipſi apices & principes omnium*. Optat. l. 1. de epiſcopis. Conc Matiſconenſis can. 11. *Epiſcopi cum ſublime dignitatis apice ſublimantur. excelſi apicis gloria*. Gregor. Turon de vita Patrum, cap. 3. Conſtantinus A. in Pragmatico. *Vnde ne pontificalis apex vileſcat*, &c. *pontificatus apex*. Leo PP. ep. 66. Ennod. pro 4. Synod. Rom. *dignitatis apex. Apoſtolicus apex*. ibid.

Meminiſſet ergo profeſſionis ſuæ nouæ] i. clericæ profeſſionis, quæ reſpuit vſuras. Nam canonum auctoritas omnimodo clericis vſuras interdicit, ſ. notaui ep. 8. lib 1. & Synod. Carthag. can. 26. ibid. Balſam. 14. quæſt. 4. can. nullus clericorum. & 6. Synodi in Trullo can. 10.

Sodalitatis antiquæ] Cum illo enim & Sidonio hoſpitij erant vetera iura, ſ. hac epiſtola.

Annuus luctus] Filij patres ſuos elugebant, vt ex hoc Sidonii loco perſpicuum eſt. & l. vlt. de his qui not. infa. & Paulo 1. Senten. tit. vlt. §. parentes. Petr. Aruernus Venerab. lib. 5. ep. 16. *Talibus luctus doloris ve inſignibus ſubtractos chariſſimos deflent, & integri ad minus ſpatium anni publica lege conſummant*. Iure ciuili tempus lugendi viris definitum erat, ſcilicet annuum. Paulus 1. Sent tit. vlt.

Frænatoque ſingultu] i. ſedato, ī. Carm. 5.

Æacides caſo luctum frænauit amico.

Vir charitatis] Sic mss. à quibus abeſt *totius*. vetus lib. Baſ. & Lugd totius retinēt. Pet. Aruernus Venerab. aduerſus calumniatorem. P. Pictau. de S. Ambroſio:

At mihi ſufficiet laudandi faſce relictam,

Totius mecum laudis habere virum.

ī. l. 7. in conc. *vir totius popularitatis alienus*.

Quæ vix petiiſſem miles à ſoſpite] Miles. i. miles Palatinus. Maximus enim erat Palatinus, init. huius epiſt. & miles in ea ſignificatione paſſim Sidonio, & aliis.

Si quid aduerſum ceſſerit] Ad euitandum malum omen quod eſt in mortis aut moriendi verbo. vnde formula Iuris *ſi quid humanitus acciderit*.

Meas iunge] Plin. epi. 21. lib 9. *Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, ſi precibus eius meas iunxero: iungam tamen*. & Symmach. ep 57. lib. 6. *Heu tibi aliam ſublimiſſimi viri paginam, cui me hunc ſermonem iuſſit adiungere*, &c. Sidon. ep. 10. lib. 3. *Tamen vtriuſque noſtrum ſociæ preces*, &c.

Et ſuperpoſitam medietatem] medietas debiti, l. 1. C. Th. de vſur rei iudic *medietas centeſimæ*. l. 4. C. eo d de vſuris. ibid. Anianus. quia vſura centeſima *per biluſtre producta tempus, modum ſortis ad duplam adduxerat*. init. huius epi. idcirco medietatem (quia mediam partem debiti facerent) vſuras vocat, æquarant enim ſortem vſuræ, quæ accreuerant.

Accreuit] Rectè vſus eſt accreſcendi verbo, à quo vſuræ *incrementa* dictæ ſunt, Martinus Braccarenſis in excerptis, capite 63. l. 9. de alimentis & cibariis & l. 24. depoſiti. *additamentum* in l. 70. §. 1. de legat. 2. & l. 23. Cod. de vſuris.

Æquor agrorum] ʒ. Carm. 7. *fœcundus ab vrbe*
Pollet ager, &c. Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 9. hist. & l. 1. de mirac. cap. 84. *Et sicut Lemane vestitum segetibus.* Petrus Pictauensis
Hunc Cluniace tibi tellus Aruernica misit,
Quâ nihil vberius Gallia nostra tenet.
ʒ. ep. 8. huius libri *æquor campi*, vt hîc æquor agrorum. Prudentius lib. 2. contra Symmachum: *Densius & grauidis se vestiat æquor aristis.*

Vbi sine periculo quæstuosæ fluctuant in segetibus vndæ] Martianus Felix lib. 4. *Propter decorem verba mutantur, cùm dicimus fluctuare segetes possumus aliud moueri dicere, sed quoniam ornatum non est, alieno vtimur.* ʒ. Carm. 1.
Protulit vndantem segetem sine semine campus.

Terrena vallis] Ammian. Marcell. lib. 15. *Prima prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodum culta (omissis aliis multis) Burdegala, & Aruernis excellunt.*

Quod denique huiusmodi est, vt semel visum aduenis, &c.] Idem in laudem Romæ Ammian. Marcellin lib. 14. & in laudem Campaniæ Symmachus ep. 41. lib. 1. tanta erat Aruerniæ amœnitas, vt cum eius aduenis inolcuisset affectio, postmodum illis patria displiceret.

Taceo ciuitatem ipsam] i. Aruernam. Notitia Prouinciarum: *ciuitas Aruernorum.* Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 20. *ciuitatem addere voluit.* & ʒ. ep. 2. lib. 3. *cùm inueneris ciuitatem.* Iordanes, *Euricus verò rex Vvisigothorum Aruernam Galliæ ciuitatē occupauit.*

Nobilium] Qui Aruernam habitabant Gregorius Turonen. de gloria confessor. cap. 5. *Audientes autem Senatores vrbis, qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ stemmate refulgebant,* &c. Nihil apud illum auctorem frequentius. Fortunatus lib. 4. Poem. de S. Auito Aruernæ episcopo.

Nullum satias cepit] i. tua præsentia nulli fastidio fuit. Terentius Eunuch act. 5. scen. 6. *vbi satias cepit fieri.* Marcell. lib. 16. *Et vbi cadendi satias cepit.* Symmach. ep. 1. lib. 1. *non quòd eius diuersorij satias ceperit nos.* Donatus in Terent. *Satietas, odium, ab eo quod præcedit, id quod sequitur.*

Larem hîc foueat] i. incola qui vt sumptum facit, sic auget reditum, oculus domini, agros impinguat, præter auctores rei rusticæ, Iustinianus in Pragm. Sanct. cap. 26. *Cum dominus absentibus recreari possessiones, aut competentem mereri culturam difficile sit, fouere larem.* Vergilius 3. Georg. Aldhelmus de laudib. virginitatis cap. 2. *Inhabitare sedes, & exigua fouere tuguria.* Gregor. Turonen. de vita Patrum cap. 7. *nostrum hic solum fouit.* Iordan. *sub terra fouere larem*, i. constituere. Nonius cap. 4. Cod. Theod. l. 6. tit. 1. *Senatoribus qui in prouinciis larem fouent.* & l. 9. eod. tit. *qui in prouinciis larem fouerent.*

SIDONIVS LEONI SVO S. EPISTOLA XXII.

VIr magnificus Hesperius, gemma amicorum literarumque, nuper vrbe cùm rediit è Tolosatium, præcipere te dixit, vt epistolarum curam iam terminatis libris earum converteremus ad stylum historiæ. Reuerentia summa, summo & affectu talem atque tantam sententiam amplector. idoneum quippe pronuncias, ad opera maiora, quē mediocria putas deserere debere. Sed quod fatendum est, faciliùs audeo huiusmodi suspicere iudicium, quàm suscipere consilium. res est quidem digna quam tu iuberes, sed non minùs digna quàm faceres.

est … re D. Card. Baron. annal. 6. anno 474 cap. 23. 4. ubi notat non licere Ecclesiastici scribere … riam sui temporis.

Namque & antiquitus cùm Caius Cornelius Caio Secundo paria suasisset, ipse postmodum quod iniunxit, arripuit; idque ab exemplo nunc me meliùs aggrederis, quia & ego Plinio vt discipulus assurgo, & tu vetusto genere narrandi iure Cornelium anteuenis, qui sæculo nostro si reuiuisceret, teque qualis in literis, & quantus habeare conspicaretur, modo veriùs Tacitus esset. Itaque tu molem thematis missi rectè capessis, cui præter eloquentiam singularem, sciētiæ ingentis magna opportunitas. Quotidie namque per potentissimi consilia regis, totius solicitus orbis, pariter eius negotia, & iura, fœdera, & bella, loca, spacia, merita cognoscis. Vnde quis iustiùs sese ad ista succinxerit, quàm ille quem constat gentium motus, legationum varietates, facta ducum, pacta regnantium, tota denique publicarum rerum secreta didicisse? quique præstanti positus in culmine, non necesse habet vel supprimere verum, vel concinnare mendacium? At nostra longè conditio dispar, cui dolori peregrinatio noua, nec vsui lectio vetusta. Tum religio professioni est, humilitas appetitui, mediocritas obscuritati: nec in p. æsentibus rei tantum, quātum in futuris spei locatum. Postremò languor impedimē o, iamque vel serò propter hunc ipsum desidia cordi æquæua. Certè iam super studiis nulla laus curæ, sed ne postuma quidem: præcipuè gloriam nobis paruam ab historia petere fixū, quia per homines clericalis officij temerariò nostra, iactanter aliena, præterita infructuosè, præsentia semiplenè, turpiter falsa, periculosè vera dicūtur. Est enim huiuscemodi thema vel opus, in quo bonorum si facias mentionem modica gratia paratur: si notabilium, maxima offensa. Sic se ille protinus dictioni color ordoque satyricus admiscet. Ilicet scriptio historica videtur ordine à nostro multum abhorrere, cuius inchoatio inuidia, continuatio labor, finis est odium. Sed tunc ista proueniunt clericis si aliquid dictetur auctoribus, qui colubrinis oblatratorum molaribus fixi, si quid simpliciter edamus insani, si quid exactè præsumptuosi vocamur. At si tuipse (cui datum est saltibus gloriæ præterire posse ceruices vituperonum, seu supercurrere) materiæ istius libens prouinciam sortiare, nemo te celsiùs scripserit, nemo antiquiùs, etiamsi placeat recentia loqui, quandoquidem sermonum copia impletus antè, nunc rerum, non reliquisti, cur venenato morsu seccre. Atque ideo te in posterum consuli vtilitas, audiri voluptas, legi auctoritas erit. Vale.

LEONI] Scripta est epistola viro docto, inlustri & Eorici regis Gothorum consiliario, ĵ. epist. 3. lib. 8. vbi plura.

Hesperius gemma amicorum literarumque] Hesperio s̄. ep. 10. lib. 2. *Amo in te quòd literas amas.*

Gemma amicorum literarumque] s̄. ep. 11. lib. 4. *gemma episcoporum.* & ep. 4. lib. 9.

Vrbe cùm rediit è Tholosatium] Notitia Prouinciarum Viennen. 2. *ciuitas Tholosatium.* sedes regni Gothici, s̄. ep. 8. lib. 4. quam ideo Euarix incolebat, & eius consi-

liarius Leo. Ennodius in vita Epiphanij: *Tholesanam, in qua Euricus tunc rex degebat, vrbem ingressus est.*

Præcipere te dixit] Idem eidem Leoni ep. 3 lib. 8. *quia iusseras misi.* rogauerat Leo, sed dum potestas rogat, iubet, idcirco dixit Sidonius *quia iusseras*, & *præcipere te dixit*, hac ep. Horat. ep. 9. lib. 1. *nam me rogat & prece cogit.* Ausonius Theodosio A.

> *Scribere me Augustus iubet, Et mea carmina poscit,*
> *Pene rogans, blando vis latet imperio.*

Ex P. Mimo. Macrobius lib. 2. cap. 7. *Sed potestas non solùm si inuitet, sed etiamsi supplicet, cogit.* Ausonius Paulo: *Quod est potentissimum imperandi genus rogabat, qui iubere poterat Imp. Valentinianus.* Petrus Blesensis ep. 1.

> *Est orare ducum, species violenta iubendi.*

Quod in prouerbium abiit. Iuo Carnotensis ep. 126. *Regia preces idem valent secundum commune prouerbium, quod mina.*

Vt epistolarum curam iam terminatis libris earum] s̄. ep. 10. huius libri: *Quia post terminatum libellum qui parum cultior est*, &c.

Cùm Caius Cornelius, Caio Secundo paria suasisset] vt paret ex ep. 8. lib. 5. Plinii, quā Tacito scripsit, sic enim emendatiores libri, in quibusdam Capitoni, absonè s̄. ep. 14. l. 4. *Caius Tacitus.*

Quia ego Plinio vt discipulus assurgo] i. veneror Plinium vt disci pulus. j̄. Carm. 7 *Assurrexit huic*, &c. Seneca: *tantis nominibus adsurgo.* Sidon. in Paneg. Auiti:

> *Adsurrexerunt Musæ sub laude sororis*, vbi plura.

Sidonius autem Plinium imitatus est. vide s̄. ep. 1. l. 1.

Mollò verius Tacitus esset] Salsè autem allusit ad nomen Taciti. idem j̄. Carm. 2.

> *Qua pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.*

Item Carmine 23.

> *Et qui pro ingenio fluente nulli*
> *Corneli Tacite es, tacendus ori.*

Tacitus ergo esset tacitus, id est, taceret Tacitus loquente te, & magis haberetur Tacitus, quia vt ait D. Ambrosius Sermone 48. *Quamuis enim doctus vir, quamuis disertus orator, elinguis videbitur, si loqui cœperit præsente meliore.*

Cui præter eloquentiam singularem] j̄. Leoni ep. 3. lib. 8. *Suspende perorandi illud quoque celeberrimum flumen.* & Carm. 23.

> *Sume ad docti loquis Leonis ades.*

Potentissimi regis] i. Euarigis regis Gothorum, qui *rex inclytus* à Sidonio vocatur ep. 3. lib. 8. & ab Ennodio in vita Epiphanij: *stupendus terrarum princeps.* j̄. epist. 6 lib. 7. *quanquam sit ob virium merita terribilis.*

Totius sollicitus orbis] j̄. ep. 3. lib. 8. *Quas oris regij vice conficis, quibus ipse rex inclytus modò corda terrificat gentium transmarinarum*, &c. idem ep. 9. eiusdem libri.

> *Dum responsa petit subactus orbis.*

Et Ennodius in vita Epiphanij. vide j̄.

Quique præstanti positus in culmine, nec necesse habet vel supprimere verum, vel concinnare mendacium] Ammianus Marcellinus lib. 17. *Quia igitur veritatis oratio soluta esse debet, & libera, & celsiores fortunas, idem loqui debere atque sentire.*

Concinnare mendacium] Luciferus episcopus lib. 2. pro S. Athanasio: *Credo legeris hæc, tamen non timueris concinnare mendacium ante conspectum Domini.* Ammian. Marcellinus lib 15. *Iustitia concinnatis mendaciis obumbrata*, &c.

Peregrinatio noua] Scilicet cum per deditionem à Græco Massiliensi factam Aruerna ditioni Euarigis subdita fuit, vt dixi episto. 10. & 17. huius libri, & in vita Sidonij.

Religio professioni est] s̄. epistola 13. huius libri: *Sed tandem professione religionis arrepta.*

Humilitas appetitur.] S. epist. 14. huius lib. *At si videtur humilitas nostræ professionis habenda contemptui.* & epist. 17. lib. 4. *vel iam latere cupientibus humilia dignari.* Paula. Marcellæ *humilitatis inter omnes contentio est.*

Languor impedimento.] Quem ex vrbis Aruernæ deditione contraxerat, & quòd hæresis grassaretur Arriana, ad quam extirpendam cum animum intenderet, nimiúmque laboraret, graui morbo penè confectus fuit. Ṡ. epist. 3. lib. 5. *Ego autem infelicis conscientiæ mole depressus, vi febrium nuper extremum salutis accessi.* Qua iniqua valetudine Sidonium studij sacri nimietas affecit, vt sequentia denotant, *Iamque vel serò propter hoc ipsum desidia cordis aquena*: Serò deses fuit, & à studiis abstinuit.

Desidia cordi aquena.] Vergil. 9. *Desidia cordi, &c.*

Super studiis nulla laus cura.] Ṡ. epist. 4. l. 8. *Modò tempus est seria legi, seria scribi, déque perpetua vita potius, quàm memoria cogitari, &c.*

Sed ne postuma.] Tertul. de Animæ testi. *Quorum innumera elogia sunt contempta mortis propter postumam famam.* Minutius in Octauio. *Tu qui immortalitatem postumam somnias, cum querqueta quateris? aut febribus vreris? aut dolore laceraris?* Fortunatus Gregorio Papæ Aruerno. epist. *quasi sibi postumi viuere creduntur.*

Quia per homines Clericalis officij.] Clericorum scripta nihil pensi habebantur, etenim tunc temporis, *humilitas clerica professionis habebatur contemptui.* S. epist. 14. huius lib.

Colubrinis oblatratorum molaribus fixi.] S. epist. 1. lib. 1. in fine. *Sed si & hisce deliramentis genuinum molarem inuidia non fixerit.* Paula epist. ad Marcellam. *Et quod in plerisque prouinciis familiare est, vt genuino dente se lacerent.* Ṡ. Carm. 4. *Non ego mordaci fodiam modò dente Maronem.*

At tu ipse cui datum est saltibus gloriæ præterire posse ceruices vituperonum] Sic mss. omnes & vet. liber. Vinet. & Lugd. *protereo* malè, saltibus gloriæ præterire, & supercurrere tropicè dictum, Ṡ. epist. 14. lib. 8. *Et parsimoniæ saltibus consequi affectans, Memphiticos & Palæstinos Archimandritas*, Supercurrere idem. S. epist. 22. *balteis supercurrentibus.*

Ceruices vituperonum.] id est fastum atque derogatorum superbiam, *peritia ceruix.* Ṡ. epist. 9. l. 9. *ceruices mentium.* Am. Marcellin. lib. 4. *ceruices fortunæ*, eid. lib. 25. & lib. 30. in fine *subiectorum ceruices.* Ennodi. Fausto, *inimicorum ceruix.* & *ceruices erigere*, l. 1. C. Th. de libert. & eorum, liber. est superbire, Aniano interprete: vnde *ceruicositas*, Ṡ. in concione lib. 7. arrogantia est.

Vituperonum.] Ṡ. epist. 1. lib. 8. *In aliquos forsitan incidamus vituperones.*

Nemo antiquùs, etiam si placeat recentia loqui.] id est antiquo stylo, nouam scribes historiam, Symmach. epist. 47. l. 1. *Nam vnde est in epistolis tuis sensuum nouitas, vetustas verborum.* Ṡ. Carm. 9.

> *Et nulli modò Martium facundum*
> *Dicendi arte noua parem vetustis.* Ṡ. c. 3. l. 4.

Sermonū copia impletus.] S. e. 17. huius lib. *Et Quirinalis impletus fonte facundiæ. plenus literis.* Petron. in Satyr. *plenus scientiæ.* Claudia. Mam. l. 2. cap. 10. de Eucherio. Eucherius ad Valerianum, *omnis scientia refertus.*

Venenato morsu secero] Horat. l. 1. epist. 14. *morsus venenat.* vide epist. 6. & 7. l. 5. Ṡ. Martianus Felix. l. 9. de iambo. *item hoc nomen ab eo, quòd venenum maledicti, aut liuoris infundat.* Ex eo Isidor. l. 1. cap. 16. Orig. Homelia ad plebem quæ Cæsario tribuitur. *Sicut enim sunt virulenti herbarum succi, ita sunt & venena verborum.*

cidæ ante legem Pompeiam, cruci figebantur: Seneca de Clementia lib. 1. cap. 23. *Pessimo loco pietas fuit.* postquam sæpius culleos vidimus, quàm cruces.

Culleo clamans.] Culleus est saccus quo parricidæ insuebantur, postquam tam nefarij sceleris comperti, capite obuoluto trahebantur in carcerem, & ex carcere educti, propalàm & in conspectu omnium culleo concludebantur, nam more maiorum receptum erat, vt priùs parricidis folliculo caput obuolueretur, ex capite legis Parentæ. Festus. *Obuoluere, quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam causam legem quoque parentam iubere caput eius obnubere, qui parentem necasset.* Cuius antiqui moris meminit auctor ad Herennium lib. 1. vbi de Poblicio Mallelo. *Et damnato statim folliculo lupino os obuolutum est.* Quintil. declam. 298. *Cum statim ora, oculosque à iudicio lex iusset abduci, ne hunc iocundum cæli aspectum polluerent tetri oculi, &c.* Sicque capite obuoluto, trahebantur in carcerem, ad Herenn. Auctor. *Et in carcerem ductus est.* Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 15. *non culleum, non serpentes non carcerem decreuit,* è carcere in publicum ducebantur, ibique in conspectu omnium in culleum insuebantur, præter cæteros quos sciens omitto. Tertull. lib. de Anima. Lactantius. lib. 3. cap. 14. Seneca. 1. de ira. c. 16. lib. 1. de clementia c. 15. & c. 23 Martianus Felix. lib. 5. *à simili*, l. 4. C. Th. Quorum appell. non recipiantur, & Orosius lib. 5. cap. 16. sub finem. Vetus Historia. SS. Vincentij & Anastasij: *Parricida angusto bcrone constringetur*, scilicet cum gallo, cane, simia & serpente, scioli sciunt: ae posteà super plaustrū impositi nigris bobus vehebantur in mare; vt deiicerentur: Vetus Glossarium de sententiis Hadriani Augusti. in fine. *Fuit lex quædam huiusmodi omnibus hominibus, vt qui parricidium fecisset, publicè in culleo missus consueretur, cum vipera, & cane, & simia, & gallo impiis animalibus, impius homo: & super plaustrum iunctum nigris bubus, deferretur in mare, & proiiceretur in profundum.* lex. DEIICIATVR IN PROFLVENTEM. M. Tull. in oratore; & pro Roscio Ameri. l. 9. ad l. Pomp. de parricid. *deinde in mare profundum culleus iactantur.* Et l. vn. C. de his qui parent. vel liber, &c. Paul. 5. sent. tit. 24. *Insuti culleo in mare præcipitabantur.* & id fortè ex c. legis Parentæ de qua Festus. 5. lib. 13. & Isidor. in Gloss. mss. *Parentia, de paricidio lex.*

Cæterisque suppliciis parricidalibus.] Ignis scilicet, & ad bestias datio. Paulus 5. sententiarum tit. 24. *Hodie tamen viui exuruntur, vel ad bestias dantur.* lib. 4. C. Th. Quorum appellat non recipian. *tanquam manifestos parricidas insuere culleo viuos, vel exurere iudicantem oporteat*, præterea parentibus proterui lapidabantur, Deuteronomij, cap. 21. *Patrem cadentis manus præcidebatur.* Seneca lib. 9. Controu. 4.

Nil impudenti excusatione deprecatus errorem.] Plerumque enim homines peccatis suis excusationem obtendunt, D. Hieroni. super Hieremiam: *Prona est ad excusationem sui humana peruersitas*, Cassiodor. Psal. 140. *Hoc enim maximum vitium est, quo laborat humanitas, vt post peccatum suum, maximè ad excusationis confugiunt, quasi pœnitudinis se confessione prosternat, &c.* Quæ impudens excusatio reatum aggrauat. Saluianus Massil. Agrecio Episcopo, *augmentum enim reatus est innocentiam iactare post culpam:* Plinius epist. 9. lib. quarti. *Præterea rem manifestam inficiari, augentis erat crimen, &c.*

Cum redarguerem verecundia iunxit comites lacrymas.] Plinius epist. 21. l. 9. *Fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit.*

Ita profluas, vbertimque manantes.] Petronius in Satyr. *vbertim manantibus lacrymis*, D. Hier. de morte Nepotiani. *vbertim manantes lacrymas reprime vbertim flere.* Gellius lib. 7. cap. 11.

Vt secuturæ correctioni fidem fecerit.] Plinius epi. 21. l. 9. *Fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit, in summa fecit, fecit mihi fidem pœnitentia.* D. August. Serm. 4. de Charitate, *cepisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam, &c.* Plinius, *verè credo emendatum, quia deliquisse se sentit.*

Et dominum sequens, non habeas te iudice reum, se profitente damnabilem.] Sanctè ne-

que minus acutè dictum, id est non reum iudices, nec vt talem corripias, qui se damnabilem profitetur, & hoc Domini exemplo, qui se reos proficentes excusat, non accusat: non condemnat, sed absoluit, 5. epist. 14. huius libri, *noueris volo non vt est apud præsulem fori, sic esse apud iudicem mundi. Namque vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur, ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absoluitur.* vbi plura.

Qui conficeris occulto, quòd filius publico mœrore conficitur.] Sic mss. rectè. Saluianus Ypatio & Quietæ. *Certè etiam si iustas succendendi causas parentes habeant, nihil contingere eis felicius, nihil optatius potest, quàm vt sic eis procreatu filij satisfaciant, ne necesse habeant vindicare.* Plinius, *ne torseris illum, ne torseris etiam te, torqueris enim, cum tam lenis irasceris.*

Nisi scopulis durior duras.] Adagium in duros & inexorabiles. Horat. *Scopulis durior Icari. Siliceus homo,* Senecæ c. 3. de ira. cap. 7. id est durus. Cassiod. Psal. 94 *Non credentium corda, omnino lapidea sunt, & verè silicibus comparanda.* quoad loquendi formam, scopulis durior duras. Ennius Andromachæ, *quasi ferrum, aut lapis durat*: Cassiod. Psal. 34. *saxeo stupore durata sunt pectora.*

Non domo solum, sed & pectore admittas.] Seneca epist. 3. *toto illum pectore admitte*, & 6. de Benef. cap. 34. *pectore recipere.* Ouid. epist. Iphuelles ad Iasonem.

Vrbe virum vidi, tectoque, animoque recepi.

Plinius epist. 23. l. 9. *reducentibus epistolis meis, in domum & animum recepisti.*

Cum paternis pedibus affusus.] 5. epist. 5. lib. 1. *Apostolorum liminibus affusus.* 7. Car. 7.

genibus primùm est affusa tonantis.

aduolutus pedibus Plinio l. 9. epist. 21. qui verò delicti veniam precabantur, supplices pedibus aduoluebantur. Petrus Chrysologus. Serm. 93. *ad pedes tendat semper citam veniam qui requirit.* Saluianus Mass. epist. ad Ypatium & Quietam, *Aduoluor vestris ô parentes charissimi pedibus, illa ego vestra Palladia.* Filiíque supplices parentum pedibus affusi pedes osculabantur, idem Saluian.

Conuicium expectans, osculum excepert.] Petrus Rauennas Serm. 3. *Sic pater indicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella, &c.* Quod est abolitæ iniuriæ certum indicium, Plaut. Pænulo, *Non sum irata. Ag. da ergò vt credam suauium.* Oscula sunt reconciliationis indicia. Petron. in Satyr. *Præterita aboleri osculis placet.* Idem, *ex osculatus pectus sapientia plenum, iniecit ceruicibus manus, &c.* Petrus Rauennas. Serm. 93. *oscula sunt reconciliationis indicia.* Artemidorus lib. secundo cap. 2. de Somniis.

SIDONIVS TVRNO SVO

S. EPISTOLA XXIIII.

BENE nomini, bene negotio tuo congruit Mantuani illud:

Turne quod optanti diuum promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltrò.

Pecuniam pater tuus Turpio vir Tribunitius mutuam pridem, si recordaris, à Maximo Palatino postulauit, impetrauítque, nil quidem loco fiduciæ pignorísque, vel argenti sequestrans vel obligans prædiorum: sed vt chirographo facto docetur, cauta, centesima est fœneratori, quæ per bilustre producta tempus, modum sortis ad

duplam

duplam adduxit. Sed cùm pater tuus morti propinquæ morbo incumbente succumberet, atque ob hoc ipsum publica auctoritas malè valentem patremfamiliàs violentiùs ad reformandum debitum arctaret, nec sustineri valeret improbitas exequutorum, proficiscenti mihi Tolosam, iam desperatus, literis imperauit, vt me rogante creditor vester modicas saltem largiretur inducias. Precibus orantis citus annui, quia cum Maximo mihi non notitiæ solùm, verùm & hospitij vetera iura. Igitur ad amicum libens ex itinere perrexi, quanquam villa non paucis aggere à publico millibus abesset. Vt veni, occurrit mihi ipse, quem noueram anterius corpore erectum, gressu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multùm ab antiquo dissimilis incessu. habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus. tum coma breuis, barba prolixa, tripodes sellæ, cilicum vela foribus appensa, lectus nil habens plumæ, mensa nil purpuræ, humanitas ipsa sic benigna, quòd frugi, nec ita carnibus abundans, vt leguminibus. Certè si quid in cibis vnctius, non sibi, sed hospitibus indulgens. Cùm surgeremus clam percontor astantes, quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus, monachum ageret, an clericum, pœnitentémne? dixerunt nuper impacto sacerdotio fungi, quò recusantem factiosè ligasset ciuicus amor. Luce reuoluta dum pueri clientésque capiendis animalibus occuparentur, secretæ collocutionis peto copiam: Præstat. Amplector nil opinantem, gratularíque me primùm pro sui status apice confirmo, tum consequentes misceo preces. Turpionis nostri rogata profero, allego necessitates, extrema deploro, quæ duriora mœrentibus amicis hinc viderentur, quòd fœnore ligatus, corpore solueretur: meminisset ergo professionis nouæ, sodalitatis antiquæ, exactorúmque circumlatrantum barbaram instãtiam indultis tantisper induciis moderaretur: & si decessisset æger, tribueret hæredibus annui luctus tempus immune: Si (quod optarem) pristinam Turpio salutem recuperasset, indulgeret exhausto per ocium facultatem conualescendi. Adhuc rogabam cùm repentè vir charitatis flere granditer cœpit, non moram debiti, sed periculum debitoris: frænatóque singultu: Absit à me, inquit, vt hæc reposcam clericus ab ægro, quæ vix petissem miles à sospite. Sed & liberos eius ita diligo, vt etiam si quid aduersum cesserit amico, nil sim ampliùs ab his post ulaturus quàm mei officij ratio permittit. Quapropter scribe soli citis: quóque credant plus literis tuis, meas iunge, quisquis ille fuerit languoris euentus (quem tamen fratri prosperum optamus) quod & annuum solutioni spatium proroga bo, & superpositam medietatem, quæ per vsuræ nomen accreuit, i ndulgeam, sola simpli restitutione conten-

Vt ueni laudem refert D. Can Baron. annal. tom. 6. ... 481. cap. 29. et 30.

tus. Egi ad hæc gratias Deo maximas, hoſpiti magnas, qui ſic amaret tam ſuam famam, quàm conſcientiam: confirmans amicum præmittere ſibi, quod dimitteret vobis: atque hinc ſuperna regna mercari, quòd beneficia terrena non venderet. Ergo quod reſtat, enitere, vt auctore te protinus ſaltem commodata ſumma ſoluatur, ſic vt ingentes nihilominus gratias agas etiam nomine illorum, qui tibi germanitate coniuncti, fors per ætatem ſapere non poſſunt quid muneris conſequantur. Non eſt cur dicere incipias, Habeo conſortes, necdum celebrata diuiſio eſt, auarius conſtat me eſſe tractatum quàm cohæredes; frater & ſoror ſub annis adhuc tutelaribus agunt, ſorori necdum maritus, fratri necdum curator, curatori necdum ſatiſdator inuentus eſt. Quod quidem totum creditoribus bene, ſed malis dicitur: at cum habet talis perſona contractum, quæ velit medium relaxare, cùm totum poſſit exigere, ſi moram patitur, quicquid propter miſericordiam conceſſerat piè, iuſtè repoſcit propter iniuriam. Vale.

Turne quod optanti] Ex Verg. init. l. 9. Symmach. epiſt. 47. lib. 3. *Quando ita volvenda attulit dies.*

Turpio vir Tribunitius] id eſt Tribunitiæ dignitatis. 5. epiſt. 3. lib. 1. *Et ecce Gaudentius meus haſtenus tantum Tribunitius.*

A Maximo Palatino] De Palatinis crebra eſt in iure mentio, vide Nouellam Iuliani 21. & 108. *Schola Palatinorum*, Nouella 117. & notis vett. ad Iuliani Nouellam 22.

Nihil quidem loco fiduciæ pignoriſque] Elegans & ex Iure copula verborum. Paulus 2. ſentent. tit. 10. §. vlt. *distractiones eorum pignorum & fiduciarum.* & titulus 4. lib. 2. *de pignore fiduciaque*, & tit 13. *cauſa pignoris fiduciæque*, Idem lib. 3. tit. 7. §. *rem legatam. teſtator ſi poſtea pignori vel fiduciæ dederit.* & lib. 5. tit. 1. *Iidem nec pignori ab his, nec fiduciæ dari poſſunt.* & tit. 26. §. vlt. l. 9. C. Th. de infirm. his quæ ſub tyran. geſta ſunt. *Pignoris atque fiduciæ obligatio perſeueret.* & D. Ambroſ. de Tobia cap. 21. *Pignus vſurpat, fiducias vocat.* in §. ſeruis legatis apud Paulum 3. ſentent. tit. 7. *quæ fiduciæ data ſunt.* Anianus, *quæ teſtator loco pignoris poſuerit.* pignus enim eſt quod propter rem creditam obligatur, cuius poſſeſſionem ad tempus conſequitur creditor, cæterum dominium penes debitorem eſt, fiducia eſt cùm res aliqua ſumendæ mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipatur, vel in iure ceditur. Boëtius l. 4. in Topica Cicer. & Iſidor. l. 5. c. 25.

Vel argenti ſequeſtrans] pro pignore, Iuuenal. Satyr. 9.

viginti millia fœnus.

Pignoribus poſitis, argenti vaſcula puri. Tertull. de Idol. *Pecuniam de ethnicis mutuantes ſub pignoribus, fiduciati, iurati cauent.* 3. epiſt. 8. l. 6. *Creditoribus bene credulis, ſola deponit morum experimenta pro pignore.*

Vel obligatis prædiorum] pro fiducia; creditoribus enim malè credulis prædiis cauebatur. iocus Martialis in Thelesinum, lib. 12. epigram. 25. vnde vetus formula prædiis, prædibuſque cauere. M. Tull. 1. contra Verrem, *in bonis prædibus, prædiiſque vendundis.* Ibid. Aſconius. Vetus inſcriptio.

LEX PARIETI FACIENDO IN AREA QVAE EST ANTE AEDEM SERAPI

TRANS VIAM QVI REDSMERIT PRAEDES DATO PRAEDIAQVE SVBSIGNATO DVVMVIRVM ARBITRATV.

Tit. Liuius lib. 32. de danda ærarij pecunia mutuò. ait, *prædiis ac prædibus populo cauendum esse.*

Chirographo] χειρόγραφον, Hesychius. & à Philoxeno interpretatur, *chirographum, cautio,* qua debitor se centesimam creditori soluturum promisit, & manu obfirmauit idem Philoxenus δάνειον, *chirographum, feneratio, mutuum, alienum.* D. Ambros. de Thobia 3. c. 15. *Syngrapham nuncupat, chirographum nominat.* Optatus lib. 3. *debitorum chirographa amiserant vires, &c.* Nouel. Theodosij de pecunia Afiis cred. verbum iuris. Isidor lib. 4. cap. 24.

Cauta centesima est feneratori] Centesima vsura est, cum sors est centum solidorum, & quot mensibus vsuræ nomine solidus vnus soluitur. Constantinus. lib. 3. epito. tit. 7. vel quot annis pro centum, duodeni solidi penduntur, eod. auctore. & ea erat legitima vsura, id est iure permissa, l. 2. C. Th. de vsuris, l. lecta. de rebus creditis. Plinius lib. 10. epist. 53. D. Ambrosius de Tobia, cap. 9. & cap. 11. Petrus Rauennas, Sermone 25. sub finem, *vsura mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum, &c.* Anianus l. 4. C. Th. de vsuris.

Modum sortis ad duplam adduxit] centesima vsura quo pacto modum sortis ad duplam adduxerit decennio, videndum est: nam si pro centum, singulis mensibus, singuli solidi soluuntur, decennio plusquàm ad duplum adducetur vsura centesima, & præter centum quod est duplum, superabundabunt viginti solidi, qui tamen viginti solidi, cum non debeantur, (quia quod supra duplum accrescit, non debetur) Sidonius eos numerare frustra duxit, cum vt dixi, non debeantur, & si soluti essent, sorti imputarentur, quia supra duplum vsuræ non debentur. Plutarch. in Lucullo. Vlpianus lib. 26. §. 1. de condict. indeb. Nouella 121. & 138. Quibus locis Cuiac. & Obseru. lib. 5. cap. 38. præterea Anianus lib. 2. sentent. tit. 14. §. 2. Idem l. vnic. Cod. Th. de vsur. rei iudi. Iulianus cap. 186. & 187. Nec est quod ex hoc Sidonij loco, multi nominis innominatus à me Togatus, vir elimati iudicij, variæque eruditionis, tantùm decimam sortis æuo Sidonij singulis annis pro fœnore exactam fuisse colligat, patet enim (præter supradict. rationem) ex Chrysologo Sidonij coæuo, Aniano, & reliquis nihil imminutum fuisse centesimæ.

Duplam] *duplum fœnus, dupla vsura,* l. vn. C. Th. de vsuris rei iud. *dupla centesima.* Aniano. Ibid. 5. epist. 17. l. 7. in Car.

Bilustre tempus] id est decennium, bilustrum Gildas sapiens de excidio Britanniæ. *gitur bilustro supradicti turbinis nondum expleto*: Sidonius lib. 9. e. vlt. in Carm.

prope post bilustre Tempus.

Idem Narbone.

Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.

Bilustri temporum circuli Aldhelmo de laudibus Virginitatis, c. 14.

Patremfamilias, violentius ad reformandum debitum arctaret] ægrotis enim debitoribus & moribundis creditores imminebant, & per iudicem debitare poscebant instantiùs, ante Nouellam Iustiniani 60. quæ est apud Iulianum 54, *Si quis debitorem suum ægrotantem, & periclitantem mori, molestare voluerit pro debito suo, non liceat ei hoc facere, &c.* Et Authentica item qui domum. Codice de sepulchro violat.

Publica auctoritas.] Sine qua debitum reposcere, & ius sibi dicere non licebat, l. extat. D. Quod metus causa. l. creditores ad legem Iul. de vi priu. & Iustinianus Nouella. 60.

Ad reformandum debitum arctaret.] id est ad soluendum, & restituendum. Anianus in l. vnic. C. Gregoriano, ad Senatusconsultum Macedon. *vt sibi debitum re-*

formetur. Idem l. 2. C. eodem. de vsuris lib. 1. C. eod. vnde vi. *vsuras reformare.* tit. 4. primi sentent. Pauli. §. 3. & tit. 8. §. 1. Idem tit. 11. Paulus tit. 15. *Qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus est*: Gregorius Turon. lib. 1. de miracul. cap. 103. & lib. 2. c. 18. 5̄. epist. 13. lib. 3. *callidus reformandi.* Legis Gothorum lib. 5. tit. 6. Era. 3. *debitum reformare.*

Improbitas] *improbas creditorum molestias*, Nouell. Theod. de pecun. Afris cred: *auidus & prepotens executor.* Nouel. Maioriani de indulgent. reliqu. *petulantes.* Isidorus lib. 10. Originum: *exactorum circumlatrantium barbara instantia.* 7̄. hac epist.

Improbitas exequutorum] id est exactorum. Isidorus lib. 10. *Exequutor ab exequendo, idem & exactor.* Petrus Rauennas. Serm. 25. in fine. *Quo exigente restituet? se ipso, qui non potest ille mentiri: Idem ipse est & executor, & debitor.* Ex quibus paret executorem esse, qui debitum exigit. Anianus l. vn. Codi. Theodos. de offic. iud. milit. Sido. ead. epist. *Exactorumque circumlatrantium barbaram instantiam*, ibi exactores, quos hic executores.

Modicas saltem largiretur inducias] id est, debiti reformandi dilationes. D. Ambros. de Tobia, cap. 7. *Tribuuntur induciæ, non vt prædam libertatis inueniat, sed vt consortem seruitutis adiungat.* Petrus Chrysologus Serm. 71. *Da illi inducias de promissa, qui tibi quicquid erat debiti iam donauit.* & Cassianus Collat. 22. *iustissimum proinde est, vt quia vltro mihi benignitas vestra tam largas concessit inducias, ego quoque moram in debiti redditionem non faciam.* Anianus C. Theod. de diuersis rescript. lib. sexto. *Si cuiuslibet rei debitor conuictus, propter differendam solutionem, à principe inducias impetrauerit.* Cassiodorus libro secundo epist. 38. *Quatenus sub inducus supradictis, & datam possint reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat respirare substantia.* Sidonius ead. epist. *Indultis tantisper inducijs, &c.* & Nouella Maioriani. de indulg. reliquorum.

Non paucis aggere à publico millibus abesset] aggere à publico, id est militari via. Sulpicius Seuerus Dialogi. 2. cap. 4. *Interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis rheda veniebat.* Paulinus lib. 4. de S. Martino. *Quà publicus agger.* l. quarta Cod. Theod. de itinere muniendo. *Certatim studia cunctorum, ad reparationem publici aggeris conducibili deuotione volumus festinare.* & l. sequenti. *& reparationi publici aggeris.* & lege 2. Codi. eodem. Ne quis in palatiis maneat. *in remotis ab aggere publico ciuitatibus.* Gregor. Aruernus lib. primo cap. 44. *In crypta Cantobennensi iuxta aggerem publicum est sepultus.* Idem lib. 2. cap. 5. *Ablutusque à fidelibus iuxta ipsum aggerem publicum est sepultus.* 5̄. epist. 5. l. 1. & 7̄. e. 3. l. 9. *custodes aggerum publicorum.*

Gressu expeditum, voce liberum.] Gregor. Aruer. Turon. episc. lib. 2. de miracul. cap. 9. *Dicebat eum statura esse procerum, veste nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flaua cæsarie, immixtis canis, incessu expeditum, voce liberum, &c.* Quo loci Sidonio verba exscripsit.

Multum ab antiquo dissimilis incessu.] Quia cum Palatinus esset, gressus frangebat, & pomposè incedebat, 5̄. epist. 7. lib. 1. & epist. 9. l. 4. *Pomposus incessus: sed cum sapienti viro incessus modestior conuenit.* Senec. epist. 40. in fine: modestè & moderatè Maximus incedebat, ita vt pareret religio in incessu: Eucher. de Anachoritis Lirinensibus, *incessu modesti.*

Habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus] vt diuersus à laicis est vitis religiosis incessus; ita habitus. Concilij Carthaginensis 4. canone 45. *Clericus professionem suam etiam habitu & incessu probet.* Concilij Triburiensis. canone 27. *sed religioso & deuoto habitu induti incedant.* Isidor. de offic. eccles. *Non vagis oculis, non infrenata lingua, aut petulanti tumidoque gressu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici*

habitu incessuque ostendant. quia vt Ecclesiast.c.9 legitur: *Amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis enuntiant de illo*.41. dist.cap.fin.& l. 3. de vita & honest. cleric. tit.1. Burchard lib.2.cap.108.& 209. Euche.de laudib.eremi, *Interioris hominis faciem, exterioris habitu praeferebant*, &c.

Color] Non rubens & succulentus, sed pallens, decolor, & subluridus. Sulpicius Seu.epist ad Bassulam: *Sanctae illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata*. Paulinus ad Seuerum ep.7. *Nos adeant & reuisent, conserui & compallidi nostri*. Saluian.lib.8. *Intra Carthaginis muros palliatum & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis vsque ad cutem tonsum videre*, &c. S. Hilarius in vita S.Honorati: & Faustus in instruct.ad Monachos, quia ieiuniis ora pallescunt.

Tum coma breuis] mss. quia *Sacerdotes comam nutrire interdicuntur*. Eucherius homel. plurimorum martyrum ex decreto Aniceti Papae 23.distin. cap. prohibete. & Vsuard.vet.xv.Kal. Maii *ex decreto Aniceti & Martini Paparum* Conc. Cartha.4. ca.44. Triburiencis can.20. Toletani.4.can.40. Agathen.can.20. can. non liceat. 23. dist.& cap.5.de vita & honest.cler.l.3. Isidor. l.2. ca.4: de offic. eccles.& Graecarum Synodorum á Martino Braccarensi collectarum can.63. & 67. Epiphan.lib.3.to.2. haeres. 80. & in compendiario fidei Apostolicae.

Barba prolixa] Sicut clerici comam tondebant, ita barbam promittebant, Conc. Carthag.4.can.44. *Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat*. Sic mss. Vaticanae Biblioth.S. Victoris, Gandensis, & Isidori liber Parisiis impressus, rectè, quòd radat, erasum est ex Decreto Burchardi lib.2 cap.174. Iuonis part.6.c.265. & ex ca. 5. extra, de vita & honest.cleric.á quodam malè geniato & feriato homine, qui vna litura maximas altercationes excitauit, barbamque sacerdotibus erasit, malo exemplo. Nam siue illud ex Concilio Carthag.sumptum sit, in illo legitur, *neque barbam radat*. Si ex decretis Aniceti Papae, in illis nulla barbae mentio est, 23.dist.can.clericis. Vsuard.xv.Kal.Maij, Pontific.c.12. Innocent.3. epi.1. ad Tardisinum, & Marianus Scotus in Chronico, qui omnes auctores inter sanctiones Aniceti barbae rasionem non numerant. Martinus quidem Pollonus in Chronico, & Petrus de Natalib.l.4. ca.57. Constitutionem, qua coma & barba simul clericis prohibetur, Aniceto tribuunt, sed quo auctore nescio, scio quidem & liquidò scio, ex traditione Apostolorum esse, barbam alere. Clemens Alex. Paedag.l.3.c.3. D.Cyprianus l.3. ad Quirinum c.85.& Epiphan.lib.3.to.2. haeres.80. praeter quam quòd Apostolorum icones omnem dubitationem abstergunt. vide Leuit.c. 19.

Tripodes sellae] Sulpic. Seuer Dialo.2.c.1. *Sedebat autem Martinus in cellula rusticana, vt est in vsibus seruulorum, quas nos rustici Galli tripetias, vos scholastici aut certè tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis*. Idem *sedile ligneum*, interpretatur dialo. 3. cap. 20. Isidor. in Glossis mss. *Tripoda, tripedia, i. scabillum apud tres pedes*, &c. emendandum tripoda, i. f. habens, &c.

Cilicum vela] *Velamenta hispida è caprarum pilis texta*. Solinus, & ex eo Isido.l.19. c.26. Cassiod. Psal.34. *Cilicium fit ex hircis, asperum setigerumque tegumentum*. Paulinus de Celso: *Si modò lugentem grauis hirto tegmine saccus,*

Caprigenum setis dum teget, & stimulet.

Idem epist.7.ad Seuerum, & ep.9.lib.2.

Lectus nil habens plumae] Viri olim religiosi, aut humi cubabant, aut in stratis iunceis, vel ciliciis. De ciliciis Hilarius Arelat.in vita S. Honorati: *Quis libentius hospiti, stratum cilicij, & cernical illud consueti lapidis offerret*. De chameunis, i. humicubationibus J. Carm.16.

Succinctos gelido libantem cespite somnos.

Vbi plura de stratis iunceis D.Hieron in Hilarione: *Super nudam humum, stratumque iunceum vsque ad mortem cubitauit*, quod quidem stratum iunceum *stratura* dicitur.

Nouella 6. Nec malè Iulian. *culcitam humi stratam* vortit. *cubile humi positum*. Senecæ ep. 5. Cassiano Erem. l. 4. c. 13. & l. 5. Inst. c. 35. *psiathium*. & Collat. 1. ca. vlt. 17. ca. 3. 18. cap. 11. & Gregorio Turonen. l. de vita Patrum. Mattæ c 11. Sic emenda, vulgò nattæ. *Nullum habens stratum fœni paleæque molimen, nisi tantum illud quod intextu iunci virgulis fieri solet, quas vulgò mattas vocant*. Mattæ ergo ex iuncis, & mattæ, strata iuncea. Isidori Glossæ *psyathium, matta*. Gloss. vett. ψίαθος, *teges, matta* (vulgò malè macta) rectè teges, nam & teges ex iunco. Varro l. 1. de re rust. Vet. interpres Iuuen. Sat 6. *Teges, vt matta, suppellex cubilis obscœni*. Pet. Aruernus Venerab. ep. 20. l. 3. *Sed etsi palustria prope sunt loca: mattas antiquum monachorum opus compone, super quas aut semper, aut sæpe dormias*. Idem ep. 50. lib. 4. *Ipse est in matta monachica, quæ sedi illi contigua erat, assedit*. Regula S. Benedicti c. 55. *Stramenta autem lectorum sufficiant, matta, & sagum*, &c. Quæ quia terræ sternebatur terratoria Philoxeno dicta est. in Glossis ψίαθος, *teges, terratoria, matta*. vt à sternendo, sternum. Gloss. vett. στρωμνὴ, *torus, sternum*. non impropriè, nec incócinnè Sidonio lectus sine pluma, i. lectus iunceus, vel stramentitius, non pulmnar, non *plumatium*, vt loquitur D. Ambros. ep. 17. in fine. Gloss. vett. χαμεύνιον, *plumacium*, vet. regu. Monachar. c. 32. *Quapropter, charissimæ, volo vos singulis noctibus breui & duro stratu iacere, in cellulis vestris, non in plumis & mollibus, sed aut in paleis & straminibus*, &c. Vide vet. hist. S. Eugendi Iurensis.

Mensa nil purpuræ] S. ep. 2. l. 1. & ep. 13. l. 2. *Toreumatum peripetasmatumque modo conchyliata profertur suppellex, modo bissina*. Paulinus l. 4. de S. Martin. initio. idem Carm. 17.

Assyrius murex, nec tibi sigma dabit.

Humanitas ipsa sic benigna, quòd frugi] Sic mss. Rectè. Sidon. s. epist. 18. huius libri. *Sicque omnis præsentiæ vestræ voluptas, quod tamen nullum satias cepit*. idem ep. 9. lib. 7. *Sic dubitandi mihi materiam suggerebat iniuria, quòd tempus occupatio subtrahebat*. idem ep. 2. l. 8. *Iam sinu in medio gentis inuicta, quòd tamen aliena*. Sic mss. rectè. ibid.

Nec ita carnibus abundans, vt leguminibus] Viri etiam religiosi carnibus abstinebát, & ad legumen & olus famem referebant. Epiphan. l. 3. tom. 2. in Compendio fidei Catholicæ, in fine. Cassian. l. 5. c. 23. auctor de duplic. martyr. *Nec enim locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chamæunia monachum faciunt* D. Hieron. ep. ad Furiam, de viduitate. & ex ipsius sententia Lupus Ferrariensis epist. 64. & 65. necnon Pet. Aruernus l. 6. ep. 17. s. epi. 9. huius lib. *ferarum carnibus abstinet*. post: *Venatu vtitur, nec vtitur venatione*. J. Carm. 16.

Si quidem cibis vnctius, non sibi, sed hospitibus indulgens] s. ep. 9. l. 2. in fine: *Dicerem & capas, & quidem vnctissimas*. Ausonius in Parental. Carm. 8.

& mensa commodus vncta.

Quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus] s. ep. 13. hu. lib. *sed tandem professione religionis arrepta*.

Monachum ageret] J. ep. 9. lib 8. *Ago adhuc exulem, agis ipse iam ciuem*. & Carm. 2.

Victorem fugetiuus agit, sacerdotem egit. Eucher. Hom. 2. de Natiu.

Pœnitentemne] De pœnitentibus. præter cæteros Tertull in Exomolog. Paccian. & Saluianus in præfat. ad eccles. cathol. necnon Homel. ad pœnitentes, quæ Eusebij Emiss. nomine legitur.

Impacto sacerdotio] s. ep. 3. lib. 4. *Nam dum impactæ professionis obtentu*.

Quo recusantem, factiosè ligasset ciuicus amor] Olim nonnisi recusantes episcopi creabantur. Sidonij vita à me conscripta c. 6. de Sidonio satis D. Cyprian. ep 2. lib. 4. *Non vt quidam vim fecit, vt episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt episcopatum coactus exciperet*. Clemens ep. 1. ad Iacobum fratrem Domini l. 31. C. de episc. & cler. *Tantùm ab ambitu debet esse sepositus vt quæratur, cogendus, rogatus, recedat, inuitatus refugiat*. post: *Profectò indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus*. plura ep. sequ.

Ciuicus amor] Symmach. ep 56 l. 6. *Sed quia ciuicus amor, in negotia vrbana curam nostram reduxit*. Paulin. epi. ad Seuerum 12. *Itaque vel ad pignus quasi ciuica charitatis*

&c. *unica affectio*. Nouella Maioriani de ædif. public. Ennodius in vita Epiphanij: *unico amore constringi*.

Dum pueri clientesque] ꝫ notaui ep. 8. hu. lib pueros esse seruos. idem ep 5. l. 8. *Comes clientem puerosque commendo*. Conc. Gerundensis cap. 6. eadem combinatio ep. 18. hu. lib. *Vix singulorum clientum puerorumque comitatu*.

Amplector vel opinantem] Episcopi se mutuo salutantes amplectebantur. Balsam. Laodic. Synodi c. 19.

Pro sui status apice] i. episcopatu Tholosano, qui Maximo Palatino impactus est, status apex, honor episcopalis dicitur, ꝫ. ep. 12. l. 7. in fin. vbi nos plura de episcopali dignitate, quæ reliquis omnibus antecellit. ep. sequ. *hic apice votiuo si potiretur*, i. episcopatu. Concilij Spalensis 2. c. 7. *pontificatus apex*. Damasus Papa Prospero, Numidiæ episc. *pontificatus apex*, & ibid. *Dignitatis fastigium, eminentissima dignitatis apex*. Concil Aruern. c. 2. *ipsi apices & principes omnium*. Optat. l. 1. de episcopis. Conc Matisconensis can. 11. *Episcopi cum sublime dignitatis apice sublimantur. excelsi apicis gloria*. Gregor. Turon de vita Patrum, cap. 3. Constantinus A. in Pragmatico *Vnde ne pontificalis apex vilescat*, &c. *pontificatus apex*. Leo PP. ep. 66. Ennod. pro 4. Synod. Rom. *dignitatis apex*. *Apostolicus apex*. ibid.

Meminisset ergo professionis suæ nouæ] i. clericæ professionis, quæ respuit vsuras. Nam canonum auctoritas omnimodo clericis vsuras interdicit, ꝫ notaui ep. 8. lib 1. & Synod. Carthag. can. 26. ibid. Balsam. 14. quæst. 4. can. nullus clericorum. & 6. Synodi in Trullo can. 10.

Sodalitatis antiqua] Cum illo enim & Sidonio hospitij erant vetera iura, ꝫ. hac epistola.

Annus luctus] Filij patres suos elugebant, vt ex hoc Sidonii loco perspicuum est. & l. vlt. de his qui not. infa. & Paulo 1. Senten. tit. vlt. §. parentes. Petr. Aruernus Venerab. lib. 5. ep. 16. *Talibus luctus dolorisue insignibus subtractos charissimos deflent, & integri ad numum spatium anni publica lege consummant*. Iure ciuili tempus lugendi viris definitum erat, scilicet annuum. Paulus 1. Sent tit. vlt.

Frenatoque singultu] i. sedato, ꝫ. Carm. 5.

Æacides caso luctum frenauit amico.

Vir charitatis] Sic mss. à quibus abest *totius*. vetus lib. Bas. & Lugd totius retinent. Pet. Aruernus Venerab. aduersus calumniatorem. P. Pictau. de S. Ambrosio:

At mihi sufficiet laudandi fasce relictam,
Totius mecum laudis habere virum.

ꝫ. l. 7. in conc. *vir totius popularitatis alienus*.

Quæ vix petiissem miles à sospite] Miles, i. miles Palatinus. Maximus enim erat Palatinus, init. huius epist. & miles in ea significatione passim Sidonio, & aliis.

Si quid aduersum cesserit] Ad euitandum malum omen quod est in mortis aut moriendi verbo. vnde formula Iuris *si quid humanitus acciderit*.

Meas iunge] Plin. epi. 11. lib 9. *Vereor ne videar non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero: iungam tamen*. & Symmach. ep 57. lib. 6. *Heu tibi aliam sublimissimi viri paginam, cui me hunc sermonem iussit adiungere*, &c. Sidon. ep 10. lib. 5. *Tamen vtriusque nostrum sociæ preces*, &c.

Et superpositam medietatem] *medietas debiti*, l 1. C. Th. de vsur rei iudic *medietas centesime*. l. 4. C. eod de vsuris. ibid. Anianus. quia vsura centesima *per biulstre producta tempus, modum sortis ad duplam adduxerat*. init. huius epi. idcirco medietatem (quia mediam partem debiti facerent) vsuras vocat, æquarant enim sortem vsuræ, quæ accreuerant.

Accreuit] Rectè vsus est accrescendi verbo, à quo vsuræ *incrementa* dictæ sunt, Martinus Bracarensis in excerptis, capite 63. l. 9. de alimentis & cibariis & l. 24. depositi. *addutamentum* in l. 70. §. 1. de legat. 2. & l. 23. Cod. de vsuris.

quod in ſortem accedebant, *impendium*. Varro lib. 1. de ling. Lat. Cicero Attico. vbi Hermolaus à Sidonio poſteriora nominari vſuras, imponit, fallit, & fallitur.

Atque hunc ſuperna mercari, quòd beneficia terrena non venderet] In hanc ſententiam ſingularis eſt Paulinus ep. 22. ad Seuerum: *O miſeri homines largiri nos aliquid credimus, negotiamur, & liberales habemur, qui auariſſimi eſſe conuincimur, & quidem tantò auariores cupidiſsimis terræ fœneratoribus, quantò amplius eſt cæleſtia de terrenis, & beata de miſeris egeniſque rebus emere, quàm terrena terrenis & labentibus lapſura mercari, & dominum quàm hominem fœnerari.* Nec abludit vetus inſcriptio muſiuo operi inciſa, de Simplicio Papa, huius nominis primo.

Plebs deuota veni, perque hæc commercia diſce,
Terreno cenſu regna ſuperna peti.

ſ. ep. 12. lib. 6. *in terris facis opera cælorum.* ĩ. epiſt. 4. lib. 5. *Præcipuè tamen dextera donarum, quia quicquid eccleſiis ſpargis, tibi colligis.*

Non eſt cur dicere incipias] i. dicas. Varro Eumenidib. *Vbi vident ſe cantando ex ara excantare non poſſe, deripere incipiunt.* Catullus ad Iuuentium:

Bellus homo quem tu diligere inciperes.

Id eſt, diligeres. Petron. Phædrus ſæpe; ita & in l. 1. §. adipiſcimur, de acquirenda poſſ. *incipere poſsidere*, poſſidere eſt. & in l. 5. ex quib. cau. ma. *vel litis gratia cœpit reip. cauſa abeſſe*, i. abfuit, ſ. epiſt. 13. lib. 2. *cœpit vibrari mucro diſtrictus.* ĩ. epi. 4. lib. 6. in fine: *quale cepit habere principium.* Priſcianus lib. 18. *Si ergo & apud nos cum imperfectum ſic dicere cepi, pro dicebam.*

Habeo conſortes] i. cohæredes, inter quos ne dum familia erta eſt, & hæreditas diuiſa, ſ. epiſt 1 l. 3. Plin. ep. 18. lib. 8. *Conſors frater in patris poteſtate.* Pet. Rauennas Sermo. 5. ſortem dixit pro hæreditate: *Denique iſte cum patre poſſeſſor totius ſortis, ad partem propria voluntate peruenit.* necnon Ennodius Fauſto. Gloſſæ vetter. *ſortes χρεωμοὶ κλῆροι αἱ κεφάλαι δανεισμοί τοι*, Vnde conſortes, communes ſorte, & conſortium. Symmachus epiſt. 27. lib. 9. 28. q. 2. can. non quid, *non erunt admittendi in hereditatis conſortium.*

Curatoris nedum ſatiſdator] Ne bona pupillorum à non idoneis curatorib. decoquerentur, ſatiſdatione cauebatur, rem pupilli ſaluam fore. Aſcon. Verrina 3. *Pupillum dicit, hunc iubet ſatiſdare Habonium, hoc eſt, ipſum ſibi: nam cùm ſit tutor pupilli, vtrobique res eius agitur.* tit. Cod. de tutore vel curatore, qui ſatis non dedit, & Inſtit. de ſatiſdatione tutorum, &c.

Si moram patitur, quicquid propter miſericordiam, conceſſerat piè, iuſtè repoſcit propter iniuriam] Doctè Sidonius dixit Maximum Palatinum licèt epiſcopum, ſi moram patiatur, poſſe ex mora repoſcere vſuras. Nam à ſacerdotibus vſuræ repeti poſſunt, ex eo quod intereſt, & ex mora. Photius in Nomoc. titu. 9. cap. 27. ibid. Balſamo, & idem Synodi Nicenæ cap. 17.

SIDONIVS DOMNVLO SVO
S. EPISTOLA XXV.

NEqueo differre, quin grandis communione te gaudij feſtinus impartiã, nimirũ nolle cupiẽtẽ, quid pater noſter in Chriſto, pariter & Pontifex Patiens, Cabillonum profectus, more religionis, more conſtantiæ ſuæ fecerit. Cùm veniſſet in oppidum ſupraſcriptum, prouincialium ſacerdotum præuio partim, partim comitante collegio, ſcilicet, vt municipio ſummus aliquis antiſtes ordinaretur, cuius eccleſiæ

clesiæ disciplina nutabat. Postquam episcopus Paulus iunior discesserat, decesseratque, exceperunt Pontificale concilium variæ voluntates oppidanorum, necnon & illa quæ bonum publicum semper euertunt studia priuata, quæ quidam triumuiratus accenderat competitorum: quorum hic antiquam natalium prærogatiuam reliqua destitutus morum dote ructabat. hic per fragores parasiticos, culinarum suffragio comparatos, Apicianis plausibus ingerebatur, hic apice votiuo si potiretur, tacita pactione promiserat, ecclesiastica plosoribus suis prædæ prædia fore. Quod vbi viderunt sanctus Patiens, & sanctus Euphronius, qui rigorem firmitatemque sententiæ sanioris, præter odium gratiamque, primi tenebant, consilio cum coepiscopis priùs clam communicato, quàm palam prodito, strepituque furentis turbæ despecto, iactis repente manibus arreptum, nihilque tum minùs quàm quæ agebantur optantem, suspicantemque. sanctum Ioannem, virum honestate, humanitate, mansuetudine insignem (lector hîc primùm, sic minister altaris, idque ab infantia: post laborum temporumque processu, archidiaconus, in quo seu gradu, seu ministeri, multùm retentus propter industriam, diu dignitate non potuit augeri, ne potestate posset absolui: Attamen hunc iam secundi ordinis sacerdotem, dissonas inter patrium voces, quæ differebant, laudare non ambientem, sed nec audebant culpare laudabilem) stupentibus factiosis, erubescentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam sibi consecrauêre. Nunc ergo Iurensia si te remittunt iam monasteria, in quæ libenter solitus ascendere, iam cœlestibus supernisque præludis habitaculis, gaudere te par est de communium patrum vel patronorum, seu sic sentiente concordia, seu sic concordante sententia. Illius quoque nomine exulta, quem creauerunt Euphronius testimonio, manu Patiens, ambo iudicio. In quo fecit Euphronius quod conueniret non senectutis modò suæ, verumetiam dignitatis longæuitati; fecit & Patiens vir quamlibet magnis tamen par laudibus, quod satis decuit facere personam, quæ caput est ciuitati nostræ per sacerdotium, prouinciæ verò vestræ per ciuitatem. Vale.

DOMNVLO] Viro Quæstorio, j. Polemio epist. ante. Carm. 14. Domnuli Rhetoris meminit j. ep. 13. & 15. lib. 9. in Carm.

Cabillonum profectus] Sic mss. rectè. Patiens enim & Euphronius Cabillonū profecti sunt, vt in locum Pauli iunioris diem functi alium episcopum sufficerent, Patienti enim episcopo, vt Metropolitano Lugdunensis primæ, incumbebat onus illud Burchard. lib. 1. cap. 24. & 25.

Cabillonum] Cabillonus Lugdunensis primæ oppidum. Ammian Marcell. lib. 15. *Lugdunensem primam Lugdunus ornat & Cabillonus. Cabillonus* etiam dicitur D. Ambros. ep. 27. sub finem. & Gregor. Turon. lib. 10 ca. 11. Caballodunum in Not. Imp. *In prouincia Lugdunensi prima, Pref. classis Ararica Caballoduno. Caballonensium castrum*, in Not. Prouinc. *Cabilumno*. in Itin. Anton. *Cabillo*. Bedæ, Vsuar. in Martyrolog. & Adoni in Chron.

Summus aliquis antistes ordinaretur] i. summus Pontifex, primi ordinis episcopus, nõ secundi. & ne quis putet Sidonium impegisse in can. 26. Carth. Synodi 3. *ut quis summus sacerdos appelletur*. quod in Anacleti decretis iterum inculcatur. Burchard. l. 1. c. 3. 99. dist. can. primæ sedis: sciat summos sacerdotes vocari episcopos, vt hac nota discernantur ab aliis episcopis, i. secundi ordinis antistibus, vt s. docui ep. 11. huius lib. Vide j. ep. 6. lib. 7.

Cuius Ecclesiæ disciplina nutabat] *Quia gubernationes in cottidianis vitæ com meatibus prælatorum adminiculo destitutæ fatiscunt.* Concilii Cabillon. 2. can. 51. in vulgatis hæc verba mendosè leguntur, quæ sic ex Burchardo l. 15. c. 32. emendãda sunt. Damasus PP. in Decret. ca. 2. *Episcoporum cõsecratio, viduatis ecclesiis non sine periculo protelatur.* & Conc. Lateranen. can. 23. j. ep. 17. li. 7. *fluctuantemque regulam fratrum destitutorum.* & ep. 5. l. 7. *Causa fuit euocationis titubans ecclesiæ status.*

Postquam episcopus Paulus iunior discesserat, decesseratque] Quia ante eum fuerat alius episcopus Paulus nomine. ms. Iulio & Cabillon. Ecclesiæ laterculum, de hoc Paulo iuniore Faust. in ep. ad Lucidum presbyterũ, & Lucidus ad Faustũ Regiensem.

Discesserat decesseratque] Discesserat peregrinatione, decesserat morte, j. de Abraham Abbate S. Cirici Claromontensis ep. 17, lib. 7. in Carm.

Finiti cursus isthic vitæque, viæque.

Pontificale concilium] quod, *integrum concilium* dicitur si metropolitanus intersit. Burchard. l. 1. c. 39. ex Syno. Antioch. c. 16. & Mart. Braccar. in excerptis, cap. 9. & Innocẽtius P. Victorico Rothomag. c. 1. *synodus plenaria*. Conc. Antioch. c. 16. 17. & 18.

Necnon & illa, quæ bonum publicum semper euertunt, studia priuata] T. Liuius lib. 2. *Sed factione respectuque rerum priuatarum, quæ semper offecere, officientque publicis consiliis Appius, vicit.*

Oppidanorum] Isidor. in Glossis mss. *Oppidanus, ciuis, vel urbanus, ex ciuitate breui.*

Quorum hic antiquam natalium prærogatiuam] j. in Conc. l. 1. *Si decitis viros, Eucherium aut Pannichium inlustres, haberi superiores, quod hactenus eos esto putatos*, &c. Ex quibus patet antiquitus nobiles personas priuilegio claritatis reliquis antelatas fuisse, s. epist. 6. lib. 1.

Culinarum suffragio comparatos] Conc. Carthag. 3. cap. 42. *Vel conuiuiis sibi conciliantes plebem, ut persuasu maligno & illicito, eosdem velint sibi collocare rectores.*

Hic apice votiuo] Idem s. ep. 24. hu. lib. *pro sui status apice*, i. episcopatu. *presbyterii fastigium.* Zozimus P. Hesitio episcopo can. 1. & *dignitatis fastigium.* Conc. Spalensis 2. can. 7. & Burchard. l. 1. c. 18. ex decretis Celestini Papæ c. 3. & ca. 32. l. 1. ex decretis Leonis Papæ. *culmen episcopatus.* Conc. Sardicensis can. 13. & Siritius P. ad Cumeniũ episc. ca. 12. Concil. Parisien. 1. can. 8. S. Auiti Epitaph.

Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris. *sacerdotii fastigium.* j. ep. 4. l. 7.

Ecclesiastica plosoribus suis præda prædas fore] Symmachus P. Cæsario c. 2. *Illud magnopere commonens, vt hi qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus.* Conc. Cabillonensis primi can. 16. *Vt nullus episcopus per præmium ad sacrum ordinem accedat.*

Consilio cum episcopis] i. comprouincialibus. Conc. Cabillonensis can. 10. Comprouinciales præter Patientem, & Euphronium, erant Lingonensis & Matisconensis episcopi. Not. Prouinc. & vet. cancell. Apostol.

Clam communicato] Quia ex Synod. Laodic. can. 5. seorsum & soli conueniebant episcopi, vt eligerent. Balsam. can. Apost. 1. & can. 5. Laodic. Synodi, vbi causam addidit, quam vide.

Arreptum, &c.] s. ep. 24. hu. lib. Tertull. in Apolog. *Præsident probati quique seniores honorẽ istum non pretio, sed testimonio adepti.* D. Hieron. in Epitap. Nepotiani quẽ vide. & D. Aug. dist. 40. can. ante omnia. §. nihil. Fortunat. lib. 1. Poemat. cap. 16.

Hoc si cui sit debitum Coctus ascendat gradum. can. in scripturis 8. quæst. 1. Sicut

locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus.

Ioannem virum honestate, humanitate, mansuetudine insignem] Quia his virtutibus insigniti, episcopi ordinãdi sunt. Cõc. Carthag c.1. Burchard. l.1. c.8. c.9. & c.10. Paulus Apostolus: *Decet huiusmodi hominem mansuetum esse, non elatum, non superbum*. Burchardus lib.1. cap.14. ex Gregor. P.

Lector hic primum, sic minister altaris] Nonnisi ex canone, ad episcopatus apicem gradatim ascendebatur. Conc. Sardicensis can.13: *Vt non prius ordinetur nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus.* In eam sententiam conspirant eleganter Zosimus P. Hesitiô episcopo c 1. & c.3. Celestinus P ad episcopos Galliæ c.3. Symmachus P. fratri Cæsario c.2. Leo P. ep.65. ad Africanos episcopos. & Agapetus Iustiniano. & Synodi Constant. I. & II. can. vlt. ibid. Balsam. Toletani 4. cap.18. Paulinus Natal. 4. S. Felicis. *primus lector seruiuit in annis,*

Inde gradum cepit, cui munus voce fideli

Adiurare malos, & sacris vellere verbis.

Quod quia perspicua meriti virtute regebat,

Iure sacerdotis veneranda insignia nactus. &c.

Grego. Turon. l.6. c.15. *Habemus scriptum in canonibus fili, non posse quemquam ad episcopatũ accedere, nisi prius ecclesiasticos gradus regulariter sortiatur.* Plura si velis, consule Iuonis ep.110. & Decreti l.4. & Gratian. dist.52. & 59. ext. de clericis persaltũ promotis.

Post laborum temporumque processu] Quia iure canonico gradus & tempora cõstituta sunt, per quæ ad episcopatus apicem debeant aspirare. Symmachus P. ad Cæsarium c.2. Gregor. Turo. l.4. hist. c.6. de Catone. & Pet. Damian. de instit. ecclesiast. c.14. *Cùm & ipsi gradus, per morosa temporum interualla regulariter conferuntur.* Si tẽpora quæ gradibus ecclesiasticis præfinita sunt, scire desideras. vide concilij Romani sub Syluestro habiti caput 4. & Zosimũ P. Hesitio episc. c.3. & Siritium ad Cumerium episcop. cap. 8. & cap.9. & 12.

Diu retentus propter industriam] D. Hieron. Euagrio: *Diaconi eligant de se quem industrium nouerint, & archidiaconum vocent.* Ille enim pecuniæ ecclesiasticæ dispensator erat, & rerum ad ecclesiam pertinentium administrator. Nouella Iustin.123. ib. doctiss. interpres. quibus adde quod ait Paulin. l.4. de mirac. S. Martini:

Protinus adstanti Diacono quem more priorum,

Antistes sanctæ custodem legerat arcæ. i. *archidiacono.* Sulp. Seuer. Dialo.2. c.1. Balsam. Synodi Neocæsar. ca.14. Viri autem efficaces & strenui diutiùs in hoc diaconij munere retinebantur, quia penes eos erat summa rerum ad ecclesiã pertinentium: eapropter œconomi dicti sunt, Conc. Calchedon. can.26. Spalẽsis 2. ca.9. & Toletani 4. can.47. *Eos quos Oeconomos Græci vocant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant,* &c. cuius vices s. elegãter expressit ep.11. hu. lib. vbi de Mamerco Claudiani Archidiacono, *Procuratorẽ in negotiis, villicum in prædiis, tabulariũ in tributis.*

In quo seu gradu] *Diaconi gradus*, Siritio P. ad Cumeniũ c.8. & conc. Arelat.2. c.3. *Est enim propriè gradus sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, & lectorum.* Balsam. can. Apost.17.

Seu ministerio] Quia *non ad sacerdotium, sed ad ministerium Diaconus consecratur.* Concilij Carthag. 4. can.4.

Diu dignitate, &c] i. Ioannes in archidiaconij gradu diuturno tẽpore retẽtus est, nec episcopali dignitate viuente Paulo iuniore, potuit augeri, ne potestate regẽdi rerum ecclesiasticarum absolueretur. quæ incumbit Archidiacono. s. dixi.

At cùm hunc iam secundi ordinis sacerdotem] i. Sidonio interprete, *archidiaconum*, s. ep.11. hu. lib. in Carm. *Antistes fuit ordine in secundo.*

Quem locum vide & j. ep.6. l.7. *Presbyteri in secundo sacerdotio constituti*, Optato l.1. quod sæpius insigo, quia nullus adhuc (quod sciam) obseruauit.

nasteria i. monasteria quæ SS. Romanus & Lupicinus Patres condiderũt, in mõtanis Iurensib. Greg. Turon. de vita Patrum c. 1. Innominatus discipulus S. Eugendi Iurensis Abbatis in eius vita, qui primi illic vitam eremiticã duxerunt. Beda, Vsuar. Ado, & Aquilinus l. 3. c. 160. prid. Kal. Mar. in Martyrol. *Iurensium monasterium*. Kal. Ianuar. Martyrol. Rom. Pet. Damianus in hist. S. Odilonis Aruerni. *Alio quoque tempore, de monasterio, quod est in Iurensi territorio*, &c. postea: *In eodẽ quoque Iurensi monasterio vir domini Odilo aliquando constitutus*. quod monasteriũ primi illi patres *Condatiscone vocitari voluerunt*. Grego. vel vt habet vet. hist. S. Eugendi *Condatescensi*. quique aliud ædificarunt monasterium. Gregor. vnde Sid. dixit *monasteria*, quæ *loci Iurenses* Bedæ, Vsuardo, & Adoni, vbi s. dicuntur. *Iurensis monachus* in vet hist. S. Eugendi. & vet. Martyrol. ms. Kal. Ianuar. *Natale S. Eugendi Abbatis Iurensis. Iorensis eremus opaca, & Iorensis deserti secreta*. Gregorio Turo. vulgò Lorensis legitur. De institutis Iurensium vide hist. S. Eugendi in fine.

In qua solitus ascendere] Quia scilicet hæc monasteria in mõtanis Iurensib. sita erãt. Pet. Damian. in hist. S. Odil. *per prærupta Iurensium Alpiũ iter habebat*. Pet. Venerab. lib. 6. ep. 44. *Quod in reditu vestro in Gallias ad Italiam in montanis Iurensibus, inter pontem Arleium, & villam Iuniam*, &c. In illa autem sæpe studiosi pietatis ascendebant. Vet. hist. S. Eugendi. & Gregor vbi s.

Creauerunt] Creari propriè sacerdotes dicuntur. Seru. Æneid. 7. *Sunt propriè verba, quæ nulla ratione mutantur, vt sacerdotes creari, virgines capi dicimus*.

Euphronius testimonio] Vir enim erat primæ sententiæ, nõ quia diœcesis Lugdun. primæ, primus episcopus esset, nedũ enim ciuitas Edua post Lugdunẽsẽ prima erat, quod priuilegiũ illi cõtulit Grego. Magn' ep. 112. l. 7. can. rationis. dist. 100 Notit. Prou. sed sãctitatis & senectutis priuilegio Euphronio honos ille delatus est. e. 1. l. 6

Patiens manu] Qui vt Metropolitanus manũ imposuit, atque ita cõsecrauit, episcopi enim consecratio fiebat per manus impositionẽ, qua metropolitanus benedictionem super caput ordinandi fundebat. conc. Carthag. 4. can. 2. Antioch. can. 10. & can. 17. Spalensis 2. can. 5. & Balsam. can. 1. & 37. Apostolorum. idem Laudicen. can. 5. Romani primi can. 5. Grecis *χειροτονία*. Zonaras can. Apost. 36. ratio redditur ab Isidoro lib. 2. cap. 5. de offic. eccles.

Ambo iudicio] Episcopis licet non habita ratione cleri & ciuiũ, despectisque eorũ factionibus episcopum eligere. Balsam. syno. Nyce. can. 4. Antioch. 19. & Laod. can. 12. in Photii Nomocan. tit. 1. cap. 23. Neque verò existimes solos Patientẽ & Euphroniũ ordinasse Ioannem episcopũ, sine consensu reliquorũ cõprouincialiũ, quibuscũ clã cõsiliũ cõmunicauerãt, vt ait s. nec enim ex canone duo poterãt creare sacerdotẽ. Conc. Carthag. 3. can. 39. Araucisencis can. 21. & Gratian. dist. 65. Balsamo, vbi s. Arelatens. 1. can. 21. Arelat. 2. can. 5. quoad lectionem vet. & Basil. liber vterque, Sido. epist. 11. lib. 8. init. *melius illud quod vterque iudicio*.

Quæ caput est ciuitati nostræ per sacerdotium] Patiens scilic. qui per episcopatũ caput est ciuitati Lugduno, quæ Sidonio cum Domnulo communis erat ciuitas, ratione habitationis. idem *Rhodanusia nostra* ep. 5. lib. 1. *patria nostra* ep. 7. lib. 1. & ep. 8. & aliàs passim. vitam vide cap. vlt.

Prouinciæ vestræ] i. Lugdunensis primæ, caput est Patiẽs per ciuitatẽ Lugdunum, quæ est metropolis primæ Lugdun. Not. Metrop. & Prouinc. caput, pro metropolitano. J. ep. 5. lib. 7. idem in concio. *Qui cùm sit suæ prouinciæ caput*.

Caput prouinciæ] i. Metropolis. l. 7. de offic. proconsulis. *Augustodunũ caput gentis*. Tacito l. 3 *Corfinium Italici imperij caput*. Velleius l. 1. *Alba Latij caput*. Florus l. 1. cap. 1. *caput Mæoniæ Sypilus*. Solin. *Metoresiũ ciuitas regni caput*. idem, *Iudææ caput Hierosolyma*. idem *Babylonia Chaldæorum caput*. idem: *Miletus Ioniæ caput Lusitanum caput oppidorum. vrbs Adorata*. Prudent. hym. 18. *Hebe caput Græciæ*. Probus in Epamin. *Chaldææ gentis caput Babylon*. Solin. Auienus in ora marit *Atque Naro ciuitas Erat feroci maximum regni caput*, *Bithuniæ caput Parthici regni*. Orosius lib. 6.

V. C. ET INLVST. BRAGELONIO SENATVS PRÆSIDI, S.

CVM penè omni vitæ cursu inuoluta litium volumina, non cursim euolueris, sed carptim, & perpenso examine negotiorum multiplicium inextricabiles labyrinthos extricaueris, manu pura, puta conscientia, scientia magna, maxima æquitate: quādoquidem Senatusconsulta te relatore prolata, nec victus, doloris impatientia, vt stolidus accusabat: nec victor, prosperi euentus insolentia, vt argutus irridebat, veritatisque respectu, dependebant addicti reuerentiam, gratiam liberati, vt de Explicio sui nominis teste, Sollius noster, qui litibus implicitis expliciēdis, iuxta tecum applicitus erat. Cumque (quod silentio violare piaculum esset) iustitiam citò reddere, bis reddere sit, præsertim aduenis, cum quòd litium impensis, tum quòd rei domesticæ & peregrinationis incommodis atteruntur: cunctis litigantibus, præcipuè verò peregrinis, festinam maturitatem tribuebas, & ideo tantùm illi, vt domum redirent venisse videbantur: relictis enim omnibus, ad id vnum accingebaris, vt succinctim negocia discingeres, iurgiisque interminis Terminus esses. Jnterim dum his

ex asse litibus addiceris, filij tui humanioribus studiis imbuebantur, quibuscum subcesiuo tempore repucrascebas, quique sub oculis tuis seuera lege proficientes, domi habebant vnde discerent, & rectam honestæ vitæ formulam mutuarentur, vt aliquando bonorum & honorum hæredes, in tuam virtutem atque modestiam succrescerent, quod vt faciliùs fieri poßit, tu, quem emeritum otio reddunt leges, præterquam quod causaria mißio iamdiu ex seßitio labore valetudinarium quiescere iubet, inquies tamen, & indefessus in forum descendis, vt primigenio tuo, Qui tua iam vestigia calcat; *& alteri filio quod ad Honores iter iterandum sit, protenso velut indice indices. Reliquos verò probè litteratos, non ad rei numariæ quæstuaria, sed ad regni quæstoria negocia applicuisti, ea solummodo de causa, ne regni nerui, lucrionu mmanibus enerues, in neruum erumperent. Desinet imposterum nugax ille cauillari, qui sic iocoso carmine iocatus est.*

Numipetæ, cum libricolis, nequeunt simul esse.
nam filij tui libros fiscales, & literatos non sine laude tractabunt, & vterque,

Vel cum Vergilio, Terentioque,
Sextantes leget, vnciasque fisci.

(vt dixit Apollinaris) cuius tibi libellum vt consecrarem, graues causæ impulerunt, quas recensere non est animus, nec enim mysteria quæ in occulti pectoris sacrario custodienda sunt, oris inculti ministerio debent euulgari. Vale Præses inlust. Aruernæ VII. Cal. Nouemb.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER V.

SIDONIVS PETRONIO SVO, SALVTEM, EPIST. I.

AVDIO quòd lectitandis epistolis meis voluptuosam patientiam impendas. Magnum hoc est, & literarum viro conuenientissimum, cùm studiis ipse maximis polleas, ea in aliis etiam minima complecti, sed ex hoc ipso consummatissima tibi gloria reponderatur: Nam satis eminet meritis ingenij proprij, qui fuerit fautor alieni. Commendo Vindicium necessarium meum, virum religiosum; & Leuiticæ dignitati, quàm nuper indeptus est, accommodatissimum. Cui meis è pugillaribus transferre quæ iusseras, non vacans, perquam prouincia fuit, hic vobis aliquid næniarum munusculi vice detulit: quanquam, quæ tua sanctitas, semper grandia literas nostras præmia putes. Interea necessitatem præfati portitoris insinuo, quem traxit ista negotij oborti bipartita conditio. Siquidem hac diffinitione perrexit, vt aut ineat litem, aut adeat hæreditatem. Nam patrueli paterno cœlibi intestatóque defuncto, per agnationis prærogatiuam succedere parat, nisi tamen cœptis factiosa vis obuiet, contra quas tamen cunctas difficultates solus post opem Christi supplici tuo sufficis, cuius confido quòd si meruerit persona gratiam, consequetur causa victoriam. Vale.

Petronio] multi nominis & eruditionis Iurisconsulto, de quo s̄. epist. 7. lib. 1. & 5. l. 2. ĵ. & epi 1. & vlt. lib. 8.

Literarum viro.] Symmach. epi. 72. l. 1. *Vnus adhuc mihi superes ex omnibus literarum viris.* Idem epist. 21. l. 4. *Vir magnificus amicorum, literarumque.* Sic ms. Put. *vir amicorum*, s̄. epist. 13. lib. 1. *vir charitatis*, epist. 14. lib. 4. ĵ. epist. 14. l. 7. *virum omnium literarum.*]

Cum studiis ipse maximis polleas, ea in aliis etiam minima complecti.] Sic mss. nam & ait Ennodius de Fausto.

Qui pollet magnis, paruula rite fugat.

Sic ms. Fab. vulgò iustè. for. iure Arnob. l. 5. *Vt Athenas etiam probemus ipsas humanitatis artibus studiisque pollentes, &c. multiplici doctrina pollere.* Iul. Firmi. lib. 3. cap. 8 & cap. 10. legis Gothorum lib. 2. tit. 1. Era. 9. *Quamuis enim eloquiis polleant.* l. 1. C. Theod. de decuriis vrbis Romæ. *Nisi is quem constiterit studiorum liberalium vsu, atque exercitatione pollere.* 5. epist. 3. l. 4. *O liber multifariam pollens.*

Commendo Vindicium necessarium meum] de quo 7. epist. 4. l. 7. *testis horum est Vindicius noster.*

Accommodatissimum.] Plinius epist. 19. l. 5. de ære Foroiulli *& huiusmodi curationibus accommodatissimum.*

Cui meis è pugillaribus.] Sic mss. hæc referenda sunt ad lib. 8. epistolarum 7. epist. 2. & vlt. lib. 8. quem Petronij hortatu Sidonius congessit.

Quæ insseras.] Sic mss. & vetus liber rectè 5. epist. 22. l. 4. *precipere te dixit,* 7. epi. 17. huius lib. *figuratè dictare insisti.* & epist. 6. lib. 8. *quia insserat nisi.*

Insinuo] 5. epist. 10. l. 1. *Tibi sodalem veterem insinuas iudici nouo.* 7. epist. 2. lib. 7. *ve secundò insinuatum,* 7. e. 4. eiusd. libri. *Insinuare quoscunque iam paueo.*

Succedere parat.] Sacerdotes enim in proximorum hæreditatem veniebant l. Ecclesiastici. C. Th. de Episc. Eccles. & cleric. præsertim ab intestato vsque ad quartum gradum. Photius in Nomoca. tit. 10. cap. 5. 12. quæst. 1. sub finem.

Nam patrueli paterno, cælibi intestatoque defuncto, &c.] Patrueli fratri vt notaui. epist. 1. l. 4. Quibus deficientibus fratribus germanis, aut nepotibus, iure defertur hæreditas, vt proximioribus agnatis. Vlpian. lib. regul. de intestat. successione, & de legit. hæredib. Lege Dei tit. cod. instit. de legit. agnat. tut. Ciceron. 3. in Verrem. *Tum vti proximum quenque potissimum hæredem esse oporteret.* Ibid. Asconi. *quasi ab intestato agnati eius succedarent.*

Consequetur causa victoriam.] 5. epist. 5. lib. 2. eidem. *non enim verebitur quod causæ istius cursus, si de vestri manauerit fonte consilij, vlla contractantium deriuatione tenuetur.*

SIDONIVS NYMPHIDIO SVO S. EPISTOLA II.

LIbrum de statu animæ tribus voluminibus illustrem Mamercus Claudianus peritissimus Christianorũ philosophus, & quorumlibet primus eruditorum, totis sectatæ philosophiæ membris, artibus, partibúsque comere & excolere curauit, nouem, quas vocant Musas, disciplinas aperiens esse, non fœminas. Namque in paginis eius vigilax lector inueniet, veriora nomina camœnarum quæ propriam de se sibi pariunt nuncupationem. Illic enim & grammatica diuidit, & oratoria declamat, & arithmetica numerat, & geometrica metitur, & musica ponderat, & dialectica disputat, & astrologica prænoscit, & architectorica struit, & metrica modulatur. Huius lectionis nouitate lætatus, excitatúsque maturitate, raptim recensendam transferendámque, vt videras petisti, vt petieras impetrasti sub sponsione citæ redhibitionis. Nec me falli, nec te fallere decet. Tempus est commodata

restitui,

restitui, quia liber ipse si placuit, debuit exhibere satietatem, si displicuit debuit mouere fastidium. Tu autem quicquid illud est fidem tuã celeriter absolue: ne si repetitum libellum seriùs reddere paras, membranas potiùs videaris amare quàm literas. Vale.

Librum de statu animæ] de quo honorificè. 5̄. epist. 3. & 11. lib. 4.

Peritissimus Christianorum philosophus.] Idem epi. 3. l. 4. & epi. 11. *Et hominum, aui, loci, populi sui ingeniosissimus, quique indesinenter salua religione philosopharetur.*

Philosophiæ membris.] 5̄. epist. 3. l. 4. *Philosophia membra.* Idem Leuntio epist. ante Burgum. *Nam ita hu vt (sic dixerim) membris philosophiæ claret.* id est partibus.

Vigilax.] i. Vigil, & diligens, Propert. lib. 4. Eleg. 7. *vigilacis furta saburræ* Sic mss. Scaligeri, & Caducei mei. Caius l. 18. de Ædilit. edic. *Si constantem, aut laboriosum, aut curracem, vigilacem esse, &c.* Columella lib. 7. cap. 12. *maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, &c.* Ausoni. in Ephem.

Iam strepit nidu vigilax hirundo.

7̄. epist. 11. l. 8. *in bucolica vigilax, parcus.*

Vigilax lector] cursim aut perfunctoriè Mamerci Claudiani de statu animæ opus operosissimum, legendum non est. Claudianus Mamer. in Præfat. ad Sidonium. *Scripsi igitur pauca hæc veluti rationum semina, quæ studiosus quisque, si non otiose capessat, &c.* Idem paulò post, *vbi si cognitor adsit intensus, &c.*

Illic enim et Grammatica diuidit, & Oratoria declamat, &c.] 5̄. epist. 3. & 11. l. 4. Claudian. Mamer. in Præfat. ad Sidonium. *ab hinc itidem ad erudiendum in ea quæ sunt obscuriora lectorem, quippiam ex Geometricis, & Arithmeticis, atque etiam Dialecticis, & nonnullis prout intersunt vsui philosophiæ, necnon regulis modestè ac moderatè, & quàm potuit parciter prælibauit.* paulò post: *Secundus post principium, de mensura, numero, & pondere, non otiose & vt autumo non infructuose disceptat.*

Huius lectionis nouitate lætatus] Plini. epist. 18. l. 8. *nam cum aures hominum nouitate lætantur.* Gratia nouitatis noua semper opera commendat, qua delectantur studiosi, Plini. epist. 1. l. 9. epi. 19. l. 2. epist. 20. l. 5. epist. 7. lib. 6. & epist. 11. l. 9. Claudianus Mamer. lib. 1. c. 1. *Et quia mortalium generi mos est, noui operis agnitione pellici, &c.*

Excitatusque maturitate.] De eodem 5̄. epist. 3. lib. 4. *At verò in libris tuis iam illud quale est, quod & teneritudinem quanquam continuata maturitas admittit.* mss. omnes excitatus, vet. & impressi excitus. Sido. epist. 11. lib. 8. in Carm.

Vinosi hospitis excitus camœna.

Membranas] Membranæ sunt propriè pergamenæ, quas Varro Pergami traddit repertas Martian. Felix, l. 2. de Nuptiis, *alij carbasinis voluminibus complicati libri, ex ouillis multi quoque tergoribus, id est, membranis.* Isidorus lib. 6. cap. 11. *Ex quibus fiebant Codices Ecclesiastici,* Synodi. Laodicenæ cap. 15. Ibidem Balsamo. D. Hieron. epist. ad Chromatium Iouinum & Eusebium. *Tamen Rex Attalus membranas à Pergamo miserat, vt penuria chartæ pellibus pensaretur, vnde Pergamenarum nomen ad hūc vsque diem tradente sibi inuicem posteritate seruatum est.* Idem ex Hieronymo Isidorus. membranas autem armat, non literas qui libros coaceruat, & non euoluit. Seneca de Tranquill. animi, c. 9.

SIDONIVS APOLLINARI SVO S. EPISTOLA III.

PAr erat quidem garrulitatem nostram silentij vestri talione frænari. Sed quoniam perfecta dilectio non tam debet recolere quid

officiorum ſoluat, quàm meminiſſe quid debeat, etiam nunc laxatis verecundiæ habenis obſequium alloquij impudentis iteramus. Cuius improbitas vel hinc maximè dignoſcitur, quòd tacetis. Ergo ne quid tempore hoſtilitatis ageretis, fratres, noſſe non merui? Diſſimulaſtis trepido pro vobis amico vel ſecuritatem prodere, vel timorem? Quid eſt aliud ſi requirenti tuas ſupprimis actiones, quàm ſuſpicari eum, qui tui ſollicitus exiſtat, aut certè non gauiſurum compertis proſperis, aut triſtem, ſi diuerſa ceſſerint, non futurum? Faceſſat hæc à bonis moribus impietatis opinio, & à candore ſuo vera charitas næuum tam miſeræ ſuſpicionis eliminet. Namque, vt Criſpus noſter affirmat, *idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.* Interea ſi vel vos valetis bene eſt. Ego autem infelicis conſcientiæ mole depreſſus, vi febrium nuper extremum ſalutis acceſſi, vt pote cui indigniſſimo tantæ profeſſionis pondus impactum eſt, qui miſer ante compulſus docere, quàm diſcere, & antè præſumens bonum prædicare, quàm facere, tanquam ſterilis arbor, cùm non habeam opera pro pomis, ſpargo verba pro foliis. Quod reſtat, orate vt operæ pretium ſit, quod ab inferna propemodum ſede remeauimus: ne ſi in præteritis criminibus manſerimus, incipiat ad animæ potiùs mortem pertinere, quòd viuimus. Ecce quod agimus indicamus, ecce adhuc quid agatis inquirimus. Fit à noſtra parte quod pium eſt, vos deinceps facite quod videtur. Illud ſanè velut Atticas leges ita ære credite inciſum, nos ſub ope Chriſti nunquam admiſſuros amoris terminum, cuius ſtuduimus fundare principium. Vale.

dicentis
D. Cadin. Baron. annal. 6. anno 472. cap. 18.

Garrulitatem] ſe garrulum ait 5. epiſt. 7. l. 3. *Igitur vtrique noſtrum mos ſuus agitur, ego garrio, vos tacetis.* 7. epiſt. 1. l. 9. *Porrò autem ſæpe garrire compulſo.* & epiſt. 4. lib. 5. *Si pagina garrienti forem claudis.*

Talione frenari.] Symmach. epiſt. 59. lib. 1. *Immane quantum à literis deſidetis, anne metuitis ne vos ſilentij talione mordeamus.* Idem epiſt. 89. eiuſdem lib. *Propterea talionem referre vitaui.* Idem epiſt. 1. lib. 3. *Vt te, mi frater, reſcribendi talione morderem.* Idem epiſt. 26. eiuſdem lib. *Scis enim tibi iſtiuſmodi culpam, ſine talione ceſſuram.* 7. epiſt. 1. l. 9. *te quoque ſilentij noſtri talione ad vicem plecti non per iniuriam eſt.*

Trepido pro vobis amico] Sidonius attremebat ne quid Apollinari ſuo malè cederet 5. epiſt. 4. & 6. lib. 4 7. e. 6. huius lib.

Næuum tam miſeræ ſuſpicionis] Claud. Mamercus lib. 1. de ſtatu animæ cap. 3. *Non caret næuo ſuſpicionis, biceps iſta prolocutio:* Iuo Carnot. epiſt. 137. *Nec caret næuo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare*, id eſt ſcrupulo, & ita legunt Anaſtaſius, & Damaſus Papæ can. qui poteſt. 23. quæſt. 4. & Ioannes Octauus. Ex quibus hæc ſumpta ſunt, diſt. 86. cap. facientis: *næuus excuſationis*, l. 16. Cod. Th. de agent. in reb. *næuus obiectionis* Valentiniani Nouel. de 30. annorum præſcript. næuus dubietatis Caſſiodoro. Pſal. 33. *Sed hoc næuum omninò dubietatis excludit*, Idem Pſal. 118. *Sequitur expoſitio quæ omnem næuum dubitationis abſtergit. næuus ingratitudinis*, eidē epiſt. 8. lib. 5. *næuus corruptionis*, Eucherio lib. 3. Regum cap. 6. *næuus falſitatis*, Io-

næ Aurelianensi lib. 1. de cult. Imagin. *seruitutis naeuus* Paulo Diacon. de gestis Longobar. l. 1. cap. 12. ŝ. epist. 11. l. 3. *naeuus loquacitatis*. & epist. 11. l. 8. *naeuus crudelitatis*.

Eliminet.] Ĵ. epist. 1. l. 1. epist. 3. & 10. l. 4. & epi. 6. l. 7. Quod verbum ægrè admittit M. Fabius lib. 8. cap. tertio. D. Ambrosius epist. 7. *de possessione mentis eliminet*.

Namque vt Crispus noster affirmat, idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.] Salust. in Coniuratione, & Catilinæ oratione. *Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* D. Hieron. epist. ad Demetriadem, *Secularium quoque sententia est, eadem velle, & eadem nolle ea demum firma amicitia est.* Ioan. Salisber. Policrat. lib. 3. cap. 4. *Idem siquidem velle & nolle (vt ait historicus) ea demum firma amicitia est.* Petrus Aruer. Venerabilis lib. 4. epist. 21. *Vt in te vno & penè solo, illam veræ amicitiæ definitionem expertus sim, idem scilicet velle, & idem nolle.* infra epistola nona huius lib. *Imbuamusque liberos inuicem diligentes, idem velle, nolle, &c.*

Vi febrium nuper extremum salutis accessi.] Imitatio Symmachiana lib. 1. epist. 42. *Paulina ergo cura communis extremum salutis accesserat.* Qua febre post Episcopatus honorem, seu verius onus conflictabatur. ŝ. epist. 22. lib. 4.

Vtpote cui indignissimo, &c.] Ĵ l. 7. in Conc. *Cui per suspiriosas voragines & vitiorum volutabra gradienti, professionis huiusce pondus impactum est*: vtrobique dixit, pondus professionis, id est Episcopatus: Episcopatus enim onus verius est, quàm honus, ŝ. epist. 14. l. 4. & est vetus dictum, quod quorumdam inscientia immutatum est, qui honus Latinè dici non posse crediderunt, verùm ne illi funem erroris ducent, honus, pro honor dictus est. Glossæ vett. Honus, honor, τιμὴ θεῶν, τιμὴ ἀνθρώπων. Egesippus lib. 5. cap. 23. in fine, *nulla profectò, nulla dignitas, tantum dolorem alleuat, nullus honus curat hoc vulnus.* Sic ms. quem Pætauio Senatori debeo. Isidor. lib. 1. cap. 26. *Onus si de onere venit, per o solum scribendum, si de honore, cum. H. aspiratione.* idem in Glossis mss. *honus, honor, dignitas.* Pari modo, dolus pro dolor, & labus pro labor. D. Ambros. lib. 4. epist. 13. ex Deuteron. cap. 21. *Et nouacula nō satis acuta, ne faciat dolū, suarum exuuias passionum, atque inanes sensus recidas.* D. August. tract. in Ioann. 5. de Nathanaele. *Hic est verus Israëlita, in quo nō est dolus, dolus non dolor est, dolus à duplicitate cordis dictus est:* Cassiod. ep. 39. l. 2. *Balnea cōtra diuersos dolos corporis attributa.* Sic vet. & meus vulgatus liber. quā lectionē postmodū mutatā vidi, vnde Petronius apud Isidorum lib. 5. cap. 26. *Quid est, iudices dolus? nimirum vbi aliquid factum est, quod legi dolet*, atque ita dolus à dolendo dictus est. Isido. in Gloss. manuscript. *vulnus, dolus, vel animi dolor*, necnon labus pro labor. Columella in horto.

Ne labus haustur is tendentibus ilia vellat.

Sic vet. Codex rectè, nec est quod vir doctus subtrudat ex coniectura, latus, loco labus. Labi pro laboribus Vegetio. de re veterinaria. lib. 3. cap. 23. *Nam qua tranfeunt in labis & in ipso anhelatu, inficiunt vniuersa*, additum in margine, al. labore, quod glossema est, vulgò lauis legitur, colus etiam pro color. Vet. Glossograph ms. F. Pitho. *Colus, color.* Et hoc sit in transcursu dictum, ne quid imposterum temerè immutetur. Episcopatus ergo non est honus, sed onus, paronomasia non ineleganś D. Hiero. 8. quæst. 1. can. illud. *Retrahit se ab hoc non tam honore, quàm onere.* Idem ad Heliodorum de Epitaphio Nepotiani. *Igitur intelligens clericatum non honorem esse, sed onus, &c.* ŝ. capitulum 2. extra de translatione Episcopi. *Qui oneri Pontificalis renunciat, non honori.* Iuo Carnot. epist. 17. *Quid est tibi Episcopatus nisi cruciatus, quid aliud est hic honus, nisi onus. onus Episcopatus.* Nouella Maioriani de Episcop. iudicio, plura. Ĵ. in Conci. lib. 7.

Qui miser antè compulsus docere, quàm discere] olim Episcopi docere necesse habebant. Sexta synodus in Trullo, can. 19. & can. 20. Ibid. Balf. Queritur Sidonius quòd à subselliis ad Episcopatum raptus docere cogatur, priusquam discere, cùm sacerdotalis officij sit docere. D. Ambros. de offic. lib. 1. cap. 1. *cum iam effugere non possimus officium docendi, quod nobis effugientibus imposuit sacerdotij necessitudo.* Ibidem paulò post: *Itaque factum est vt prius docere inciperem, quàm discere*, quod absurdum est. Zozimus PP. Hesitio, cap. 1. *statim dux esse desiderat, cum tyro ante non fuerit, vt prius velit docere, quàm discere.* Celestinus PP. Galliarum Episcopis cap. 3. *debet enim antea esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit, &c.* Eucherius lib. 3. Regum cap 6. in fine, *Nam frustra sibi officium doctoris vsurpat, qui dissertionem fidei Catholicæ ignorat, neque sanctuarium domino, sed ruinam sibi ædificant, qui docere alios regulam, quam ipsi non didicerunt conantur.* Ioan. Salisber. Policrat. lib. 6. cap. 6. *Quem enim inuenies, qui strenuè docere possit, quod ipse non didicit.*]. in Conci.

Opera pro pomis] Eucherius ad Veranium cap. 4. formularium spiritualium. *Folium sermo doctrinæ. Psal. & folium eius non defluet.* Posteaibid. *Poma, sanctorum in virtutibus fructus in Cant. Cantic. & manducet fructum pomorum suorum.*

Verba pro foliis] *sermonum folia* D. Hieronymo, can. Marcion. 1. quæst. 1. Idem in Ecclesiast. cap. 10. *hoc asseuerat quod eloquentia & orationi, quæ verborum sit fronde composita, facilè vulgus cedat ignobile.* Idem, *verborum pampinos* dixit in epist. ad Rusticum monachum, idem epist. 125. Damaso. quæst. 2. *non quæ verborum compositione frondescat.* Anticlaud. l. 3. de Symmacho.

fructu non fronde beatus.

Idem lib. 7. *copia fructus Excusat folij syluam.*

Ecce adhuc quid agitis inquirimus] s. epist. 4. l. 4. *Remeante præfato fiam locorum vestrorum & temporum gnarus.*

Velut Atticas leges in æs, &c.] Liuius lib. 3. *Leges Decemuirales, quibus Leges duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt*, præter Dionysium lib. 10. Plinium lib. 34. cap. 3. & cap. 9. Plinius epist. 6. l. 8. *Incisa insculptaque sunt publicis æternisque monumentis, prætoria ornamenta Pallantis, sic quasi fœdera antiqua, sic quasi sacræ leges.* D. Cypria. epist. 2. lib. 1. ad Donatum: *incisæ sint licet leges duodecim tabulis, & publicè ære præfixo iura præscripta sint, &c.*

SIDONIVS SIMPLICIO SVO

S. EPISTOLA IIII.

QVòd non recepi scripta qui miseram, imputo amicitiæ, sed deputo plus pudori. Nam si præter æquum autumo vt salutatio mihi debita dissimularetur, non illud contumacia, sed verecundia fuit. At si vlteriùs paginæ garrienti forem claudis, pessulum opponis, quieti quidem tuæ non inuitus indulgeo, sed non procul à te reos meos inuenturum me esse denuntio. Nam totam silentij vestri inuidiam verti non iniurium est ad superbiam filiorum, qui se diligi sentientes quoddam patiuntur de nostra sedulitate fastidium: quos monere pro patria auctoritate debetis, vt contractæ apud nos offensæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant. Vale.

At si vlterius pagina garrienti] Ad eundem Simplicium epist.11.lib.3. *Igitur donavenus literas primas, quas vt necdum mittere desidia fuerat, ita vereor ne sit misisse garrulitas.*

Nam totam silentij vestri inuidiam] Symmachus epist.16.lib.7. *Sed amolior inuidiam negligentiæ*, silentij inuidiam in Simplicij filios deuoluit.

Dulcare] Mattius apud Gellium, & Nonium, *edulcare conuenit vitam.* Cœlius Aurelian. tardar. passion. lib.3. cap.1. *Cætera coquentes, atque obducantes sale, & oleo ægris offerunt comedenda.* Tertullian. aduersus Iudæos: *Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moïses aquam amaram indulcauit, &c. indulcata aqua.* Optato lib. 6. D. Ambrosius lib.5. Hexam cap 21. de melle: *Fauces obdulcat, & curat vulnera.* Notæ veterum ex Magnone ID Ↄ V. *Indulcatio.* j. Carm.2. ver.107.

Dulcatis cunctata vadis.

SIDONIVS SIAGRIO SVO
S. EPISTOLA V.

CVm sis consulis pronepos, idque per virilem successionem (quanquam id ad causam subiiciendam minùs attinet.) Cùm sis igitur è semine poetæ, cui proculdubio statuas dederant literæ, si trabeæ non dedissent: quod etiam nunc auctoris culta versibus verba testantur, à quo studia posterorum, ne parum quidem, quippe in hac parte, degenerauerunt: immane narratu est, quantum stupeam sermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse, at qui pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam, & sæpenumero acriter eloquenterque declamasse coram oratore satis habeo compertum. Atque hæc cùm ita sint, velim dicas, vnde subitò hauserunt pectora tua euphoniam gentis alienæ, vt modò mihi post ferulas lectionis Maronianæ, postque desudatam varicosi Arpinatis opulentiam, loquacitatemque, quasi de Hilario vetere nouus falco prorumpas? Æstimari minimè potest, quanto mihi cæterisque sit risui, quoties audio, quòd te præsente formidet facere linguæ suæ barbarus barbarismum. Adstupet tibi epistolas interpretanti curua Germanorum senectus, & negotiis mutuis arbitrum te disceptatoremque desumit. Nouus Burgundionum Solon in legibus disserendis, nouus Amphion in citharis, sed tricordibus temperandis, amaris, frequentaris, expeteris, oblectas, adhiberis, eligeris, decernis, audiris. Et quanquam æquè corporibus ac sensu rigidi sint, indolatilesque; amplectuntur in te pariter & discunt sermonem patrium, cor Latinum. Restat hoc vnum, vir facetissime, vt nihilo segniùs, vel cùm vacabit aliquid lectioni operis impendas, custodiasque hoc, prout es elegantissimus, temperamentum, vt ista tibi lingua teneatur, ne ridearis: illa exerceatur, vt rideas. Vale.

Cvm sis consulis pronepos] Siagrij scilicet, de quo præter fastos consulares Symmach. epist. 95. & 97. lib. 1. & epist. 21. lib. 3. & ep. 103. lib. 9. qui Theodosio Magno vixit, sed dubito, num sit Eucherij vel Antonij Consulis conlega. plura j. ep. 8. lib. 8.

s.ep.7.lib.1.& j.ep.17.huius lib.hunc Syagrium putat Baron.esse Egydij filium, de quo Gregor.l.2.cap.18.& cap.27. Epitomastes ms.quem *Romanorum regem* vocat, quem alij *Patricium*, fides sit penes eum.

Cui procul dubio statuas dederant literæ] Viri egregiè docti statuis honorabantur, j. epist.2.lib.8.& ep.vlt. lib.9.in Carm. quibus locis nonnihil adiiciam. Syagrij verò consulis doctrinam effert Symmach.ep.90.96.&99. lib.1. Idem de statua donato consule Vectio ep.25.lib.10.

Si trabea non dedissent] i. consulatus consules statuis donatos fuisse ex Sidonio liquet lib.1.epist.6.& ex l.17. Cod.Theod.de pœnis. Trabeæ sunt vestes consulares, s.ep.6.lib.1.vnde trabeæ dictæ pro consulatu s.notaui.

Immane narratu est] Idem epist.1.lib.1. *immane dictu est.*

Post ferulas lectionis Maronianæ] i. postquam ferulæ manum subduxisti, vt ipse loquitur,ep.10.lib.2. scholasticorum manus ferulis plectebantur. Sueton. Caligul. cap.20.Prudent. in procemio χειρισμὸς τῶν, *Ætas prima crepantibus*

Fleuit sub ferulis, &c.s.epist.10.lib.2. Balsamo Synodi Constantinopol. primæ & secundæ,can. 9.

Postque desudatam] j. epist. 1. lib. 6. *Cùm post desudatas militiæ Lyrinensis excubias.* Claudianus in Paneg. Theodori, init.

Emeritum pridem, desudatisque remotum
Iudiciis.

Varicosi Arpinatis] i. Ciceronis,qui varices habebat: Vatinii scomma, qui Ciceroni respondit,cum humeris se reip.de exilio reportatum gloriaretur. *vnde ergo tibi varices.* Macrob.lib.2.cap.3. Sunt autem varices eminulæ venæ,quæ occaluerunt, vel in capite, vel in ventre, sed vt plurimum in cruribus. Celsus lib.7. cap.17. & cap.31. à quibus varicosi dicti sunt. Lucill.lib. 28. *Vt si progeniem antiquam, qua est Maximus Quintus, qui varicosus, vatrax.* Glossæ vett. κιρσώδης, *varicosus*, *varicosi*. Iulio Firm. lib. 8. cap.27. *varicosus*. Festus seu veriùs Paulus in *muli Mariani*.

Opulentiam loquacitatemque] Apuleius in Apolog. *Nec parsimoniam Salustius, nec opulentiam Cicero.* Macrobius libro 5. capite 1. *Ecce enim in Cicerone vestro vnus eloquentiæ tenor est, ille abundans, & torrens, & copiosus.* & postea eod. cap.j. Carm.2. *Arpinas dat consul opem.* i. opulentiam. *Tulliana opulentia* Symmacho lib.1. epist.16.

Quasi de Hilario vetere, nouus Falco prorumpas] Sic mss. Clar.Iul.Amar.& Putean. Cuiac.Pet.Iur.Bonc.Pyth.F.Pith.*Ardea*,Sen.& Ortel.*Harilao*, Latini *Halieto*. Quæ postrema lectio viris eruditis visa est optima, sed præ cæteris mihi vulgata perplacet, si modo Halario legas cui patrocinatur illa vetus Harilao, atque etiam ferè omnes,quæ ab Ha syllaba incipiunt. Est autem Halarius auis, quæ vt Aquila inter reliquas volucres, sic illa inter aquilas principem locum obtinet, & Halario dicta est.Ioan.Salisb.Policratici lib.1.cap.vltimo: *Aquila namque sicut rex auium est, si non Halarionem excipias, quæ forte Aquilarum species potentissima est, &c.* Et hæc lectio sua non carebit elegantia, Syagrius enim ex Halario vetere,nouus falco prorumpit,id est,homine liberale & docto,indoctus & inliberalis: estque prouerbium illius sæculi,vt Arnobio lib.2. contra Gentes, *ex docta,vt dicitur,elementariam fieri.* Dediscebat enim Syagrius Latiarem linguam,eùm barbaram ediscerer. Erat enim hic Syagrius liberalibus studiis institutus,vt ex hac,& epist.8.lib.8.clarum est.

Barbarus barbarismum] i. Germanus. Germani speciali nota barbari vocabantur. s.ep.17. lib. 4. *Sic barbarorum familiaris,quod tamen nescius barbarismorum.*

Curua senectus] mss. Ouid.

Iam veniet tacito curua senecta pede.

Fortunatus de aduentu Gregorij Turon.

Hoc puer erectus celebret, hoc curua senectus.

Nouus Amphion in cytharis, sed tricordibus] Sic omnes tam mss. quàm vulgati codices, tricordes cytharas interpretor, trium linguarum peritiam, scilicet Latinæ, Germanicæ, & Burgundionicæ, quas tres linguas Syagrius percallebat, sicque olim *tricor* Ennius dictus est, quod Græcè, Oscè & Latinè sciret. Gellius lib. 17. cap. 17. scitè allusit ad nomen cytharæ, quæ tribus chordis personat, quæ & trichordis à tribus chordis dicitur: vt Cassiodoro de Anima cap. 7. *Euphonia tricordis.* olim *Massilienses trilingues esse dicit Varro, quòd Græcè, Latinè, et Gallicè loquerentur.* D. Hieronym. in proœmio epist. 2. ad Galatas. & ex eo Isidorus lib. 15. cap. 1.

Amaris, frequentaris, expeteris, &c] Plinius epist. 9. lib. 2. in fine: *diligeris, coleris, frequentaris.* epist. vlt. lib. 6. in fine: *amaris, laudaris, desideraris, excoleris.*

Et quanquam æquè corporibus ac sensu rigidi sint, indolatiles que] Rudes & incompositi Germanorum mores, atque Burgundionum erant, Isidorus lib. 9. cap. 6. quorum asperitatem postea dedolarunt. Agathias lib. 1. initio, cùm scilicet Christiani facti sunt. Orosius lib. 7. cap. 32. Nicephor. lib. 14. cap. 40.

Sermonem patrium, cor Latinum] i. Germanorum & Burgundionum idioma, *cor latinum*, non barbarum, sed constans, stansque à Romanis partibus. Idem iocus epist. 3 lib. 3. *Quod quos olim Latinos fieri exegeras, deinceps esse barbaros vetuisti.*

Vt ista tibi lingua teneatur, &c.] i. Germanorum & Burgundionum linguam teneas, ne cum illis agendo, ridearis vt imperitus, lingua verò Latina exerceatur, vt hæc idiomata barbara & inculta rideas Germanorum, & Burgundionum.

SIDONIVS APOLLINARI SVO S. EPISTOLA VI.

CVm primùm æstas decessit Autumno, & Aruernorum timor potuit aliquantisper ratione temporis temperari, Viennam veni, vbi Thaumastum germanum tuum, quem pro iure vel sanguinis vel ætatis, reuerenda familiaritate complector, mœstissimum inueni. Qui quanquam recenti cœlibatu granditer afficiebatur, pro te tamen parum minùs anxius erat. Timebat enim, verebaturque, ne quam tibi calumniam turbo barbaricus, aut militaris concinnaret improbitas. Nãque confirmat magistro militum Chilperico victoriosissimo viro, relatu venenato quorumpiam sceleratorum fuisse secreto insusurratum tuo præcipuè machinatu, oppidum Vasionense partibus noui principis applicari. Si quid hinc tibi tuisque suspicionis incutitur, raptim doce recursu familiarium paginarum, ne vobis sollicitudinis, aut præsentiæ meæ oportunitas pereat. Curæ mihi peculiariter erit, si quid tamen cauendum existimabis, vt te faciat aut gratia impetrata securum, aut explorata iracundia cautiorem. Vale.

CVM primùm æstas decessit Autumno] Symmachiana imitatio epist. 6. lib. 2. *Æstas prope decessit Autumno.* s. epist. 2. lib. 2. *Iam ver decedit æstati.* D. Ambrosius epist. 65. *Quem vesper ex opere agresti, compulit nocti decedere.* s. epist. 5. lib. 1. *Æmiliano nautæ decedit Venetus remex.*

Thaumastum germanum tuum] Germanus frater Apollinaris Thaumastus, epist. sequenti, de quo idem ep. 7. lib. 1. & Carm. vlt.

Quem pro iure vel ætatis, vel sanguinis, &c.] Ī. Carm. vlt.

Quorum iunior est mihi sodalis,
Et collega simul, graduque frater.

Recenti cælibatu] Videlicet, quòd vxorem amisisset, cuius amissionem cœlibatum vocat, epist. 8. lib. 2. & 9. lib. 4. quas vide. Glossæ vett. *χήρεια ἀνδρὸς cælibatus*. item *χήρωσις, viduitas, celibatus*.

Calumniam concinnaret] Ī. ep. 13. lib. 3. *concinnatores criminum*, & *concinnare mendacia*. epist. 22. lib. 4.

Magistro militum Chilperico] i. Gundicarij Burgundionum regis filio, & successore, de quo Gregor. de vita Patrum li. 1. sub finem. vbi de SS. Romano & Lupicino. idem hist. lib. 2. cap. 28 & eius Epitomastes ms. & ex eo Hincmarus in hist. S. Remigij. Tunc autem Burgundiones Romanis fœderati erant. Ī. & Iornandes cap. 45. de reb. Get.

Relatu venenato] Ī. epist. sequenti: *venenato vallatus interprete*. Ī. epist. 23 lib. 4. *cur venenato morsu fecere*. Horatius lib. 1. ep. 14. *morsuque venenat*. Symmachus: *an veteris æmuli venena lectoris*, epist. 25. lib. 1.

Oppidum Vasionense] Galliæ Narbonensis munitissima ciuitas. Ptolom. lib. 2. cap. 10. Concilium Arelatense II. *Ex ciuitate Vasione Dammas episcopus*. *Vasionensis ciuitas*, Bedæ & Vsuardo xv. Kal. Martij. *Vasio Vocuntiorum* Melæ lib. 2. cap. 5. *Vasionense oppidum* Ī. epist. 4. lib. 7.

Partibus noui principis] i. Euarigis regis Gothorum, qui disrupto fœdere antiquo Aquitaniæ ciuitatibus insidiabatur, & tunc temporis Theodorico fratre occiso regnum auspicatus erat. Ī. epist. 7. *noui principis amicitias criminarentur*, Anno scilicet imperii Leonis VIII. Isidorus in Chron. & Ennod. in vita S. Epiphanij.

SIDONIVS THAVMASTO SVO S. EPISTOLA VII.

INdagauimus tandem, qui apud Tetrarcham nostrum germani tui, & è diuerso partium, noui principis amicitias criminarentur, si tamen fidam sodalium sagacitatem clandestina delatorum non fefellêre vestigia. Hi nimirum sunt, vt idem coram positus audisti, quos se iam dudum perpeti inter clementiores Barbaros Gallia gemit. Hi sunt, quos timent, etiam qui timentur. Hi sunt, quos hæc peculiariter prouincia manet, inferre calumnias, deferre personas, afferre minas, auferre substantias. Hi sunt, quorum laudari audis in otio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias. Hi sunt, qui causas morantur adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati. Hi sunt, qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt addictos, retrahunt transigentes. Hi sunt, quos si petas etiam nullo aduersante beneficium, piget promittere, non pudet negare, pœnitet præstitisse. Hi sunt, quorum comparationi, digitum tollerent Narcissus, Asiaticus, Massa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinius, & Pallas. Hi sunt, qui inuident tunicatis otia, stipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas,

munuſcula legatis, portoria quadruplatoribus, prædia prouincialibus, flamonia municipibus, archariis pondera, menſuras allectis, ſalaria tabulariis, diſpoſitiones numerariis, prætorianis ſportulas, ciuitatibus inducias, vectigalia publicanis, reuerentiam clericis, originem nobilibus, conſeſſum prioribus, congreſſum æqualibus, cinctis iura, diſcinctis priuilegia, ſcholas inſtituendis, mercedes inſtituentibus, literas inſtitutis. Hi ſunt, qui nouis opibus ebrii, vt & minima cognoſcas, per vtendi intemperantiam, produnt imperitiam poſſidendi: Nam libenter incedunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad eccleſias, pullati ad nuptias, caſtorinati ad lætanias. Nullum illis genus hominum, ordinum, temporum, cordi eſt. In foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in conuiuio ſcurræ, in exactionibus harpyiæ, in collocutionibus ſtatuæ, in quæſtionibus beſtiæ, in tractatibus cocleæ, in contractionibus trapezitæ, ad intelligendum ſaxei, ad iudicandum ignei, ad ſuccenſendum flammei, ad ignoſcendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias vrſi, ad fallendum vulpes, ad ſuperbiendum tauri, ad conſumendum minotauri. Spes firmas in rerum motibus habent, dubia tempora certiùs amant, & ignauia pariter conſcientiaque trepidantes, cùm ſint in prætoriis leones, in caſtris lepores, timent fœdera ne diſcutiantur, bella ne pugnent: Quorum ſi nares afflauerit vſpiam rubiginoſi aura marſupij, confeſtim videbis illic & oculos Argi, & manus Briarei, & Sphingarum vngues, & periuria Laomedontis, & Vlyſſis argutias, & Sinonis fallacias, & fidem Polymneſtoris, & pietatem Pygmalionis adhiberi. His moribus obruunt virum nō minùs bonitate, quàm poteſtate præſtantem. Sed quid faciat vnus vndique venenato vallatus interprete? Quid, inquam, faciat, cui natura cum bonis, vita cum malis eſt? Ad quorum conſilia Phalaris cruentior, Mida cupidior, Ancus iactantior, Tyberius callidior, Caius periculoſior, Claudius ſocordior, Nero impurior, Galba auarior, Otho audacior, Vitellius ſumptuoſior, Domitianus truculentior redderetur. Sanè quòd principaliter medetur afflictis, temperat Lucumonem noſtrum Tanaquil ſua, & aures mariti viroſa ſuſurronum fæce completas, oportunitate ſalſi ſermonis crudeTrat, cuius ſtudio factum ſcire vos par eſt, nihil interim quieti fratrum communium apud animum communis patroni iuniorum Cyberatarum venena nocuiſſe, neque quicquam (Deo propitiante) nocitura; ſi modo, quandiu præſens poteſtas Lugdunenſem Germaniam regit, noſtrum ſuumque Germanicum præſens Agrippina moderetur. Vale.

Qui apud Tetrarcham noſtrum] id eſt, Chilpericum, de quo ſ. ep. 6. quem propriè Tetrarcham appellat, quartam enim regni Burgundionum partem occupabat, quod ab exceſſu Gundicarij regnum Burgundionum in tetrarchias diuiſum fuiſſe. Gregorij Epitom. ms. & Chron. Burgund. An. 451.

Gregorij Epitomastes.ms.& Chron.Burgund. Anno 411.

Vt idem coram positus audisti] Viennæ scilicet, 5̄.ep.6. *Viennam veni vbi Thaumastum germanum tuum*, &c. Viennæ positus, 5̄.ep.5.lib.1. *Romæ positus.* & 7̄.ep.9.lib.8.

Nos isthic positos, semelque visos.

In pace prædas, inter arma fugas] Cic. *In pace ad vexandos ciues acerrimus, in bello ad expugnandos hostes inertissimus* Aquila de Ironia. *Ille in pace tumultuosus, ille in bello proditor.*

Inter arma fugas] Stephanus PP. Hilario: *Notãtur infamia de bellis fugientes.* Rutil. de figur. senten. l.1. de Merismo: *Cuius corporis partes omnes ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciniam, manus ad rapinam, venter ad auiditatem, virilis naturæ mẽbra, quæ non possumus honestè appellare, ad omne genus corruptela, pes ad fugam*, &c Vide Salisb. Policr. l.6.cap.14. Et quondã apud Gallos conuicium atrox erat, quempiam fugacitatis increpare legis Salicæ tit.33. §.4. de conuiciis: *Si quis alterum leporem clamauerit.*

Inter vina victorias] Olim combibones inter epulandum maioribus poculis contendebant, & se inuicem ad græcandum inuitabant, Græco more, & Germano: quique se vino plus cæteris onerabat, tanquam victor ouabat & honorabatur. Cicero pro Flacco: *Magnum erat ei certamen propositum, magna cum Græcis contentio, qui tamen, vt opinor, iacent victi, nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendoque superauit.* Rutil. Lupus lib. 2. de Chresterismo ex Lycone: *Protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur, ibi præsto sunt, cottidiani pauci eodem studio excitati conuiuæ. hic verò princeps paulum illud reliquum quod habet mentis ac sensus, poculis extrudere festinat, & eos bibendo prouocat, & lacessit perinde, ac si in hostium prælio plurimos superarit, atque adflixerit, amplissimam sibi victoriam paratam existimans.* Locus elegans, cui certat elegantia iste Senecæ ep. 83. *Quæ gloria est capere multum? cùm penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusauerint, cùm superstes toti conuiuio fueris, cùm omnes viceris virtute magnifica, & nemo tam vini capax fuerit, vinceris à dolio.* Horum combobonum acies & pugnas elegantissimè deformat D. Ambrosius de Helia & Ieiunio cap.13. quæ longum esset adscribere: hæc tantùm libet prælibare: *Ibi vnusquisque pugnas enarrat suas, ibi fortia facta prædicat, narrat trophæa.* Policratici li.8.c.6. *Sine mensura bibitur ad mensuram, & is cæterũ præualet, qui aut gula, aut dolo strauit, aut vicit compotatores,* Necnon in eam rem conspirat cap.14.tit.1. de vita & honest. cleric. lib.3. quò loci potus æquales & compotationes clericis interdicuntur, & concilij Namnetensis can.10. Burchard. l.2. cap.161. atque etiam laicis, Carolus Magnus li.1. cap 138. & lib. 4. cap. 73. Præterea Ecclesiastici cap. 9. Multa sciens breuitatis ergò prætermitto: finem dabit Burchard. lib.19. cap.5. *Inebriasti te vnquam per iactantiam, ita dico vt gloriareris in hoc, quòd alios in potu vincere posses*, &c.

Hi sunt qui causis morantur adhibiti] Nanus in Florilegio hunc Sidonij locum allegans, *protendunt*, legit, atque etiam quidam codices, sed morantur habet maior & melior pars veterum, à quo moratores dicti sunt Ciceroni in Diuinat. *Quartum ex illo grege moratorum.* vbi Ascon *Obturbatores quosdam sordidosque causidicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam.* Vnde Sidonius morantur adhibiti. paulo post Asconius: *Aderant autem his rebus moratores apti talibus negotiis. Moratoria tergiuersatio.* Collatio Carthagin. tertia cap. 41. & illi moratores excommunicantur, Concilij Oxoniensis can.1.

Hi sunt qui emunt lites] i. qui pacta mercede, iurgandi fortunam in se recipiunt. Quintil lib.12.cap.7. *Paciscendi quidem ille pyraticus mos, & imponentium periculis pretia, procul abominanda negotiatio etiam à mediocriter improbis aberit.* Vnde sibi plaudit Plin. I.C. quod in causis agendis pactione semper abstinuerit. epist. 14. lib. 5. *litis redemptor* Vlpianus in l. 9. §. 2. de off. proconsul idem l.6. mandati. Lites autem emere leges vetant. l.6.7. D. & l.20. Cod. mandati. l. item, 15. Cod. de procurator. Cuiac. Obseruat. lib.8. cap.31.

Vendunt intercessiones] De quo hominum grege Paulus 5. Sententiarum, ad le-

gem Corneliam testamentat. *Si qui de iudicis amicitiis, vel familiaritate mentientes, euentus sententiarum eius vendunt, quive obtentu eius nominis agunt.* & l.15. §. idem ait. 30. de iniuriis. & l.10. Codice de accusation. quod sub Commodo Anton. factum fuisse notat Lampridius: *Vendiderunt sub eo etiam euentus litium liberti.* idem in Alexandro Seuero: *Cùm diceret nolle ab aulicis suas vendi dispositiones, quod factum fuerat sub Heliogabalo, cùm ab eunuchis omnia venderentur.* Capitolinus in Gordiano Iuniore, penes initium, & Aurelius Victor in Tito. *Iurgia autem sub patre venundata.* Sueton. cap.7.

Trahunt] 5. epist. 7. lib. 1. *Paulo post cùm diceretur addictus.*

Protrahunt audiendos] Cassiodorus lib. 6. ep. 9. *Querimonias possessorum sine venali protractione discinge.*

Trahunt addictos] Obtorto collo rapiunt condemnatos & addictos. idem 5. epist. 7. lib. 2. *dependunt addicti reluctantiam.* Verbum protritum Petro Rauennati, & probis auctoribus. Homelia Eueherij de latrone beato: *Laudabilius hoc in latrone & magnificentius fuit, quòd hominem addictum, & inter extrema deficientem supplicia Dominum credidit.* Isidorus lib. 10. *Damnatus & damnabilis, quorum prior iam addictus est, sequens potest addici.*

Piget promittere, pudet negare] scita verborum copula, 5. epist. 12. lib. 9. *Tam pudeat nouum poema conficere, quàm pigeat.* ms. Clar. non pudet. & Clun.

Pœnitet praestitisse] quæ pœnitentia beneficii gratiam ingratam facit. Seneca de Beneficiis, libro 7. cap. 26. *Nunquam in has voces iniuria impellat, vellem non fecisse: beneficij tui etiam infelicitas placeat, semper illum pœnitebit, si te nunc quidem pœnitet.*

Digitum tollerent] non est, vt Pius putat, fauerent & suffragarentur hoc Sidonij loco, scio fauorem eleuatione digitorum indicari, præter auctores quos in sui erroris patrocinium ciet. Cicero epist. 5. lib. 7. Academicarum Quæstionum lib. 4. Symmachus episto. 15. l. 7. & Balsamo canon. 1. Apostolor. Verùm digitum tollerent, id est, victos se faterentur. Cicero apud Lactantium lib. 3. cap. 8. *Cedo & manum tollo.* Persius Sat. 5. *digitum exere.*

Vetus interpres: *Digito sublato ostende victum te esse à vitiis, tractum à gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam à populo postulabant.* Ad quem morem allusit D. Hieron. aduersus Luciferianos: *En tollo manum, cedo, vicisti.* Sidonius in Narbone:

> *Et si pulpita personare socco*
> *Comœdus voluisset, huic leuato*
> *Palmam tu digito dares Menander.* vbi plura.

Narcissus] Claudij Cæsaris libertus ab epistolis, quem ante omnes Aug. suspexit, de quo Seneca in ioco Claud. sub finem Suetonius cap. 28. Dio. & Aurelius Victor in Claudio. Iuuenalis Satyra 14. in fine: ibidem vetus interpres: *Narcissus libertus Claudij potentissimus, idemque ditissimus eunuchus.* Plinius libro 35. cap. 10. *hostis publicus.* Seneca in procemio lib. 4. Natural. Quæst. Fuit & alius Narcissus palæstrita, qui Commodo fauces interclusit Euagrius lib. 3. cap. 41.

Asiaticus] Vitellij libertus, quem ille equestri dignitate donauit, honorauitque anulis fœdum mancipium, & malis artibus ambitiosum. Hæc Tacitus lib. 2. Histor.

Massa] Libertus Neronis. Iuuen. Satyr. 1.

> *Quod superest, quem Massa timet.*

Vetus interpres: *Massa morio fuisse dicitur, & Carus mimus, Latinus verò actor mimicus, hi omnes Neronis fuerunt liberti, & delitiæ Augusti, sed & nequissimi delatores.*

Carus] Dubito num sit mimus Neronis, & libertus nequissimus, delator, de quo vet. interpr. Iuuenal. Satyr. 1. ad hæc: *quem massa timet,* & id mirè Sidonio concinit. num verò Carus nobilis delator, Plinii ep. 27. lib. 7. qui Plinium apud Domitianum

detulit, ita vt eius caput ageretur, si Domitianus diutiùs vixisset. Plinius ibid. quod æquè Sidonio congruit.

Parthenius] Domitiani libertus, & procurator cubicularius, qui cum Stephano Domitianum interfecit. Sueton. c. 16 & 17. & Dio. de quo Pompon. lib. 41. de heredib. instit. Ammian. Marcellin. lib. 15. & Martialis passim. Tertullian. in Apolog. distinct. 127 *Vnde qui armati palatium irrumpunt omnibus Stephanis atque Parthenius audaciores? de Romanis, ni fallor, id est, de non Christianis.* Aurelius Victor in Domitiano, & Orosius lib. 7. cap. 11. quò loci Parthenius dicitur Spado, eo quòd Domitianæ cædis vltores, Parthenium demptis genitalibus, & in os coniectis iugulauerunt. Aurelius Victor in Nerua, à quo procurans cubiculum vocatur, id est, præfectus cubiculi. Sueton. cap. 16.

Licinius] Libertus Claudij Imp. prædilectus, primum dispensator factus, postea regimini Galliarum præpositus. Vetus interpres Iuuenalis Saty. 1. Seneca in ludo Claudii: *Hunc ego tibi recipio Lugduni natum, vbi Licinius multos annos regnauit, Galliasque tributis exhausit.* Diog. lib. 54. & vet. interpres Iuuenal. Vnde sibi tantam pecuniæ vim aggessit, vt adagioni locum fecerit, & dictus sit habuisse nummos, quantum milui volant. Seneca ep. 119. *Ad summam, quem voles mihi ex his, quorum nomina cum Crasso Licinoque numerantur.* Et Persius:

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.

Decessit sub Tiberio, marmoreo tumulo conditus, vnde Varro Atacinus:

Marmoreo Licinus tumulo iacet, &c.

Pallas] Claudii libertus, & à rationibus: de quo præter Caium Tacitum Annal. lib. 13. Sueton. cap. 28. Dionem 54. & Aurel. Victorem in Claudio. Plin. epist. 29. lib. 7. & ep. 6. lib. 8. in numerum prætorum delatus & ditissimus. Plinius Histo. Natur. lib. 33. cap. 10. & vetus interpres Iuuen. Sat. 1. ad hæc *ego possideo plus Pallante & Licinis.* Vtriusque Iulian. Aug. de Cæsaribus meminit. Ex his paret quàm doctus, & antiquitatis studiosus fuerit Sidonius noster.

Tunicatis otio] S. ep. 1. lib. 2. *ciuitatibus inducias.* & ep. vlt. lib. 2. *seu tunicata quiete, quieta colobiorum & penularum vestimenta.* l. 1. Cod. Theod. de habitu quo vti oport. int. vrb. Tunica autem est vestis rustica, à qua *tunicati*, i. rustici, Ciceroni.

Paludatis stipendia] i. militibus & armatis, *paluda vestis militaris.* Varro lib. 6. à qua *paludati, paludis ornati, id est, armati.* Veranius apud Faustum. Et ita sæpe apud Marc. Tull. & alios auctores. Glossæ vett. *paludamentum, χλαμύδα τὸ μάντιον.* De quo etiã hominum genere queritur S. ep. 8. lib. 3.

Viatica] i. sumptus, & ad iter impendia, S. ep. 2. l. 7 *nihil est viatico leui grauius.* & ep. 7. eiusd. lib. *viaticum peregrinaturis.* M. Tull. ep. 5. lib. 4. Veredariis autem commeatus erogabantur S. ep. 5 lib 1.

Veredarii] Veredarii sunt nuntii publici, qui cursualibus equis iussu Magnatum huc atque illuc discurrunt, l. 50. Cod. Theod. de curs. publ. Symmach. ep. 14. lib. 7. *Cùm veredarij deesset occasio, priuato homini reddenda scripta commisi.* Paulini iocus ep. 9. ad Seuer. init. *Victor epistolarum nostrarum veredarius pedes, aut bipes veredus.* Hester c. 8. Ennod. Adeodato presbytero. *quantum in festinatione veredarii potui, scripsi.* Cassiod. ep. 31. lib. 2. Procopius lib. 1. de bello Vvandal. & lib. 5. de ædif. Iustin. init. Isidor. in Glossis mss. *Viridandi, viridi.* emendandum, Veredarii, veredi. idem l. 12 c. 1. Orig.

Munuscula legatis] Cato de inno. sua: *Cùm essem essem in prouincia legatus, quàm plures ad prætores & cõsules vinũ honorariũ dabãt, nunquã accepi, nec priuatus quidẽ.* Plutarch. rer. Rom. c. 43. *Lautia* Festo l. 4. in *Dacrimas.* & T. Liuio l. 10. deca. 3. *xenia*, in l. 6 de off. procõs. *munuscula.* in l. vn. C. Th. ne damna prouincialib. infligãtur. Saluian. 5. *Veniũt plerũque noui nũtij nouarũ epistolarũ à summis sublimitatibus missi, qui cõmẽdãtur inlustribus paucis, ad exitia plurimorũ decernuntur hi noua munera.* de quib. eleganter Car. Magn. lib. 2. cap. 16.

Portoria quadruplatoribus] locus arduus & inuolutus, cui tenebras Pius offundit, non inlustrat. Portoria sunt vectigalia quæ portitoribus penduntur, pro portu, & in pontibus. Seneca, quod in sapient. non cadit. iniur. cap. 14. l. 62. §. vehicul. D. Locati. Festus & Noni. Carolus Magnus lib. 3. cap. 12. & capit. 54.

Quadruplatoribus.] Quadruplatores hic non sunt hi, qui ex bonis damnatorum quos accusauerant, quartam partem consequebantur, vt Pius arbitratur, sed portitores accipiendi sunt, qui portorium illud conducebant in quadruplum, quadruplatores dicti quòd quadruplum & quartam partem portorij consequerentur ex conducto, *conductores vectigalium.* Firm. l. 4. cap. 2. *quorum actus circa aquam sui conductionis exerceant.* quemadmodum *quartarios* appellauerunt antiqui, *muliones mercenarios, quòd quartam partem quæstus capiebant.* Festus. Neque nouè dicti sunt à Sidonio portitores ea de causa quadruplatores, neque semper quadruplatores pro delatoribus, siquidem *beneficiorum quadruplatores*, dixit Seneca. lib. 7. de Benef. c. 25. & *quadruplatorem.* Apuleius in Apolog. Æmilianum increpat, quòd Æmilianus Pudentillæ annos quadraginta quinque natæ, sexaginta assignaret, & ita quadruplaret ætatem. Reliquum esset docere portitores, quartam partem portorij, pro operis & exactione capere solitos, *dimidiato conduci*, tradit. Festus.

Prædia prouincialibus.] Prouinciales in prouinciis prædia possidebant, vt ex M. Tull. Plinio, & Modestino. I.C. docet Ræuardus in XII. tabulas. & lib. 1. Variar. cap. 5. sunt autem prædia, *agri quos antiqui bello ceperant, & præda nomine habebant.* auctores limitum. & epist. 25. l. 4. lepida annominatio. *præda prædia fore.*

* *Flamonio municipibus.*] Sic constanter omnes mss. vett. & vulgati. Vetus Albaiuliæ inscribtio, quæ Iac. Bongarsio debetur V. docto. L. FLA. VALENS OB HONOREM FLAMONII. B. D. P. Isidorus in Gloss. mss. *Flamonium, honor qui datur Flaminibus.* Vett. Glossæ Vguit. *Flamonius, honor pontificalis.* Sunt autem Flamonia sacerdotia Flaminum. T. Liuius lib. 26. *Tribunos plebis appellauit Flamen, vetustum ius sacerdotij repetebat, datum id cum toga prætexta, & sella curuli, & Flaminio esse.* Tacitus 4. Annal. *quando exiret è iure patrio, qui id flaminium apisceretur.* Trogus lib. 21. apud Priscianum lib. 5. in Flaminea. *Papicio propter mortem Flaminea, Flaminio abiit*, sic lego, pro eo quod vulgò, & ms. Caducei mei habent obiit, Gellius lib. 10. cap. 15. *Vxorem si amisit, Flaminio decedit.* Val. Maxi. l. 1. c. 1. *Flaminio abire iussi sunt.* & Flaminij honos l. 21. C. Th. de Decurionibus, Aldhelmus de laudibus virginitatis c. 11. *execranda sacellorum lustramenta, & inepta ponticum Flaminia funditus euacuauit* cap. 28. *Per Melchisedech verò supernæ potestatis pontificium, & cælestis infula Flaminium præsignabatur.*

Municipibus] non dubium est, quin municipia suos haberent Flamines. *Lanuuini Flaminis* meminit. M. Tullius pro Milone. *Flaminum municipalium* Nouella Valentiniani de matrimoniis senatorum. Passim in vett inscript. Dripanius. in Panegyr. Theodosij. *Quid ego referam pro mœnibus suis festum libera nobilitatis occursum? conspicuos veste niuea senatores? reuerendos municipali purpura flamines? insignes apicibus sacerdotes, &c* Et hæc non à Sidonij sententia dissentient, lex quoque 21. C. Th. de Decurionibus, *municipalis Flaminij meminit*, sacri municipalis Seneca c. 90.

Arcariis pondera.] Arcarij sunt arcæ Præfecti prætorio præpositi, de qua l. 9. 16. & 17. C. Th. de indulg. debitor. & Nouel. Maioriani de Indulgent. reliquorum. Nouella eiusdem de Curialibus l. 6. C. de exact. Tributorum à qua Prætoriana arca dicti sunt arcarij in quam species annonariæ referebantur: triticeas quippe copias Præfectura Prætoriana procurabat. Amm. Marcell. lib. 14. de Ruffino. Præf. Præt. Aurelius Victor. in Vaspasi. *Præfectus à Principe prima potestas, curabat annonam.* Idem Zosimus lib. 2. Boëtius lib. 1. pros. 4. Cassiodor. lib. 6. epist. 3. & epist. 18. Neque solùm arcarij curam annonariam gerebant, sed etiam cæterorum titulorum, tributorum scilicet & vestium l. 6. C. de exact. trib. qui *arcales tituli* dicuntur.

Nouella. Theod. Neque domum diuin am neque Eccleſ. &c. quòd congererentur in area præfectoriam, à qua arcarij, vt dixi, Gloſſ. vett. *ὁ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπέζης, arcarius, arcarius gaza.* Heſter cap. 3. Et Paulus ad Roman. c. vlt. erat ſub diſpoſitione Præf. præt. vnde *arcarius Præfectorum*, Caſſiod. epiſt. 10. lib. 1. Idem epiſt. 9, 23 & 27. lib. 12. quæ nominis proprietas à Lugdd. intellecta non fuit.

Pondera.] Sidonius arcariis pondera deputat, eruditè, quibus aurum & argẽtum quod collatores exſoluebant, expendebatur l. 15. C. de ſuſceptoribus l. penult. C. de defenſor. ciuitat. Caſſiodor. epiſt. 10. l. 1. & epi. 16. l. 11. Quibus etiam ſpecies annonariæ ponderabantur l. 9. C. de ſuſceptoribus: quæ pondera à Præf. præt. mittebantur in prouincias & ciuitates. Nouel. Maioriani. A. de Curialibus, &c. *à prætoriana ſede ad ſingulas non ſolùm prouincias, ſed etiam ciuitates pondera examinata mittantur, &c. locoque publi o* collocabantur. ſuprad. l. 9. vel in æde ſacra. Nouella Iuſtinia 128. vnde *publica & fiſcalia pondera* dicuntur Firmico, lib. 4. cap. 7. & cap. 15. vide Iuſtiniani. Pragmaticam ſanction. c. 18.

Menſuras allectis] allecti ſunt Logographi qui rationes publicas ſcribunt. Gloſſæ vett. *Ex allectis ἐκ τῶν λογογράφων.* de quibus l. 12. & 13. C. Th. de ſuſceptoribus. & lex 1. C. eod. de quęſtionibus: *debitores verò & quos allectos aut ſuſceptores memorãt.* Anianus l. 2. C. Th. de Epiſco. Eccleſ. & cler. *Vt de clericis non exactores, non allectos facere quicunque ſacrilega ordinatione præſumat.* Sic dicti quod ſuſcipiendis tributis fiſcalibus allegerentur, inde allegtionis officium l. 11. C. eod. de ſuſceptor. vide Cuiac. Obſeru. 11. cap. 27. Quibus menſuris opus fuit, cum fiſcalia tributa ſuſciperent, vt & reliquis ſuſceptoribus, quibus menſuræ & pondera tribuuntur, l. penulti. C. de defenſ. ciuit. & Theodoricus in edicto, cxlvnj cap. & Iuſtinianus. Pragmat. ſanct. cap. 18.

Salaria tabulariis] id eſt his qui publicas rationes tractant, annonaria commoda, diurnaſque mercedes inuident, quas ratione officij capere ſolent. Gloſſæ vett. *ἀννῶνα, ſalarium* l. 9. C. de ſuſcept. & *epimetra* dicuntur in l. 15. C. Th. eod. tit. & quòd inde ſe alerent ſalaria dicta, hoc de his tabulariis intelligendum eſt, ad quos fiſcalis arcæ ratiocinium pertinebat, l. 4. C. de Numerariis. *ſolatia* dicuntur in l. 10. C. eod. tit. & aliàs.

Diſpoſitiones numerariis.] Sic mss. omnes rectiſſimè. quæ verba de Præfectorum præt. numerariis intelligenda ſunt, de quibus ſ. epiſt. vlt. lib. 1. & epiſt. 1. lib. 2. pœnes quos publicarum rationum notitia conſiſtat. Nouel. Theod. de offic. & numerar. Præf præt. qui commonitoria, præceptiones, notitias, euectiones, conficiebant l. vlt. C. de Fabricenſibus l. 10. C. de Numerariis. & l. penult. C. de executor. Quarum rerum diſpoſitiones, id eſt adminiſtrationes numerariis delatores inuidebant, qui quidem erant ſub diſpoſitione Præf. præt. Notit. vtriuſque imperij. & Caſſiodor. epiſt. 23. lib. 12. diſpoſitiones eadem ſignificatione l. 2. C. vt digni. ordo ſeru. tot. tit. de proximis ſacro. ſcri. C. & als. paſſim.

Prætorianis ſportulas] Prætorianis militibus, ratio nominis quòd *à Prætorii latere nõ diſcederent*, auctore Feſto. Renatus Profuturus *Ætius filius à puero Prætorianus.* Gregor. lib. 2. cap. 8. Sportulæ autem ſunt ſalaria quæ prætorianis erogabantur, & vt plurimum erant centum quadrantes. Martialis lib. 1. Epig. 27. & lib. 3. Epig. 7. & lib. 5. epig. 77. Iuuenal. Satyr. 1. olim Scipio Africanus *ſeſquiplex ſtipendium largitus eſt.* Feſtus. *genus hominum pecuniæ cupidum, fidùmque ac bonum ſolo quæſtu.* Aurel. Victor in Clod. Pupieno. idem in Didio Iuliano.

Ciuitatibus inducias] ſ. epiſt. 1. lib. 2. *ructat inter ciues pugnas*, qui vt concorditer viuerent, nec vllæ inter eos diſſenſiones interuenirent, Martem extra vrbis pomeria relegarunt. Vitruuius.

Reuerentiam clericis] qui venerabiles vocantur. ſ. notaui lib. 3. epiſt. 2. vt quibus honor & reuerentia debeatur, l. 2. C. Th. de Epiſcop. iud. *vt veneratio ſacerdoti-*

bus debetur innoxiis. Concilij Aruernens. cap. 7. Carol. Magnus lib. 5. cap. 170. & l. 7. cap. 301. Salisber. Policrat. l. 6. c. 7.

Cinctis iura] id est iudicibus in actu positis. passim in iure, Anianus, §. 1. de Calumniat. 1. Sent. Pauli. *Qui apud cinctos aut primates iudices fuerit, &c.* Cassiodorus Psal. 29. *Cingulum significat quod ad iudicis pertinet dignitatem, nam cuncta potestas in ipso vocabulo noscitur constituta. Sic enim cinctum dicimus iudicem, quando eius fasces honoresque declaramus. Illustratus honore cinctus, cinctus, & cingulum iudicis*, eidem epist. 4. lib. 1. epist. 2. lib. 6. Variar. Sidoni. 3. epist. 9. l. 1. *Cinctus Auienus*, l. 3. si pars hæred. petat. *Senatores cinctos.*

Discinctis priuilegia] Qui potestate exierunt, 3. epist. 9. l. 1. *Discinctus Basilius. discincti iudicato apparitores*, l. 5. C. de Diuers. officiis, &c. *discincti Episcopatu.* Gregor. Turon. lib. 5. cap. 27. Sunt Exaugurati Episcopi, 3. epist. 7. lib. 1. *potestate discinctus.*

Mercedes instituentibus] propriè locutus est, nam salaria præceptorum, mercedes dicuntur. M. Tull. in Philipp. *At quanta merces Rhetori est data, audite, audite Patres Conscripti, & cognoscite Reip. vulnera, duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clod. Rhetori adsignasti, & quidem immuni, vt tanta mercede nihil sapere disceres.* auctor de claris Grammati. de Lælio Præconino : *Pretia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magnæ.* Idem de M. Antonio. *nec vnquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus.* Idem de Luc. Taberio. *vt temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede vlla in disciplinam receperit*, l. 4. §. sed etsi de decret. ab ordine faci. & Lampridius in Alexandro Seuero. D. Hieron. ad Pammachium epist. 101. *Qui illum in magna mercede nihil scire docuerunt.*

Ausonius de Exuperio Rhetore Tolosano.

tum pueros grandi mercede docendi
Formasti Rhetor. Iuuenal. Satyr. 7.
Summula ne pereat qua vilis tessera venit
Frumenti, quippe hac merces lautissima.

Vetus interpr. versu 168. Satyr. 7. *cum mercedes reposcunt.* Idem versu 178. *&c. mercedem pro filiis suis dare non possunt*, & vers. 229. *rara sine lite magistris Redduntur merces.* mercedes autem soluebantur mense Martio. Macrob. l. 1. cap. 12. *Hoc mense mercedes exoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit.*

Qui nouis opibus ebrij] id est noue & raprò quæsitis opibus nimij & improuidi. Zosimi interpres lib. 5. *Eutropius autem iam opibus ebrius.* Horatius, Ode 37. lib. 1. *Fortunáque dulci Ebria.* Acron. *Elusa fortuna successu, & ob hoc demens, inconsulta, improuida* : D. Hieroni. ad Eustochium ciborum largitate ebrias dixit. Fortunatus epist. ad Syagrium *torpore vecordis otij, quo mens ebria desipit.*

Albati ad exequias.] Petrus Aruernus Venerabilis lib. 5. epist. 16. *Vestes enim candidas magis gloriam, quàm obiectionem, magis gaudium, quam mœrorem antiquitus designasse. Inde bonus & doctus vir Sidonius Aruernus Episcopus, quorundam vitia mordaci reprehensione inridens : inter alia quibus in eos inuehitur, procedunt inquit albati ad exequias, pullati ad nuptias, ostendens eos in tantum moribus & actu confusos, vt apparatum funereum nuptiali, nuptialem funereo peruerso ordine permutarent. Nam qui morem communem temporis illius seruabant, non albati ad exequias, pullati ad nuptias : sed albati ad nuptias, pullati ad exequias procedebant, vt albati nuptiali gaudio, pullati luctui funereo concordarēt.* atque ita illi præposterè & ordine peruerso albati ad exequias incedebāt. Ioan. Salisber. Policr. lib. 6. cap. 4. sub finem. *Sed modò qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt, imò in castris & sic ad bella procedunt, quasi ad nuptias, dealbati*, plura infrà in Epithalamiis. Obiter nota albatos atque dealbatos vocari, comptos & comatulos homines. D. Hieronimus libro 2. aduersus Iouinianum sub finem. *Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati.* Policratici, libro octauo cap. 12. Qui ab

Hortensio, *Hortansiani*, eodem auctore, à Sylla, *Sylli* olim vocati sunt. Carisius. i. *vulgò psylli.* eodem authore.

Pullati ad nuptias.] Præposterè, vt albati ad exequias, nam albus color nuptiis assignatur, Cassiod. lib. 4. Variarum epist. 1. plura in Epithalamiis: pullus exequiis, Sisenna apud Nonium in *vicatim.* Festus in *pretexta pulla.* Paul. 1. sentent. tit. 21. l. 39. de iniuriis. Artemidorus lib. 2. cap. 3. Apollonius de excidio Hierosolymi.

cultusque atros, & publica passim

Funera. Homel. Eucherij de latrone beato. *Dies refugo lumine quomodo potest sumit lamentum, & fusco tristium tenebrarum habitu more lugentis induitur.* Gregor. Turon. de vit. Patr. cap. 3. Petrus Aruern. Venerab. lib. 5. epist. 16. Zosimus lib. 5. de monachorum clade, *omnia atra vt funere, vnde nigri pro mortuis.* Seruius Egl. 5.

Castorinati ad litanias] Inconcinnè Castorinas pelles induti ad Litanias incedebant, cùm in illis fleretur, ieiunaretur, psalleretur, epist. 14. huius libri. vbi plura. vestis ex Castore preciosa, & speciosa erat, D. Ambros. de dign. sacerd. *Castorinas quærimus & sericas vestes, & ille se inter Episcopos credit esse altiorem, qui vestem induerit clariorem.* ī. Car. 5.

Pontus Castorea, blattam Tyrus.

In exactionibus Harpiæ.] Rutil. Itinerar. 1.

Non olim sacri iustissimus arbiter auri,
Circumsistentes reppulit Harpyas.
Harpyas quorum decerpitur vnguibus orbis,
Qua pede glutineo quod tetigere trahunt. ī. c. 8. l. 3.

Ad intelligendum saxei] *Saxei sensus.* Vitruuio lib. 8. cap. 3. Martianus Felix. lib. 4. *Ingenio stolidum, saxeum dicimus.* ī. epist. 8. lib. 2. *Saxeum carmen.* vt Saluiano lib. 1. *rupices chartæ.*

Ad iudicandum ignei.] Sic mss. Iul. & Put. vet. & Basil. liber, mss. Clar. Latinij, Ama. & Lugdd. lignei, vtraque recta est, id est non maturo iudicio consilia decoquunt, sed præcipites feruntur, quod maximè periculosum est, cunctari enim iudicantem addecet. Seneca lib. 2. de ira. cap. 23. Ammian. Marcell. lib. 29. *Laturum sententiam diu multumque cunctari oportere, nec præcipiti studio, vbi irreuocabile factum est agitari,* in hanc sententiam singularis est Cassiod. lib. 7. epist. 1. lib. 5. de pœnis & Nouella Iustiniani 13. cap. 2. vel ad iudicandum lignei, id est tardi, bardi. Vetus interpres Philonis quæst. in Genesim, cap. 64. *tam subitò ex inertia ingeniosus, qui pridem ligneus esse putabatur.* Plaut. Terent. & reliqui. ī. epist. 1. lib. 2. *in Concilio tacet,* prior lectio aptior videri potest, cum sunt ad intelligendum saxei, ignei sunt ad iudicandum.

Ad superbiendum tauri] Ecclesiast. cap. 6. *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus. Cothurnosi tauri* Gregor. Turon. lib. 2. de miracul. cap. 31. D. Hier. contra Sabinianum *Taurina ceruix, torus adipeis intumescens, nec quia propter libidinem, fracta est, inclinatur.* ī. epist. 14. lib. 8.

Cum sint in Prætoriis Leones in castris lepores] Vetus adagium, de quo adagiorum scriptores. Corollarium erit, quod ait Tertullianus lib. de Corona militis, *noui & pastores eorum in prælio ceruos, in pace leones.* Phædrus 5. scitè lusit in eum. *Qui re secunda fortis est, dubia fugax.* Ioannes Archiepiscopus Lugdunensis epist. 239. ad Iuonem Carnotensem. *nouum & inauditum philosophandi genus, hortari contra fortes timidos, contra importunos desides, fieri in bello fugaces, in pace audaces.* Gildas Sapiens de excidio Britanniæ: *Ita vt in prouerbium, & in derisum longè latéque effertur. Britanni non sunt in bello fortes, nec in pace fideles:* Vetus & innominatus auctor in Præf. legis Salicæ. de Gallorum gente, *fortis in armis, firma pacis fœdere.*

In castris lepores] lepóres, id est timidi & fugaces. Legis Salicæ tit. 33. §. 4. de Conuiciis. *Si quis alterum leporem clamauerit.* id est in bello fugacem. In Xerxis expeditione

tione contra Græcos, *Equa pariens leporem, portendit illi, vt qui mare classibus, terram pedestri operiret exercitu, sicut illud fugax animal regnum suum pauido regressu repetere cogeretur.* Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. in extemis. Nam vt ait Firmic. lib. 8. cap. 19. *in lepore quinati fuerint, timidi erunt & vagantes.* Tertulliano *cerui*. ǯ. epist. 6. huius lib.

Quorum si nares afflauerit, &c.] id est si argentum olfecerint, si nares auri aura tetigerit. Nanus in Florilegio hæc verba Sidonij conuertit in aduocatos.

Et oculos Argi, & manus Briarei] ille centoculus, Claudia. in Paneg. Stiliconis.

Argum fama canit centeno lumine cinctum.

Hic verò centimanus. Horat.

Nec si resurgat centimanus gigas.

Sphingarum vngues] id est manus harpagas & vncinatas, quibus omnia inhament Spinges vel sphingæ animalia aduncis vnguibus, quæ Griphi vocantur vulgò, Isidorus lib. 10. cap. 11. *Spingæ, quas nos Griphos dicimus.* à quibus *Picati appellantur, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum,* auctore Festo. fortè spicati, *spicata aculeis.* Minut. in Octauio. Quorumue manus ita formatæ sunt, sphingæ vocari possunt, vnde Græcis *γρύπωσις, cum digitorum summitates crassescunt, obuncatis vnguibus.* Cœl. Aurelian. lib. 2. cap. 14. tardar. passio. & hæc in formam sphingarum, obuncitas vnguium, fures & auaros designat. Plinius lib. 11. cap. 45. de vnguibus: *Hominibus lati, & defuncto crescunt, rapacibus vnci, cæteris recti.* Cassiod. lib. 6. epist. 9. *auarus obuncis vnguibus explanatur.* Iuuenal. Satyr. 5.

vnguesque obseruet acutos.

Lucil. *qui nummos tristis inuncet.* id est, vt idem ait lib. 18.

Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet.

Olimque studiosi elegantiæ decoris gratia acuebant vngues, quòd obiter adnotandum. Aldhelmus elegans scriptor, de laudibus virginitatis, cap. 28. *Vngues ritu falconum, accipitrum, seu certè ad instar caluanorum acuuntur,* &c. *caluani sunt vlulæ.* Eucher ad Salonium, cap. 9. lib. 1. *Sunt qui vlulas putent aues esse nocturnas, ab vlulatu vocis quem efferunt, quas vulgò cauannos dicunt.*

Et periuria Laomedontis.] Qui promissam fidem fefellit & pactam mercedem Troiæ conditoribus inficiatus est, Vergil.

Laomedontiadæ periuria gentis.

Sinonis fallacias] ǯ. Car. 9.

Nec periuria prosequar Sinonis
Arx quo Palladio dicata signo
Pellaci reserata proditore, &c.

Gregor. Turon. in Præfat. lib. 1. Miraculorum, *non Itachi ingenia, non Achillis argutias, non Sinonis fallacias, &c.* Seneca Troade.

Nocturnus in nos sparsit, aut fallax Sinon.

Non minus bonitate, quàm potestate præstantem] id est Chilpericum magistrum militum. Grego. Turon. lib. 1. de vita Patrum.

Venenato vallatus interprete] ǯ. epist. 6. *Relatu venenato quorumpiam sceleratorum.* L. vlt. C. Th. de famos. libel. *Vniuersi qui famosis libellis, inimicis suis velut venenatū quoddam telum iniecerint.* Marcel. lib. 15. de Paulo. *tetra venena ferens.* pòst. *id venenatis artibus coloratum in peius, patulis Imperatoris auribus infundebat. virus obloquij.* Cassianus lib. 5. cap. 29.

Ancus iactantior] ex Vergil. lib. 6.

quem iuxta sequitur iactantior Ancus
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.

Sic dictus quòd viuente Tullo ægrè ferret, prælatum sibi Tullum, cum ex stirpe regia se iactaret. Pomponius Sabinus.

Tarquinius superbior] præter exteros elegáter Theophilus aduersus Autolycum. lib. 3.

Tyberius Callidior] *callido & insidioso ingenio erat Tyberius, simulans ea se velle, quæ nollet, his quasi infensus, quibus consultum cupiebat, his verò quos oderat, quasi beneuolus apparens.* Suet. Victor, Eutropius, & reliqui. Seneca, *amicitiæ Cæsaris notus, & frigori.*

Domitiano truculentior] Lamprid. in Commodo. *Sæuior Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patiatur.*

Temperat Lucumonem Tanaquil sua] Chilpericum temperat vxor, vt olim Lucumonem. i. Tarquinium Priscum, Tanaquil temperabat: *pro qualibet vxore nomen id ponitur.* Vet. inter Iuuenal. Satyr. 6. Tanaquil, vxor erat Tarquinij Prisci, qui Lucumo dictus est. Auctor de viris inlustr. Macrobius lib. 1. c. 6. *Tarquinius Priscus, quem quidam Lucumonem vocitatum ferunt. Tanaquil autem Etruscum vocabulum.* Martianus Felix lib. 3. de Tanaquil D. Hier. aduers. Ioninia. *Notior est marito suo Tanaquil, illum inter multa regum nomina iam abscondit antiquitas, hanc rara inter fœminas virtus, altius seculorum omnium memoriæ, quàm vt excidere possit infixit.* Lucumones æuo Sidonij, viros dici insanos & intractabiles, ex Festo, & Ausonio notat Scaliger. in Auso. lib. 2. c. 12. sed Chilpericus *bonitate præstans erat.* vt ait Sidonius. s. & Grego. Turo. de vita Patr. c. 1. in fine.

Virosa susurronum fece completas] id est delatorum venenato relatu, s. epi. 6. huius lib. susurrones sunt, delatores, Salonius in Ecclesiast *susurronem appellat incentorem litis, & bilinguem, &c.* Pet. Rauennas. Ser. 53. *lingua susurronis, & bilinguis.*

Oportunitate salsi sermonis] Prudentes fœminæ plerumque maritorum ferocientes animos demulcent. Am. Marcel. l. 15. cum eum potius lenitate fœminea ad veritatis humanitatisque viam reducere vtilia suadendo deberet: vt in Gardianorum actibus factitasse Maximini truculenti illius, Imp. retulimus coniugem. Quarumue sæpè præcepta maritos iuuant. Victoris Epitomastes. in Iuliano Aug.

Eruderat] id est defæcat, & expurgat, D. Ambros. ad sororem. e. vlt. *Formidantibus etiam clericis, iussi eruderari terram, eò loci qui est ante cancellos, &c.* Ennod. in Actione data Stephano: *Illa monita discipulorum conscientiam eruderant, quæ probentur exemplo.* Idem in Narratione. *& mundum quem eruderastis, concesso à Deo in temporum remedio possidete.*

Nihil interim quieti fratrum communium] id est Simplicij & Apollinaris, Sidonij & Thaumasti patruelium, qui Sidonio fratres hîc & s. epist. 3. huius lib. vt epi. 1. l. 4. *soror*, pro patruele vide quæ notaui, quieti dixit, quia illi post emeritos labores otio indulgebant, & in hortis spatiabantur, passim, vt s. ep. 9. l. 2. & Car. vlt.

Cybiratarum.] Cybiratas posuit, pro delatoribus, à Cybiratis illis Tlepolemo, & Hierone, Verrina. 4. claris delatoribus, quorum opera consilióque vsus est Verres in deprædationibus suis, *canes venatici.* M. Tullio *Cybiratici canes*, eidem, quòd omnia inuestigarent, & odorarentur, Idem l. 6. ad Atticum. e. 1. Amm. Marcell. lib. 15. *non vt Cybiratæ illi Verrini.*

Præsens potestas] id est Chilpericus magister militum. s. Ornand. c. 44.

Lugdunensem Germanismum regit.] Sic mss. vulgati prouinciam, vetus lectio non temerè reiicienda est, caput Germaniarum Lugdunum vocatur ab Antonino in Itinerario, à quo Lugdunēsis Germania, in qua numeratur Agrippina Colonia. eod. aucto. Germaniæ 11. præcipua vrbs Notit. prouin. & Metropol. illud autem figuratè dictum est.

Agrippina] i. Chilperici vxor, de qua suppresso nomine, Greg. Turon. lib. 2. hist. c. 28. eius Epitomastes, ms. denominatiuè autem dictam puto Agrippinam, quam Gundobaldus occiso Chilperico ligato ad collum lapide aquis immersit. hisdem auctoribus.

SIDONIVS SECVNDINO SVO S. EPISTOLA VIII.

DIu quidem eſt, quòd te hexametris familiariùs inſeruientem ſtupentes prædicantéſque lectitabamus. Erat ſiquidem materia iocunda, ſeu nuptiales tibi thalamorum faces, ſiue perfoſſæ regiis ictibus feræ deſcriberentur. Sed triplicibus trochæis nuper in metrum hendecaſyllabum compaginatis nihil ne tuo quidem iudicio ſimile feciſti. Deus bone! quid illic ineſſe mellis, lepôris, piperatæque facundiæ minimè tacitus inſpexi? niſi quòd feruentis fulmen ingenij, & eloquij ſalſa libertas, plus perſonis fortè, quàm cauſis, impediebantur: vt mihi non figuratiùs Conſtantini domum vitámque videatur vel pupugiſſe verſu gemello conſul Ablauius, vel mordiſſe diſticho tali clam palatinis foribus appenſo:

Saturni aurea ſæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Quia ſcilicet prædictus Auguſtus iiſdem ferè temporibus extinxerat coniugem Fauſtam calore balnei, filium Criſpum frigore veneni. Tu tamen nihilo ſegniùs operam ſalrem facetis ſatyrarum coloribus intrepidus impende. Nam tua ſcripta, noſtrorum vitiis proficientibus Tyrannopolitanorum locupletabuntur. Non enim tam mediocriter intumeſcunt, quos noſtra iudicia, ſæcula, loca, fortunatos putant, vt de nominibus ipſorum quandoque reminiſcendis ſit poſteritas laborarura. Namque improborum probra æquè, vt præconia bonorum, immortalia manent. Vale.

Secundino] eminenti poetæ. ſ. epiſt.10.l.2. *namque ab Hexametris eminentium poëtarum Conſtantij, & Secundini, &c.*

Seu nuptiales tibi thalamorum faces] id eſt Epithalamia, & pompa nuptiarum. Faces in nuptiis præferebantur, præter cæteros. Quintil. decla cccxci. Calpurnius. xliiij. Tertul. aduerſus Valentinianos, & Arnobius lib. 3. Marcianus Nouella de matri. ſenatorum: ratio apud veteres fuit, quòd illi noctu nuberent. Feſtus lib.14. in *Patrimi*. & Acron. Ode. 11. lib. 3. Car. elegantior multò quam reddit Petrus Rauennas. Sermone 22. *Quia ſemper nuptiis amica ſunt faces, luminum teſtimonio celebratur caſtitas nuptiarum, ſicut enim fugit lucem inlicita qui præſumit, ſic multiplici coruſcat in lumine, licita quo requirit.* Ioan Saliſber. Policrat. lib. 1. c. 4. *Legitimi amoris gaudia ſolemnes lucis ſuæ præferunt tedas.* Idem lib. 8. c. 11. init. & ſi coniectoribus & ſomniorum interpretibus fides, lucernæ ſplendor, nuptias portendit innuptis. Artemidorus lib. 2. c. 9.

Regiis ictibus feræ] fortè Regis Theodorici Gothorum. ſ. epi. 2. l. 1.

Trochæis triplicibus] epiſt. 10. l. 2. *tumultuarium carmen inſcripſi trochæis triplicibus.* Et Car. 33. *Miſiſti & triplicis metrum trochæi.* ſ. epi. 10. l. 2.

Piperatæque facundiæ] Quia his trochæis triplicibus, quorundam vitia mordaci reprehenſione vellicauit, idcirco dixit piperatæ facundiæ. id eſt, piperis auſteritate conditæ. D. Hiero. e. ad Euſtochium, nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam vt ita dicam, piperis auſteritate condita. ſ. epi. 11. l. 8. *Eadémque cum non pauca piperata, mellea multa conſpiceres.*

Facundia] i. salis & vrbanitatis. Isidor. in Gloss. mss. *Lepos, vrbanitas, elegantia, facundia.* Ʒ. epist. 17. huius lib *facundia fons.*

Et eloquij salsa libertas] Sic mss. rectè, malè vulgati falsa. Ʒ. epist. 7. huius libri, *oportunitate falsi sermonis.* Sic mss. rectè, pro falsi.

Eloquij] id est dicacitatis, & vrbanitatis in figuris. Isid. Gloss. mss. *facetus, vrbanus, dicax, eloquens.*

Salsa] Ʒ. epist. 7. l. 9. & epist. 11. lib. 8. *omnia tamen salsa cernebas, calumnat satyra.* Fulgentius in Mytholog.

Libertas] Quintil. l. 10. cap 1. de Lucillio: *Nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abundè salis.*

Vt mihi non figuratius] id est more satyrico, quò figuræ & colores quæruntur, Ʒ. e. 1. l. 4. *Satyricus figuratum.* Idem epist. 17. huius lib in fine: *In quendam dies bonos malè ferentem, parabolicè seu figuratè dictare iussistis.* & epist. 7. l. 9. *vrbanitas in figuris*, & epist. 6. l. 7. *dum in hac figurata Babylonis fornace.* vita Iuuenalis, *venit ergo Iuuenalis in suspicionem, quasi tempora figuratè notasset.*

Pupugisse.] Accius Ædilitia. *Sed si pepugero, metuet.* Mar. Tull. pro Roscio: *mirari visus est, intelligi, quod eum pupugisset.* Diomedes lib. 1. *pungo pupugi, sicut Cicero, intellexi, quod eum pupugissem.*

Consul Ablauius] Præter fastos Consulares, Ablauij genus, vitã & mores depingit Eunapius in Aedesio. de eodem Zosimus, & Græci in Menologio. VIII. Kal. Aug.

Sunt hæc gemmea] mss. F. Pith. & meus, *scilicet nostra sunt gemmea, per pacatissimum imperij statum.* Zosimus lib. 2. præter Eutropium, & Victoris Epitomastem, Aldhelmus de laudib. Virgini. cap. 25. absona interpretatio, verior videtur, *sunt hæc gemmea.* Scilicet quod Crispus ex Mineruina Cõstantini filius, veneno gemmæ, id est gemmatæ pateræ infuso, potionatus occubuit, Ʒ. e. vlt. lib. 2. *gemmæ capaces.* vbi plura.

Sed Neroniana] Quia sicut Nero Octauiam occidit sub crimine adulterij, Sueto. cap. 35. ita Constantinus Faustam coniugem sub eodem scelere, trucidauit, veneno quoque Nero Britannicum aggressus est, Constantinus Crispum, sicque ob scelerum similitudinem, non minus argutè, quàm figuratè Neronianum sæculum est appellatum.

Iisdem ferè temporibus] .i. triennio ante Consulatum Bassi & Ablauij, id est imperij sui anno vigesimo. Gregor. Turon. lib. 1. c. 36. histo.

Coniugem Faustam calore balnei] Zosimus lib. 2. Nam quum balineum accendi supra modum iussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit. Victoris Epitom. *vxorem suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit.* Eutrop. lib. 10. Nicephorus lib. 16. c. 41. Rationem hanc esse quidam addidere, quod Crispo Fausta nouerca succubaret. Zosimus lib. 2. alij quod dolo Faustæ Crispus occisus fuisset, hac marito suggerente, Crispum se ad incestuosam venerem sollicitasse. Zonaras & Suidas. in transcurtu Epitome Victoris, Gregorius Turon. lib. 1. c. 36. Quòd vterque proditores Constantini esse voluissent. Orosius lib. 7 c. 28. *Latent causæ cur in proprios affectus vindicem gladium egerit*, reclamant, & hoc facinus pernegant, Euagrius l. b. 3. cap. 40. Nicephorus Calixtus l. 16. c. 42. Cassiodor. histo. Tripar. l. 1. c. 6. Fausta autem erat filia Maximiani Herculij. Zosimus l. 2. & Victor. in Maximiano, & Constantino, Eutrop. in Constantio.

Filium Crispum] Zosimus 1. Iulianus. Aug. de Cæsarib. Idem Zonaras & Suidas, Epito. Victoris, Eutropius. Orosius l. 7. c. 28. & Gregor. Turon. lib. 1. c. 36. *Hic Constantinus anno vigesimo imperij sui, Crispum filium veneno, Faustam calente balneo interfecit.* D. Hieron. de viris inlust. & ex eo Ado. in Chron. *Lactantius in extrema senectute magister Cæsaris Crispi filij Constantini, in Gallia fuit, qui postea à patre interfectus est*: ad oppidum Polam, Ammianus Marcellinus libro 14. *propè oppidum Polam, vbi quondam peremptum Constantini filium accepimus.* Qui Constantino Ma-

gno bene consultum volunt, aliter sentiunt, & hoc penitus inficiantur, quasi verò tantum facinus Christianæ religioni labem infigat & infligat, à pagano Imperatore, nedum Christiano commissum.

Satyrarum coloribus] s̃. epist. 22. lib. 4. *Sic se illi protinus dictioni color ordoque satyricus admisceat.* Crispus autem erat Constantini filius ex Mineruina concubina. Epitom. Victoris & Zosimus lib. 2. Flauius Valerius Crispus in vet. inscript. dicitur.

Fortunatos] s̃. ep. 13. lib. 2. *Nunquam ego assentior, vt fortunatos putem.* ibid. beatos. j̃. Carm. 2. *Felicem.*

Tyrannopolitanorum] Sic ex mss. emendaui, Tyrannopolitarum quidam codices legunt, & mss. Metropolit. Gregorio Magno epist. 112. lib. 7. ad Siagrium: *Vt Metropolitæ suo per omnia loco & honore seruato*, &c.

Namque improborum probra, &c.] j̃. ep. 1. lib. 8. *Tamen ad notitiam posteriorum, per odia virtutum decurrerunt.* vbi plura. Ioannes Salisber. Policrat. lib. 8. cap. 5. & Vopiscus in Aurelian. init.

[1] SIDONIVS AQVILINO SVO S. EPISTOLA IX.

IN meo ære duco, vir omnium virtutum capacissime, si dignum tu quoque putas, vt quantas habemus amicitiarum causas, tantas habeamus ipsi amicitias. Auitum est quod reposco, testes mihi impræsentiarum aui nostri super hoc negotio Apollinaris, & Rusticus aduocabuntur, quos laudabili familiaritate coniunxerat literarum, dignitatum, periculorum, conscientiarum similitudo: cùm in Constantino inconstantiam, in Iouino facilitatem, in Geroncio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrarentur. Ætateque media, patres nostri sub vno contubernio, vixdum à pueritia, in totam adolescentiam euecti, principi Honorio tribuni notariique militauêre, tanta charitate peregrinantes, vt inter eos minima fuerit causa concordiæ, quòd filij amicorum commemorabantur. In principatu Valentiniani Imperatoris vnus Galliarum præfuit parti, alter soliditati. ita se quodam modo tituli amborum compensatione fraterna ponderauerunt, vt prior fuerit fascium tempore, qui erat posterior dignitate. Ventum ad nos, id est, ventum est ad nepotes, quos nil decuerit pluscauere, quàm ne parentum antiquorumque nostrorum per nos fortè videatur antiquata dilectio. Adhoc in similem familiaritatem præter hæreditariam prærogatiuam, multifaria oportunitate compellimur, ætas vtriusque non minùs iuncta, quàm patria. Vnus nos exercuit ludus, magister instituit, vna nos lætitia dissoluit, seueritas coercuit, disciplina formauit. De cætero, si Deus annuit, in annis iam senectutis initia pulsantibus, simus, nisi respuis, animæ duæ, animus vnus: imbuamusque liberos inuicem diligentes, idem velle, nolle, refugere, sectari. Hoc patrum verò iam supra vota, si per Rusticum Apollinaremque proa-

uorum prædicabilium, tam reformentur corda, quàm nomina. Vale.

In ære meo duco] Symmacho familiaris locutio, epist 31. lib.1. epist 14. & 43. lib.3. 47. lib.5. & 16. lib.8. i. mihi vtile esse existimo, pono in censu meo. Cicero lib.13. ep i. 62. *te in meo ære esse*. & ep. 14. lib. 15. *cùm ille in ære meo est*. Salisber. in Euthetico.

Quodque dat in plures, ducit in ære suo.

Impræsentiarum] s. ep.3. lib.4 lib.7. in Conc. vide s. ep.3. lib.2.

Aui nostri] Apollinaris aui sui, de quo ep.1. & 12. lib.3.

Similitudo] Ad amicitias contrahendas validissimum vinculum, s. epi.1. lib.3. j. ep.14. lib.7. Victorinus 1. Rhetor. *Amicus enim mihi esse non potest, nisi similis mei.*

Cùm in Constantino inconstantiam] Constantinus Britanniæ tyrannus, aduersus Honorium Imperarorem rebelles spiritus extulit, de cuius inconstantia Zosimus lib.5. & lib.6. Orosius lib.7. cap.40. & 42. Sozomenus lib.9. cap.11.12. & 13. Niceph. lib.14. cap.5. Prosper Theodosio IV. Conf. & Idacius ms. An.16. Honorij. Iordanes de successione regnor. & in hist. Gothorum cap.32. & ex his mediæ ætatis historici, præter cæteros eleganter Olimpiodorus ms. & Renatus Profuturus apud Gregor. Aruernum lib.2. cap.9. histor. & Procop. lib.1. de bello Vvandal.

In Iouino facilitatem] qui modò harum, modo illarum partium erat, vt ex Zosimo lib.5. sub finem, & lib.6. colligere licet, quique magna facilitate tot ante eum miserè cæsis tyrannis, tyrannidem arripuit, moxque vt adsurrexit cecidit. Paulus Diaconus in Honorio lib.4. & Ado Viennen. in Chron. Theodosio V. & Honorio IX. Coss. Marcell. Comes *Vienna à Gothis effracta, ad quam se Iouinus contulerat*. Prosper in Chron.

In Gerontio perfidiam] Gerontius Comes, Constantis Cæsaris, filij Constantini incubatoris, de quo s. cùm Constans in Hispaniam à Constantino patre rursus mitteretur, Gerontioque duce relicto, Iustum sibi ducem adiunxisset, quo quidem offensus Gerontius, & Constantino grauiter infensus, nouas res molitus est, conciliatisque sibi militibus barbarorum copias aduersus Constantinum excitauit, postmodum Viennæ Constantem Cæsarem occidit. Orosius lib.7. cap.42. Nicephorus lib.14. cap.5. Theodosio IIII. Conf. Marcellin. Comes, Iornandes de rebus Geticis, cap.32. idem de regn. success. in Theodosio Iuniore. Diacon.4.

Omnia in Dardano crimina simul execrarentur] Cùm officium interpretis sit docere & dedocere, miserè lapsi sunt Nebrissensis in Lexico Iuris: *Dardanarius dicitur, qui imitatur quendam Dardanum hominem sceleratum, de quo Sidonius libro 5. Omnia in Dardano crimina simul execrantur*. Et Pius interpres hoc loco. Longe enim diuersus est ab illo conclamatissimo Mago, nomine Dardano, Dardanus iste. De illo Apul. in Apolog. Tertullian. lib. de Anima: Arnobius lib.1. Bassus de re rust. & Petrarcha lib.2. ep.20 ad Iacobum Columnæ, qui pluribus ante hunc sæculis fuit, hic Honorio A. vixit. Honorius Aug. in l.171. C. Th. de decurionibus: *Dardano præf. prætor. Galliarum*, vir strenuus, cuius industria, Iouinus post Constantinum, tyrannidem inuasit. Prosper in Chronico: *Iouinus tyrannidem post Constantinum inuadit, industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit Dardani*. mss. Bon. Iur. & meus epist.12. lib.3. in Carm. *Liber sub dominantibus tyrannis.*

id est, Constantino, Constante, Gerontio, Maximo, Iouino, Sebastiano, Dardano, & Attalo, quos omnes enumerat Orosius, in tyrannidem intra Gallias aduersus Honorium Imperatorem emersisse, excepto Dardano solo, cuius ille quidem mentionem non facit, sed Sidonius hic eum nominat inter tyrannos, & in epistola 9. libr. 5. Cognominis Dardani huius (vt puto aui) geminam præfecturam memorat D. Hieronymus epistola 129. sub finem.

Execrarentur] ſcilicet Apollinaris, & Ruſticus, quorum alter erat auus Sidonij præf. præt. Galliarum. ep. 12. lib. 3. in Carm. Zoſimus lib. 6. *Itaque Conſtans in Hiſpaniam tranſibat, quum ducem Terentium, & Apollinarem præfectum prætorio haberet.* cui Conſtante Cæſare Imperatore creato, Conſtantinus imperium abrogauit, eodem auctore, ſub finem lib. 6. quòd ſcilicet Conſtantini inconſtantiam & perduelles ſpiritus execraretur, ſ. *Liber ſub dominantibus tyrannis.*

Alter ſcilicet Ruſticus Aquilini auus, de quo (ni fallor) Renatus Profuturus Frigeridus apud Gregor. lib. 2. cap. 9. qui magiſter officiorum, primicerius notariorum Iouini, & præfectus tyrannorum fuit, qui tamen apud Aruernos ab Honoricianis occiſus eſt, vt tyrannicarum partium. Gregor. ex Frigerido.

Tribuni notariique militauere] Huc valde pertinet l. 2. Cod. de Primicerio & notariis, *Præclaram nobilemque militiam ſpectabilium Tribunorum, Notariorum,* &c. Paſſim hæc duo coniunguntur in Imperatorum Conſtitutionibus. Ammianus Marcellin lib. 19. *Millia perdidit bellatorum, quæ paulo poſtea per Diſcenem Tribunum & Notarium numerata ſunt.* Symmachus epiſt. 37. lib. 5. epiſt 36. & 39. lib. 10. præter ea quæ notauit diligens Scholiaſtes. Nouella Theodoſij de tyronibus: Nouella eiuſdem de teſtament. *Marcellinus Tribunus & Notarius.* Collatio Carthaginenſis ſæpe. Caſſiodorus epiſtola 4. lib. 1. epiſt. 3. lib. 6. epiſt. 18. & 20. lib. 11. & Iuſtinianus Nouella 13. cap. 3. Sunt autem hi qui à ſecretis vulgò dicuntur. Cuiacius l. 1. Cod. de primicerio & notariis, & Caſſiodorus epiſt. 4. lib. 1. Nota autem Sidonij patrem ſub Honorio Tribunum Notarium fuiſſe. Vitæ cap. 1.

In principatu Valentiniani] Qui à Theodoſio Archadij filio poſt mortem Honorii A. Cæſar factus eſt, poſtea Imper. quique à Galla Placidia Honorij ſorore, Valentiniani matre, Placidus dictus eſt, ī. Carm. 7.

Ætium Placidus mactauit ſemiuir amens.

Quò loci plura ī. ep. 12. lib. 7.

Vnus Galliarum præfuit parti] i. Aquilini pater, Ruſtici filius, præfuit parti, quia videlicet vicarius eſſet. Erant autem tres vicarii Galliarum, ſub diſpoſitione præfecti præt. Notit. Imp. Vide ep. 3. lib. 1.

Alter ſoliditati] id eſt, Sidonij pater Apollinaris, prætoria Galliarum rexit, & ita præfuit ſoliditati Galliarum, ī. epiſt. 6. lib. 8. *Quæ regis prouincias faſcibus, Nicetiano regeretur præfectura conſilio.* ī. Carm. 5.

Si præfecturæ quantus moderetur honorem,
Vir quæras, tendit patulos quà Gallia fines, &c.

Patrem autem Sidonij præf. præt. Galliarum fuiſſe ſub Valentiniano, conſtat ex conſulatu Aſterij, de quo ep. 6. lib. 8.

Soliditati] ſ. epiſtola 5. lib. 3. *ſoliditas ruris.* Symmachus: *Cùm ad ſoliditatem tranſcripta, in nouum dominium,* &c. *ſoliditas prædij* l. 2. C. de commot. rerum alien. quæ ſ. notanda erant, hic poſuimus.

Patria] De Ruſtici patria ſ. ep. 11. lib. 2. & ī. ep. 11. lib. 8. in Carm.

Annis iam ſenectutis initia pulſantibus] ī. Carmine 7. *necnon pulſante ſenecta.* vbi plura.

Vnus non exercuit ludus] validum ad amicitias ampliandas argumentum, ſ. epi. 1. lib. 3. ep. 1. lib. 4.

Animæ duæ, animus vnus] Animæ & animi differentia: anima viuimus, animo ſapimus, præter M. Tull. Lactant. Mamercus lib. 1. de ſtatu animæ cap. 24. & Nonius. Fronto de different. vocabulorum: *Animus qualitas viuentis, anima cauſa vitæ.* Iſidor. l. 11. c. 1. *anima vitæ eſt, animus conſilij.* Simus itaque animæ duæ, quia vna eademque anima eſſe, & viuere non poſſumus, tamen animus vnus, vt idem ſapiamus, intelligamus, velimus, nolimus, ī. Carm. 5.

animoque ſuperſunt,

Iam prope post animam.

Imbuamusque liberos mutcem diligentes, idem velle, nolle] hereditariam amicitiam vt accepimus,ita liberis relinquamus,adiicit perfectæ amicitiæ definitionem,*idem velle,nolle.* 5.ep.3.huius lib.præter ea quæ notaui. Seneca ep.109. *Praterea illud quod dulcissimum honestissimumque, idem velle, atque idem nolle, sapiens sapienti prastabit.* Apuleius in Philosophicis: *Vnumque ciuitatem iisdem mœnibus illam futuram, & eadem velle & nolle incolarum mentes assueuerunt.* Minutius in Octauio: *Vt & in ludicris & seriis, pari mecum voluntate concineret, eadem vellet vel nollet, crederes vnam mentem in duobus fuisse diuisam.* Cassianus Eremita in Collat.xvi. Abbatis Ioseph: *Idcirco in his tantum potest indisrupta dilectio permanere, in quibus vnum propositum, ac voluntas, vnum velle ac nolle consistit.* Ennodius Euprepiæ: *Et dum inter nos vnum velle & vnum nolle constiteris.*

Siper Rusticum, Apollinaremque] Rusticum Aquilini filium, Apollinaremque, Sidonii filium, de Rustico Rustici Aquilini filio nihil legi, de Apollinare Sidonii filio, vitæ cap. 2. in fine.

Proauorum prædicabilium, tam reformentur corda, quàm nomina] i. Rustici & Apollinaris, Sidonii & Aquilini auorum, Rustici & Apollinaris proauorum, qui cùm sint cognomines, reformantur nomina, votiuum Sidonio vt corda reformentur, i. restituantur, & integrentur. Tertullianus de Pœnitentia: *producta saluti reformari.* Pet. Rauennas Serm.85. *Donec totum se releuet, & reformet suæ Ascensionis in gloriam.* Ennodius *Per dominum partes debitas reformaret.* 7.Carm.7.

si te sibi tota magistro

Regna reformasset.

Eucherius in Homeliis sæpe. Satis de proprietate huius verbi. plura vide epist. 14. lib.4. & ep.13.lib.3.

Proauorum prædicabilium] Idem epist.13.lib. 2. *viri prædicabilis*, quorum hæredes esse optat, Rusticum & Apollinarem, non solo nomine, sed virtute & animi præstantia.

SIDONIVS SAPAVDO SVO S.
EPISTOLA X.

SI quid omnino bene Pragmatius inlustris, hoc inter reliquas animi virtutes optimè facit, quòd amore studiorum te singulariter amat, in quo solo, vel maximè animum aduertit, veteris peritiæ diligentiæque resedisse vestigia, & quidem non iniuria tibi fautor est. Nā debetur ab eo percopiosus literis honor. hunc olim perorantem & rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem, socer eloquens vltro in familiam patritiam adsciuit, licèt illi ad hoc (vt sileam de genere vel censu) ætas, venustas, pudor, patrocinarentur. Sed vt comperi, erubescebat iam etiam tunc vir serius, & formæ dote placuisse, quippe cui merito ingenij suffecisset adamari, & verè optimus quisque, morum præstantiùs pulchritudine placet. Porro autem prætervolantia corporis decoramenta currentis æui profectu defectuque labascunt. Hunc quoque, manente sententia, Galliis post præfectus Priscus Valerianus consiliis suis tribunalibusque sociauit, iudicium antiquum perseuerantissimè tenens, vt cui scientiæ obtentu iunxerat sobolem, iungeret & dignitatem. Tua verò tam clara, tam spectabilis dictio est, vt illi diuisio Palæmonis

monis, grauitas Gallionis, abundantia Delphidij, Agrœcij disciplina, fortitudo Alcimi, Adelphij teneritudo, rigor Magni, dulcedo Victorij, non modò non superiora, sed vix æquiparabilia scribantur. Sanè ne videar tibi sub hoc, quasi hyperbolico rhetorum catalogo blanditus quippiam gratificatusque, solam tibi acrimoniam Quintiliani, pompamque Palladij comparari non ambigo, sed potius adquiesco. Quapropter si quis post vos Latiæ fauet eruditioni, huic amicitiæ gratias agit, & sodalitati vestræ si quid hominis habet, tertius optat adhiberi: quanquam, quod est grauius, non sit satis ambitus iste fastidium vobis excitaturus, quia pauci studia nunc honorant, simul & naturali vitio fixum est radicatumque pectoribus humanis, vt qui non intelligunt artes, non mirentur artifices. Vale.

Si quid omnino bene Pragmatius inlustris, hoc inter reliquas animi virtutes optimè facit] Pliniana imitatio epist. 15. lib. 4. *Si quid omnino, hoc certè iudicio facio*, &c.

Quod amore studiorum, te singulariter amat] s. ep. 10. lib. 2. *Amo in te quòd literas amas.* Vide quæ notaui.

Vel maxime animum aduertit] Sic mss. & vulgati libri: in Symmachum epist. 23. lib. 1. Iuretus vir humanus & eruditus, *vel maximè omnium*, emendat. vulgatam probo, præsertim cùm idem auctor epist. 8 lib. 7. animum aduertere, pro animaduertere, posuerit: *Animum aduerti exactissimum virum posse censeri.* idem ep. 2. lib. 1. *possu animo aduertere.* Sic mss. Ennius: *Si voles animum aduertere, comiter monstrabitur.* & Plautus Vidularia: *Animum aduortite ambo, si vultis vidulam, hîc apponite.*

Et rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem] id est, cùm plosores Pragmatio orante subsellia frangerent. Iuuenalis Satyra 7. de Statio:

sed cùm fregit subsellia versu

Esurit.

Vetus interpres Iuuen. Satyra 7. *Post tantum fauorem audientium*, &c. j. ep. 14. lib. 9. Martianus Felix lib. 5. *Nam absque his, qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentum quoque perfregere subsellia*, &c.

Plausibili] j. ep. 14. lib. 9. *Dignus omnino quem plausibilibus Roma foueret vlnis.*

Socer eloquens vltro in familiam patriciam asciuit] Socer eloquens, id est, Priscus Valerianus, j. Carm 8. historiam scripsit, quam laudat Euagrius. Iordanes in historia Gothorum.

Vt sileam de genere vel censu] Quæ tamen maximè in matrimoniis considerantur. ep. 4. lib. 2. ep. 2. l. 7. & in Epithalam.

In familiam adsciuit] Symmach. ep. 7. lib. 9. *Admitte quæso in familiam tuam.*

Ætas] s. ep. 4. lib. 2. *Patrimonij facultas, iuuentutis alacritas, in omne decus pari lance conquadrent.* idem ep. 2. lib. 7. *anni pares.*

Et verè optimus quisque morum præstantius pulchritudine placet] Symmachus epist. 7. lib. 9. *Licèt nouerim futuros generos moribus æstimari.* Apuleius de Philosophia: *Quod formæ iudicio irrationabili errore distrahitur, ignorans veram pulchritudinem, & corporis effœtam & eneruam et fluxam cutem deamans.* ibidem postea: *Nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: sed cùm corpus expetitur, pars eius deterior est cordi.* Sextus Auienus fabula 40. de pardo & vulpe:

Miremurque magis quos munera mentis adornant,
Quàm qui corporeis enituêre bonis.

Vide j. ep. 14. lib. 7. quæ omnino in hanc sententiam egregia est.

Vir serius] Ammianus Marcell.lib.26.init. *Vt vir serius rector pronuntiaretur imperij*. Symmach.lib.7.

Gallus post Praefectus Priscus Valerianus] J. Carm.8. Lemna *ad Priscum Valerianum virum praefectorium*.

Consiliis suis Tribunalibusque sociauit] Nam Praefecti Praetorio, sibi consiliorum socios & participes adlegebant, J. epistola 3.lib.1. *Priuilegio consiliorum praefecturæ*. J. epistola 6.lib.8. vbi de patre suo P. Præt qui Nicetium consiliis suis sociauit: *Cumque regit prouincias fascibus, Nicetiano regeretur praefectura consilio*.

Vt cui scientia obtentu iunxerat sobolem, iungeret & dignitatem] Priscus enim Valerianus Pragmatium, propter eloquentiam in familiam suam adsciuit, eique iunxit sobolem, postea cum Prætoria Galliarum regeret, iunxit dignitatem, quando Præfecturæ consiliarium fecit.

Palæmonis] Ille Rhetor fuit sub Adriano insignis. Eusebius in Chron. *Phauorinus & Palæmon Rhetores insignes habentur*. An.Dom.135.

Grauitas Gallionis] Gallio frater Senecæ, scholasticus multi nominis. Seneca in præfatione libri 5. Naturalium Quæstionum: *Solebam tibi dicere Gallionem fratrem meum, quem nemo non parum amat*. Idem in Præfatione lib. 7. Controuersiarum: *Hoc nemo præstitit vnquam Gallione nostro decentius: iam adolescentulus cùm declamaret apte, & conuenienter & decenter*. De eodem Statius in Genethliaco Lucani libro 2. Syluarum:

Aut dulcem generasse Gallionem.

Inter eloquentiæ flumina numerat D. Hieronymus.

Abundantia Delphidij] De Delphidio Rhetore Aquitano Ausonius de Professoribus, Carmine 5. Ammianus Marcellinus libro 18. Pacatus in Panegyrico Theodosij. D. Hieronymus in Chronico: *Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissimè docent*. Idem epistola 150. Hedibiæ: *Maiores tui Paterius atque Delphidius, quorum alter, antequam ego nascerer Rhetoricam Romæ docuit, alter me iam adolescentulo omnes Gallias prosa versuque suo inlustrauit ingenio*. Delphidius autem erat Pateræ filius. Auson. Carm. 4.

Agræcij disciplina] De Agræcio Rhetore Ausonius de Professoribus Burdigal. Carm. 15.

Fortitudo Alcimi] Ausonius de Professoribus Carmine 2. D. Hieronymus in Chronico: *Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissimè docent*. infra, epistola 11. lib. 8. *Et si à te instructio Rhetorica poscatur, hi Paulinum, illi Alcimum non requirunt*.

Adelphij teneritudo] Claudij Adelphij meminit vet. inscrip. sed sine titulo. Rhetoris, Adelphij Conf. Marciani collegæ. Fasti Consulares, cuius vxor Proba, probè erudita fœmina. Isidorus de viris inlustribus, capite 5. Honorius capite 43. Sigebertus cap. 52.

Rigor Magni] id est, Æmilij Magni Arborij Rhetoris Tholosani, de quo Ausonius Carm. 17. de Professoribus.

Dulcedo Victorij] viri egregii, & vndecumque doctissimi, J. epist. vlt. huius lib de quo hic loquitur, vt puto.

Solam tibi acrimoniam Quintiliani] Iuuenalis Satyra 7. de Quintiliano:

felix, & pulcer, & acer.

J. Carmine 9. *Acrem Lampridium*.

Pompamque Palladij] De Palladio Rhetore Symmachus epistola 9. lib. 1. *Sed tempestiuè Palladij Rhetoris nostri declamatio auxit paginam meam*. Idem epistola 88. lib. 1. *Si fratrem meum Palladium esse spectatum bonis omnibus facundiæ atque eruditionis adstipuler*. Romæ præceptis Rhetorices iuuentutem informabat. Symmachus epist.

50.lib.3.*Pompam Palladij*.i. facundiam Palladij, vt ait Symmachus epist. 88.lib.1.s. epist. 17.lib.4. *sermonis pompa Romani.*

Tertius optat adhiberi] Idem auctor Carm. 20.

Sit tecum coniux, duo nunc properate, sed illud
Post annum optamus, tertius vt venias.

Quia pauci studia nunc honorant] æuo Sidonii vt studia, ita studiosi non magni habebantur, s. epist.17.lib. 4.j.epist.2.lib.8. Claudianus Mamercus de statu animæ lib.1. cap.1.

Radicatumque] s.ep.7.lib.3. *semel radicatam cordi formidinem.*

SIDONIVS POTENTINO SVO S. EPISTOLA XI.

MVltum te amamus, & quidem huiusce dilectionis non est erroneus aut fortuitus affectus. Namque vt sodalis tibi deuinctior fierem, iudicaui. Est enim consuetudinis meæ, vt eligam antè, post diligam. Quænam, inquis, in me tibi probanda placuêre? Dicam libenter & breuiter, quorum vnum fieri gratia, alterum charta compellit. Veneror in actionibus tuis, quòd multa bono cuique imitabilia geris. Colis, vt qui solertissimè: ædificas, vt qui dispositissimè: venaris, vt qui efficacissimè: pascis, vt qui exactissimè: iocaris, vt qui facetissimè: iudicas, vt qui æquissimè: suades, vt qui sincerissimè: commoueris, vt qui tardissimè: placaris, vt qui celerrimè: redamas, vt qui fidelissimè. Hæc omnia exempla viuendi iam hinc ab annis puberibus meus Apollinaris si sequitur, gaudeo; certè vt sequatur admoneo: In quo docendo, instituendoque modo sub ope Christi disposita succedant, plurimùm lætor, maximam me formulam vitæ de moribus tuis mutuaturum. Vale.

VT eligam ante, post diligam] Seneca ep.3. *Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum, isti verò præposterè officia permiscent, qui contra præcepta Theophrasti, cùm amauerint iudicant, & non amant cùm iudicauerint*, &c.

Colis vt qui solertissimè] Plinius ep. 22.lib.9. *Amat vt qui verissimè: dolet, vt qui impatientissimè: laudat, vt qui benignissimè: ludit, vt qui facetissimè.*

Annis puberibus] id est, annis pubertatis. Cornuto in Persium Satyra 2. *Pupillus puer adhuc intra impuberes annos constitutus, & nondum suæ tutelæ.* j. epistola 17. huius libri. *anni minores*, pubescentes anni. Ausonius in Parentalibus 23.

Eriperis laetis & pubescentibus annis.

Meus Apollinaris si sequitur] id est, meus filius, de quo Vitæ cap.2. suppresso nomine. ep.16. huius lib.

Formulam vitæ] Ausonius Carm. 5. in Parentalib.

Non ignota tibi nostræ quoque formula vitæ.

Forma viuendi. Inter adulationis species numeratur. Policrat. lib. 3.cap.6. PETRONIA FORMA PVDORIS. Vetus inscript.

SIDONIVS CALMINIO SVO S.

EPISTOLA XII.

QVòd rariùs ad vos à nobis pagina meat, non nostra superbia, sed aliena impotentia facit. Neque super his quicquam planius quæras, quippe cum silentij huius necessitatem par apud vos metus interpretetur. Hoc solum tamen liberè gemo, quòd turbine dissidentium partium segreges facti, mutuo minimè fruimur aspectu. Neque vnquam patriæ solicitis offerris obtutibus, nisi forsitan cùm ad arbitrium terroris alieni, vos loricæ, nos propugnacula tegunt. Vbi ipse in hoc solùm captiuus adduceris, vt pharetras sagittis vacuare, lacrymis oculos implere cogaris, nobis quoque non recusantibus quòd tua satis aliud moliuntur vota, quàm iacula. Sed quia interdum, etsi non per fœderum veritatem, saltem per induciarum imaginem, quædam spei nostræ libertatis fenestra resplendet, impensè flagito vti nos, cùm maximè potes, affatu paginæ frequentis impertias, sciens tibi in animis obsessorum ciuium illam manere gratiam, quæ obliuiscatur obsidentis inuidiam. Vale.

CALMINIO *suo*] Einsdem nominis Calminius senator, Musiacense monasterinm, Ricomagensi vrbi pene continuum, ante Pipinnm Regem (qui illud collapsum reparauit) primitus instituit, & condidit, Carthilacei codices cœnobij Musiacensis & is vixit Instiniano Imperatore, de quo cœnobio Gregor. Turon. de glor. confess. cap. 41 in fine. Plura in Aruernæ, & Aruerniæ nostræ antiquitatibus. Nec dubito, qnin Calminius Senator, ex prosapia sit istius Calminij ciuis Aruernensis, qui in sua patria hocce præclarum suæ sanctitatis monimentum reliquit.

Impotentia] i *nimia potentia*. Nonius Firmicus in præfat. l. 4. *quos impotentia delectabat improbitas. impotentissimi principes* M. Tullio ep. 1. lib. 10. Senecæ ad Polybium cap. 12. *impotens arrogantia* eidem 3. de Ira, cap. 38. Petron. *Cliensque cœnas impotentium captet*. Mart. Felici, *impotens eloquentia*. Symmacho ep. 95. lib. 1. *impotens fortuna*. Seruius 1. Æneid. *Impotens & satis, & nimis, & nihil potens.*

Quod turbine dissidentium partium] scilicet Romanorum & Gothorum, de quorum dissentione atque discordia 5. ep. 4. l. 3. ep. 10. lib. 7. ep. 3. lib. 9. Hnc maximè spectat ep. 10. l. 7. *Sed quoniam fraternæ quietis voto satis obstrepit confluctantium procella regnorum*. Et Epitaphium Sidonij.

Segreges facti] Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 18. *& actura vitam segregem*. idem l. 7. Controu 6. *Oderant filium meam fœminæ, me patres quasi publici mali segregem exprobratorem*. Seneca Hyppol. *Segregem sparsi per agros*. Prudentius hymno de Elia:

Fragore ab omni quem remotum & segregem.

l. 15. C. Th. de proximis comitibus dispositionum: *In sacris scriniis militantes immunes, ac segreges habeantur*, 7. ep. 3 lib. 9 *Ciuitates quæ multum situ segreges agunt.*

Sollicitis offerris obtutibus] 3. ep. 11. l. 3. *vt etiam nunc nostris inuidearis obtutibus*. Symmach ep. 27. l. 7. *Et inuides nobis exoptatissimam tui societatem.*

Cum ad arbitrium terroris alieni, vos loricæ, nos propugnacula tegunt] Scilicet cùm Euarix longa obsidione ciuitatem Aruernam cinxerit, terrore illius & imperio cogeris in proprios affectus armari, sicque vos loricæ tegunt, nos propugnacula. Iornandes de reb. Getic. c. 48. *Quibus nec contra parentes Vesegothas licuisset recusare certamen, sed necessitas domini etiam si parricidium iubet, implendum est.*

Nos propugnacula] intra muros ciuitatis Aruernæ obsessi, quàm fortiter fecerint ciues Arueni, pluribus enarrabo, epist. 7. l. 7. dicam obiter vrbem Aruernam propugnaculis vndique circumseptam & munitissimam fuisse, Gregor. Turo. de vita Patrum, de S. Quintiano. *Ecce muri ciuitatis istius fortissimi sunt, eámque propugnacula ingentia vallant.* J. epi. 1. l. 7.

Nobis quoque non recusantibus, &c.] In eam sententiam singularis est lex vltim. C. Th. de infirmandis his quæ sub Tyrannis gesta sunt. *Habeant omnium criminum impunitatem, qui euadendi forsitan non habuerunt facultatem, nisi eos eadem crimina iuuissent, non enim criminis dicitur, quod mortis adegit impulsus.* Ibidem Anianus eleganter. quem vide.

Et si non per fœderum veritatem.] Gothi enim erant perfidi, religionémque fœderum sæpè violabant. J. epist. 6. l. 6. *Postquam fœdifragam gentem redisse in suas sedes comperi.* epi. 6. l. 7. *Euarix rex Gothorum, quod limitem regni sui rupto dissolutoque fœdere antiquo*, quibus locis plura.

Saltem per induciarum imaginem] non per inducias, sed per induciarum imaginem dixit, vt fluxam Gothorum fidem obfirmet, qui sub induciarum inuolucro bellum tegebant, *pacis fallentes nomen inane.* vt J. ait. Car. 7. Philo Iud. quæst. 62.

Scrans tibi in animis obsessorum ciuium] Ex his & sequentibus verbis perspicuum est, Sidonium & Calminium Aruernos fuisse, corúmque patriam & quidem germanam ciuitatem Aruernam, de cuius obsidione epist. 16. huius lib. & epist. 7. l. 7. & aliàs passim.

SIDONIVS PANNYCHIO SVO S. EPISTOLA XIII.

SEronatum Tolosa nosti redire si nondum, & credo quòd nōdum, vel per hæc disce. Iam pergit Clausetiam Euanthius, iámque contractas operas cogit eruderare, si quid fortè deiectu caducæ frondis agger insorduit. Certè si quid voraginosum est, ipse humo aduecta scrobibus oppletis trepidus exæquat, vtpote belluam suam de valle Tarmis ducaliter antecessurus, musculis similis inter saxosa vel breuia balenarum corpulentiam prægubernantibus. At ille sic ira celer, quòd piger mole, ceu draco è specu vix euolutus, iam metu exanguibus Gabalitanis, è proximo infertur: quos singulos sparsos inoppidatos, nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc flexuosa calumniarum fraude circumretit, ne tum quidem domum laboriosos redire permittens, cùm tributum annuum datauêre. Signum & hoc certum est imminentis aduentus, quòd cateruatim quò se cunque conuerterit, vincti trahuntur vincula trahentes: Quorum dolore lætatur, pascitur fame, præcipuè pulchrum arbitratus, antè turpare, quàm punire damnandos. crinem viris nutrit, mulieribus incidit: è quibus tamen si rara quosdam venia respexerit, hos venalitas soluit, vanitas illos, nullos misericordia. Sed explicādæ bestiæ tali, nec oratorum princeps Marcus Arpinas, nec poëtarum Publius Mantuanus, sufficere possunt. Proinde quia dicitur hæc ipsa pernicies appropinquare (cu-

ius proditionibus Deus obuiet) præueni morbum prouidentiæ salubritate, contráque lites iurgiosorum, si quæ mouentur, pactionibus consule, contra tributa securitatibus: ne malus homo rebus bonorum vel quod noceat, vel quod præstet inueniat. In summa de Seronato vis accipere quid sentiam? Cæteri affligi per suprascriptum damno verentur, mihi latronis & beneficia suspecta sunt. Vale.

Pannychio] V. Inlustri. J. in Conc. lib. 7. *Sed dicitis viros Eucherium & Pannychium Inlustres haberi superiores.*

Seronatum Tolosa nosti redire] Seronatum pessimum hominem, vastatorem & euerriculum Aruerniæ nostræ, non sine stomacho graphicè depingit. epist. 1. lib. 2. de quo etiam obiter epist. 7. l. 7.

Si nondum & credo quod nondum] Pliniana imitatio, e. 8. l. 8. *Vidisti aliquando Clitumnum fontem? si nondum, & puto nondum alioqui narrasses mihi.*

Pergit Clausecum Euuantius.] Sic mss. notæ melioris, mss. Bon. Iur. P. P. *Iam pergit clausus etiam*, Ortel. *Claudus etiam.* quæ lectio non est reiicienda.

Eruderare] Varro l. 1. de re Rust. cap. 2. 5. e. 7. & e. 15. huius lib. & e. 6. l. 7.

Vt potè belluam suam] id est Balenam, quæ bellua vocatur, Claudian. l. 2. in Eutrop.

> *Sic ruit in rupes, amisso pisce sodali,*
> *Bellua*, Gloss. vett. *Bellua marina.* κῆτος. Festus lib. 2.

Ducaliter antecessurus] Euuantius Seronati præcursor & anteambulo. Ducaliter, id est in morem ducis antecedit, ratio nominis ex eo quòd ducere & ducare veteres indifferenter enuntiarunt, Tertullian. de Pallio, *Chaldaum semen in Ægyptum educatur.* Ammia Marcell. l. 22. *Agnoscebat quosdam ab Eusebio ducatos Episcopo. Ducator nauis.* in l. quemadmodum §. si nauis. ad leg. Aquilliam. Gloss. vett. *ducator*, ἀγὸς συνηγήμενος. Tertul. aduersus Iudæos, *cum ducator eius in ea pati haberet.* & ducale. Gloss. vett. *Ducale* ἀγεγὸς ὁ τῶν χτιῶν, J. *ducalius.* e. 6. l. 8.

Musculus similis, &c.] Plinius l. 9. c. vlt. *Balenæ musculus, quandoque prægraui superciliorum pondere, obrutis eius oculis infestantia magnitudinem vada pranatans demonstrat, oculorúmque vices fungitur.* Claudianus in Eutropium lib. 2.

> *Sic ruit in rupes amisso pisce sodali*
> *Bellua, sulcandas cui prauius edocet vndas*
> *Immensúmque pecus paruo moderamine caudæ*
> *Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro.*

à cuius similitudine curtum nauigium, musculus dictus. Isidor. l. 19. c. 1. Vegetius. de re milit. lib. 4. cap. 16. de Musculis. *Vocãtur autem à marinis belluis musculi, nam quemadmodum illi cum minores sint tamen balenis auxilium adminiculumque iugiter exhibent.*

Inter saxosa, vel breuia] Inter angustias & vada. nam *breuia, sunt loca vadosa, per qua pedibus possumus vadere*, Seruius, *sic propter breuitatem aquæ dicta.* Pompo. Sabin. 1. Æn. Solinus, de Sicilia. *Tertium ara sacrum adprobat, quæ in medio sita breuia diuidit à profundis. Qua ad eam pergitur, aqua crurum tenus peruenit, quod vltra est nec explorari licet, nec attingi.* Ammian. Marcell. lib. 16. *Qui nunc incedendo per breuia, aliquoties scutis in modum alueorum suppositis nando, ad insulam venere propinquam.*

Balænarum corpulentiam pragubernãtibus.] Musculi viam præeũt, ne balænæ in breuia & scopulos impingant, ex quibus propter immensam molem euoluere se Balænæ non possent. De corpulentia Balænæ. Plini. l. 9. c. 6. corpulentia autem est pinguedo & aruina. Plinius lib. 11. cap. 53. *Somno concoquere corpulentia, quàm firmitati vtilius.* Idem cap. sequenti, *de corpulentia augenda, vel minuenda.* V. epist. 2. l.

2. *carcerem corpulentia facit* epist. 13. lib. 3. *taceo lumborum corpulentiam*, & *corpulentos dicimus corporis obesi homines*. Festus. Glossæ vett. σωματώδης. *corpulentus, corporosus*. & Isidor. lib. 10. idem in Gloss. mss. *Copulentus, pinguis*. leg corpulentus. Gellius lib. 7. cap. vlt. & D. Hieroni. in Apolog. ad Domnionem. *Habet latera, & athletarum robur, & bellè corpulentus est*. Cœl. Aurel. tard. pass. l. 3. cap. 7. *ministri corpulenti*. & Iul. Firmi. l. 4. cap. 13. ibid. *corporati*. Corpulentia, etiam pro magnitudine. Claud. Mamercus lib. 1. cap. 20. eod. interprete lib. 2. cap. 3. *Et corpulentos Ennius pro magnis dixit*. Festus.

Inoppidatos] rectè mss. omnes. Glossar. vetus, *Inoppidata*. ἀσύνοικα ἀλίσδρα.

Indictionum generibus exhaurit] s. epist. 1. lib. 2. *Indicit vt dominus. exhaurit*, tunc Galliæ tributis exhauriebantur. j. epist. 12. l. 7. *possessor exhaustus*. & Carm. 5.

Laboriosos] vel multo labore sibi victum quærentes, vt s. epist. 9 l. 3. vide quæ notaui, vel multa perpetientes, j. epist. 4. lib. 6. *Atque obiter hæc eadem laboriosa, priusquam hi adessent*. Idem epist. 11. eiusd. libri. *Tu quoque potes huius laboriosi, & c.* Idem de seipso epist. 9. l. 8. *ago laboriosum, ago ipse felicem*. Gloss. vett. *laboriosus* κακοπαθής.

Datauere] non semel tributum annuum persoluere, sed sæpè atque iterum, idcirco iteratiuo verbo vsus est, Carisius lib. 2. *Item datare, id est dato, datas, datare, ex eo quod est do*. Glossæ vett. *dato*, διδῶ. Plaut. Mostellar. *Fœnori argentum datare*. à quo *datatim*. Non.

Vincti trahuntur, &c.] de Auitiano Comite Sulpicius Seuer. dial. 3. cap. 5. *Sequentibus eum miserabili facie ordinibus cathenatis*. Idem Paulinus, & Fortunatus.

Quorum dolore latatur, pascitur fame] Idem Sulpicius, de eodem Auitiano. *Et illa bestia quæ humano sanguine, & infelicium mortibus alebatur*. Saluian. l. 5. *Sed laceratione, etiam & vt ita dicam sanguine pascebantur*.

Pratipuè pulchrum arbitratus.] Quod est maximum inhumanitatis indicium. Seneca 3. de ira c. 18. Sueton. in Calig. c. 30. Petro. in Satyra. *Nec enim tantum facinus admisimus, vt debeamus torti perire*, huiuscemodi crudelitatis exempla in Martyrum historiis tibi suppetent.

Crinem viris nutrit] Inconcinnè, & abhorridè, nam sæpè tonderi viros addecet, lege Dei. Leuitici. c. 19. Paulus 1. Corynthios cap. 11. *Vir si comam nutriat, ignominia est illi*. Pub. Consentius de verbo. ex Probo. *Masculina erunt, quum masculinæ res suberunt, quæ significantur, natura, vt genuit, consuetudine vt tondetur, vtrumque enim maribus rectè adsignatur*. Isidor. l. 19. c. 23. *Habet & sexus institutam speciem habitus, vt in viris tonsi capilli*.

Mulieribus incidit] contra naturam, nam à Natura mulieribus coma prolixior, Clemens Alexand. Pædag l. 3. c. 3. adeò vt non sit caluitium mulieribus innatum, Hypocrates lib. 6. definition. Seneca epist. 95. *Maximus ille medicorum, & huius scientiæ conditor, fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare*. Idem Galenus. Zonaras & Balsamo, can. 17. Concilij Gangrensis. Neque tantum contra naturam, sed etiam contra leges diuinas, & humanas, l. 27. C. Th. de Episc. Eccles. & cler. *Femina quæ crinem suum contra diuinas humanasque leges instinctu persuasa professionis abscinderint, ab Ecclesiæ foribus arceantur*. can. siquidē 17. Synodi Gangrensis cautum est, ne mulieres vsquequaque caput tondeant. Socrat. hist. Eccles. lib. 2. c. 43. Sozomenus l. 7. c. 16. Nicephor. l. 9. c. 16. Burchardus l. 8. c. 62. distinct. 30. c. Quæcūque mulier. etsi religionis vel pœnitentiæ prætextum obtendant, Concilij Tolet. 3. c. 12. Quæ tamē leges consuetudine exoleuerunt. D. Hiero. e. ad Sabinianum Diaconum. Pet. Venerabilis. in epist. Nec illud in Seronato paruum esse crudelitatis argumenentū putes, gloria enim mulieri est coma, quam demetere, mulierē dehonestare est, Vsuardus. XII Kal. Octob. de S. Fausta. *Iussit primò dehonestari*. Beda, Ado, & Martyr. Rom. *Iussit decaluari, & ad turpitudinem radi*. Victor Vticensis lib. 2.

protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur. Ad hæc te festa, ceruicum humiliatarum & sternacium ciuium suspiriosa contubernia peto, & si spiritalem animum tuum benè metior, modò citiùs venies, quòd non ad epulas, sed ad lacrymas euocaris. Vale.

Apro] à patre Eduo, à matre Aruerno, s̄. epist. 21. l. 4. vbi tamen Aspro legitur.

Calentes te nunc Baiæ] Caienses, mss. Clar. Clun. Cui. Iul. Pet. Put. Pit. ms. Lat. Sen. & vet. *Calenses*, puto legendum esse *Calentes te nunc Baiæ*, hæc verba quæ sequuntur, *montana sedes*, manifestè demonstrant. De Baijs calentibus intelligendum esse Sidonium, quæ vulgò CHAVDES AYGVES vocantur, de quibus eleganter Philander in Vitruuium lib. 5. cap. 10. Et nos aliàs (si Deus studia nostra secundet) in Aruerniæ nostræ antiquitatibus, ne quis sciolus Baias esse dictas miretur, sciat esse thermas & aquas. j̄. Carm. 23.

Ibis Phocida, Sextiasque, Baias.

Atque iecorosis, ac phthisiscentibus] De iecorosis Cœlius Aurel. lib. 3. c. 4. Tard. passio. de phthisicis, & phthisica passione. Idem lib. 2. cap. 14. & Iulius Firm. l. 3. c. 3. lib. 4. c. 2. Matheseos.

An fortasse montana sedes circum castella.] Calentes Aquæ in montanis sitæ sunt, & castellis circumseptæ.

In vrbem] id est Aruernam. j̄. Car. 7. *Fœcundus ab vrbe Pollet ager.* Quæ à Mamerco rogationes institutas illicò recepit & obseruauit, j̄. epist. 1. l. 7. *Quibus inchoandis instituendisque, populus Aruernus & si non effectu pari, affectu certè non impari cœpit initiari.* Ibid. *Vestigia tam sacrosanctæ informationis amplectitur sedulò.*

Quarum nobis solemnitatem primus Mamercus.] Mamercum Episcopum Viennensem Rogationes ante Ascensionē instituisse liquet ex epist. 1. l. 7. abundè Alci. Auitus in Homelia. de Rogationibus, & ex eo Gregor. Turon. lib. 2. histo. c. 34. & Cæsarius Arelatensis Homelia 33. plura epist. 1. l. 7.

Solemnitatem] Quia enim à Mamerco institutæ Rogationes prosperè cessissent, hi dies in solemnitatis anniuersariæ consuetudinem venerunt. Auitus in Homel. Concilij Aurel. can. 23. Gregor. Tur. *Rogationes quas ante Ascensionis dominicæ triumphum celebramus.* Idem. *Cessantibus quoque exinde terroribus, per cunctas prouincias dispersa facti fama, cunctos sacerdotes imitari commonuit, quod sacerdos fecit ex fide: quæ vsque nunc in Christi nomine per omnes Ecclesias in compunctione cordis & contritione spiritus celebratur.* Burchardus l. 13. c. 7. ex Concil. Aurel. cap. 6. *Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur.* Iuo Carnotensis 4. parte Decreti, cap 40. *Solemnes litania.* Bedæ, Vsuar. Adoni. v. Eidus. Maj, & Adoni. in Chro. inter solemnes & feriaticos dies litaniæ numerantur. Concilij Lugdunensis cap. 4. Burchar. l. 2. c. 77. & Concil. apud S. Medardum c. 4. Burchard. l. 12. c. 20. de Consecratione distinct. 3. c. Pronuntiandum, neque solum intra Gallias, verum etiam Hispanias hi dies feriabātur. Conc. Gerundensis, can. 1. Legis Gothorum lib. 2. de negociis causarum. Era. 11. Neque his tractibus circonscripta, sed & per vniuersum orbem diffusa est litania. Cæsarius Arela. Homel. 33. *Tribus diebus quos regulariter in toto mundo celebrat Ecclesia.* Ado Viennen. *Concepit animo Rogationes, atque ibi cum Deo tacitus definiuit, quicquid hodie psalmis ac precibus mundus inclamat.* vide e. 1. l. 7.

Reuerentissimo exemplo.] Sic mss. & vett. Auitus in Homel. *Sequuta sunt sucriduo tempore, quædam Ecclesiæ Galliarum rem tam probabilis exempli.* infra epist. 1. lib. 7.

Deus fecit obsecrationem vestram vobis saluti, ceteris imitationi.

Vtilissimo experimento] Viennenses enim experti sunt Rogationū effectum Burchardus lib. 13. cap. 7. Pet. Aquilinus l. 4. c. 114. vide epist. 1. l 7.

Erant quidem prius vagæ, tepentes, &c.] Ex hoc loco notandum, ante Ascensionem Domini ante Mamercum litanias fuisse, tot diebus, quot á Mamerco instituti sunt, D. Augustinus. Serm. 173. In Vigilia Dominicæ Ascensionis. quem cōsule. Et Eucherius. Homel. in Litaniis.

Vagæ, tepentes, infrequentesque] Vagæ, quia sacra loca circumibant & equitabant. Burchard. l. 13. cap. 7 Concilij Maguntiaci, can. 33. Iuo. lib. 4. cap. 40. *tepentes*, quia religionis ardor attepuerat. Eucherius. Homel. in litaniis *Infrequentes*, quia non magna populi frequentia ad eas confluebat. D. August. Sermo. 173. *Nullus sibi de industriis aliquas occupationes inquirat, per quas se de Ecclesiæ conuentu subducat, &c.*

Oscitabundæ] id est otiosæ, in quibus oscitabant verius, quàm orabant. 5. epi. 1. l. 2. *Exponere oscitabundus ordiris.*

Quæ sæpè interpellantum prandiorum obicibus hebetabantur.] Quæ supplicationes interpellatione prandiorum obtundebantur, id est supplicantes nidore culinæ ab orationibus auocabantur, festis quippe diebus, illis temporibus, vino se liberius proluebant, & cibis onerabant, hisque liberioribus epulis, Dei se & sanctorum gratiam demereri arbitrabantur, vide quæ notaui init. epi. 15. l. 4. Quæ epulæ vt exercebanrut festis diebus, ita & illa triduana litaniarum solemnitate, Burchardus l. 13. cap. 7. vbi de Rogationibus, *prohibeantur ebrietates, & comessationes, quæ fiunt in vulgari plebe, &c.* Idem Iuo lib. 4. cap. 40. & Concilij Coloniensis can. 7.

Prandiorum] vt Sidonij mentem percipias, supplicationes prandiorum obicibus hebetabantur, id est in illis supplicationibus non ieiunabatur, nam veteres in suis ieiuniis non prandebant, 5. 14. epist. l. 7. *Ieiunandum alternis putas, non piget sequi, ad prandendum, non pudet praeuenire.* In his autem supplicationibus prandebant, atque ita non ieiunabant.

Imbres aut serenitatem deprecatura] Eucherius. *Exoraturi enim sumus, vt Dominus infirmitatibus, plagis, tribulationibus interdicat, malum pestilentiæ, hostilitatis, grandines, siccitates repellat: cœli temperiem pro salute corporum, pro terrarum fœcunditate componat, elementorum pacem cum temporum tranquillitate concedat, &c.* Quod & hodie fit, & ab Ecclesia Rogationes olim hæ institutæ sunt, vt Deus omnē calamitatem á frugibus auerteret, pestem, & bellum ab hominibus. Burchard. lib. 13. cap. 7. *Et cum contritione cordis Dei misericordiam exorent, pro peccatis pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, & pro ceteris necessitatibus.* Carolus Magnus de ritibus Ecclesiæ, & reliqui auctores. Pet. Aquilinus lib. 4. cap. 114.

Ad quas (vt nihil amplius dicam) figulo pariter atque ortulano non oportuit conuenire.] Sic mss vett. & vulgati, parum integrè loquutus videtur Sidonius, sed hæc temere immutanda non sunt, sententia quidem magis idonea & concinna esset, si figulos & ortulanos legeres, est autem locus Sidonianus omninò lepidus & acutus, ad has supplicationes non decebat figulum & ortulanum vnà venire, quia in his supplicationibus imber aut serenitas deprecabatur, sicque conspirare non poterant vota figuli & ortulani, figulus quippe serenitatem, imbres ortulanus expetit: figulus serenitatem, vt figulina & testacea vasa siccentur: ortulanus imbres, vt orti sitientes irrigentur. Iupiter apud Lucianum quò se vertat nescit, quorumue votis annuat, ambigit, nam plures sudum, plurimi pluuium cœlum exposcunt. Prosper Aquitan. de Dei Prouidentia.

> *Frigora perpessus, solem cupit, vstus ab æstu,*
> *Inter hyperboreas mauult algere pruinas,*
> *Iniusto pluuiam metuit sub fasce viator,*

Quam poscit votu sitienti rusticus agro.

Atque etiam ortulanus: Ortus enim necesse est semper sit irriguus. Cato lib. 1. de re Rusti. cap. 1. Pallad. l. 1. cap. 17. & 34. Columella in Orto.

Vicini quoque sint amnes quos incola durus
Attrahat; auxilio semper sitientibus ortis.

Et inter eos, qui ad aquas nascuntur, ortulanos collocat. Iul. Firm. lib. 4. cap. 6. & cap. 7. Consule Isidorum l. 20. cap. 15. de instrum. ortorum. Et Festum lib. 16. in *retricibus.*

Ortulano.] Sic mss. ms. Clar. *ostuloni,* Clu. Pet. Pit. *ortuloni,* omnes sine aspiratione. Ortus sine aspiratione dici, traddit Varro, & ortum quidem, *quod in eo omnia oriantur,* Festus. *Quod ibi qui arma capere possent orirentur, ratio nominis expungit aspirationem, consuetudo cum aspiratione vsurpauit.* Carisius lib. 1.

Summus sacerdos] id est Mamercus Episcopus Viennensis, non Claudianus Mamercus huius Mamerci Germanus, qui cooperator & coadiutor fuit, & ideò Episcopus, vt docui e. 11. l. 4. In eius Epitaphio, sed non summus Episcopus, vt ibidem notaui. & epist. 14. l. 4. vide epi. 6. l. 7. & e. vlt. lib 8.

Ieiunatur] Indictum à Mamerco ieiunium, tunc & persucciduas ætates obseruatum fuit. Buchard. lib. 1. cap. 94. Interrogat. 48. *Est aliquis, qui ieiunium quadragesimale, vel quatuor temporum, siue litaniæ maioris, vel rogationum, &c.* Idem lib. 19. c. 5. de contemptu ieiunij, *Si non obseruasti ieiunium litaniæ maioris, & dierum Rogationū.* Concilij Aurelian. c. 23. ex eodem. Burchardus l. 13. c. 7. & Iuo. parte 4. cap. 40. ĵ e. 1. l. 7. *Indicis ieiunia.*

Oratur] Buchard. l. 13. c. 7. *Sed omnes in commune Kyrie eleyson, decantent, &c.* Vide Vvalfridum, Amalar. Et reliquos. Per. Aquilin. l. 4. c. 14.

Psallitur] Quæ tria coniungit D. Augustin. Sermone 173. *Sine dubio peccatorum priorum vulnera diligit, qui in istis tribus diebus, ieiunando, orando, & psallendo, medicamenta sibi spiritualia non quærit.* Auitus in Homel. *Dummodò psalmorum officia, lacrymarum functionibus cernuis persoluerentur.*

Fletur] In fine epist. *non ad epulas, sed ad lacrymas euocaris.* Auitus in Homel. *Festiuitas si quidem est, cuius iocunditas tota est seria grauitas, cuius epula lacryma, cuius pastus, esuries est, &c.* Burchardus l. 13. cap. 7. *Nullus autem his diebus vestimentis preciosis induatur: quia in sacco & cinere lugere debemus,* vt id obiter s̄. epist. 7. huius lib. de illo genere nebulonum qui præpostero & rerum omnium auerso ordine viuunt, *castorinati ad litanias.* Concilij Maguntiaci can. 33. Homel. de pœnit. Niniuitar. *Dum purpura in cilicium, affluentia in ieiunium, lætitia mutatur in fletum.*

Et sternacium ciuium] id est Aruernorum, & ciuium Aruernæ. Apex enim à matre Aruernus erat. s̄. epist. 21. l. 4.

Sternacium] id est prostratorum & humilium. s̄. e. 12. l. 4. *Quanquam esset trepidus & sternax.* Alcimus, *Lacrumarum functionibus cernuus, &c.*

Et si spiritalem animum tuum. ĵ. e. 2. l. 6. *Non desistis spiritalis animæ serenitatem, &c.*

SIDONIVS RVRICIO SVO, S. EPIST. XV.

OFficij sermone præfato bibliopolam vestrum non gratiosè sed iudicialiter expertus insinuo: cuius vt fidem in pectore, sic in opere celeritatem, circa dominum te mihi sibíque communem satis abundè probaui. Librum igitur iam ipse deportat Heptateuchi, scriptum velocitate summa, summo nitore, quanquam & à nobis rele-

ctum & retractatum. Defert & volumen prophetarum, licèt me absente decursum, sua tamen cura manúque de superuacuis sententiis eruderatum, nec semper illo contra legente, qui promiserat operam suam: credo quia infirmitas fuerit impedimento, quo minùs pollicita compleret. Restat vt exhortatio vestra seu sponsio, famulum sic vel studentem placere, vel meritum gratia competenti remuneretur: Quæ vtique pro tali labore si soluitur, incipiet vestram respicere mercedem. Sed cùm hoc ego de sola gratia precer, vos quid mereatur aspicite, quem constat affectum domini magis ambire quàm præmium. Vale.

Officij sermone præfato] id est Salue dicto, s. epi. 10. l. 4. *Frequentiam veteris officij seruare non audens.* ( ].epist. 6. l. 5. *Nefas credidi vlterius officiorum differre sermonem.* s. *officiosus in titulis, asper in paginis.*

Insinuo] tibi concilio, tuæ amicitiæ sacris initio Sidoni. e. 10. lib. 1. *Eum tibi sodalem veterem mihi insinuas indici nouo.* Idem epi 1. lib. 5. & 4. l. 7. *Insinuare quoscumque iam pauco.* Iulius Firmicus, l. 8 cap. 21. Sed quos multorum amoribus perspicua corporis pulchritudo semper insinuet.

Satis abundè] Plautina locutio in Amphutrione. Cassian. Collat. 2. cap. 9. *Et nouellis exemplis & definitionibus antiquorum satis abunde perpatuit.* Edictum Theodorici, cap. 12. *Satis abundè.*

Retractatum] rectè. Idem epi. 1. lib. 1. *Omnes retractatis exemplaribus, &c.* Plinius epist. 9. l. 4. in fine. & epist. 21. l. 8. *Leges, sed retractatum.*

Eruderatum] .i. purgatum & tersum. figuratè. s c. 7. huius libri.

SIDONIVS PAPIANILLAE SVÆ S. EPISTOLA XVI.

RAuenna veniens quæstor Licinianus, cùm primùm tetigit, Alpe transmissa, Galliæ solum, literas aduentus sui præuias misit, quibus indicat esse se gerulum codicillorum, quorum in aduentu fratri etiam tuo Hecdicio, cuius æquè titulis, ac meis gaudes, honor patricius accedit, celerrimè, si cogites eius ætatem, si merita, tardissimè. Namque ille iam pridem suffragium dignitatis ineundæ non soluit in lance, sed in acie: ærariúmque publicum ipse priuatus, non pecuniis, sed manubiis locupletauit. Hoc tamen sanctè Iulius Nepos armis pariter summus Augustus ac moribus, quòd decessoris Anthemij fidem fratris tui sudoribus obligatam, quo citerior hoc laudabilior absoluit, siquidem iste compleuit, quod ille sæpissimè pollicebatur. Quo fit, vt deinceps pro republica optimus quisque possit ac debeat (si quid cuipiam virium est) quia securus hinc auidus impendere, quandoquidem mortuo quoque Imperatore, laborantum deuotioni quicquid spoponderit princeps, semper redhibet principatus. Interea tu (si affectum tuum bene colligo) hisce compertis,

magnum ſolatium inter aduerſa maxima capis, nec animum tuum à tramite communium gaudiorum vicinæ quoque obſidionis terror exorbitat. Noui enim probè, ne meo quidem te, quem ex lege participas ſic honore lætatam, quia licèt ſis vxor bona, ſoror optima es. Qua de re propitio Deo Chriſto ampliatos proſapiæ tuæ titulos ego feſtinus gratatoriis apicibus inſcripſi, pariter abſoluens ſolicitudinem tuam, fratris pudorem: quem nil de propria dignitate indicaturum, ſi verecundum fortè neſcires:nec ſic impium, iudicares. Ego verò non tantùm inſignibus veſtris, quæ tu hactenus quantò liberiùs, tantò impatientiùs præſtolabare (quanquam iis quoque granditer) quantum concordia fruor, quàm parem noſtris, ſuiſque liberis in poſterum exopto, votis in commune depoſcens, vt ſicut nos vtramque familiam noſtram præfectoriam nacti, etiam patriciam diuino fauore reddidimus:ita ipſi quam ſuſcipiunt patritiam, faciant conſularem. Roſcia te ſalutat, cura communis: quæ in auiæ amitarumque indulgentiſſimo ſinu (quod rarò nepotibus contingit alienis) & cum ſeueritate nutritur, qua tamen tenerum non infirmatur æuum, ſed informatur ingenium. Vale.

Papianilla] vxori ſuæ filiæ Auiti Imperatoris. Gregorius Turonenſis lib.2. cap. 21.in fine. Alterius Papianillæ meminit Carmine vltimo. vxoris ſcilicet Ferreoli, Auſanij vxor Papianilla erat, Greg. Turonen.lib.3.cap.36. Hiſtor.

Rauenna veniens] in qua larem fouebat Iulius Nepos Auguſt. ſedes Imperatoribus amica,& amœna,natura loci fortiſſima,& tutiſſima, ſ.ep. 5. lib. 1. præter Imperatorum Conſtitutiones. Corippus lib.2.

atque fauens dominis Rauenna reuixet.

Regia vrbs. Iordani in hiſtoria Gothorum, & apud Rauennam Nepos Aug. imperium auſpicatus eſt. Iordanes de ſucceſſion. regnor.

Quæstor Licinianus] ſ.ep.3.lib.5. *Si quam præuio Deo quæſtor Licinianus trepidationi mutua ianuam ſecuritatis aperuerit.*

Alpe tranſmiſſa] Alpe, pro Alpibus Idem ſ. Carm.2.

Turgida ſyluoſam currebant vela per Alpem.

ſ. Carm. 9. *Iuxta frondiſera cacumen Alpis.*

& Carm.16. *porrecta in rupibus Alpis.*

Priſcianus lib. 7.

Tetigit] i adpulit. Plautus Amphytr. *Vt primùm terram tetigimus.* M. Tullius Attico lib.6.ep.1.ſ. ep. 10. lib.1.

Literas aduentus ſui præuias miſit] *Aduentoria epiſtola.* Martiali in præfat lib.12. quæ nuntiet aduentum, προδρομος Plinio ep.9.lib.4. *præcurſoria.* eid. ep.13. lib eiuſdem. ſ. *metatoria.* ep.11. lib.8.

Codicillorum] Princeps per codicillos honores deferebat. Vide epiſt.11.lib. 1. adde quod ait Tacitus in Agricola: *Credidere pleriqve miſſum à ſecretioribus miniſteriis libertum codicillos quibus ei Syria dabatur tuliſſe.* Symmachus ep.40.lib.10. *Vt codicillorum prærogatiua monſtraret, quis illis inter archiatros ordo competeret.* Renatus Profuturus: *Cùm autem Aſterius codicillis imperialibus patriciatum ſortitus fuiſſet. Codicilli imperiales,* §. ſed ex conſtitutione. quibus modis ius patr. poteſt. ſoluitur Gregorius Turo.

lib.2.cap.38. *Igitur ab Anastasio Imperatore codicillos de consulatu accepit*. Nihil in Iure frequentius.

Honor Patricius accedit] De patriciatu Hecdicii diximus epist. 1. lib.2. initio. Decius vocatur à Iordane in historia Gothorum ob patriciatus honorem, *senator* à Iordane. & Gregor. Turon. lib.2. cap.24. *nobilis dux & senator Romanorum*. Hugoni Floriac. ms. & à Sigeberto in Chronico, An. Dom. 481. cur senator vocetur, S. docui ep.11. lib.2. & 6. lib.3.

Celerrimè si cogites eius ætatem, si merita tardissimè] Ennodius in vita Epiphanij: *Stupuerunt plurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant, feram credebant hanc dignitatem redditam esse, qui nouerant*.

Non soluit in lance, sed in acie] id est, non pecuniam numerauit, quæ lancibus expendebatur, sed in acie, id est, in bello, non propter pecuniam, sed propter fortia facta Patriciatum adeptus est. vide S. ep 7. lib. 8.

Non pecuniis, sed manubiis locupletauit] Non pecuniis, quia lege vetitum erat, S. epist. 4. lib. 1. sed manubiis, id est, Gothorum spoliis, quos sæpe profudit Hecdicius, S. epist. 3. lib. 3. Manubiæ autem sunt, pecuniæ ex præda Gothorum vendita contractæ. Gellius lib. 13 cap. 23.

Iulius Nepos] Animi magnitudine, & moribus excellens Imperator. Ennodius in vita Epiphanij, *Nepotiani filius*. Iordanes de success. regno. idcirco *Nepotianus* Gonstantino Manassi dictus, in Annalibus, *sororis Marcellini Patricij filius*. Marcellin. Comes Leo Iuniore solo Cons. & Iornandes in historia Gothorum, cap. 45. quem Leo Imperator *copulata nepte sua in matrimonio, apud Rauennam Cæsarem ordinauit*. idem de success. regn.

Decessoris Anthemij] id est, cui Anthemius decessit, vt S. loquitur epist. 2. lib 7. Sed num in locum Anthemij successerit Iul. Nepos videndum est: non videtur successisse, si Imperatorum series spectetur. Nam post Anthemium, Olybrius: post Olybrium, Glycerius: post eum Nepos numerantur ab Ennodio in vita S. Epiphanij: Cassiodoro in Chron. Iordane in historia Gothorum: Paulo Diacono libro 6. & reliquis. Verùm hi potius erant incubatores, quàm Augusti, nec eos in successione regnorum collocat Iordanes, cùm ait: *Occisoque Romæ Anthemio, Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte sua in matrimonio, apud Rauennam per Domitianum clientem suum Cæsarem ordinauit*.

Decessoris] id est, cui Anthemius decessit. Zeno Veronen. de Pascha, Serm. 4. *idem sibi successor, idemque decessor*. Symmachus epistola 36. lib. 10. *Cum & à viro inlustri decessore meo Auentio*. Cœlius Aurelianus lib. 1. Chron. cap 7. *atque eius decessores*. postea *decessores verò medici*. Collatio Carthaginen. 1. cap. cxxx. lib. 3. Cod. Theod. de operib. publ. Cassianus Collat. 21. cap. 9. *Viro qui haud minor decessore suo fuit*. Cælestinus PP. epist. 1. cap. 2. Concilij Carthaginensis 6. can. 1. Marcellin. Comes Basilisco & Armato Coss. *Anno decessorum regni Imperatorum*. idem Philoxeno & Probo: *Solus Romanorum sibi decessorum vrbe digressus*. Cassiodor. lib. 7. epist. 2. & lib. 8. epist. 16. Ennodius in vita Epiphanij, & pro IIII. synodo Romana. Iornandes de success. regn. & in historia Gothorum. Corippus lib. 3.

Sic decessorem regnantum nullus amauit.

Gregorius Turonen. lib. 7. Histor. cap. vlt. & lib. 4. de S. Martino cap. 7. Concil. Toletan. 12. cap. 1.

Quicquid spoponderit princeps, semper redhibet principatus] Illud est vnicè notandum. D. Ambrosius in laudat. Theodosij, & Symmachus epist. 7. lib. 4. Idem in Honorio Aug. quod in Nepote Sidonius laudant: *Reseruatus est vnus & potentissimus bonitatis titulus heredis, quem magnitudinis tua monitu, paternis beneficiis D. Honorius adiecit, interpretatus scilicet D. principis tempus, non animum defuisse*. Idem epist. 19. libri eiusdem: *Sequetur, vt spes est, paterna benefacta munus Aug. ad quem sicuti successio*

imperij V.C. à patre peruenit, ita & bonitatis imitatio. idem epist. 51. eiusdem lib. *Proficiet ista concessio etiam temporum gloria, si quod beneficiu principu deerat, pius successor adiecerit.* Atque etiam quicquid conceilit princeps, principatus confirmat, ex instituto Tiberij. Suetonius in Vespasian. cap. 8. Aurelius Victor in Tito: Concilij Toletani quinti can. 6. Cuiacius ad L. 6. §. Grammatici, de excusationibus, & Symmach. epist. 17. lib. 5.

Vicina quoque obsidionis terror exorbitat] Nam paulo post Iulij Nepotis auspicia imperij, rex Gothorum Euarix Aruernam obsidione cepit, tandemque post longam & plurium annorum obsidionem, cepit per deditionem. Iordanes in historia Gothorum: *Tantas varietates mutationesque cernens Euricus, vt diximus superius, Aruernam occupat ciuitatem, vbi tunc Romanorum dux praerat Decius nobilissimus senator, & dudum Auiti Imp. qui ad paucos dies regnum inuaserat, filius.* Idem Hugo Floriacen. in Iustino & Freculphus lib. 5. cap. 17. tom. 2. Ann. Dom. 471. Sigebert. in Chron. *Euricus Burgundiones victos sibi subegit, Aruernu, etiam Arelatum, & Massiliam, Galliarum vrbes inuasit.* De Aruerniæ obsidione ep. 12. huius lib. & ep. 7. lib. 7. quò loci plura.

Exorbitat] J. ep. 11. lib. 8. *Vereor huiusmodi à Catholica fidei regulis exorbitaturum.* epist. 9. lib. 9. *A regula Salustiani tramitu detortus exorbitat. exorbit.* Nilus episcopus in sententiis *iteratum exorbitat.* Iulius Firmicus de erro. profan. relig. *Nec à salutaribus tuis legibus exorbitat etiam Consul noster Posthumus.* Tertullian. in exhortat. ad castit. *quæ de monogamia exorbitat.*

Quem ex lege participas sic honore lætatam] Nam iure ciuili mulieres maritalium honorum sociæ sunt atque participes, l. 31 de legibus. & l. 6. § vltimo, de iure fisci & l. 22. ad municipalem: l. 8. de senatoribus, L. 7. Cod. Theodos. de iurisdict. ibidem. Anianus l. 10. Cod. de nuptiis, & Cod. de incolis, & Cod. de dignitatib. l. mulieres, Nouella de nuptiis. Ratio ea reddi potest, quòd hæ sint diuini & humani iuris sociæ, quòdque ab honoribus excludantur, prætet auctores, quos alij notarunt, in l. fœmine, de regul. iur. Seneca de consolat ad Heluiam, cap. 14. Artemidorus lib. 2. cap. 31. Concilij Namnetensis cap. 8. & Balsamo can. 70. sextæ synodi in Trullo. Burchardus lib. 8 cap. 85. quæ cùm ab honoribus remoueantur, ratio & ciuilitas exigit, vt maritorum radiis coruscent. J. Carm. 22.

Inlustris de sorte viri.

Quantum concordia fruor] S. epist. 2. lib. 2. *Hic mihi cum meis (præsule Deo) nisi quid in fascinum vertere, concordia est.*

Præfectoriam nacti] Nam pater Papianillæ Auitus Augustus, Sidonii socer. Apollinaris etiam Sidonii pater, Prætoria Galliarum rexerunt. S. epist. 3. lib. 1. Vide quæ notaui de præfectura Auiti, insuper Carmine 7.

superbum
Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.

Sicque vtraque familia Sidonii scilicet, & Papianillæ præfectoria erat.

Etiam patriciam diuino fauore reddidimus] Hecdicius enim filius Auiti Imper. à Iulio Nepote patriciatum nactus est. S. hac epist. atque etiam Sidonius Præfectoriæ dignitati patriciatum adiecit. Claud. Mamercus in præfat. de statu animæ ad Sidonium: *Præfectorio, Patricio, doctissimo viro, & optimo Caio Sollio Sidonio Claudianus salutem.*

Quam accipiunt patriciam] scilicet Apollinaris Sidonij filius, de quo Vitæ cap. 2. cui Sidonius Præfecturam & Patriciatum reliquit. Vitæ cap. 6. Epitaph.

Mundanos soboli refundit actus.

Et Decius Hecdicij filius, qui & Decius dictus est S. vnde *Patricius Decius.* Cassiod. ep. 31. & [illegible] lib. 2. Variar.

Faciant consularem] Hic est enim dignitatum ordo, vt gradus sit præfectura ad Patriciatum, patriciatus ad consulatum. S. episto. 13 lib. 2. *qui quanquam in arcem*

præfectoriam, patriciam, consularemque intrepidus ascenderet. l vnica, Cod. Theodos. de consulibus præfect.&c. Ex his collige, votiuum esse patribus à filiis superari, s. ep.11.lib.3.& in conc.lib.7. in fine. vbi plura.

Roscia te salutat cura communis] Roscia erat Sidonij & Papianillæ filia, satis hæc verba denotant, *Cura communis.* idem ep.12.lib. 2. *Seueriana sollicitudo communis.* cura, pro filius. Seruius. Ausonius:

seri noua cura nepotes.

Quæ in auiæ amitarumque indulgentissimo sinu] Auiæ nepotes suos in delitiis maximè habent, suæ senectutis solatia, Symmachus ep.17.lib. 2. *Filij nostri in sinu auiæ etiam nunc morantur,* &c.s.epist.9. & ep.21.lib.4.vide quæ notaui. Ausonius in Propemptico: *pappos, auiasque trementes*

Anteferunt patribus, seri noua cura nepotes.

Auiæ amitarumque] Sic mss. veteres rectè in hoc quippe pietatis officio certant, inuicem auiæ & amitæ affectus. D. Hieronymus ad Paulam de institutione filiæ in fine: *Felix virgo, felix Paula Toxotij, quæ per auiæ auitæque virtutes, nobilior est sanctitate, quàm genere.* Idem ad Eustochium in Epitaphio Paulæ: *Audierat in cunis, & crepitaculis, balbutiente lingua allelvya cantare, auiæque & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere.*

Amitarumque] De auiæ affectu erga nepotes disiunctim dixi, de amitarum verè amicarum amore prælibabo. Plinius epi. 19.lib. 4. *Filiamque eius vt tuam diligas, nec tantùm amita eius, sed etiam patris amissi affectum repræsentes.* Auson. in Parental. Carm.7.& Carm.26.

Cum seueritate nutritur] Auitarum (vt veteres loquebantur) amitarumque indulgentia seueritati mixta est, variasque personas induunt; vt vitia nepotes exuant. Plinius ep.24.lib.7. *Vixit in contubernio Auiæ delicatè, seuerissimè, & tamen obsequentissimè:* non ineleganti nænia, piperatas auiæ blanditias Ausonius expressit in. Parentalibus. Carm.6.

Hæc me præreptum cunis, & ab vbere tractum
Blanda, sub austeris imbuit imperiis.

Et id præcipit Seneca lib.2.de Ira cap.21.vt pueri cum seueritate informentur.

SIDONIVS ERIPHIO SVO S.
EPISTOLA XVII.

Es Eriphi meus ipse qui semper: nunquamque te tantùm venatio, ciuitas, ager auocat, vt non obiter voluptate literarum teneare, fitque eo studio vt nec nostra fastidias, qui tibi, vt scribis, Musas olemus. Quæ sententia tamen largè probatur vero carere, quanquam & apparet, aut ex ioco venire si lætus es, aut ex amore, si serius. Cæterùm à iusto longè resultat, cùm mihi assignas quæ vix Maroni, vix aut Homero competenter accommodarentur. Hæc relinquamus: idque, vnde causa, sermocinemur. Dirigi ad te præcipis versus, quos viri amplissimi soceri tui precibus indulsi: qui contubernio mixtus æqualium, viuit moribus ad iubendum obsequendumque iuxta paratis. Sed quia scire desideras & locum & causam, quo faciliùs intelligas rem perexiguam, tibi potius vitio verte, quòd loquacior erit opere præfatio. Conueneramus ad sancti Iusti sepulchrum, sed tibi infirmitas impedimento, ne tunc

tunc adesses, processio fuerat antelucana, solemnitas anniuersaria, populus ingens sexu ex vtroque, quem capacissima basilica non caperet, & quamlibet cincta diffusis cryptoporticibus. Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebrauerant, quisque in diuersa secessimus, non procul tamen, vtpote ad tertiam præstofuturi cum sacerdotibus res diuina facienda. De loci sanè turbarumque compressu, deque numerosis luminibus illatis, nimis anheli: simul & æstati nox adhuc proxima tacito clausos vapore torruerat: etsi iam primo frigore, tamen autumnalis auroræ detepescebat. Itaque cùm passim varia ordinum corpora dispergerentur, placuit ad conductorium Syagrij consulis, ciuium primis vna coire, quod nec impleto iactu sagittæ separabatur. Hìc pars sub vmbra palmitis adulti, quam stipitibus altatis cancellatimque pendentibus pampinus superducta texuerat: pars cespite in viridi, sed floribus odoro consederamus. Verba erant dulcia, iocosa, fatigatoria, prætereà (quod beatissimum) nulla mentio de potestatibus, aut de tributis, nullus sermo qui proderet, nulla persona quæ proderetur. fabulam certè referre dignam relatu, dignisque sententiis quisque potuisset, audiebatur ambitiosissimè. Nec erat idcirco non distincta narratio, quia lætitia permixta. Inter hæc otio diu marcidis aliquid agere visum. Mox bipertitis (erat vt ætas acclamationibus efflagitata) profertur, his pila, his tabula. Sphæræ primus ego signifer fui, quæ mihi (vt nosti) non minùs libro comes habetur. Altera ex parte frater meus Domnicius homo gratiæ summæ, summi leporis, tesseras cœperat, quatiebatque, quo velut classico ad pyrgum vocabat aleatores. Nos cum caterua scholasticorum lusimus abundè, quantum membra torpore statarij laboris hebetata, cursu salubri vegetarentur. Hìc vir illustris Filimatius, vt est illud Mantuani poetæ:

Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.

Sphæristarum se turmalibus constanter immiscuit. Pulchrè enim hoc fecerat, sed cùm adhuc essent anni minores: Qui cùm frequenter de loco stantum, medicurrentis impulsu summoueretur, nunc quoque acceptus in aream tam pilæ coram præteruolantis, quàm superiectæ: nec intercideret tramitem, nec caueret, ad hoc per catastropham sæpe pronatus, ægrè de ruinoso flexu se recolligeret, primus ludi ab accentu sese remouit suspiriosus extis incalescentibus. Namque & iecusculi fibra tumente pungebant exercitatum crebri dolores. Destiti protinus & ipse, facturus communione cessandi rem charitatis, ne verecundiam lassitudo fraterna pateretur. Ergo vt resedimus, & illum mox aquam ad faciem petere sudor admonuit, exhibita poscenti est: pariter & linteum villis onustum, quod pridiana squama politum casu

ſub ipſis ædiculæ valuis bipatentibus de ianitoris erecto trocleatim fune nutabat;quo,dum per ocium genas ſiccat,vellem,inquit, ad pannum ſimilis officij, aliquod tetraſtichon mihi ſcribi iuberes. Fiat, inquam. Sed quod meum,dixit,& nomen metro teneret. Reſpondi poſſibilia factu, quæ popoſciſſet. Ait & ipſe, Dicta ergo. Tunc ego arridens, Ilico ſcias Muſas moueri, ſi choro ipſarum non abſque arbitris vacem. Reſpondit ille violenter,& perurbanè, vt eſt naturâ vir flammeus, quidamque facundiæ fons inexhauſtus: Vide, domine Solli, ne magis Apollo fortè moueatur,quòd ſuas alumnas ſolus ad ſecreta ſollicitas. Iam potes noſſe quem plauſum ſententia tam repentina, tam lepida,commouerit. Nec plus moratus, mox ſuo ſcriba qui pugillarem iuxta tenebat,ad me vocato, ſubditum ſic epigramma compoſui:

Mane nouo ſeu cum feruentia balnea poſcunt,
Seu cùm venatu frons calefacta madet
Hoc foueat pulcher faciem Filimatius vdam,
Migret vt in bibulum vellus ab ore liquor.

Epiphanius noſter vix ſupraſcripta peraranerat, & nuntiatum eſt,hora monente progredi epiſcopum de receptorio: Noſque ſurreximus: Da poſtulatæ tu veniam cantilenæ. Illud autem ambo quod maius eſt, quodque me nuper in quendam dies bonos malè ferentem parabolicè, ſeu figuratè dictare iuſſiſtis, quodque expeditum cras dirigetur, clam recenſete. Et ſi placet edentes fouete; ſi diſplicet, delentes ignoſcitote. Vale.

Es Eriphi meus] Vocatiuus antiquis vſitatus, meus, pro mi, s̄. ep.9. lib.1. & epiſt. 10.lib.4. Idem Narbone: *Scaurus artis Grammaticæ libris addit, quod vocatiuus ſingularis generis maſculini multos diſſidentes etiam nunc generat, ô mi, an ô meus facere debeat.* Soſipater lib.1. Inſtitution. paſſim Donatus in Terentium. Sed nerem tam altè repetam, Optatus lib.4. *Et cùm non vultis vt dicat vnuſquiſque veſtrum pater meus, qui in cœlis es.* Victor Vticenſis lib.2. *Curre, domine meus, vides vniuerſos ſanctos, quomodo pergant ad coronas.* Saluianus epiſt.ad Eucherium: *Vale domine meus, & dulcis meus.* Hieronymus interpres Biblior. ſæpe.

Es Eriphi meus ipſe qui ſemper] Similis locutio apud Afranium Emancipato. Idem es qui ſemper, idque vtritè intelligas te facete, refert Cariſius lib.2. Cicero Attico lib.8. ep.9. *Eſt idem qui ſemper in republica fuit.*

Vt non obiter voluptate literarum tenearc] Symmachus epi.47.lib.1.& epi,18.lib.4. quas conſule.

Qui contubernio mixtus æqualium] id eſt, Filimatius Eriphij ſocer, ī. ep.14. lib.9. *Vt illic ſenatoria iuuentutis contubernio mixtus erudirem.* vbi plura.

Conueneramus ad S. Iuſti ſepulchrum] Epiſcopi Lugdunenſis viri ſanctitatis, qui relicta epiſcopali cathedra in Ægypti eremum ſeceſſit, vt vitam cœlitem ageret, cuius poſt mortem corpus à Lugdunenſibus anxiè quæſitum, Lugdunum relatum eſt, Beda, Vſuardus, Ado Treuirenſis IV. Nonas Septembreis. Ado in Chronico: Petrus Aruernus Venerabilis lib.4 epi. 50. vbi exempla præſulum enumerat, qui epiſcopatus eiurarunt: *Sed ne ſanctum Iuſtū Lugdunenſem epiſcopū*, &c. Vitā vide apud Sur.tom. 5.

Processio fuerat antelucana] id eſt, antelucìo procedebatur, procedere in ea ſignificatione, Tertullianus lib altero ad vxorem: *Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat.* Concil. Laodic. cap. 17. Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 13. *antelucani ſacerdotum cœtus.* ſ. ep. 2. lib. 1.

Solemnitas anniuerſaria] Sanctorum anniuerſarij dies celebrabantur antiquitus. D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 9. lib. 3. epiſt. 6. & lib. 4. epiſt. 5. Concilij Carthaginenſis can. 50. D. Hieronymus ad Euſtochium: Paulinus paſſim, & reliqui. Aldhelmus de laudibus virginit. cap. 26. ſ. ep. 6. lib. 4.

Quam capaciſſima baſilica non caperet] id eſt, baſilica. 7. ſanctorum Machabæorum, in qua corpus S. Iuſti, & comminiſtri ſui Viatoris ſepultum fuit. Beda in Martyrologio: & Ado Treuirenſis IIII. Nonas Septemb. vbi de ſanctis Iuſto, Viatore, & Helpidio.

Capaciſſima non caperet] Curtius lib. 4. *exercitum quem prius immenſa planities vix caperet, comparaui,* id eſt, contineret & complecteretur. Plinius lib. 2. ep. 17. *lectum & duas cathedras capit.* Martialis: *Septem ſigma capit.*
Tropicè autem dictum *capaciſſima caperet.*

Clericique pſalmicines] i. pſalmos concinentes, pſaltes, vt ipſe loquitur ep. 9. lib. 8. Paul. Diacon. de geſtis Longobard lib. 1. cap. 26. de S. Benedicto:

> *Pſalmicen aſſiduus nunquam dabat otia plectro,*
> *Sacra canens obiit, pſalmicen aſſiduus.*

Alternante mulcedine] Auitus lib. 6. init. ad Fuſcinam:

> *Alternos recinens dulci modulamine pſalmos.*

Vide Scriptores rituum eccleſiaſticor.

Vt pote ad tertiam præſto futuri] qua ſcilicet ſacerdotes miſſas agebant. Teleſphorus Papa in Decretis cap. 6. *Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè ſunt celebrandæ.* Burchardus lib. 3. cap. 63. de Conſecratione diſt. 1. cap. nocte ſancta, &c. Idem Burchardus ex dictis Auguſtini lib. 2. cap. 54. Iuo 2. par. Decreti c. 119. Gregorius Turonenſis in vita Patrum, de S. Nicetio: *Facta quoque hora tertia, cùm populus ad miſſarum ſolemnia conueniret.* propter quod ineffabile myſterium, *ſacra diei hora* dicitur Martino Braccarenſi in excerptis, cap. 66.

Res diuina facienda] id eſt, miſſarum ſolemnia celebranda' Miſſa facienda, *ſacrificia efferenda*, vt ipſe loquitur ep. 15 lib. 4. D. Dionyſio de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. 3. part. 2. & 3. τὰ ϑυόταται. antiqua loquendi forma. Cato de re ruſtica, cap. 5. *Rem diuinam niſi in compitalibus, in compito, aut in foco ne faciat.* Arnobius lib. 5. de Fatua: *cùm ei diuinam rem mulieres faciunt.* Plautus Epidico: *rem diuinam facere.* Suetonius in Auguſto cap. 1. *Cùm fortè Marti rem diuinam faceret.* Aurelius Victor in Antonin. Gordiano: *rem diuinam ſolitis ageret.* Gellius lib. 4. cap. 9. *Religioſi enim dies dicuntur, triſti omine infames impeditique, in quibus & res diuinas facere*, &c. Spartianus in Didio Iuliano: *Rem diuinam facienti ne litaret optarunt.* Lampridius in Alexandro Seuero: *Si non cum vxore cubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo rem diuinam faciebat.* Macrobius lib. 3. cap. 12. *Cùm Dido rem diuinam pro nuptiis faceret*, &c. Higinus cap. 274. *Arcades res diuinas primi Diis fecerunt.* Nonius cap. 4. *Facere rem diuinam, religionibus exhibere.*

De numeroſis luminibus illatis] Vel quia erat antelucana proceſſio, ſicque luminum vſus neceſſarius erat. Gregor. Turonenſis lib. 4. hiſt. cap. 31. vel quia cereorum vſus vetuſtiſſimus eſt. D. Hieronymus aduerſus Vigilantium: Concilij Carthaginenſis quarti can. 6. Corippus lib. 2.

> *Impoſuit pia turba focis, cerasque micantes*
> *Obtulit.* Paulo poſt:
> *Oblatis ceris, altam remeauit in aulam.*

Idem lib. 4. *Obtulit & ceras.*

Alcimus Auitus in Homel. Rogatio. *Igitur desperatione deposita reditur ad Ecclesiam, & restincta flammarum luce, clarescit luminum pulchritudo.*

Placuit ad conductorium Syagrij] Sic mss. Iur. Latinij & Clarom. qui conductorium legunt, & ms. Fauch. hospitium interpretatur rectè. Petronius: *paulo antè in conductum accucurrit*, initio Satyr. atque conductor Rutilio, pro hospite & stabulario: *Hospite conductor durior Antiphate*. Conditorium reliqui, id est, hypogæum & subterraneum sepulcrum. Petron. in Satyr. Plinio lib. 7. cap. 16. & Solino, *Quorum reliquiæ adhuc in conditorio Sallustianorum videntur.* Quintiliano Declam. 8. Plinio epi. 10. lib. 6. Sueton. in Augusto, cap. 18. in Caligula cap. 51. Senecæ epist. 60. *conditiuum*: Et ita hoc loco conditorium accipiendum esset: *conditi*, pro sepultis. Arnobius li. 1.

Syagrij consulis] De quo 5. epist. 5. huius lib. quam consule, & ep. 8. lib. 8. Erat autem Lugdunensis 7. ep. 8. lib. 8.

Quod nec impleto iactu sagitta separabatur] Lucretius 4.

Vix absunt nobis missus bis mille sagitta.

Pacatus in Panegyr. Theodosij: *Postquam intra coniectum teli acies vtraque promouit.* Orosius lib. 4. cap 4. *Et cùm directa intra iactum teli vtraque acies constitisset.*

Quam stipitibus altatis] 5. epist. 2. lib. 2. initio: *& per lineas sol altatus extremas.* & 7. Carmine 5. *Altata suram pelles.*

Cancellatimque pendentibus] Plinius lib. 7. cap. 20. *Filiumque eius militem Magni Pompei & rectos & transuersos toto corpore cancellatim habuisse neruos.* Idem libro 11. cap. 37.

Pampinus superducta texuerat] Vmbram scilicet. vnde vmbellæ & vmbracula vocantur trichilæ (quæ nos vulgò trillæ) *trichila* Cæsari, 3. de bello ciuili (sic vetus meus liber) & Columellæ in horto. Gregor. Turonensis de miraculis S. Martini lib. 4. cap. 7. *Vitium camera extensa per traduces dependentibus vuis, quasi picta vernabat.* 5. ep. 2. lib. 2. Obiter notandum apud Cæsar. 3. de bello ciuili, in vulgatis triclinia legi, quæ lectio defendi potest. Spartianus in Adriano: *Triclinia de castris, & porticus, & criptas, & topia deruerent.* & id ad luxum.

Pampinus superducta] Fœminino genere. Serg. arte 2. *Pampinus verò, & dies, & similia, pro nostro arbitrio, vel masculino vel fœminino genere proferuntur.* Donatus ibid. & Seruius Æglog. 7. *Sanè sciendum has pampinos nunquam Vergilium dicere, sed Varronem fœminino vti frequentius.* Idem Caper, Probus & reliqui.

Fatigatoria] id est, verba quæ recreant & oblectant animum, Fatigate 5. epi. 8. lib. 1. & epist. 10. lib. 4. est cauillari & inridere, vt notaui: quibus adde quod ait Auienus Fabula 31.

Tunc indignantem iusto sermone fatigat, &c.

Hic verò Fatigare recreare est. 7. ep. 11. li. 8. *Pila tantùm ad voluptatem fatigabat libenter, &c.* & epist. 13. lib. 9. *Paruer sonante lingua, Vice pectinis fatigent.*

Quibus locis plura.

Nulla mentio de potestatibus] *Quod homines & libentissimè, & periculosissimè faciunt, de rege suo malè existimant.* Seneca 3. de Ira cap. 22. can. Apostol. 84. Nazarius in Panegyrico Constantini, initio: *Existimare quidem de principibus nemini fas est, nam & in vestibulo suo inquirentem repellit obiecta veneratio, &c.* In hanc sententiam singularis est legis Visigothorum libro 2. titulo 1. Era 8. Vide quæ notaui epistola 7. lib. 1. Quibus adde quod ait Balsamo canon. Apostol. 84. *Sæpe iustam reprehensionem pro iniuria accipi multi dixerunt.* quod notandum. Petrus Diaconus de notis D. C. N. N. B. D. *De Cæsare nemo non bene dicat.*

Aut de tributis] Tunc enim tributis exhauriebantur Galliæ:

Gallia continuis quanquam sit lassa tributis.

7. Carm. 5. Constantius de vita S. Germani l. 1. cap. 29. ab exactoribus, qui, vt

ait Saluianus l. 5. *Exactionis publicæ nomen in quæstus proprij emolumenta vertebant, & indictiones tributarias prædas suas etiam faciebant.* de quo genere hominum s̄. epist. 8. l. 3. adeò vt tributis oppressi multi ad barbaros deficerent. Orosius l. 7. cap. 41. *Vt inueniantur iam inter eos quidam Romani, qui malint inter barbaros pauperem libertatem quàm inter Romanos tributariam solicitudinem sustinere,* Idem Saluian. lib. 5. *Itaque passim vel ad Gothos, vel ad Bacaudas, vel ad alios vbique dominantes barbaros migrant, & commigrasse non pœnitet, malunt enim sub specie captiuitatis viuere liberi, quàm sub specie libertatis esse captiui.* Idem etiam Isidorus in Chronico. Era. cccexlvij. *Vnde & hucusque Romani qui in regno Gothorum consistunt, adeò amplectuntur, vt melius, sit illis cum Gothis pauperes viuere, quàm inter Romanos potentes esse, & graue iugum tributi portare.* Nihil aliud autem (vt horum temporum scriptores testatur) populus causabatur, quàm graue, nec ferendum tributi iugum, miserè enim tributis vexabantur. j̄. c. 12. l. 7. & Carm. 13. & epist. 1. l 2. & 13. huius libri.

Mox bipertitis, erat vt ætas.] Quosdam pila, scilicet iuuenes, alios tabula, scilicet senes decebat. s̄. epist. 8. lib. 1. *Ludunt pila senes, aleæ iuuenes.* Præpostero ordine.

Proferturin pila, in tabula] Iuuenibus pila, senibus tabula. Tabula erat alueolus, in quem tesseras iaciebant. s̄. notaui, epist. 2. l. 1. j̄. epist. 12. l. 8.

Sphæræ primus ego signifer tui.] Sidonius pila ludebat adprimè. s̄. epist. 2. l. 2. epi. 4. lib. 4.

Tesseras cœperat, quatiebatque] Tesseræ in pyrgum coniectæ ab aleonibus agitabantur, priusquam in alueolum & tabulam mitterentur, s̄. epist. 9. l. 2. Quibus adde quod ait Martialis lib. 13. Epigram. 1.

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Illo que signo Domnitius ad pyrgum euocabat aleatores. j̄. epist. 12. l. 8.

Aleatores] Qui *aleam ludunt*, vt loquitur Paulus in l. 26. de iniuriis. Glossæ vett. *κυβεύω, aleo, aleam ludo.* Item. *κοτίζω, aleam ludo.* Item, *aleam ludit. κοτίζω, κυβευταὶ, aleones,* Tertulliano & Festo. Glossæ vett. *κοτιστὴς, aleator, aleo.* Iulius Firmi. l. 8. c. 25. Mathes.

Torpore statarij laboris] Quem contraxerant ex consessu cespite in viridi. s̄. hac epist. *Stataria retia.* s̄. epist. 2. l. 2. *Statarius clusor.* epist. 6. l. 8. *Statarius lixa*, Pacato in Paneger. Theodosij.

Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem] Ex lib. 5. Æneidos versus idoneè in hunc sensum à Sidonio contortus, id est ausus pila ludere, s̄. epist. 8. l. 2. & epist. 4. l. 4.

Sphæristarum] Qui sphæra ludunt sphæristæ sunt, s̄. epist 9. l. 2. *Sphæristarum contrastantium paria*, Gregor. Turon. in Præf. de Gloria Confessorum, *Inter sphæristarum ordinem.* vnde, *sphæristerium.* c. 2. l. 2. vide.

Turmalibus] s̄. epist. 3. l. 3. *Cuneos mactasse turmales*, hic absolutè vt Liuio lib. 5. *T. Manlius Consulis filius supra castra hostium cum suis turmalibus euasit.* Sphæristarum turmales quòd gregatim & turmatim luderent, de qua pilaris lusionis specie, Isidor. l. 18. cap. 69. *Arenaria quæ in grege*, &c. *sphæristarum ordo.* Gregor. Turon. in Præfat. de gloria Confessorum. l. 52. § . vlt. ad leg. Aquil. *Cùm pila complures luderēt.*

Sed cum adhuc essent anni minores] Iul. Firmicus lib. 4. cap. 1. Matheseos. *Ipsis etiam in annis minoribus constitutis* Anianus l. 1. C. Th. de integri restitut. *In annis minoribus constitutis.* Idem l. 2. eod. tit. *in annis minoribus.* Idem l. vnic. C. eod. de sententiam passis. *Filij in annis minoribus constituti.* Idem l. 8. de sponsalibus. *Quæ in annis minoribus, &c.* Cassiod. epist. 35. l. 4. *In annis minoribus constitutum.* Maiorianus A. Nouel. de Sanctimonialibus: *In annis adhuc minoribus constitutas.* Paulinus in vita D. Ambrosij: *In annis iunioribus constitutus. In annis minoribus constitutus,* Anianus l. 4.

Vir flammeus] Idem epist. 7. l. 1. *Viri flammei, igneum ingenium* epist. 16. l. 4. Mamertinus in Genethlia. Maximiani. *Etenim cum nihil sit animo velocius, vos quorũ ignea immortalesque mentes minimè sentiunt corporis moras.* Martianus Felix. l. 5. *In elatione flammatrix.*

Quidamque ei facundiæ fons inexhaustus.] Facũdiæ fons, id est dicacitatis & vrbanitatis exuberantia, vel interpretè Sidonio. Respondit ille violenter, quia natura vir flammeus: & perturbanè, quia facundiæ fons inexhaustus: Fortunatianus lib. 3. Rhetoric. *Gentilia verba quæ sunt? quæ propria sunt quarundam gentium, sicut Hispani cubitum vocant, sed Græco nomine ἀγκῶνα, & Galli facundos pro faceto, &c.* Macrobius l. 2. Satur. cap. 4. *Soleo in Augusto magis mirari, quos pertulit iocos, quàm ipse quos protulit, quia maior est patientiæ, quam facundiæ laus, &c.* Glossæ vett. *σωμύλος. Facundus, lepidus, dicax.* Vet. Glossog. ms. ex Bibl. F. Pith. *Dicax, facetus, vrbanus, facundus.* l. epist. 8. huius libri. *Piperata facundia*, id est sales Satyrici, & mordaces. vide notas.

Quod suas alumnas solus ad secreta sollicitas] Alumnas, id est musas. D. Hieron. ad Heliodorum. J. epist. 11. l. 8.

Paulum depositi alumna plectri.

Sollicitas] signarè locutus est Seneca lib. 2. controu. 8. sæpè. l. 1. de extraor. crimi. *sollicitatores alienarum nuptiarum.* Et Paul. 5. Sent. tit. 4. §. 5. Arnob. lib. 2. *Domos vt effringerent, noctibus sollicitarent.* Rutilius, Itiner. 1.

Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virgineum sollicitauit onus.

Cassiodor. l. 2. e. 11. Iul. Firmi. de erro. prof religio. *Si stupri præmiis corruptor inquirit, si viam obuiam optat sollicitationis addiscere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Iouis. Agapitam coniugem suam de propriis penatibus à quibusdam vitio sollicitationis abductam*, Gloss. vett. *ὑποσπῶν τινὲς. seductor, sollicitator.* l. e. 9. l. 3. *Britannis clam sollicitatibus abducta.*

Epiphanius noster vix suprascripta perarauerat.] Filimatij viri inlustris scriba erat Epiphanius, id est notarius J. e. 9. l. 9. Caue credas, vt iste sit Epiphanius postea Ticinẽsis Episcopus, quem constat notarium fuisse. Ennodius in eius vita, *Notarum in scribendo compendia, & figuras varias, verborum multitudinem comprehendentes breui assecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit.* Sic mss. Leo PP. epist. xj. Clero & plebi Constantinopolitanæ. *Cui impietati ne in aliquo præberetis assensum, tam per filium meum Epiphanium, & Dionysium Romanæ Ecclesiæ notarios cohortatorio ad dilectionem vestrã scripta direximus*, is enim erat maximus, & honorarius titulus.

Perarauerat] Vt scribere agros dixit, pro arare, ita vice mutua pro scribere, hic perarare posuit, verbum in ea significatione probis auctoribus probatum. Titinnius *velim ego osse arare campum cereum.* id est scribere. Idem e. 2. lib. 7. *Si quid stylo rusticante perarauero.*

Progredi Episcopum de receptorio.] Patientem Episcopum de secretario egredi. Receptorium interpretor secretarium, siue deeanicum, intra quod rem diuinam facturus concludebatur. Sulpic. Seuer. dialogo. 1. c. 1. Vbi erat area vestiaria, & vasa sacrata Laodicenæ Synodi cano. 21. *Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium, siue sacrarium, quod Græci diaconicon appellant ingredi, & contingere vasa dominica.* Idem Concilij Agathensis can. 66. Idem Martinus Braccarensis in excerptis, cap. 41. & 42. & Concilij Braccarensis v. cap. 38. Erat & aliud secretarium, in quo presbyteri sedebant, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati. Sulpicius Seuerus, dialogo 2. cap. 1. Gregor. Turo l. 5. cap. 18. hist. *Nos collecti in vnum sedebamus in secretario Basilicæ beati Petri confabulantibusque nobis, &c.* Idem de mirac. S. Martini, l. 3. cap. 17. *Residentesque in sacrario aduentũ præstolabamur antistitis.* quod salutatoriũ dicitur eidẽ lib. 7. c. 22. hist. & hist. Tripart. l. 9. c. 30.

Quodque dominicum vocatur Laodicenæ Synodi can. 18. Sextæ Synodi in Trullo. can. 74. Ibid. Balsamo. D. Hilarius ad Constantium. Aug. *Verentes igitur illi populi iudicium, è dominico ad Palatium transeunt*, μητατώριον Cedreno. Receptorium dictum pro receptaculo, vt in Gloss. vett. exceptorium. ἐκδοχεῖον, *exceptorium*.

In quendam dies bonos, malè ferentem] Dies bonos non interpretor albo signandos lapillo, sed dies feriatos, Satyrico autem morsu aliquem dies illos iniquè sustinentem vellicauit, *Faustus dies*, id est dominicus in l. 1. C. Th. de exsecutoribus & exactionibus.

Si displicet delentes ignoscitote] Varro. *Si displicet tam sibilatum mare, quantam parabis spongiam deletilem.*

SIDONIVS ATTALO SVO
S. EPISTOLA XVIII.

HEduæ ciuitati te præsidere cœpisse, libens atque cum gaudio accepi, lætitiæ causa quadripartita est: Prima, quòd amicus: secunda, quòd iustus es: tertia, quòd seuerus: quarta, quòd proximus. Quo fit, vt nostris, nostrorúmque contractibus primùm velis, debeas, possis opitulari. Igitur amplectens in familiari vetusto nouum ius potestatis indeptæ, materiam beneficiis tuis iam diu quæro. Quibus me tantùm fidere agnosce, vt etsi non inueniam quæ poscam, quæsiturus mihi videatis ipse quæ tribuas.

Heduæ ciuitati] id est Augustiduno. Notitia Prouinc. Lugdun. 1. *Ciuitas Eduorum, hoc est Augustidunum.* Aimoinus, l. 1. cap. 5. *Hedua, quæ Augustidunus.* postea eodem cap. *Augustidunus quam Iulius Heduam nominat.* Cæsar lib. 5. & 7. Hedua, Constantio de vita S. Germani, cap. 2. & 3. Quæ & Aurelianus dicta est. Appendix in Gregor. Turon. cap. 89. init. *Aurelianis in Burgundiæ regnum venisset.* Aimoinus, l. 4. cap. 39. *Aurelianos caput regni Burgundiæ.* Petrus Equilinus lib. 8. cap. 116. *Andochius, Thyrsus, & Felix martyres apud Aurelianum passi sunt.* Martyrolo. Rom. Beda, Vsuardus, & Ado. habent. *Augustiduno.* Petrus venerab. l. 1. cap. de Basilicis. *Æduæ Andochius, &c.* Sic dicta vt puto ab Aureliano Imp. qui Gallias peragrauit, Vopiscus, & Victor in Aureliano, & Burgundiæ tractum; vbi Diuionense castrum ædificauit. Gregor. Turon. l. 3. cap. 19. histor. restituit Heduam. Heduæ autem ciuitatis præses Vergobretus dicebatur. Cæsar l. 1. Notæ mss. ex Bibliot. Put. V.C. *Vergobretus.* de quo l. 7. de bello Gallico Cæsar fusè, & de magistratus illius insignibus & potestate.

Præsidere] id est præpositum esse, Cassiod. l. 3. c. 34. *Præsidentes, præsides ciuitatum* Iul. Firmi. l. 4. c. 7.

SIDONIVS PVDENTI SVO
S. EPISTOLA XIX.

NVtricis meæ filiam filius tuæ rapuit. Facinus indignũ: quódque nos vosque inimicasset, nisi protinus scissem te nescisse faciendum. Sed conscientiæ tuæ purgatione prælata, petere dignatis culpæ

calentis

calentis impunitatem ſub conditione concedo, ſi ſtupratorem pro domino iam patronus originali ſoluas inquilinatu. Mulier autem illa iam libera eſt, quæ tum demum videbitur non ludibrio addicta, ſed aſſumpta coniugio, ſi reus noſter pro quo precaris mox cliens factus è tributario, plebeiam potiùs incipiet habere perſonam quàm colonariam. Nam meam hæc ſola ſeu compoſitio, ſeu ſatisfactio, vel non mediocriter contumeliam emendat: qui tuis votis atque amicitiis hoc adquieſco, ſi laxat libertas maritum, ne conſtringat pœna raptorem.

Quodque vos noſque inimicaſſet] id eſt inimicitias inter nos conciuiſſet. Horatius 4. Carm. ode vlt. *inimicat vrbes*
Stat. 2. Theb. *hoſtiles inimicent claſsica turmas.*
Auſonius epiſt. 10. *Opportuna tuis inimicat pectora dictis.*
Gloſſæ vett. ἐχθραίνω, inimico. Item ἐχθραίνω. Inimico. D. Auguſti. ad Vincentium. *Non dilectione corrigendi, ſed odio inimi andi perſequitur.* Greg. Turo. lib. 2. c. 42. Iſidor. in Gloſſ. mss. *Inuidus qui alterius felicitatem inimicat.* Ioan. Saliſber. Policratici lib. 2. c. 27. & lib. 6. cap. 5. lib. 5. cap. 17. Ex Seneca (mutato tamen ſtylo) l. 2. de Benef. cap. 19. & Gellio l. 5. c. 14. *Exinde amicantibus ſibi homine & leone.* Pet. Aruernus Venera. lib. 4. c. 2.

Culpa] Verbum Iuris. Donat. Æneid. 4. ad hæc.
Coniugium vocat hoc prætexit nomine culpam.

Culpæ calentis impunitatem] *Flagrans crimen* l. 1. C. de raptu virg. *Recens flagitium.* l. 3. C. Th. eod. tit.

Si ſtupratorem, pro domino, iam patronus] Nam ſtuprator, Pudentis erat ſeruus colonarius, atque ita Pudens erat eius dominus, tit. Cod. in quibus cauſ. colo. dominos accuſare poſſint, l. 1. & 2. & l. 21. C. de Colonis. in fine. pro domino, futurus patronus, ſi ſtupratorem ſoluat inquilinatu. Sicque patronus accipitur l. 1. C. de Colonis Thracenſibus. & in excerptis Martini Braccarenſis cap. 46. Patronus, pro domino l. vni. C. Th. Ne colonus inſcio domino.

Originali ſoluas inquilinatu] id eſt, *tributaria ſortis nexibus abſoluas,* vt loquitur dicta lex prima. Eſt autem originalis inquilinatus, condicio colonaria, vel interprete Sidonio hac epiſt. Nam quem hic vocat originalem inquilinum, poſtea vocat perſonam colonariam, Cuiac. de Agric. cenſit. & colo. init. Addidit *originali*, erant enim coloni originales, qui à prima origine colonariæ condicioni ſubditi erant, & glebæ addicti: originalis, & originarius dicitur. l. 1. C. Th. de inquilin. & l. originarios de Agric & cenſ.

Mulier autem illa iam libera eſt] Sed tunc temporis non ſufficiebat ſolam mulierem liberã eſſe, vt proles quæ ex ea & adſcriptitio naſceretur libera eſſet, ſequereturque matris liberæ condicionem, l. 1. de Collegiatis. Ibid. Anianus C. Theod. Nouella. Theodoſij & Valent. de Colonis vagis, &c. in fine. Iuſtinianus in Pragma. ſanctione de adſcriptitiis & Colonis. Iuſtinus Imp. Nouella de filiis liberarũ, &c. *Cum diuina lex promulgata fuiſſet, conſtituens creatos ex libera matre, & adſcriptitio, marito liberos eſſe, quod contrarium eſt legibus antiquis: cum illa manifeſtè decreuerunt talem ſobolem adſcriptitiam eſſe.* Idem Tiberius Aug. in Pragmatico. Idcirco Sidonius exigit à Pudente vt colonum ſtupratorem dominio ſuo expellat, & ſoluat inquilinatu, priuſquàm filiæ, ſuæ nutricis, liberæ matrimonio iungatur, vt ex eo matrimonio naſcantur liberi, non tributariæ ſeruituti addicti.

Adſumpta coniugio] Ex his notandum eſt, raptam raptori nubere poſſe, vel ex le-

cturo est venerabilis in itinere tuo mater, fratres, amantes, redamatísque patriæ solum, ad quod & præter occasionem voluptuosè venitur. tum domus propria, cuius actorem, vineam, messem, oliuetum tectum quoque ipsum, vel dum prætervehearis, inspicere res commodi est. Quapropter missus à nobis, & tibi peruenis. Namque erit talis viæ tuæ causæque nostræ conditio (ni fallor) atque oportunitas, vt pro beneficio tuo ciuitati posse imputare quandocunque videaris, quòd tuos videris. Vale.

Tractatui] .i. consilio & deliberationi, s̄. epist.7. huius lib. *In tractatibus cochlea.* Symmach.e.17.l.5. *Consilium autem rei agenda, tuus & aliorum quibus cordi sumus, tractatus inueniet.*

Ne humeris tuis onus futuræ legationis imponeretur] Prouerbiale est humeris imponere, Cassiodor.e 3.l. 6. *Molem tuis humeris decenter imponimus.* & humeris sustinere, notarunt alij, Quibus adde quod ait Ammian. Marcellinus lib. 16. *Vbi bellorum inundantium molem humeris suis (quod dicitur) vehens, scindebatur in multiplices curas.* Salisberiensis Policrat.l. 8. c. 10. sub finem. *Ne dominum oporteat ad se regendorum reuocare sollicitudinem, & (vt dici solet) quasi in humeris portare conuiuas.*

Euectionem refundunt] Euectiones sunt literæ, & diplomata, quibus adlecti, vel legati, ad cursum publicum vtuntur, illisque viatica ex legatiua præbentur, s̄.epist. 5.l. 1. verbum Imperatoribus vsitatum. D. Hieron.in Hilarione. *Secreto ab Imp. euectionem petiit, causam ei simpliciter indicans, & acceptis ad Consularem Palestinæ litteris, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus est.* D. Augustino lib.5. Confessionum cap, 13. *Euectio publica.* eidem c.55. Sulp. Seuerus hist. Sacræ l. 2. *Qua tempestate Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agens, inter reliquos Episcopos, per Vicarium ac Præsidem data euectionis copia adesse compellitur.* Symmacho sæpè epi.15. l.1.e.6.l.4.e.48. & 95.l. 7. & e.20. lib.9. ante hos auctores, qui omnes extanei penè fuerunt, Constantinus e.ad Ælafium in actis Concilij Arelatensis: *Data euectione publica, per Aphricam & Mauritaniam, inde ad Hispaniam breui tractu facias nauigare:* Sidonij contemporaneus. Paulinus lib. 4. de miraculis S. Martini.

> *Dicite quod vestri velox euectio Regis*
> *Efficiat tardante Deo.*

Constãtius in vita S. Germani l.1. cap.29. *Et exigua euectione progreditur.* Idem l. 2. cap.22. Cassiod.lib. 5.e.5. quò loci ait, *Sine euectione non licere veredum attingere.* Euectiones autem largiebantur Præfecti prætorio. Cassiod.l.6.epi.3.& Notit. Imperij. de dispositione V. inlust. Præf. præt.

Tibi Arelatem profecturo] Forte ad Maiorianum. Aug. qui Arelati morabatur. s̄. e.vlt. l. 1.

Cuius actorem] mss. *auctorem*, vt in Conc. l.7. *auctu*, pro *actu*. Isido. in Gloss. mss. *orator, causa auctor, eloquens*, pro actor. Actorem.i. villicum. Isidorus in Glossis mss. *actor, Villicus* Item *Villicus, actor, exactor, villæ pensionis.* Item. *Delatio, Villicus actor.* Paul.3. sent.tit.7. §. *Actor, vel colonus.* Symmach.e.41.l.10.l.2. C. Th. de falsa mon. Nouel. Maioriani A. de indulg reliq.

Ad quam & præter occasionem voluptuosè venitur] Symmachus e.52.lib. 2. *Reditus ac recursus in patriam, qui semper omnibus gratus est.*

Res commodi est] s̄. epist. 17. huius libri, *& ipse facturus communione cessandi, rem charitatis.* Idem epist.6 l.7. *Ordinis res est.* Arnob.lib.1. *Et iam operis res erat, porrigere mancis manus.*

SIDONIVS SACERDOTI ET IVSTINO SVIS S. EPISTOLA XXI.

VIctorius patruus vester, vir vt egregius, ſic vndecunque doctiſſimus, cùm cętera potenter, tum potentiſſimè condidit verſus. Mihi quoque ſemper à paruo cura Muſarum. Nunc vos parenti venitis hæredes, quàm iure, tam merito. Ilicet ego poëtæ proximus fio profeſſione, vos ſemine. Ergo iuſtiſſimum eſt, vt die functo ſic quiſque noſtrum ſuccedat, vt iungitur. Ideóque patrimonia tenete, date carmina. Valete.

Sacerdoti & Iuſtino ſuis] ī. Carm. vlt.

Hinc te temporis ad mei Laconas
Iuſtinum rapies, ſuumque fratrem.

i. Sacerdotem. nomine & officio Sacerdotis Lemouicinæ ciuitatis meminit Hugo Floriacenſis lib. 5. Chron. ms in Zenone.

Mihi quoque ſemper à paruo cura fuit Muſarum] Sidonius ad poëſim natus erat, ī. epiſt. 12. l. 4. Idem epiſt. 4. l. 8. *Sed quod faſendum eſt, talibus ſtudiis anterior ætas iuſtè vacabat.* Idem epiſt. vlt. lib. 9. Sic enim olim pueri inſtituebantur, vt imprimis auſpicarentur Poëticam. Petron. in Satyr.

det primos verſibus annos.

Et Seruius. Egloga. 4. ī. Carm. 7.

DOMINO PAPAE GVESLAEO S.

SEMINARIVM Episcoporum Aruernia, plures pluribus ecclesiis antistes edidit, qui sanctitate & doctrina reliquos antistarunt, quorum iniri numerus per epistolam non potest. Olimque Turonenses ex hoc seminario demessuerunt Episcopos, Eustochium, Perpetuum, Volusianũ, Euphronium, Gregorium, Gregoriique decessores, prædecessoresque (exceptis quinque) omnes eius affines, viros edecumatæ religionis, & ordinis senatorij. Quique presbyterum Aruernum solo nomine Catonem, à Rege Chlotario petieruut, sola venerabili præsumptione Aruerniæ. Cumque Riculfi conclamatæ salutis presbyteri ambitiosa vis Ecclesia Turonum Aruernos exigere concinnatis calumniis eniteretur, manifestæ calumniæ reus, quæstionibus extraordinariis impiũ scelus expiauit. postmodũ cum collegæ & conterranei tui vitæ insidiaretur, in arctam monasterij custodiam habito comitio compactus est, caputque eius agebatur, nisi dolo conrei Felicis Nannetensis erupisset, eripuissetque se pœnæ. Quę cuncta præmissa (domine Papa) huc tendunt, vt aurem tibi vellicem, & recorderis te patrem ciere nobilem, quem statim vbi Lucina edidit, Aruernia tellure cadentem excepit, fouitque sinu, quem é gremio suo eductũ, Virtus & Fortuna ad summos

honores euexerunt : ille te volentem & vltroneum Ecclesiæ sacris inaugurauit, militiæque Palatinæ cingulo meritissimũ accinxit, in qua postquam bilustrem & illustrem senatorẽ egisti, velut emeritus à tribunali diuina gratia ad Archiepiscopatũ euocatus, & communibus Turonensium votis expetitus, in contribulium tuorum cathedram longo post tẽpore sufficeris, & in eorum sanctitatem & eruditionem succrescis, crescisque bona fama apud omnes, præsertim bonos, qui de te in commune sentiunt omnia bona, nec iudicio fallunt, aut amore falluntur: libera veraque sit ea vox, nõ adulatoria, procul facessat à moribus meis assentationis suspicio, suspicio quippe sedulo, & se dolo tuum venerabilem genium, tibique gratulor & gaudeo, quòd habeat Aruernia vnde gaudeat, suum nobilem alumnum, à rastris ad rostra, à rostris ad ostra (si ita fari fas sit) & ab ostris ad astra vitamque cælitem gradatim ascendisse. Ad quem Archiepiscopatus apicem cum Dei prouidentia, patriæ gaudio, amicorum voto perueneris, tuæ sanctitati religiosum hunc librũ religiosè consacro, quem Sollius noster præclaro ouiũ custodi Lupo Tricassino, patri patrum, & Episcoporum Episcopo consacrauit. faxit Opt. Max. vt sicut illi prædecessores tui, viri sanctitatis, senatorij seminis, & inlustris stemmatis, tibi præluxerunt, tu posteris tuis, quibus ad tanti honoris fastigiũ via inuia erat, & longis sæculis velut obstructa, pharus emices, sicutque illi vitæ meritis, mundo mortui, Christo nati sunt, Diuorumque turmalibus adscripti, tu quoque ab illorũ sanctitate non degener, albo mortaliũ expũctus, in libro vitæ scribaris, & ita moriaris, vt viuas. Viue, vale, vige bonis viribus, & memor nostri esse dignare, domine Papa. Mon*tisferrandi Aruer. III. Id.* Nouemb.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER VI.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ LVPO S. EPISTOLA I.

BENEDICTVS Spiritus sanctus, & pater Dei omnipotentis, quòd tu pater patrum, & episcopus episcoporum, & alter sæculi tui Iacobus, de quadam specula charitatis, nec de inferiore Ierusalem, tota Ecclesiæ Dei nostri mẽbra superinspicis, dignus qui omnes consoleris infirmos, quique meritò consularis ab omnibus. Et quid nunc ego dignũ dignationi huic putris & fœtida reatu terra respondeam? Colloquij salutaris tui & indigentiam patiens, & timorem, recordatione vitæ plectibilis adducor, vt clamem tibi quod dixit Domino tuus ille collega: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Sed si iste timor non temperetur affectu, vereor ne Gerasenorum destituar exemplo, & discedas à finibus meis. Quin potius illud quod mihi conducibilius est, colleprosi mei te proposita conditione constringam, vt aiam tibi, Si vis, potes me mundare. Qua ille sententia non plus de Christo quid peteret prodidit, quàm quid crederet publicauit. Ergo ne cum sis procul ambiguo primus omnium toto, quà patet, orbe Pontificum, cùm prærogatiuæ subiiciatur, cùm censuræ tuæ attremat etiam turba collegij, cùm in grauitatis vestræ comparationem, ipsa etiam grandæuorum corda puerascant, cùm post desudatas militiæ Lirinensis excubias, & in apostolica sede nouem iam decursa quinquennia, vtriusque san-

Benedictus vide D Cardinal. Baron. Annal. tom. 6. anno 451. cap. ... et anno 472 cap. 13. et sequentib. ubi bene expl...

gines. Aurelius etiam Carthaginensis Episcopus, Papa dictus est. Balsamo.in præf. Carthaginensis synodi: Eidem Cyrillus Papa Alexandrinus, Ephesinæ synodi can.1. Iulianus Nouel.115 cap. 5. Neque verò Cyrillus Papa vocatur, ex priuilegio Cælestini Papæ, vt Nicephorus narrat & errat lib.14.cap.34. Historiæ. Eandem historiam percurrit Balsamo in Photij Nomoc.tit. 8.cap.1. Neque soli Episcopi Papæ vocabantur, sed etiam omnes clerici. Vualfridus Strabo de rebus Ecclesiastic. cap. 7. *Papa transiit in dignitatis nomen, vt clerici venerandi eodem nomine appellarentur.* Vnde Coepiscopi Protopapæ dicti sunt Balsam.can. Apostol. 59. & Antiochenæ synodi can. 10. Curopalates videndus. Balsamoni etiam tõsuræ signaculum & caracter, vt ipse ait can. Apost. 62. & corona clerica est παπάλήθρα, necnon minoris ordinis clerici, in Nouella Alexij Comneni, & in Photij Nomocanone tit. 1. c. 34. referente Balsamone: pisinni Papæ. Sic doctor meus doctiss. Cuiacius interpretatus est doctè. Labeo Homeri interpres:

Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos.

Isidorus lib. 10. *Pisinnus à pusione dictus.* Sunt ergo pisinni Papæ, minimissimi Papæ, clerici minoris ordinis. Quando autem Romani Pontifices, id nomẽ præcipui titulo sibi vindicarint, ex ms. Bibliothecæ Vaticanæ Baronius obseruat in Martyrologio.

Lupo] Tricassino Episcopo sanctitatis & eruditionis viro præstanti. Paulus Diaconus in Martiano: *Lupum Tricasinum præsulem, atque Apostolica gratia virum qui non minùs signorum miraculis, quàm doctrinæ verbo, omnes ad sanæ fidei defensionem redonauerat.* Beda lib. 1. Hist.cap. 17. Constantius in vita S.Germani lib. 1.cap. 19.& cap. 20.& hist.S. Lupi.

Quod tu pater patrum] Patres sunt Episcopi, Augustin. vt habetur 68. distinct. c. quorum vices. Idem in Collat. Carthag.tertia, cclij. *Honorificentiæ causa patres appellamus eos, qui nos vel tempore, vel meritis præcesserunt.* Cassiodorus Psalmo cix. *Quod etiam in hac nostra conuersatione hodiéque contingit, vt filius Episcopus factus, patris sui pater vocetur, non nascendi ordine, sed honore.* S. epistola 17. lib. 4 *Inclyti Galliarum patres & protomystæ.* vnde Papæ notationem quidam deducunt, quasi pater patrum, ab his notis, Pa. Pa. Remigius Antissiodorensis, de celebratione Missæ: *Papa autem secundum quosdam dicitur admirabilis, vel coronatus: sed quod melius est, pater patrum, id est, episcoporum.*

Pater patrum] Stephanus Archidiac. ad Damasum PP. *Sancto patri patrum Damaso Papæ.* Edictum domini Constantini Aug. Imp. *Sanctissimo ac beatissimo patri patrum Syluestro vrbis Romæ episcopo & Papæ, &c.* Sic Isidori liber, Synodalis epistola in concilio Epiri: *Domino nostro per cuncta sanctissimo & beatissimo patri patrum comministro & principi Episcoporum Hormisdæ Papæ.* Epistola Ægyptiorum Pontificum ad Felicem PP. in fine: *Te & beneplacitum Deo, sanctissime pater patrum, &c.* Hincmarus. *Domino sanctiss. & reuerendiss. patrum patri Hadriano, &c.* Iuo Carno. c. 12. *Reuerendissimo patri patrum Vrbano,* &c. Pater patrum in vett. inscript non semel.

Et Episcopus Episcoporum] Hoc titulo Iacobus frater Domini nostri à Clemente PP. honoratur epist. 1. *Clemens Iacobo Domino, Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum Ecclesiam sanctam Hierosolymis.* & à Tertulliano libro de pudicitia initio: Pontifex Romanus, *Audio etiam edictum esse propositum, & quidem peremptorium, Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum dicit, &c.* Arriani suos Imperatores prædicabant Episcopos Episcoporum. Luciferus ad Constantium lib. moriendum esse pro Dei filio: *Quid ad hæc respondes Constanti? cui crebrò sunt acclamantes Arriani dogmatis tui Episcopi, Episcopum te esse Episcoporum. Episcopus Episcoporum* Christus dicitur à D. Ambrosio Sermone 81. & à Paulino in epist. Episcopum Episcoporum pro Pontifice & Episcopo posuit Petrus Aruernus Venerabilis lib. 1. *Nullus Episcoporum*

Episcopus, nullus presbyter, nullus diaconus, nullus clericus, nullus monachus, nullus (vt sic loquar) ex tam innumerabili numero saltem Christianus fuerit?

Episcopus episcoporum] id est, protomysta, vt de Lupo Sidonius loquitur epist. 17. lib. 4. *Princeps Pontificum Gallicanorum*, epistola 11. lib. 7. non tamen ordinis aut potestatis, sed sanctitatis, ætatis & eruditionis privilegio. Leo PP. epist. 67. in fine: *Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem & coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotem, hac (si vobis placet) dignitate volumus decorari, vt præter eius consensum alterius prouinciæ non indicatur à vestra sanctitate concilium, & à vobis omnibus, quemadmodum vetustas eius & probitas exigit, honoretur. Metropolitanis priuilegij sui dignitate seruata. Æquum est enim, nec vlli de fratribus videtur fieri iniuria, si his qui vetustate præcedunt, pro ætatis suæ merito, in suis prouinciis à sacerdotibus cæteris deferatur.* Concilij Africani cap. 42. *Ætate pater, & ipsa promotione antiquissimus Victor.* S. epist. 25. lib. 4. in fine. Fortunatus ad Nicetium Treuerensem:

> *Splendor apex fidei veneranda mente Niceti,*
> *Totius orbis amor, pontificúmque caput.*

Idem de Gregor. Turon. lib. 8.

> *Iure sacerdotum culminis arce caput.*

Sidonius hac epistola: *Cùm sis primus omnium Pontificum.* Et Hilarius Arelatensis: *Apostolicus sui temporis sacerdos.* Constantius lib. 1. cap. 33. de vita S. Germani Altissiodorensis: *Et Eucherius magnorum sæculi sui Pontificum longè maximus.* Claudian. Mamercus lib. 2. cap. 10.

De quadam specula charitatis] Idem epist. 1. lib. 7. *Quapropter esse te in quadam contuendæ opinionis meæ quasi specula decet.*

Superinspicis] Idem epist. 3. lib. 9. *In vrbe quoque cuius ecclesia sacra superinspicis.* Cassiodorus Psalmo cviij. *Episcopus dictus superinspector, eo quòd Domini gregem ipsius gratia suffragante, quasi pastor cautissimus alta sede custodiat: sicut Ezechiel propheta dicit cap. 3. speculatorem te posui domui Israel, & nota quia in veteri testamento hic primum hoc nomen positum est. Speculatores* vocat Damasus PP. Prospero Numidiæ Episcopo. Gregorius Magnus lib. 11. epist. 42. Isidorus in Glossis mss. *Episcopus, visitator, superinspector, speculator.* Idem lib. 7. cap. 12. Originum: *Episcopi autem Græcè, Latinè speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in Ecclesia, dictus eò quòd speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam. Prouidentes* 1. Petri cap. 5. & Papa, *summus Ecclesiæ prouisor* dicitur Rothaldo Suessionensi ad Nicolaum PP. vnde sublimi in solio sedent Episcopi, & eminentiore suggestu. Vrbanus Papa: *Quòd autem sedes in Episcoporum Ecclesiis excelsa constituta & præparata inueniuntur, vt thronus speculationem & potestatem iudicandi, & soluendi, & ligandi à Domino datam sibi materiam docent.* Sulpicius Seuerus Dialog. 2. cap. 1. *Quendam nuper, testor Dominum, non sine meo pudore vidi, sublimi solio quasi regio tribunali, celsa sede residentem.* Et præclarus custos ouium fuit iste Lupus. Petrus Aruernus Venerab. aduersus Calumniatorem:

> *Ergo Viennensem iam nunc modulare Mamercum,*
> *Quóue docente pius seruet ouile Lupus.*

Recordatione vitæ plectibilis] S. epist. 6. lib. 4. *Si verò calumniam plectibilis sufflammat inuidia.* Adde quod ait Cassiodorus Psalmo 18. *Alienum peccatum est, quod malis hominibus, siue diabolo suadente committitur, sed fit proprium, quia consensus plectibilis adhibetur.* Idem Psalmo 54. *O pietas inaudita indicantis totum hominibus prædicitur, vt culpa plectibilis euitetur.* & Psalmo 57. *Omne malum plectibile fit, quod desiderium praua voluntatis accusat.* & Psalmo 118. *Qui ad falsitatis ambitum plectibili errore transitur.* eidẽ epist. 15. lib. 3. *plectibilis machinatio.* & epi. 41. lib. 7. *plectibilis immissio. plectibilis reatus.* Pet. Damiano de Ecclesiast. instit. cap. 11.

Turba collegii] scilicet Episcoporum. ꝟ. epistola 25. lib. 4. *Prouincialium sacerdotum praemio partim, partim comitante collegio.* Collegium Episcoporum Damasus PP. Prospero, & reliquis. Collegae passim Sidonio. Vide ep. 5. lib. 7.

Puerascant] Ausonius ad Nepotem Edyl. 4.

Obductosque seni facies puerascere sensus.

Claudian. Mamercus de statu animae lib. 1. cap. 1. *in senectute puerascunt.* ꝟ. epist. 13. lib. 4. *repuerascere.*

Cum post desudatas] idem ep. 5. lib. 5. *Post que desudatam varicosi Arpinatis abundantiam.* Cassianus Eremita ad Castorem Pontificem: *Huc accedit quod super hac re, & vita nobis & sermone scientiaque multa iam opuscula desudarunt, sanctum Basilium, & Hieronymum dico.* Optatus libro 5. contra Parmenian. *Qui curuato dorso & desudatis lateribus sinus terrae faciat, vbi deponat electa plantaria. doctorum desudata testimonia.* Ennodius pro 4. synodo Romana: *desudata vigiliae.* Nouella Theodosij de tyronibus.

Militiae Lyrinensis excubias] Seminarium episcoporum fuit Lyrinis insula. ꝟ. Carm. 16. in qua Lupus miles excubauit, ꝟ. ep. 14. lib. 8. *Satis in illo quondam coenobio Lyrinensi spectabile caput, Luporum concellita Maximorumque,* &c. idem Eucharistico:

quae sancta Caprasi

Vita senis, iuuenisque Lupi.

Historia S. Lupi, ꝟ. plura, ex Eucherio, & aliis. *militia Lyrinensis.* ita Beda VI. Kal. Iun. *veteranus eremiticae militiae.*

Et in Apostolica sede nouem iam decursa quinquennia] in cathedra Tricassinae sedis, quam Lupus sedit quinquaginta annis. Sidonius epist. 11. lib. 9. *Iam per quinquennia decem.* vbi nos plura, Apostolica sede, id est, Episcopali, licèt speciali nota, sedes Apostolica, dicatur Romana sedes. Anacletus PP. in Decretis: & Balsamo in praef. synodi Carthaginensis.

Conclamatissimum primipilarem] id est, ducem omnium opinione praestantissimum. Sidonius epistola 2. lib. 2. *ex illo conclamatissimo fontium.* vbi nos plura. Primipilaris hoc loco, non pro eo qui primicerij centurionis vel, vt loquitur Vegetius lib. 2. cap. 8. primipili centurionis functus est officio, sed pro eo qui nondum deposuit primipilum. Glossae vett. ϖρῶτος ἐν δίγατι primipilus, cuius in Iure crebra est mentio,

Hastatorum Antesignanorumque] qui erant in prima acie hastati dicti, qui primi hastis pugnabant. Varro. ex eodem Nonius de antesignanis cap. 18. Ammianus Marcellin. lib. 14.

Calones] serui militum, qui ligneas clauas ferebant, & illis armabantur ad tutelam dominorum. Festus libro 3. in *caculae,* & *calones.* & Seruius 1. Aeneid. & 6. ab his ligneis clauis, clauatores, & quòd eas Graeci κᾶλα vocent calones. Eadem proprietas est nominis caculae. Gloss. vett. ὑπασ ὑπηρέτης στρατιώτου item θεράπων ὑπηρέτης στρατιώτου, calo: veteri lingua Gallorum Barones dicti. Vetus interpres Iuuenalis Satyra 5. Innominatus Glossographus ms. *Kalones Gallia militum,* forte milites: Obiter emendare ausim Isidori codicem libro 19. cap. 1. *Clasus (inquit) Graeco vocabulo, ἀπὸ τῶν κᾶλων, id est à lignis: vnde & calones, nauicula quae ligna militibus portant.* Legendum caculae, qui ligna militibus portant. Haec enim sumpta sunt ex Seruio 1. Aeneidos. *Clasis enim dicta est ἀπὸ τῶν κᾶλων, id est, à lignis: vnde & calones dicuntur, qui militibus ligna portant. quòd ligna militibus subministrent.* Nonius.

Lixasque] Lixarum proprietas hæc est, quòd officium sustineant militibus aquæ vehendæ. lixam namque aquam veteres vocauerunt. Nonius. Alia ratio nominis redditur à Festo, vtraque Sidonio concinit non inconcinnè. Est autem *lixa miles deterrimus*. Isidor. in Gloss. mss. F. Pith.

Et ad extremos trahariorum] Sic veteres & mss. rectè. Traharii sunt, qui trahis & sarracis sarcinas & militaria vehunt impedimenta: sic à trahis traharii dicti. Sunt autem trahæ, vehicula quibus frugum culmi comminuebantur, præter Vergil. Colum. libro 1. cap. 21. de re rustica: 1. Paralipomen. cap. 20. Seruius & Pomponius Sabinus, traculæ Iordani de Danubio: *Ita rigescit vt in silicis modum vehat exercitum pedestrem, plaustraque & traculas*, &c. fortè trahulas.

Ac manum linguæ porrigis in conscientia vulneratis] Salonius in Parabolas Salomonis, penes initium: *Vnde & alibi dicit Moses, & vita in manibus linguæ, quoniam vnusquisque aut ex verbis suis iustificabitur.* Veranius: *Cur dicitur habere manus lingua, cùm manus habere non possit?* Salon. *Metaphoricè dictum est, id est per translationem, quemadmodum venti dicuntur habere pennas: manus enim linguæ ipsa verba sunt, quibus aut bene loquendo meretur vitam, aut mala loquendo meretur mortem, aliter per manus sæpe in scripturis sacris opera designantur, vt illud Labores manuum tuarum, quia manducabis. In manibus lingua dicit, id est, in operibus: Opera enim linguæ sunt colloquia bona vel mala, ex quibus mors nascitur vel vita.*

Ex aduersa acie sauciatos dux veterane] id est, à fide deuios, & veneno hæreticorum infectos, Britannos scilicet ad rectam fidei semitam reducis, læsos & semineces colligis: ille enim cum Germano Altissiodorensi in Britanniam venit, & hæreses profligauit. Constantius Sidonij synchronus de vita S. Germani lib. 1. capite 19. Beda in Histor. Ado Viennensis in Chronico: & Vetus Historia S. Lupi.

Et de apotheca dilectionis] 8. epistola 14. libr. 2. *Ilicet si horreis, apothecisque.* Idem in Burgo:

Deliciis redolent iunctis apotheca, penusque.

Apotheca autem est reconditorium in quod vina conduntur. Isidorus libro 15. cap. 9. figuratè hîc.

Oneris impositi massa] massa auri, argenti, æris, Iurisconsultis. Arnobius lib. 6. *argenti massa. massa salis.* Isidoro lib. 16. cap. 2. *massa piscis.* Vergil. *massa harenaria.* Bedæ VII. Kal. April. Eucherius ad Salonium libro 2. cap. 3. *Palatha in regnorum massæ quæ de recentibus ficis compingi solent. ficulnea massa.* Aldhelmo, id est, fasces, massa etiam, farina est subacta & macerata ad panificium. Glossæ veter. *Massa, μάζα, φύραμα*, vnde Martyres in clibanum calcis demersi & redacti in puluerem, *massa candida* dicti sunt. Præter Prudentium & August. Beda, Vsuardus, & Ado in Martyrologiis: item à massa immassare dicit Isidorus libro 11. capite 1. *Vltimi sunt molares, qui concisa à prioribus atque confracta subigunt & molunt, atque immassant.*

Quis bene medelam æger impartiat?] Auctor episto. 97. tomi 9. operum D. Hieronym. de viro perfecto: *Non enim æger salutis suæ adhibere potest medelam ægrotatione confossus, & anhelans altitudinem plagarum vulneribus non medetur alienis.*

Pro scelerum meorum populo] id est, multitudine, *amicorum populus* Senecæ libro 6. de Benefic. cap 33. & Petro Venerabili libro 4. epist. 17. Apuleius libro 2. *Licet omni Gratiarum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata. astrorum populus.* Martiano Felici lib. 7. initio: *ex populo numinum.* Arnobius lib. 4. Zeno Veronensis Sermon. de Iuda: *populus Deorum.* eidem: *populosa vlcera.* Sermon. de Iob, id est multa, *astrorum plebs.* Ennodius: *vulgus aurum.* 3. Carm. 7.

Incentiua] D. Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 4. *Odiorum incentiua. Incentiua delictorũ* eidem. Psal. 118. Serm. 15. *Incentiua vitiorum*, D. Hier. Nepotiano. Idem Rustico monacho, *Pubertatis incentiua.* ibid. *Carnalia incentiua*, & *incentiuorum stimuli.* Cassia. collat. 2. cap. 13.

Ignem diutius accendemus alienum] Exodi cap. 30. & Leuit. cap. 19. Paulinus epist. ad Aprum 3. & ad Delphinum 2. D. Ambros. epist. 3. ad Simplicianum. *Ignis itaque alienus est, libido, ignis alienus est omne iniustæ incendium cupiditatis, ignis est alienus omnis ardor auaritiæ, &c.* J. epist. 14 l. 8.

Cicatricatum] Sic mss. J. epi. 7. huius lib. *Vt adhuc vlcerosa conscientiæ nimis hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu.*

SIDONIVS PAPÆ PRAGMATIO S. EPISTOLA II.

VEnerabilis Eutropia matrona, quòd ad nos spectat singularis exempli (quæ parcimonia & humanitate certantibus, non minùs se ieiuniis quàm cibis pauperes pascit, & in Christi cultu peruigil, sola in se compellit peccata dormire) mœroribus orbitatis, necessitate litis adiecta, in remedium mali duplicis perfectionem vestræ consolationis expetere festinat, gratanter habitura siue istud tibi peregrinatio breuis seu longum computetur officium. Igitur præfata venerabilis, fratris mei nunc iam presbyteri Agrippini, ne iniuriosum sit dixisse nequitiis, certè fatigatur argutiis: qui abutens imbecillitate matronæ non desistit spiritalis animæ serenitatem sæcularium versutiarum flatibus turbidare, cui filij nec pòst multò nepotis amissi duæ pariter plagæ recentes, ad diuturni viduuij vulnus adduntur. Tentauimus inter vtrumque componere nos, maximè quibus in eos nouum ius professio vetustúmque faciebant amicitiæ, aliqua censentes, suadentes quæpiam, plurima supplicantes. Quódque miremini in omnem concordiæ statum promptiùs à fœminea parte discessum est. Et quanquã se altiùs profuturum filiæ paterna iactaret prærogatiua, nurui tamen magis placuit munificentiæ socrualis oblatio. Iurgium interim semisopitum vestris modò finibus infertur. Pacificate certantes, & pontificalis auctoritate censuræ suspectis sibi partibus indicite gratiam, dicite veritatem. Sancta enim Eutropia, si quid vadimonio meo creditis, victoriam computat, si vel post damna non litiget. Vnde & suspicor vobis vnam pronuntiandam domum discordiosam, licèt inueniatis vtramque discordem. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Vale.

Pragmatio Papa] id est, Episcopo Augustodunensi. Vsuardus in Martyrologio. x. Kal. Decembris, *Augustoduni S. Pragmatij Episcopi*, successor Euphronij, de quo J. epist. 8. l. 7.

Venerabilis Eutropia matrona] in Diuarum numerum relata. Martyrolog. Roma-

aum xvij. Kal. Octobris. *In Gallia S. Eutropiæ viduæ.* Et Molanus in Appendice ad Vsuardum.

Singularis exempli] Petron. in Satyra. *Complorataque singularis exempli fœmina ab omnibus* Plinius epist. 1. l. 3. *Adsumit vxorem singularis exempli.* Idem epist. 5. l. 8. *Graue vulnus Macrinus noster accepit, amisit vxorem singularis exempli etiamsi olim fuisset.* Vopiscus, in Bonoso. *Fuisse enim dicitur, vt & auus meus dicebat, fœmina singularis exempli.* Ennodius in vita S. Epiphanij. ms. cap. 17. *Honoratam sororem S. Epiphanius Luminosa cuidam fœminæ stupendæ sanctitatis & singularis exempli commisit* : Vetus inscriptio.

FAEMINAE RARISSIMAE
SINGVLARIS EXEMPLI.

Ne iniuriosum sit dixisse, nequitiis]] Presbyteros enim iurgiosos, & litigatores dicere, iniurium esset, qui maxime lites fugere debent. Photius in Nomocan. tit. 8. cap. 13. can. Apostol. 20. Synesius epist. 121. Cassiod. epi. 4. l 4. Ecclesiast. cap. 28. 2. ad Timotheum, cap. 2. Concilij Carthagin. 4. can. 58. Collatio Carthag. 11. cap. lxviij.

Fatigatur] Carol. Magnus l. 6. c. 156. Gregor. lib. 10 epist. 74. *Vt non sit vnde possint se litigiis fatigare* : Forum & forenses in somniis visi, fatigationem denuntiant, Artemidor. l. 2. cap. 29.

Viduuij vulnus] *vulnera viduitatis.* Iulius Firmicus l. 3. cap. 5. Mathes. Plini. epist. 5. l. 8. *Graue vulnus Macrinus noster accepit, amisit vxorem.* Gloss. vett. *Viduuium* ὀρφανία χηρίας. Isidor. in Gloss. mss. *Viduuium qui duos maritos amisit.*

Plagæ recentes] Aemil. Probus. in Dione, *accepit grauissimum parens vulnus morte filij, fratris obitu vulneratus.* Symmacho epi. 48. l. 1. *Fati vulnere sauciati.* Cassiod. epist. 21. l. 2. & c. 42. l. 4. *Paterni luctus vulnere sauciati.*

Promptius à fœminea parte discessum] Non ineleganter dicit *quod miremini*, mirum enim est feminas deserta lite, velle in concordiam venire. naturali instinctu lites adpetunt, Iuuenalis Satyr. 6.

> *Nulla ferè causa est in qua non fœmina litem*
> *Mouerit, accusat Manilia, si rea non est*
> *Componunt ipsæ per se, formantque libellos,*
> *Principium atque locos Celso dictare paratæ.*

Femina est prompta ad lites contrahendas. Valer. Maximi. l. 8. cap. 3. & lex. 1. de Postulando, quas cum morbus litigandi teneret, eis postulationibus interdictum fuit.

Vestris modò finibus infertur] Sic mss. rectè, Idem 5. e. 4. l. 2. *auidissimè finibus infertur.*

Et Pontificalis auctoritate censura] Episcopi litium terminādarum ius pontificiumque habebant Constantinus. A. in l. 1. C. Th. de Episcopali iudicio. D. August. Psal. 118. & epist. 147. ad Proculeianum Donatistam. Idem in Collat. Carthagin. tertia clxij. *Notum est omnibus, multas causas habere Ecclesiam, & suam, & priuatarum personarum sibi commissarum, & potest fieri vt ad Episcoporum intercessionem multa pertineant, secreta nobis committuntur negotiorum, & causarum alienarum in quibus nostra interuentio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab Ecclesia poscitur.* Anacletus Papa. epi. 1. in fine, & Iulianus Nou. 69. vide 7. e. 4. huius lib. in fine.

Si quid vadimonio meo creditis] Symmachus e. 16. lib. 2. *Accipe pro eo locupletissimum vadimonium meum.* Idem epi. 7. l. 9. *Vadem me tibi in omnis spondeo.*

Victoriam computat] ep. sequenti: *Pro victoria computaturus.* 5. c. 7. l. 7. *Nec victor vt argutus irridet.* e. 1. l. 5. *consequetur causa victoriam.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ LEONTIO, S. EPISTOLA III.

ET ſi nullis hortatibus primordia noſtræ profeſſionis animatis, neque ſitim ignorantiæ hactenus ſæcularis, vllo ſupernæ rigatis imbre doctrinæ, non ego tamen tantum mei meminens non ſum, vt à meis præſumam partibus æquali officiorum lance certandum. Nam cum noſtra mediocritas ætate vitæ, tempore dignitatis, priuilegio loci, laude ſcientiæ, dono conſcientiæ veſtræ facilè vincatur, nullũ meremur, ſi par expectamus alloquium. Igitur non incuſantes ſilentium veſtrum, ſed loquacitatem noſtram potius excuſare nitentes, commẽdamus apicum portitorem: Cuius ſi peregrinationem prompto fauore foueatis, grãdis actionibus illius portus ſecuritatis aperitur. Negocium huic teſtamentarium eſt, latent eum propriarum merita chartarum. Togatorum illic perorantum peritiam conſulere perrexit, pro victoria computaturus ſi ſe intellexerit iure ſuperari, modò ne ſibi ſuiſque deſidiæ vitio perperam cauiſſe culpetur. Hunc eatenus commendare præſumo, vt ſi eum inſtruere dignanter aduocatio conſulta faſtidit, auctoritas coronæ tuæ diſſimulantibus ſtudeat excudere reſponſi celeritatem. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa. Vale.

Domine Papæ Leontio] i. Epiſcopo Foto Iulienſi. De quo Fauſtus in præfat lib. de libero arbitrio: *Domino beatiſsimo ac reuerendiſsimo Leontio Papa*, *Fauſtus*: & initio epiſtolæ: *Quod pro ſollicitudine paſtorali beate Papa Leonti.* Subſcripſit Synodo Lugdunenſi, & epiſtolæ Fauſti, contra Luciferum Presbyterum. vt patet ex epiſtolæ Fauſti ad Luciferum in fine de libero arbitrio. Et epiſtola Luciferi ad Leontium, & reliquos, item Caſſianus Eremita in præfatione primæ, & nouæ collationis. & paſſim Fortunatus lib. 1. & 4. poëmatum Burdegalenſes Epiſcopos connomines appellat Papas. De Leontio Foroiulienſi. Hilarius Arelatenſis in vita S. Honorati, & Leo Papa epiſtola 66. in fine. multi fuerunt eiuſdem nominis Epiſcopi, hiſque viri præclari.

Meminens] Idem l. 4. epiſt. 3. & epi. 6. l. 7. quas vide.

Ætate vitæ] Leontius enim erat ſenectute venerabilis. Leo PP. epiſt. 67. Hilarius Arelatenſis. in vita. S. Honorati. & ſupradicti.

Tempore dignitatis] Longo enim tẽpore Leontius ante Sidonium ad Epiſcopatũ promotus erat. vt ex epi. Leonis PP. & Hilario Arelatenſi certò colligere licet.

Priuilegio loci] Ĩ. Conc. l. 7. *Sit etiam mihi inſtitutione, facundia, priuilegio, tempore ætate præſtantior.*

Laude ſcientiæ] Leontius quoque doctrina & eruditione pollebat. Caſſianus. & Fauſtus in præfat. de lib arbit Foroiuliẽſem autẽ epiſcopũ fuiſſe liquet. ex e. 6. l. 7.

Apicum portitorem] Portitor ſępè Sidonio, pro gerulo literarũ & tabellario. Symmachus epi. 75. l. 9. 73. diſt. cap. in nomine patris 16. quæſt. 1. can. de præſentium portitore. D. Hiero. Apronio: *Nequaquam portitor literarum ſcire ſe dixit.* Ĩ. l. 4. c. 7. Ennod. Symmacho Papæ: *Partenius igitur præſentium portitor.*

Portus ſecuritatis] Ĩ. c. 2. l. 1. *Abſolutionis ſubitæ portus aperitur.* Et hæc eſt Sidonij mẽs, res omnis in tuto erit, & velut in portu, ſi tabellarium tuo fauore foueas. idem epi. 5. l. 2. adeò plaudit Petronio patrono, vt ſibi clientique quem Petronio commẽdarat victoriam promittat, ſi modò ſuſcepti cauſam ſuſcipiat. idem e. 1 l. 5. in fine.

Propriarum merita chartarum] idem 5. epist. 5. l. 2. *Et donec suarum merita chartarum, negotiorum merita.* c. 2. l. 2. & epist. 10. l. 3. *negotij merita.* l. vnic. C. de his qui potentio. nomi. titul. & l. vlt. C. si per vim, &c. l. vni. C. de off. indic. ciuilium. *Causarum merita, iuris merita.* Collat. Carthag. 1. dist. 57. *negotij merita.* eiusd. Collat. 85. Collat. tertiæ. lvj. lxiij. lxxxv. *causæ merita.* Collat tert. cxxxviij. cxlij. cxlv. *rerum merita.* Boët. l. 1 prosa. 4. Et Arnulfo Lexoniensi, epist. ad Alexandrum PP.

Togatorum] id est aduocatorum. idem epist. 13. l. 2. *Epistolam tuam nobis Marcellinus togatus,* & epist. 7. l. 3 *Vel bibliotecarum medius, vel togarum,* quas consule. & adde Symmachum epist. 39. l. 5. Ibidem consignatorem.

Perperam cauisse] Verbum Iuris, id est parum sibi prospexisse. Præter Iuris auctores. Festus, *parum cauisse videri.*

Auctoritas coronatue] id est, dignitas Episcopatus tui. D. Hieronymus Augustino epi. 81 to. 2. *Precor coronam tuam,* Ennodius Marcellino Episcopo. *Quia fiducia mea coronam vestram non ambigo responsuram.* Idem Aureliano: *Sed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis priuilegia, priusquam pater esse meruisti,* Idem Symmacho Papæ, *dum fidem Apostolicam corona vestra cura moderetur. Corona Episcopalis.* Valentiniano Aug Nouella de Episcopa. ordinatione. 7. c. 8. l. 7. *Dominus videlicet rebus coronam tuam maximisque consulerem.* vbi plura Interim obseruabis. Papas exinde dictos, id est coronatos, si quibusdam fides habeatur. Remigius Autissiodorensis. de celebratione missæ. *Papa autem secundum quosdam dicitur admirabilis, vel coronatus, &c.* Et tonsura clerica, & Episcopalis corona. Balsamon. sextæ Synodi in Tullo. cap. 21. παπάλητρα, dicitur, *corona clericatus,* in Pragmatico Constantini, ad Syluest. Papam.

Excudere] Verbum elegans & figuratum. Idem epist. vlt. l. 3. *Hanc voluptatem non operis effectus excudit,* 7. epistola 9 & 11. lib. 9. Tertull. aduersus Gnosticos. *Dilectio hominem martyrem excudit.* Symmac. epi. 73. l. 2. *Quare decus nostrum familiari meo desideratum munus excude.* Idem epist. 33. & 117. libri 9.

Responsi celeritatem.] Prudentes de Iure consulti respondebant, vnde responsa Iurisconsultorum. vide 5. c. 19. l. 3.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ LVPO S. EPISTOLA IIII.

PRæter officium quod incomparabiliter eminenti apostotui tuo sine fine debetur, etsi absque intermissione soluatur, commendo supplicum baiulorum pro noua necessitate vetustam necessitudinem: qui in Aruernam regionem longum iter (his quippe temporibus) emensi, casso labore venerunt. Namque vnam fœminam de affectibus suis, quam forte Vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) superuentus abstraxerat, istò deductam ante aliquot annos, isticque distractam, cùm non falso indicio comperissent, certis quidem signis, sed non recentibus inquisiuêre vestigiis: atque obiter hæc eadem laboriosa priusquam ij adessent, in negociatoris nostri domo, dominóque palam sanè venundata defungitur, quodam Prudente (hoc viro nomen) quem nunc Tricassibus degere fama diuulgat ignotorum nobis hominum collaudante contractũ, cuius subscriptio intra formulam nundinarum, tanquam idonei astipulatoris, ostenditur.

tur. Auctoritas personæ, oportunitas præsentiæ tuæ, inter coram positos facilè valebit, si dignabitur, seriem totius indagare violentiæ. Quæ, quod grauius est, eò facinoris accessit (quantum portitorum datur nosse memoratu) vt etiam in illo latrocinio quendam de numero viantum constet extinctum. Sed quia iudicij vestri medicinam expetunt, ciuilitatémque, qui negocium criminale parturiunt, vestrarũ (si bene metior) partium, pariter & morum est, aliqua indemni compositionẽ istorum dolori, illorum periculo subuenire, & quodam salubris sententiæ temperamento hanc partem minùs afflictam, illam minùs ream, & vtramque plus facere securam: ne iurgij status (vt sese fert temporis locíque ciuilitas) talem discedat ad terminum, quale cœpit habere principium. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Vale.

Apostolatui tuo] 5. epist. 1. l. 6. *Apostolica sede.* Idem epi. 7. huius lib. *Ego quoque ad Apostolatus tui notitiam.* Ennodius Marcellino Episcopo. *Hic ergo seruitia Apostolatui vestro debita repræsentans. Lupus Apostolicus.* Vet. hist. S. Lupi: *Germanus ac Lupus Apostolici sacerdotes.* Constantius Presbyter in vita S. Germani l. 1. cap. 19. & c. 23.

Sine fine] id est semper, sæpè Sidonio 7. Carm. 9. *Et mordax sine fine. Martialis.* plura 5. Pet. Diaconus de Notis. IN HC. MM. S. P. SN. FN. *In hoc monumento sunt pecuniæ sine fine.*

Baiulatorum] Glossæ vett. *Βασταγάς, baiolator, baiulatores. baiuli apicum.* 5. epist. 7. l. 4. & Symmacho epist. 36. lib. 1.

De affectibus suis] i. de filiis & consanguineis suis, aut adfinibus, Affectus sunt liberi & proximi parentes, vt vxor, liberi, nepotes, adfines, pro vxore. Cassiod. lib. 5. epist. 33. *Nam quando affectus tutos quis habeat?* eod. lib. *Sollicitores alieni affectus.* Pro vxore & liberis. Orosius lib. 7. cap. 28. & ex eo Iordanes in hist. Gothorum. *Latent causæ cur vindicem gladium & destinatam in impios punitionem, Constantinus Imperator etiam in proprios, egit affectus.* Ennodius in Paneger. Theodorici. vbi de eius matre & sorore, *sed dum indulsisti affectibus, &c.* pro liberis, Agræcius. *Pignora rerum, pignera liberorum & affectionum.* Apuleius in Philosophicis. *Nec augetur charissimis orbatus affectibus.* Isidor. in Gloss. *orbatus, affectibus destitutus.* l. 26. C. Th. de Decurionib. pro dilectis parentibus. 7. epist. 8. l. 8. *Redde te etiam fidelibus amicis, qui iure ponuntur inter affectus,* vbi plura.

Vargorum] qui sint Vargi, Sidonius interpretatur, *hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant,* Vargi ergo sunt latrones indigenæ, quæ ratio sit huius nominis inquirendum est, alias hunc locum non sine auctoritate vet. libri emendaram, hoc enim nomine indigenæ latrunculos nuncupant, indigenæ, pro indigenas: & illa lectio videbatur emendatior, & integrior, Vargosque interpretabar barbaros, & extraneos. Isidor. in Glossis mss. *Barcæ, barbari* leg. Bargi, vel Barginæ. Proprietas nominis ex eo, quòd illi alienigenæ inexpeditè loquerentur & inconditè, quodque verba patria conarentur nec integrarent. in Glossis vett. *Varguus,* βλαισός, (nisi emendandum putes Valgus, qui Græcè βλαισσός) Caper. *Vargma non vargena cui genus barbaricum est.* Paul. Diaco. in Glossis ms. *Bargma peregrina.* Glossæ vett. Bargina. κακόφθογγος, βαρβάρεος, ... βαρβάρου Sic in Glossis distinctè dispungendum est, vt sit barbarus bargina, vt sit vespilo bargina, vt insuper sit barbarorum acclamatio bargina, quod cum bona venia dictum sit doctoris mei Cuiacij, qui in Nouella 5. κακόφθογγος βαρβάρεος. malè combinat, & idem est quod Gallica lingua retinet, BARRAGOIN. Vetus Glossographus. *Varginus, alienigena, peregrinus, quasi*

barbaris genitus, &c. Etsi ita hæc lectio his rationibus defendi posset, nisi in contrarium irent omnes mss. quibus tantopere defero, vt ab illis recedere non possim, qui cum legant indigenas, quærenda est indigena interpretatio, non alienigena & extranea. Vargi sunt cœli solique patrij profugi & extorres, quibus aqua & igni interdictum est. Legis Salicæ titulo 57. §. 5. de corporibus expoliatis. *Siquis corpus iam sepultum effoderit, aut expoliauerit V vargus sit, hoc est expulsus de eodem pago.* Et legis Ripuariæ tit. 87. §. 2. *V vargus sit, hoc est expulsus.* Itaque Sidonio Vargi sunt expulsi & banniti, qui latrocinio viuebant. Paneg. Maximiano dictus, *ille Vargus, ille prædator, &c.* De Batauis loquitur. Eumenius, pro scholis, *latrocinio Batauica rebellionis.* Sic emendat Petauius. V. C. vulgò *vagus*, legitur. Vett. Glossæ, mss. ex Biblioth. Puteani. V. C. damno literarum diem functi, in cuius locum succrescunt duo adolescentuli, qui patrem humanitate & eruditione effingent, reddent, exprimunt. Latinogræcæ, sed quæ Latinis literis ita scriptæ sunt, ab illiterato sriterione Bargus myste; fortè legendum λῃστὴς. id est latro, grassator. Glossa vet. Vel Bardus, mystes, vt & apud Adamantium Grammat. Bargus, ἀφυὴς, legen. Bardus.

Superuentus] Latrocinium est, vel interprete Sidonio hac epist. *Vt etiam in illo latrocinio quendam ex numero viantum constet extinctum*, verbum huius ætatis auctoribus vsitatum. Philoxenus in Glossis. ἐπιβολὴ. superuentum. Glossæ Put. *Superuentum*, ἐπισύστασις ἐπιβολὴ: *Alemannorum superuentus.* Vet. histor. S. Eugendi Iurensis. Gregor. Turon. l. 3. cap. 16. *Non desistebant à furtis, homicidiis, superuentis, diuersisque sceleribus.* Sic vett. libri rectè. Idem. l. 8. cap. 40. *Furta, superuenta, peruasiones, cædes.* Legis Salicæ tit. 17. *De superuentis, vel expoliationibus.* & § 1. *Si quis hominem ingenuum in superuentu expoliauerit, &c.* Papianus I. C. libello Responsorum, *Si quis superuentu siue diurno siue nocturno.* tit. 20. à quo superuentu, superuentores, id est latrones & adgressores vt ipse interpretatur eodem titulo. 7. ep. 6. lib. 8. *Spe superuentus læti periclitantur.*

Laboriosa] id est misera, Idem e. 13. l. 5. *Ne tum quidem domum laboriosos redire permittens.* Vide quæ notaui, idem e. 11. huius libri, *Tu quoque potes huius laboriosi, &c.* Et e. 7. lib. 1. *Tum demum laboriosus tarda pænitudine loquacitatis impalluisse perhibetur.*

Tricassibus] De Tricassibus eruditè suo more P. Pithœus lib. 2. aduersa. c. 1. *Tricasis*, Antonino. Paneg. Flauiensium Constantino dictus. *Vnde enim Remis, Neruij, aut ipse ille de proximo Tricassinus ager.* Item in fine Paneg. Maximiano *Tricassinum solum*, postea Treccæ. Gregor Turo. l. 8. c. 13. & Vet. hist. S. Lupi. Bedæ eum in hist. Anglo. tum in Martyrologio. Et Adoni IIII. Cal. Augusti.

Ignotorum nobis hominum collaudante contractum] Quod inciuile est & iniurium. l. 2. & l. 5. C. de furtis & seruo corrupto, quibus legibus cautum est ne quis ab ignoto rem coemat, necesse quippe est, exibere venditorem, & auctorem laudare, nam vt ait lex. 5. *Ab ignoto & transeunte, te emisse dicere non conuenit, &c.* Pipinus lib. 5. Capitularium. tit. 9. aliàs c. 29. de re intertiata. *Vt nullus comparet caballum, bouem vel aliam rem, nisi illum hominem cognoscat, qui ei vendiderit, aut de quo pago est, vel vbi manet, & quis est eius senior.* Carol. Magn. lib. 6. capit. 272. legis Gothorum lib. 7. tit. 2. Era. 8. In illud hominum genus inuehitur eleganter Homel. 2. de Auaritia, in fine. Maximus Taurin. quam vide, & nota. forensibus velitationibus idonea est valdè in rerum furtiuarum emptores, hoc præsertim tempore.

Callaudante] Verbo Iuris vsus est. Laudamus auctorem, cum nominatim venditorem in iudicio citamus. Gellius lib. 2. c. 6. l. tenetur de actio. empti. & aliàs passim.

Tanquam idonei adstipulatoris] Non hic pro vade & adpromissore Gloss. vett. συνεπερωτητὴς, adstipulator. & adstipulatio Symmach. e. 18. l. 5. & Sid. e. 14. l. 8. init. Isidorus lib. 5. c. 24. *Stipulatio, est quasi promissio vel sponsio, unde & promissores stipulatores vocantur, &c.* Idem lib. 10. *Stipulator, promissor, stipulari enim promittere est ex verbis Iurisc-*

ritorum. Glossæ veti. *ἐπερωτῶμαι, promitto, spondeo, stipulor*. Illud adieci, vt quidam fastidiosi desinant. Isidorum inscientiæ postulare, adstipulator autem hoc loco est venditor, qui stipulo contractus venditionem obfirmauit. Idoneè addidit idonei, quod verbum etiam Iuris est.

Coram positos] Idem, *vt ego coram positus accepi*, & e. 9. l. 3. *Sed si inter coram positos æquanimiter obiecta discinguis*. ĵ. epi. 4. l. 7.

Portitorum] s̄. c. 3. huius lib. vide, & adde quod ait Cassio. e. 2. & vlt. lib. 1. epist. 5. lib. 3. e. 43. lib. 5. e. 3. & 8. l. 8. e. 5. l. 9. e. 8 l. 11. & e. 8. l. 10. Quia verò id nomen æuo Sidonij natum arbitratur Pius, & quosdam suæ sententiæ adstipulatores habet, vt hæc sententia facessat. *muneris portitor* Arnobio lib. 1. Marti. Felix lib. 2. de Nuptiis *tunc portitores Diua correpta lectica magno eam molimine subuexere*. Claudianus de miraculis Christi.

Mirandum lecti portitor ipse sui.

Portitores in l. vni. C. Th. si certum petatur de Chirographis, id est, *baiuli pecunia*, vt eadem lex interpretatur, *portitor præcepti*. l. 2. C. de executo. & exactorib. *portitor frumenti* C. ne quid oneri pub. impon. Luciferus lib. 2. ad Constantium Imp. *Qui te iam falsi criminis cognoui portitorem. portitor oneris*, Claudiano Mamerco l. 3. de statu anim. c. 3. & 8. *ciberum portitor* Prudentio in hymno. S. Vincentij. Arator Diaconus l. 1.

Mors ibi quid faceret? quò vita portitor ibat.

Ennodius.

Cumque procellosus refluentis portitor vnda

Aphricus. Calices Christi sanguinis portitores. Optato l. 6. & Gregor. Turon. l. 2. de mirac. c. 44.

Iudicij vestri medicinam] Idem c. 10. l. 3. in fine, *Et substantiam causamque supplicis fluctuantem medicabilis responsi salubritate fulcite*. s̄. notaui. Item epist. 4. lib. 7. in fine.

Vestrarum si bene metior partium] Episcopi de litibus cognoscebant. s̄ c. 12. l. 3. *vestro quod sacerdoti nihil reseruaui*, vbi de sepulchri violatione, quam publicum scelus appellat, Idem s̄. c. 2. huius lib. D. Ambr. epist. 24. 34. Quæst. 5. denique.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ THEOPLASTO S. EPISTOLA V.

CAusam meam nesciens agit qui à me ad vos literas portat. Nam dum votiui mihi fit gerulus opportunus officij, beneficium præstat, quod se arbitratur accipere, sicuti nunc venerabilis Donidius dignus inter spectatissimos quosque numerari, cuius clientem pueròsque commendo, profectos, seu in patroni necessitatem, seu in domini, laborem peregrinantium, qua potestis ope, humanitate, intercessione tutamini: ac si in aliquo amicus ipse per imperitiam nouitatémque publicæ conuersationis videbitur minus efficax, vos hoc potius aspicite, quid absentis causa, non quid præsentis persona mereatur. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Vale.

Theoplasto Papa] id est Episcopo, cuius Ecclesiæ nō liquet, de quo Lucidus Presbyter in professione fidei sub finem lib 2. de libero arbitrio Fausti *Venentio, Theoplasto Episcopis, Lucidus Presbyter*.

Gerulus &c.] 3. *Caterum hic ipse beneficium se computat meruisse, qui prastitit.*

Venerabilis Domnulus] Ad quem scripsit epistolam 9. l. 1.

Cuius clientem. pueros que commendo] Eadem combinatio duobus locis. 3. pueros, id est seruos abundè docui. epist. 8. l. 4. Ausonius in Ephemer. *Habitum forensem da puer.*

SIDONIVS DOMINO PAPAE EVTROPIO S. EPISTOLA VI.

POstquam fœdifragam gentem rediisse in suas sedes comperi, neque quicquam viantibus insidiarum parare, nefas credidi vlterius officiorum differre sermonem, ne vester affectus quandam vitio meo duceret, vt gladius impolitus, de curæ raritate rubiginem. Vnde misso in hoc solùm negocij gerulo literarum, qui vobis sit corpusculi status in solido, quámve ex animi sententia res agantur, sollicitus inquiro: sperans ne semel mihi amor vester indultus, aut interiecti itineris longitudine, aut absentiæ communis diuturnitate tenuetur, quia bonitas conditoris habitationem potiùs hominum, quàm charitatem finalibus claudit angustiis. Restat vt vestra beatitudo compunctorij salubritate sermonis, auidam nostræ ignorantiæ pascat esuriem. Est enim tibi nimis vsui, vt exhortationibus tuis interioris hominis maciem sæpenumerò mysticus adeps & spiritalis aruina distendat. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Vale.

Papa Eutropio] Episcopo Arausionensi de quo Lucidus Presbyter in professione fidei. Subscripsit Synodo Lugdunensi vt paret ex catalogo Episcoporum, quos recenset Faustus in fine epistolæ ad Lucidum. Beda. vi. Kal. Iunij. *in Gallus ciuitate Arausica, S. Eutropij Episcopi & Confessoris.* Idem Vsuardus. Sigeber. de viris inlustrib. cap. 73. *Verus Episcopus vitam Eutropij Episcopi Arausica Galliarum vrbis inlustrem virtutibus ac miraculis, descripsit luculento sermone.* De eodem. Petr. Aquilinus lib. 5. cap. 57.

Postquam fœdifrgam gentem] Gothos intelligit, qui fide fluxi & fœdifragi erant. Ammia. Marcellin. lib. 22. *Vt adgrederetur propinquos Gothos sæpe fallaces & perfidos.* Rutilius Numat. Itinerario. 1.

Submittant trepidi perfida colla Getæ.

Saluianus Massil. lib. 7. *Gothorum gens perfida, sed pudica.* Paulus Diaco. in Theodosio iuniore. *Interea Gothi pacis placita perturbant.* Idem in Leone: *Deinde barbarica perfidia fœdus Ricimer rumpens (erat enim Gothus prosapia)* J. epist. 7. lib. 7. 3. epi. 11. l. 5. Procop. de bello Vvandalico lib. 1. init. Gundebaldus apud Ennod. in vita S. Epiphanij. ms.

Ne vester affectus &c.] Amicitia enim infrequentata torpescit. Symmach. e. 55. l. 7. *Obsolescere enim quodam silentij rubigine animorum fœdus existimas.* Eodem tropo. Faustus Episcopus. ep ad Felicem. *In hac relegatione nostra, artifex Dei nostri misericordia, gemina exercet officia, nostram excutit paterna sedulitate rubiginem, vestram circa nos dilucidat fidem, vestrámque adprobat pietatem, nos elimat benigna solertia, vos producit, &c.* Apul. lib. 3. Flori in fine. *Profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginat, ita vox in vagina silentij condita diutino torpore hebetatur.* J. e. 6. l. 8. in fine.

Impolitus] Propriè locutus est, nam arma propriè poliri dicuntur Seru. 7. vbi de cilicijs, *ideò hoc dixit, quia & cilicijs polliuntur lorica, vnde poliones,* in l. vlt. de iure immu-

nitatis qui poliunt arma, & poliones, & custodes armorum. Malè quidam legit apud Firmicum lib. 3. cap. 13. poliones pro pelliones, de quibus lex. 1. Cod. de excusat. artif. qui apud eundem Firmicum lib. 4. cap. 7. *pellarij.*

Quàm vobis sit corpusculi status] quàm, id est, quantum. Ṣ. Carm. 2.

quàm nunc tibi classis, & arma
Tractentur, quàm magna geras, quàm tempore paruo.

Sperans] id est timens, est ἀκυρολογία. *Nam speramus bona, timemus aduersa.* Caris. *sperare timere est.* Seruius lib. 1. & 4. Æneid. Ammianus Marcellinus lib. 30 in fin. *Velut imperiorum arbitra ausura nouum quoddam in tempore sperabantur.* Iulius Firmic. libro 8. cap. 17. in fine: *imminentium culminum speret ruinas & metuat.* Ṣ. epistola 7. libri 7. in fine: *sperat Aruerna supplicium*

Quin & Aremoricus pyratam Saxona tractus
Sperabat. Ṣ. Carm. 7.

Amor vester adultus] Amor inueteratus atque perfectus. *sol adultus.* Ṣ. epist. 8. lib. 4. & *palmes adultus* ep. 17. lib. 5. vide ep. 8. lib. 4.

Aut interiecti itineris longitudine] Symmachus ep. 1. lib. 3. *Neque locorum intercedente diuortio in obliuionem, familiaritatis adducor.* Verus amor non terrarum spatiis frangitur aut imminuitur:

Perfidus & spatio debilitatur amor.

Auidam nostra ignorantiæ pascat esuriem] Idem ep. 1. hu. lib. *Tibi auaritia non fuit pascere monitu animam fragilitate ieiunam.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ FONTELO S. EPIST. VII.

SI aliquid ad incoandam gratiam compendij posteris tribuit necessitudo præmissa seniorum, ego quoque ad apostolatus tui notitiam pleniorem cum prærogatiua domesticæ familiaritatis accedo. Nam sic te familiæ meæ validissimum in Christo semper patronum fuisse reminiscor, vt amicitias tuas non tam expetendas mihi, quàm repetendas putem. Iis adiicitur, quod indignissimo mihi impositum sacerdotalis nomen officij confugere me ad precum vestrarum præsidia compellit: vt adhuc vlcerosæ conscientiæ nimis hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu. Quapropter me meosque commendans, & excusans literas seriores, granditer obsecro, vt intercessione consueta, cuius viribus immane polletis, clericalis tyrocinij in nobis reptantia rudimenta tueamini: vt si quid dignabitur de morum prauitate nostrorum immutabilis Dei mutare clementia, totum id suffragiorum vestrorum patrocinio debeamus. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Vale.

FONTELO] ad quem Ṣ. ep. 4. lib. 7. ex qua facile est colligere Vasionensem esse Episcopum. Luciferus Presbyter in epistola errorum reuocatoria: *Dominis Beatiss. etiam Christo reuerendiss. patribus Leontio, Eufronio, Fronteio*, &c. Et ita ms. Put.

Seniorum] i. maiorum, vt Ṣ. in fine epist. 2. lib. 1. *Nam moris isthic fuit senioribus nostris*, &c.

Apostolatus] i. Episcopatus. Episcopi enim suffecti sunt in locum Apostolorum. Præter auctores quos s. notaui, Leo Papa epi. 66. Balsamo in Photij Nomocan. titu. 8. c. 1. & in can. 7. synodi Carthag. D. Ambrosius epist. ad Ephesios, cap. 4. & D. Augustin. Psalm. 44. vnde Episcopi quandoque dicuntur Apostoli, Paulin. epist. ad Alethium: *in aulam Apostolis congregasti*. Concil. Carthag. 3. can. 46. 93. distinct. cap. dominus. ita vice mutua, Apostoli dicuntur Episcopi. Psalmus 108. *Episcopatum eius accipiat alter*, id est, *apostolatum*, Cassiodoro interprete. D. Ambros. Serm. 50. *Prodit pseudoepiscopus saluatorem*. id est, Iudas Pseudoapostolus, s. epist. 4. huius lib. Vide quæ notaui. Idem ep. 4. lib. 7. quoad nomen. Glossæ vett. ἀποστολή: *Apostolatus*.

Vt adhuc vlcerosæ conscientiæ] Sidonius seipsum quasi multorum criminum reum defert ad tribunal Episcoporum, s. ep. 1. huius libr. Idem ep. 2. lib. 9. *nouus clericus, peccator antiquus*. & ep. 9. hu lib.

Cicatricentur] i. solidentur & obducant cicatricem. Idem in fine epist. 1. lib. 6. *Etsi non integrum ad remunerationem, certè vel cicatricatum pectus ad veniam*. Festus libro 3. *Cicatricare, cicatricem inducere*. Cælius Aurelianus Chroniæ lib. 4. cap. 8. *Et vlcera cicatricantur*.

SIDONIVS DOMINO PAPAE GRÆCO S. EPISTOLA VIII.

APicum oblator pauperem vitam sola mercandi actione sustentat: non illi est opificium quæstui, militia commodo, cultura cōpendio: hoc ipsum quod mercenariis prosecutionibus & locatitia fatigatione cognoscitur, fama quidem sua, sed facultas crescit aliena: sed tamen quoniam illi fides magna est (etsi parua substantia) quotiens cū pecuniis quorumpiam catapli recentis nundinas adit, creditoribus bene credulis sola deponit morum experimenta pro pignore. Inter dictandum mihi ista suggesta sunt, nec ob hoc dubito audita fidenter asserere: quia non parum mihi intimos agunt, quibus & ipse satis intimus. Huius igitur teneram frontem, dura rudimenta commendo: & quia nomen eiusdem Lectorum nuper albus accepit, agnoscetis profecturo ciui me epistolam, clerico debuisse formatam: quem propediem non iniuria reor mercatorem splendidum fore, si hinc ad vestra obsequia festinans, frigoribus fontium ciuicorum, sæpe fontem mercatoris anteferat. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

GRÆCO] Massiliensi Episcopo, vt ex Sidonio liquidum est, multis locis, atque etiam ex hac epistola, & ep. 2. lib. 7. & epi. 7. quem malè Baronius putat eundem esse cum Agrœcio Senonensi, tom. 6. An. 463. 464.

Apicum oblator] id est, Amantius, de quo idem ep. 7. lib. 7. *Ecce iterum Amantius nugigerulus noster*. & epist. 4. lib. 9. *Viator noster ac tabellarius terit orbitas itineris adsueti*. post: *Tum præcipuè Amantio intercurrente geminare*. Ciuis Aruernus, & in Ecclesia Aruernensi lector. ĩ. hac epist.

Non illi est opificium quæstui] Signatè loquitur. Varro de liberis educandis: *Non m*

suarum manuum opificio, quibus almo lino quid faciunt, aut palma, nam liberi quaestuis causa diribebant res suas pueris. Et ita hunc Varronis locum emendo, qui apud Nonium c.8.legitur inemendatè. diribebant, i. distribuebant. malè legitur deridebant M. Tullius in Pisonem, in fine: *An ego expectem, dum de te quinque & septuaginta tabellae diribeantur.* Vet. Gloss. *Diribitorium à diribendo, hoc est, distribuendo* Et hæc est Varronis sententia, non solùm liberi quæstum opificio quærebant, sed etiam causa quæstus seruis distribuebant res suas, ex quibus etiam quæstum caperent.

Militia commodo] Proprietatem sermonis obseruat eleganter & doctè. vnde illud: *Commoda militibus scisti dare Romule solus.*

Vitruuius in Præfat. lib. 1. *& cum eis commoda accepi.* Sueton. Augusto cap 24. Caligul. cap. 44. Vitell. cap. 15. Vegetius de re militari lib. 2. cap. 21. *In prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua & ex omni legione infinita commoda consequatur.* l. 1. de primipilo lib. 12. Cod. *Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi.*

Catapli recentis nundinas addit] i. aduentus nauium. Isidorus in Glossis mss. Martial. lib. 12. Epigram. 75.

Cum tibi Niliacus portet cristalla cataplus.

Marcellus de medicina:

Et quicquid confert medicis Lalagaa cataplus.

Ausonius in Narbone:

Et quicquid vario per flumina, per freta cursu
Aduehitur, toto tibi nauigat orbe κατάπλους.

Et Vlpianus in l. 4. §. ingressus, de officio Proconsulis, ꝟ. de Amantio nostro ad Græcum ep. 7. lib. 7. *Si tamen aut cataplus arriserit.*

Sola deponit morum experimenta pro pignore] Laudat fidem Amantij, cui liberè creditores pecuniam concredunt, neque sibi pignoribus cauent, vt olim mos erat, ꝟ. epist. 24. lib. 4. Vide quæ notaui. quibus adde quod ait D. Ambrosius de Thobia cap. 3. & cap. 23. Legis Gothorum lib. 5. tit. 6. Era 3. nec minima est hæc Amantij laus, nam, vt ait Quintilianus Declam. 312. *Misera herculè conditio mortalitatu, quando omnibus iam qua agimus, videtur opus esse teste, ita paruum facit veritas, ita nullum nomen est fidei, non satis videtur esse probatū quod duo sciunt*: tamen tāta erat Amātij fides, vt arbitris remotis & sine fiducia aut pignore, creditores illi pecuniam mutuam darent. *Fides arbitros non requirit, de accipientis fide disputat, qui sine mediatoribus nihil dat.* Petrus Chrysologus Serm. 9. & contra.

Intimos agunt] i. intimi & amici sunt. Plin. epist. 17. l. 1. *Sunt qui defunctorum quoque amicos agant.* vide 9. lib. 8.

Clerico debuisse formatam] Clerico, i. Amantio, quem lectorum albus acceperat, vt ipse ait, ergo lector est clericus, paret ex eo quòd dicit se clerico debuisse formatā, Constantinus in l. 2. C. Th. de episc. Eccles. & cler. *qui diuino cultu ministeria religionis impendunt, i. hi qui clerici appellātur.* Laodic. syno. can. 24 aliàs 23. Carthag. 3. c. 21. Clericorū autem nomen, etiam lectores & psalmistæ, & hostiarij retinent. Nouel. Iustinia c. 123. c. 19. *cantores & lectores, quos omnes clericos appellamus.* Idem Iulian. Nou. 115. c. 32. Photius in Nomocan. tit. 1. c. 31. ibid. Bals. item tit. 9. c. 27. *Lectores itaque malè coguntur dare iuramēta corporalia, sunt enim clerici.* Burchard. l. 2. c. 42. & Isid. l. 7. c. 12. *Generaliter autem clerici nūcupātur omnes, qui in Ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus & nomina hæc sunt: ostiarius, psalmista, lector,* &c. quod adieci, ne quis canones quibus clericis negotiatio interdicitur, protrahat ad lectores, licèt illi in clericorum nomen veniant. Nam hic Adamantius, licèt clericus, negotiabatur ꝟ. episto. 2. lib. 7.

Formatam] Non negligēdum est quod ait Sidonius se clerico debuisse formatā, quia necesse habent Episcopi, his quibus præsunt literis suis opem ferre. Bals. syno.

Calchedonensis can.11.idem ep.2.lib.7. vbi nos plura. Debuit autem Sidonius, vt Episcopus Amantio clerico formatam, i. lectori, quia illi euagandi licentia non erat, sine episcopi formata, l. si qua, 22. §. præterea. de episcop. Eccles. & cleric. Synodi Carthag.cap.35. & 36. Calchedonensis can.13. vbi nominatim lectores exprimuntur. Balsamo eiusdem Synodi can.6. *Quoniam autem dicunt nonnulli canonem accipi de solis presbyteris, diaconis & subdiaconis, non autem de lectoribus, eo quòd per manus impositionem non ordinentur, & ideò posse eos ex vrbe in vrbem transire, etiam sine episcopali scriptura dimissoria & commendatitia, dicimus etiam lectores esse clericos, & habere antistitis manuum impositionem, eam scilicet quæ per antistitis manus fit characteris dationem.*

Formatam] id est, pacificas & commendatitias literas: & ita Burchardus interpretatur lib.2.cap.137. & Gratianus distinct.73. etsi synodus Calchedonensis can.11. inter pacificas & commendatitias quid discriminis statuat, & ibidem Balsamo: formatæ crebra est mentio in conciliis Latinorum, & in Græcorum synodis in Latinum translatis: Concilij Antiocheni cap.7. & 8. Laodiceni can.41. Concilij Spalensis 2. can.7. Meldensis can.2. & aliàs passim. Optatus Mileuitanus lib.2. initio. *Cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in vna communionis societate concordat.* Formatæ dictæ, quod certis verborum formis conciperentur, de quibus Atticus ex decreto Patrum Nicenæ synodi, & ex eo Burchardus lib.1. cap.227. & Gratianus distinct.73. vnde *formales epistolæ*, Sueton. *formale pretium*, in l. 63. ad leg. Falcid. & *formalia verba* veteri Iuliani antecessoris interpreti. nec ineptè allusit ad nomen formatæ Burchardus. vbi supra: *Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicena Synodo à sanctis Patribus est formata & collaudata.* Vide ep.2.lib.7. vbi plura.

Frigoribus fontium] Est sensus, citò locuples mercator euadet, si frigori fontium ciuitatis Aruernæ, qui sunt conclamati frigoris & gelidi, & idcirco vulgò vocantur FONGIEVE, fontem mercatoris, i. Massiliam anteferat.

SIDONIVS DOMINO PAPAE LVPO S. EPISTOLA IX.

VIR iam honestus Gallus, quia iussus ad coniugem redire non distulit, literarum mearum obsequium vestrarum reportat effectum. Cui cùm pagina, quam miseratis, reseraretur, actutum compunctus ingemuit: destinatamque non ad me epistolam, sed in se sententiam iudicauit. Itaque confestim iter in patriam spopondit, adornauit, arripuit. Quem nos propter hanc ipsam pœnitudinis celeritatem, non increpatiuè, sed consolatoriè potius compellare curauimus: quia vicinaretur innocentiæ festinata correctio. Neque enim quisquam etiam sibi bene conscius plus facere præsumpsit (si quis tamen vestræ correptionis orbitam non reliquit) quippe cùm ea ipsa, quæ legimus parcentis verba censuræ, maximæ emendationis incitamenta sint. Nam quid potest esse castigationis huiusce tenore pretiosius, in qua fortè peccato animus æger, reperit intrinsecus remedium, cùm non valeret extrinsecus inuenire conuitium? Quod superest, obsecramus, vt crebra oratione, per quam vitiis omnibus immane dominamini, nos quoque sicut Euangelicos Magos remeasse manifestum est, vel iam nunc per aliam viam morum in beatorum patriam redire faciatis. Pe-

nè omiſeram, quod prætereundum minimè fuit: Agite gratias Innocentio ſpectabili viro, qui, vt præceperatis, gnauiter morem geſſit iniunctis. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.

Honeſtus Gallus] non honeſtus hîc propter honeſtatem morum, vel quia honeſto loco natus & diues erat, dictus eſt, etſi ita honeſtus paſſim in Iure. Aſconius 3. in Verrem: *An vetuſtè bonos pro magnis, honeſtos pro diuitibus poſuit.* Sed quia cùm ab vxore diuortiſſet amore & affectu, & aliò tranſtuliſſet animũ, turpis & inhoneſtus erat ſic affectio inhoneſta l 5. de donationibus. *inhoneſti ſermones*, ſ. poſtea ep. 13. lib. 3. ad coniugem redire à Lupo iuſſus, iuſſoque audiens, iam honeſtus. *honos pudicitia eſt.* Nonius, *honeſtas.* ſ. ep. 13. lib. 3. in fine: & Iulio Firmico lib. 8. c. 23. *honeſtus, pudicus.* Iſidorus lib. 10. *honeſtiſſ. vxorius amor.* ȷ̄. ep. 6. lib. 9. *honeſtimus calor*, in lege Dei, tit. 3. de adult. quo motus maritus vxorem adulteram confodit.

Pœnitudinis] i. pœnitentiæ. Idem ep. 7. lib. 1. *Tum demum laborioſus tarda pœnitudine loquacitatis.* nomen antiquum. Pacuuius Teucro: *Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine, ſquale, ſcabreque, & inculta vaſtitudine.* l. 11. C. Th. de indulg. crimin. l. 28. Cod. de appellat. & l. vlt. Cod de feriis. Auſonius in Thalete: *Vt probem prædes, vadeſque pœnitudinis reos.* Caſſiodorus ep. 26. lib. 6. idem in Pſalmo 73. & aliàs paſſim, necnon Scriptores eccleſiaſtici.

Quia vicinaretur innocentiæ feſtinata correctio] Seneca Tragœdia Agamem.

Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens.

Vicinaretur, ſ. epiſt. 2. lib. 2. *vicinante textrino.* & epiſt. 14. lib. 7. *vicinantibus ruſticis.*

Immanè dominamini] ſ. ep 3. lib. 3. *immanè dominatur.* & aliàs non ſemel.

SIDONIVS DOMINO PAPAE CENSORIO S. EPISTOLA X.

GErulum literarum Leuitici ordinis honeſtat officium. Hic cum familia ſua deprædationis Gothicæ turbinem vitans, in territorium veſtrum delatus eſt, ipſo (vt ſic dixerim) pondere fugæ: vbi in re Eccleſiæ cui ſanctitas tua præſidet, paruam ſementem ſemiconfecto ceſpiti aduena ieiunus iniecit: cuius ex ſolido colligendæ fieri ſibi copiam exorat. Quem ſi domeſticis fidei deputata humanitate foueatis, id eſt, vt debitum glebæ canonem non petatis, tantum lucelli præſtitum ſibi computat (peregrini hominis vt cenſus, ſic animus anguſtus) ac ſi in patrio ſolo ruſticaretur. Huic ſi legitimam, vt mos eſt, ſolutionem perexiguæ ſegetis indulgeas, tanquam opiparè viaticatus, cum gratiarum actione remeabit; per quem ſi me ſtylo ſolitæ dignationis impartias, mihi fraternitatique iſtic ſitæ pagina tua veluti polo lapſa reputabitur. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.

PAPAE *Cenſorio*] Epiſcopo Altiſſiodorenſi, ad quem Conſtantius presbyter, epiſtolam ſcripſit de vita S. Germani Altiſſiodorenſis: *Domino beatiſsimo & mihi Apoſtolico honore venerabili Cenſurio Papæ, Conſtantius peccator.*

Deprædationis Gothicæ turbinem vitans] Idem ep. 6. lib. 5. *turbo barbaricus*, i. Gothicus. *Gothica depopulatio.* epiſt. 12. huius libri: *prædatorij Gothorum globi.* Ammianus

Marcellinus libr. 26. & 31. S. epistola 2. libri 3. *barbarica incursio.*

Quem si domesticus fidei deputata humanitate] Clericis enim in alienas prouincias profugis, ob vim maiorem & causam religionis, humanitas exhibenda est. Concilii Sardicensis, can. vlt. ab episcopis scilicet. Concil. Aurelian. 1. can. 25. *si episcopus humanitatis intuitu,* &c. S. in Concione lib. 7. *hospiti exhibeatur humanitas.* Regul. S. Benedicti cap. 51.

Domesticis fidei] i. filiis fidei, vt idem loquitur ep. 8. lib. 9. præfat. Concil. 8. Toletani: *Quæ ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probauit.* ex 2. ad Galatas cap. 6. Cæsarius Homel. 24. & Eucherius in Homel. 5. de S. Blandina, *domesticos Dei.*

Debitum glebæ canonem non petatis] i. legitimam solutionem perexiguæ segetis, vt ipse interpretatur, id est, tributariam functionem, quæ Ecclesiæ Altissiodorensi pendebatur. Asconius 4. in Verrem: *Omne genus pensitationis, in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis.* Carolus Magnus lib. 4 cap. 14. *Terra tributaria vnde tributum ad Ecclesiam exire solet.* Præter alios Anianus in l. 3. C. Th. sine censu vel rel. fund. compar. non posse: *publici canonis functiones.* Legis Gothorum lib. 10. tit. 1. leg. 11. *terra ad placitum canonis data.*

Lucelli] Diminutiuum à lucro. Festus. Seneca lib. 7. de Benef. cap. 21. idem epi. 5. D. Ambrosius de Helia & Ieiunio: *Lucella quærens sollicita vita hominum.* Sidonius in Narbone.

Solemnis tamen abstinens lucelli.

Opiparè viaticatus] i. viatico instructus. Plautus Menechmis Act. 2.

Veluti polo lapsa reputabitur] i. diuina & admirabilis. Minutius Felix in Octauian. *Virtute nobilitatos, & inopinatò visos cælo lapsos nominamus.* Idem ex eo refert Lactantius lib. 1. cap. 11. Iustinus lib. 5. de Alcibiade: *In hunc oculos ciuitas vniuersa, in hunc suspensa ora conuertit, hunc quasi de cælo missum, & vt ipsam victoriam contuentur.* Ammianus Marcellinus lib. 22. init. *Quo apud Constantinopolim mox comperto effundebatur ætas omnis, & sexus, tanquam demissum aliquem visura de cælo.* Quam locutionem non solùm ad homines, sed ad alias res traduxit antiquitas. Plinius lib. 16. cap. vlt. *Quicquid adnascatur illis è cælo missum putant.* Tertullian. In Apologet. *Lex tua errauit, puto ab homine concepta est, neque enim de cælo ruit.* Arnobius lib. 7. contra gentes: *Audire desidero cælo aliquid lapsum.* Cassiodor. ep. 40. lib. 2. *Verùm vt & nos talia exemplo sapientis Ithaci transeamus, loquamur de illo lapso è cælo psalterio.* Carolus Magnus lib. 1. capitul. 73. *Epistola pessima & fallacissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes, & in errorem alios mittentes, quod de cælo cecidisset.* Inexpectati etiam & inopinatò visi, cælo cecidisse dicuntur. Tibullus:

Ne videar cælo missus adesse tibi.

Tertullian. in Apolog. *Ex consuetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato apparentes, de cælo superuenisse dicuntur.* Atque insuper Arthemidorus lib. 1. cap. 7. in fine: & Minutius S.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ ELEVTHERIO SVO S. EPISTOLA XI.

IVdæum præsens charta commendat, non quòd mihi placeat error, per quem pereunt inuoluti, sed quia neminem ipsorum nos decet ex asse damnabilem pronuntiare, dum viuit. In spe enim adhuc absolutionis est, cui suppetit posse conuerti. Quæ sit verò negotij sui series, ipse rectiùs præsentanea coram narratione patefaciet. Nam prudentiæ satis obuiat, epistolari formulæ debitam concinnitatem plurifario ser-

mone porrigere. Sanè quia secundùm vel negotia, vel iudicia terrena solent huiuscemodi homines honestas habere causas, tu quoque potes huius laboriosi, etsi impugnas perfidiam, propugnare personam. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

PAPAE *Eleutherio*] id est Episcopo Tornacensi, de quo Fortunatus in vita S. Medardi cap. 2. & cap. 18.

Non quòd mihi placeat error] Idem ep. 4. lib. 3. *Cuius mihi quoque esset persona cordi, si non esset secta despicatui.*

Ex asse damnabilem pronuntiare dum viuit] Quamuis depositum atque desperatum vocet Iudæorum morbum Theodosius Nouella de Iudæis & Samaritanis, tamen errori suo renuntiantes cottidie in sinum recipit mater Ecclesia. Augustin. Psalmo 58. & Cassiodorus ibid. Concilij Moguntini cap. 6. & Burchardus libro 6. cap. 33. *Qui odij meditatione, vel propter cupiditatem Iudæum vel Paganum occiderit, quia imaginem Dei, & spem futuræ conuersionis extinxerat xl. dies pane & aqua pœniteat.*

Laboriosi] i. strenui, non desidis, qui suo labore victum quærit. S. ep. 9. lib. 3. ep. 13. lib. 5. vel strenui & efficacis. Catullus: *Doctis Iupiter & laboriosis.* Et Æmilius Probus in Alcibiade.

Et si impugnas perfidiam, propugnare personam] Idem ep. 4. lib. 3. *Nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia* quam vide.

Perfidiam] *Iudæorum perfidia*. Concilij Agathensis can. 34. Theodos. A. Nouella de Iudæis, & Legis Gothorum lib. 12. tit. 2. Era 14. *Hebræorum execranda perfidia.* itẽ 15. 16. item tit. 3. eiusd. libri: Era 4. *Obstinata Iudæorum perfidia. perfidi* pro Iudæis tit. 2. Era 15. tit. 3. Era 25. & vlt.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ PATIENTI

S. EPIST. XII.

ALiquis aliquem: ego illum præcipuè puto suo viuere bono, qui viuit alieno: quique fidelium calamitates, indulgentiamque miseratus facit in terris opera cœlorum. Quorsum ista hæc inquis? Te sententia quammaximè, Papa beatissime petit, cui non sufficit illis tantùm necessitatibus opem ferre, quas noueris, quique vsque in extimos terminos Galliarum charitatis indage porrecta, priùs soles indigentum respicere causas, quàm inspicere personas. Nullius obest tenuitati debilitatique, si te expetere non possit. Nam præuenis manibus illum qui non valuerit ad te pedibus peruenire. Transit in alienas prouincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, vt longè positorum consoletur angustias: & hinc fuit, vt quia crebrò te non minùs absentum verecundia, quàm præsentum querimonia mouet, sæpe tersferis eorum lacrymas, quorum oculos non vidisti. Omitto illa quæ cottidie propter defectionem ciuium pauperatorum, irrequietis toleras excubiis, precibus, expensis. Omitto te tali semper agere temperamento, sic semper humanum, sic abstemium iudicari: vt constet in-

desinenter regem præsentem prandia tua, reginam laudare ieiunia. Omitto te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam conuenustare, vt dubitet inspector meliùs ne noua opera consurgant, an vetusta reparentur. Omitto per te plurimis locis basilicarum fundamenta consurgere, ornamenta duplicari. Cumque multa in statu fidei tuis dispositionibus augeantur, solùm hæreticorum numerum minui, teque quodam venatu apostolico, feras Photinianorum mentes spiritalium prædicationum cassibus implicare, atque à tuo barbaros iam sequaces quotiens conuincuntur verbo, non exire vestigio, donec eos à profundo gurgite erroris felicissimus animarum piscator extraxeris, & horum aliqua tamen cum reliquis forsan communicanda collegis. Illud autem deberi tibi quodam, vt Iurisconsulti dicunt, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias, quòd post Gothicam depopulationem, post segetes incendio absumptas, peculiari sumptu inopiæ communi per desolatas Gallias gratuita frumenta misisti, cùm tabescentibus fame populis nimium contulisses, si commercio fuisset species ista, non munere. Vidimus angustas tuis frugibus vias, vidimus per Araris & Rhodani ripas, non vnum quod vnus impleueras, horreum. Fabularum cedant figmenta gentilium, & ille quasi in cœlum relatus pro reperta spicarum nouitate Triptolemus, quem Græcia sua cæmentariis, pictoribus, significibusque illustris, sacrauit templis, formauit statuis, effigiauit imaginibus. Illum dubia fama conciliat per rudes adhuc, & Dodonigenas populos duabus vagum nauibus, quibus poetæ deinceps formam draconum deputauerunt ignotam circumtulisse sementem. Tu, vt de mediterranea taceam largitate, victum ciuitatibus Tyrrheni maris erogaturus, granariis tuis duo potiùs flumina, quàm duo nauigia complesti. Sed si fortè Achaicis Eleusinæ superstitionis exemplis, tanquam minùs idoneis, religiosus laudatus offenditur, seposita mystici intellectus reuerentia, venerabilis Patriarchæ Ioseph historialem diligentiam comparemus, qui contra sterilitatem septem vberes annos insecuturam, facilè prouidit remedium quod præuidit. Secundùm tamen moralem sententiam, nihil iudicio meo minor est, qui in superueniente simili necessitate non diuinat & subuenit. Quapropter etsi ad integrum conicere non possum, quantas tibi gratias Arelatenses, Reienses, Aueniocus, Arausionensis quoque & Albensis, Valentinæque, necnon & Tricastinæ vrbis possessor exoluat, qui difficile est eorum ex asse vota metiri, quibus noueris alimoniam sine asse collatam. Aruerni tamen oppidi ego nomine, vberes perquam gratias ago, cui vt succurrere meditarere, non te communio prouinciæ, non proximitas ciuitatis, nõ opportunitas fluuij, non oblatio pretij adduxit. Itaque ingentes per me referũt grates, quibus

obtigit per panis tui abundantiam, ad sui sufficientiam peruenire. Igitur si mandati officij munia satis videor impleſſe, ex legato nuntius ero. Ilicet ſcias volo, per omnem fertur Aquitaniam gloria tua: amaris, laudaris, deſideraris, excoleris omnium pectoribus, omnium votis. Inter hæc temporum mala, bonus ſacerdos, bonus pater, bonus annus es, quibus operæpretium fuit, fieri famem ſuam periculo, ſi aliter eſſe non poterat tua largitas experimento. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.

Papæ Patienti] id eſt Epiſcopo Lugdunenſi, viro egregiæ ſanctitatis & humanitatis. ſ. c. 10. l. 2. c. 15. l. 4. Conſtantius Preſbyter epiſt. 1. ad Patientem: *Domino beatiſſimo Apoſtolico, & mihi in æternum patrono Patienti, Conſtantius peccator.* poſtea. *Itaque Papa venerabilis &c.* & c. 2. ad Cenſorium. Pet. Aruernus Venerabilis. in Apologet. aduerſus Calumniatorem. de Sidonio loquitur.

Præſul Lugdunum Patiens, qui rexit aquoſam,
Quanti ſit meriti te referente patet.

Martyrolog. Romanum. & Ado. III. eid. Septembris. *Lugduno Galliæ depoſitio S. Patientis Epiſcopi.* Fauſtus in epiſt. ad Lucidum, & Lucidus in Profeſſione fidei.

Aliquis aliquem, ego illum, &c.] Pliniana imitatio epiſt. 3. l. 9. *Alius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, &c.* Aliquis aliquem putet, non laudet, vt malè Baron. An. Do. 475. tom. 6. Annal.

Facit in terris opera cælorum] vide c. 14. l. 4. *Atque hinc ſuperna mercari, quod beneficia terrena non venderet.* Vbi plura. adde quod ait Salonius Sidonij coætaneus, in Parabol. Salamonis *Ille veraciter eſt emptor, qui ſibi æterna in cælis præmia comparare deſiderat. Ipſe nimirum emere ſtudet terrenis cæleſtia, caducis manſura, temporalibus æterna.* Pet. Chryſolog. Serm. 8. *Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cælum, da nummum, vt accipias regnum, &c.*

Charitatis indage porrecta] Indage, pro indagine. Vetus Gloſſographus, *Indago & indages in vno ſignificatu dici poteſt, teſte Seruio.* Gregor. Turon. l. 1. de miracul. c. 67. *Eoſdémque ſollicita indage quæſitos.* Iſidor. in Gloſſ. ms. *Indagionem, inueſtigationem.* Erat autem Patiens in pauperes egregriè liberalis & munificus. ſ. epiſt. 10. lib. 2. Gregor. Turon. lib. 2. c. 24. Hiſt. in fine. *Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſis Epiſcopus, ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe beneficium perhibetur. Extat enim hodiéque apud nos beati Sidonij epiſtola, in qua eum declamatoriè collaudauit.*

Præuenis manibus illum] Hunc locum laudat, & inluſtrat Symmachi interpres Iuretus, vir erud. lib. 1. ad quem te relego.

Sic ſemper humanum] Humanum, id eſt lautum & ſplendidum. laudat autem in Patiente hic, & ſ. epi. 12. l. 7. in Ferreolo, quod in D. Ambroſ. laudauit Vincentius Præf. præt. Galliarum. Sulp. Seuer. dial. 1. c. 17. & humanitas in eo ſignificatu ſæpè Sidonio, Idem de Patiente c. 10. l. 2. Vnde in formula tractoriæ, lautia quæ legatis & adlectis dantur, ex Marculphi Monachi libro vocantur humanitas. *à vobis euectio ſimul & humanitas miniſtretur.* Item in vet. ms. eadem verba repetuntur. Caſſiodor. lib. 6. c. 3. *Seruientibus nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipſis facit.* Caſſianus Eremita, Collat. 2. c. 25. & 26. & lib. 5. Inſtitut. c. 23. 24. & 26. Concilij Sard. can. vlt. *Etiam & larga beneuolentia & humanitas eſt ei exhibenda.*

Sic ſemper abſtemium] id eſt ſiccum & ſobrium, non eſculentum & temulentum, Gloſſ. vet. νηφάλιος. ὁ ἄοινον πίνων. *abſtenius, ſobrius*, Donatus Andria. *Quia temetum vinum dicitur, vnde abſtemius, ſobrius.* Item Gloſſæ ὑδροπότης. *aquæ potor, abſtemius.* ſ. epi.

2.l. 2.& epi.1. huius lib. *Quis esculentus abstemium competenter arguerit*. Isido.in Gloss. mss. *Abstenus, sobrius*. item. *Abstemius, parcus* ĩ. in Concion.l.7.Fulgent. *abstemius, obseruans*.i.ieiunans. Isidor.in Gloss. mss. *abstinet, obseruat*. idem. *Seruans, animo cõtinens*.

Regem præsentem prandia tua, Reginam laudare ieiunia] Regem Euarigem intelligit Baron. An. Dom. 475.tom. 6. Ann. Paradin.l.2.c.3. Lugdun. Antiquit Gundebaldum. Ego verò Chilpericum Burgundionum regem Gundebalbi fratrẽ, & decessorem, erga Christianos bene affectum. Gregor. Turon. de vita Patr. cap.1. & Vet.hist.S.Eugendi Iurensis. vide s̃.epist.6.& 7.l.5.Gundebaldus autem Arrianus erat. Ennod.in vita Epipha.Greg. Turo.l.2.c.31. & 34. hist. Euarigi *etiam Catholici nominis mentio acebat*. ĩ.epist. 6.l.7.Ne dum Burgundiones subdiderat, ĩ. epist. 9.l. 8.in Carm.de Regina Chilperici vxore. s̃. epist.7.l.5.Lugdunum verò erat caput regni Burgundionum. Ennodius in vita S. Epiph. Hincmarus in vita S. Remigij. de regina Gundebaldi vxore, Gregor.Turon.l.2.de mirac.c.8.

Ieiunia, prandia] Olim ieiunantes non prandebant. s̃.epist. 14.l.5. Vbi de Rogationibus ante Mamercum, in quibus non ieiunare solebant. *Quæ sæpe prandiorum obicibus hebetabantur*. Item in Conc. lib.7. *Si eum qui prandendo pascat edacitatis impetitur, si eũ qui pascendo ieiunet, vanitatis arguitur*.c. 13.l.7. *Quia comprimit quoties prandere statuit, gulam, quoties abstinere, iactantiam*. Itẽ c.14. eiusd lib. *Ieiunandum alternis putas, non piget sequi, ad prandendum non pudet præuenire*, quò loci manifestiùs hunc veterũ morẽ explanabo. Interim obseruabis frugalitatẽ veterũ prandia nõ nosse. Seruius l. 4. Aeneid. *In vsu non erant prandia*, quem eũ inscietiæ postulent Bodinus in Oppianum lib.1.de venatione. Cælius lib. 4. c. 57. Philander in Vitruuium lib. 6.cap. 5. Et Beroaldus, libet eius causam suscipere, in Seruij sententiam descendunt Cassiodor. Psal. 14. *Maiores nostri tabernas domos pauperum appellauerunt, & quòd ibi habitabant & cœnabant (sicut antiquis mos erat semel cibum sumere) ex duobus nominibus vnum tradditur factum esse vocabulum, scilicet tabernaculum*. Isidor. lib. 2. cap. 20. *Est autem cœna vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant, in vsu enim non erant prandia*. Pomponius Sabinus: *Antiqui non prandebant vt in vita Gallieni tradditur*. Seneca epist. 122. *Cottidie sobrius prodis, sic cœnas tanquam ephemeridem patri adprobaturus*. Vnde solidus dies Horatio, & Senecæ epist. 83. id est integer à cibo, quo ad vesperam immorsi manebant. Saluia. lib.1.de Prouid. *Nunquid parcam illam tunc agrestémque vitam cum gemitu & dolore tolerabant, cum viles & rusticos cibos, ante ipsos quibus coxerant focos sumerent, eosque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret?* Boetius de Consolat. Philosoph. lib.2. Metro. 5.

> *Facilique sera solebat*
> *Ieiunia soluere glande.*

Feras Photinianorum mentes] Nugatur Pius hoc loco. Photiniani sunt hæretici à Photino cuius erant consectanei sic dicti, qui Christum ex carnali coitu conceptũ, nec patri coæternum credebat. Epiphanius lib. 3.tom.1. hæresi. 71.l. 6. & 65. Cod. Th.de hæret. Nouella Theodosij. de Iudæis & Samaritanis. Philastrius in Cathalog. Hæres. Petrus Rauennas. Serm. 109. *Hinc Photinus dum coæternum patri filium negat, pater vt pater fuerit non semper elaborat*. Luciferus ad Constantium A.de non parcendo his qui in Deum delinquunt. *Interea oro vt respondeas quid sit inter te & Consotinum tuum, quem verso ordine Smyrneienses vocant Photinum?* locus Luciferi, cui lucem ferre libet, φῶς, lumen est. D. Hirenæus lib.1.cap. 1. contra hæreses, vnde contrario sensu Photinus.i. luminosus, pro Scotino, id est tenebroso, nam σκότος, tenebræ sunt: & ita salsè alludit ad Photini nomen, contra quem scripsit Audentius Episcopus Hispanus, de fide. Gennad. de viris illust. plura sin velis consule auctores hist. Ecclesiast. & Prosperum part. 2. de Prædict.cap.6. Prudent. in Psychomachia.

Hac se se occultant Photinus & Arrius arte.

Isid. lib. 7. c. 5. orig.

Collegis] id est Coepiscopis & suffraganeis. Idem epist. 25. l. 4. *Collegam sibi consecrauere.* Idem epist. 5. l. 7. *Prouincialium collegarum deficimur numero.* & ep. sequenti. *Crocum Simpliciúmque collegas.* Idem *collegium dixit.* epist. vlt. lib. 4. & epi. 1. lib. 6. Pius Episcopus Iusto Episc *qui dixit nobis, S. Verum collegam nostrum de mundi principe triumphasse.* in fine epist. *Saluta collegium fratrum.* Ex Concilio Afri. Burch. l. 2. c. 41. & Carthag. 43.

Vt Iurisconsulti dicunt pracipui titulo] Præcipuo, quidam mss. legunt, præcipuum Donatus Aeneidos. 5. interpretatur. *Quod prater communionem singulis proprio nomine deputatur, vt fit sæpè in testamentis, cum aliqua per præceptionem, singulorũ haredum censuerit esse testator.* Inde dictum quod antè communionem capitur. Festus. *Excipuum quod excipitur, vt pracipuum quod antecapitur.* Suetoni. in Galba c. 5. *Cum pracipuum inter legatarios habuisset,* præcipuum autem donabatur per præceptionem. Præceptionis vet. formula ea erat, *Pracipito, sumito, tibique habeto.* Quod per notas succingebatur. P. S. T. Q. H. Notæ Magnonis & Pet. Diaconi.

Species ista] id est triticum, Idem epist. 10. l. 1. *Quia comperi naues quinque Brundusio profectas cum speciebus tritici ac mellis, ostia Tyberina tetigisse*, nomen familiare Impp. & Cassiodoro. à quibus speciebus dona speciaria Senecæ lib. 3. de bello ciuili, quã lectionem tuetur Casellius noster lib. 2. cap. 15. Variarum, aduersus emendationẽ. Petri Victorij lib. 1. cap. 23. Notit. Imperij, *Prafectus legionis tertia Italica transuectioni specierum deputata.*

Vidimus angustas tuis frugibus vias] Locutio elegans, & auctori nostro amica, 7. Carm. 2. *ingentem spatiosis mænibus vrbem,*

Quam tamen angustam populus facit.

Et Carm. 7.

Concitat omne auium vulgus, famulantia currunt
Agmina & angustus pennas non explicat aer.

Carm. 10.

Angustabat humum, superum satis ampla suppellex.

Carm. 22.

Desuper in longum porrectis horrea tectis
Crescunt, atque amplis angustant fructibus ædes.

Quibus locis ex aliis auctoribus adiiciam aliquid.

Quem Gracia sua, & c.] Hanc fabulam præter cæteros eleganter enarrat Iul. Firmic. de errore prof. relig. & addit in fine. *Amat enim Græcorum leuitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut virtute se iuuerint, diuinis appellare nominibus: & sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, vt Deos dicant, vt Deos esse credant qui sibi aliquãdo profuerint.* Mamertinus in Paneg. de Consula. suo. *O facundia potens Gracia, omnium tuorum principum gesta in maius extollere sola potuisti, sola factorum glorias ad verborum copiam tetendisti.* postea: *Tu puerum inuentorem serendi, Draconum alitum curru volantem semina in terras sparsisse iactasti?*

Cementariis] Cementarij, qui ex cementis & silicibus parietes ædificant. 3. Regũ cap. 5. D. Hieron. Paulino. *Agricola, cementarij, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarij quoque & fullones & cæteri, qui variam suppellectilem & vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse, quod cupiunt.* Idem in Ezechielem cap. 27. penes init. *cementarij,* & cap. 12. Matthæi. *Cementarius eram, manibus victum quaritans.* Iul. Firmicol. 2. c. 10. *Opera cementariorum.* Aldhelmus cap. 13. de laudibus virginitatis: *Priscorum delubra paganorum à cementario politissimis compacta petris.*

Significibusque] Significes qui signa. i. statuas exsculpunt & poliunt. Arnobius lib. 6. *Inter significes memoratus ille Phydias, & primus.* Martianus Felix. lib. 1. de Nup-

tiis: *Cum viuos etiam vultus æris aut marmoris signifex animator inspirat.* Apuleio lib. 1. Asini. *signifex*, de Dæmonio Socratis *significus*, & Policratici lib. 6. cap. 28. *signarius* in l. 1. C. de excusatio. Artif. Gloss. vett. *Ζωδιόποιος. signarius.* Signifex, vt Tertulliano, de Idololatria *ædifex*. Gregor. Turo. de vita Patrum, in S. Nicetio. *retifex.* & veteri auctori de sacrif. Missæ. Sacrifex. *Angelicum post hæc sacrifex pater incipit hymnum.*

Effigiauit imaginibus.] Apuleius init. Florid. *dolamine effigiatus.* in Apologet. *Quid sibi statuæ & imagines variis artibus effigiata volunt?* & lib. vlt. de Asino. *miris extrinsecus simulacris Ægyptiorum effigiata corpora terra condiderat.* idem, amat. Carm.

Candentes dentes effigient suauio.

Minutius Octauio: *In lapides effigiatos, & vnctos, & coronatos impingere.* Tertull. de Anima: *Effigiata, effigians, ineffigiata;* Gellius lib. 17. cap. 7. *ineffigiatum fœtum.* Probus, Egloga 6. *Ex quatuor elementis omnia esse effigiata.* Nonius cap. 4. *Committere, effigiare.* Ammi. Marcell. lib. 14. *Tunica perspicua luceant varietate liciorum, effigiatæ in species animalium multiformes.* lib. 17. *Mons ipse effigiatus scriptilibus elementis.* lib. 26. *Aureos scilicet nummos effigiatos in vultum noui principis.* Idem lib. 31. *Effigiati stipites dolantur incomptè.* Prudent. in hymno de defunctorum exequiis, & in hymno. S. Hypoliti & in Psycho.

nam viscera limo Effigians.

Paulinus qui Sidonio vixit lib. 3. de S. Marti.

Effigians clypeo insanam cristisque Mineruam,

Idem 4.

quæ munere Christi

Effigians melius Naturæ gratia pinxit.

Et lib. 6. *Effigians illam quam Christo iudice sumpsit.* In Plinij epist. 7. l. 4. initio. *effigiat*, legitur in quibusdam libris. sed adlubescit, efficiat.

Duabus vagum manibus] Sic mss. vett. & Basil. *duabus vagum manibus.* Non possum quin efferam acumen amici mei summi in Præsidatu Richomagensi collegæ mei, viri in literis optimè versati, qui mendoso vsus codice, ex ingenio corrigẽdum putauit, *duobus vagum mannibus*, mannibus pro mannis. D. Hierony. in Ecclesiast. cap. 10. Manni autem sunt Burici & burdones. Glossæ vett. *mannis ζυρίχοις.* Porphyrio. Epod. Ode 4. *burricos* interpretatur, & D. Hiero. epist. ad Pammachium de obitu Paulinæ. *obesi manni.* Senecæ e. 87. Plinio epi. 2. l. 4. *Mannulis libers & soluti celer mannus* Ausonio epist. 8. Paulo Rhetori, *musimones* Lucillio lib. 6. & Catoni. Verbum est Gallicum, Pub. Consentius. *Omne peregrinum siquidem id iam receptum est, vt Gallorum manni, Medorum acinaces, &c.* Coniecturam mei Caducæi iuuaret, quod Ausonius, *celerem mannum*, quodque olim cursualibus Rhedis mulas iungebant, Varro de re rust. lib. 2. cap. 8. & l. 3. cap. vlt. l. 2. C. Theod. de curiosis. Sulpicius Seuerus. Dialog. 2. cap. 4. Ausonius epist. 14. ad Paulum.

Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

Et epist. 8.

Cornipedes rapiant imposta petorita mulæ.

Ioan. Salisberiensis Policratici lib. 8. cap. 21. *Publicum cursum mularum & caballorum inhibuit.* Præterea quod Ouidius de Triptolemo tradit in fine libri 5. Metam.

vens nec puppe per vndas,

Nec pede per terras,

nisi historiæ veritas & manuscriptorum auctoritas reclamaret. Iulius Firmic. de errore profan. religio. Fulgentius in Mytholog. & histor. Scholastica in lib. Iudic. cap. 6.

Quibus poetæ deinceps formam Draconum deputauerunt.] Ouidius in fine lib. 5. Metamorph.

geminos Dea fertilis angues

Curribus admonuit, Valerius Flaccus lib. 1.

nunc aerij plantaria vellet

Perseos,

Creditus ignaras Cereris quo vomere terras
Perseos, aut curru sanos franasse Dracones
Imbuit, & flaua quercum damnauit arista. Mametti. in gratiarũ actione, *Tu puerũ inuentorem serendi, Draconũ alitũ curru volantẽ semina in terras sparsisse iactasti, quibus scilicet nauibus formam Draconum poeta deputauerunt*, vel mannibus, nam etiam manni possunt de nauibus intelligi, cùm vice versa poetæ nauibus equorum nomẽ imposuerint, & Neptunum Hippion, id est, equestrem vocarint. Arthemidorus lib.1.cap.58. de somniis. Varroni *Equisones nautici*, Marcipore. Et Plauto *equus ligneus*, pro naue, nauisque ductore.

Eleusinæ superstitionis] J. Carm. 9.

Non cum Triptolemo verendam Eleusim
Qui primus populis dedere aristas.

Hanc superstitionem delineat Iul. Firmic. de error. prof. relig,

Seposita mystici intellectus reuerentia] Quo scilicet Ioseph Christum figurabat, Tertull. lib. contra Iudæos, cap. de cruce Christi. D. Augustin. 76. Prosper Aquitani. de Prouidentia.

Mystica dum Ioseph prodentem somnia fratres
In seruum vendunt precio, falluntque parentem, &c.

mysterium exponit parte. i prædictionum cap. 25. 26. & sequentibus Et Ado Viennensis in Chronico ætate 5. Is enim figuram Christi gessit.

Historialem diligentiam] Geneseos cap. 40. & 41. Iulius Firmi. de errore prof. religi. *Huic post mortem Ægyptij patrio gentis suæ instituto, templa fecerunt, &c.* Quem ex eo beneficio, *Præfecturæ pretorianæ dignitatis auctorem prædicat* Cassiod. lib. 6. c. 3.

Regenses] Inscriptio Carm. 16. *ad Faustum Regensem* Notitia Prouinciarum: Viennensis. III. *ciuitas Regensium.* Gennad. de viris inlust. *Ex Abbate Lyrinensis monasterij apud Regium Galliæ Episcopus factus.* Idem, Ado in Chronico. J. epist. 9. lib. 9. *Regensis Ciuitas.* Bedæ & Vsuardo. v. Kal. Decemb.

Auennicus] Sic mss. Claromon. *Aueniocus*, αὐενίων Ptolomæo. *Auenio Cauarum.* Plinio l. 3. cap. 4. & Melæ l. 2. cap. 5. Vibius Sequester, de fluminibus: *Rhodanus Galliæ, Lugdunum & Auenionem decurrens, atque Arelatem, &c.* Vet. Itiner. à Burdegala ad Hierusal. *Ciuitas Auenione.* Cassiodor. epist. 38. l. 3. & Gregorio Turo. lib. 7. cap. 36. *Ex hoc enim Auinionem accessi.* lib. 2. cap. 32. *Auennionem vrbem ingreditur.* atque ita Aueniocus, defendi potest. Auennicus, *vt Ciuitas Auenicorum.* Notitia prouinciarum: Viennensis i. *Auennici muri*, Gregor. Turon. lib. 6. cap. 1. *Auennica vrbs.* l. 7. c. 10. & l. 10. c. 23. hist. Cathologus Metropoleon, *Ciuitas Auensicorum.* AVIGNON.

Arausionensis] Ptolomeo ἀραυσίων. & Plinio lib. 3. cap. 4. Vet. Itinerar. à Burdegala ad Hierus. *Ciuitas Arausione.* Mela. l. 2. c. 5. *Ciuitas Aurasiorum.* Notit. Prouinciarum & Cathologus Metropoleon, atque etiam Concil. Arelat. 2. in præf. *Ciuitas Aurasicorum*, Arausica ciuitas, Concilij Arausicani. 2. can. 1. Item Vsuardus xvj. Kal. Nouemb. Idem, cum Beda, & Adone vi. Kal. Iunij. Et Sigebert. de viris inlust. c. 73. Vulgò ORANGE.

Albensis] Notitia Prouinciarum. Viennensis primæ. Ciuitas Albensium: hoc est Belisio. Cathologus Metropoleon. *Ciuitas Albensium qua nunc Vanaria.* AVBENAS.

Valentina] Notit. Prouinc. *Ciuitas Valentinorum*, Idem Catholog. Metropol. Ptolomæo *Valentia*, & Antoni. Itine. & Itiner. vet. à Burdegala ad Hierus. *Ciuitas Valentia. Valentina ciuitas* Bonifacio Papæ ad Episcopos Galliæ. *Valentina vrbs ruta.* Prospero in Chronico. *Valentia nobilissima Galliarum ciuitas à Gothis effringitur.* Idem Prosper.

Tricastinæ] Notit. Prouin. *Ciuitas Trecastianorum.* Catholog. Metropol. *Ciuitas Trigastinorum. Augusta Tricastinorum.* Plinio l. 4. cap. 3. *Augusta.* Antonino, & veteri Iti-

nerario, à Burdigala Hierusalem vsque. & in præfat. Concilij Arelatensis 2. Ammian.l 15. *Et Tricastini Alpes Cottias incolunt.*

Possessor] Sic mss. id est incola, & habitator. Veget de re milit. l. 4. c. 7. *Ad quos casus possessores quamuis leui suspicione pulsati.* Vet. Inscriptio. *Æterno Principi. D. N. Flauio Claudio, vbique venerando, semper Augusto, bono Resp. nato, ordo possessoresque.* Iordanes in hist. Gothor. cap. 29. *Cuius dudum (vt traddũt maiores) possessores Eneti, id est laudabiles dicebantur.*

Alimoniam sine esse collatam] *ex asse, sine asse*, ex asse, id est, in solidum, in totum, omninò, sæpè Sidonio: sine asse id est non numerato precio. nam Patiens peculiari sumptu per desolatas Gallias gratuita misit, & annonarias species tabescentibus fame populis muneri contulit. s̄. epist. 10. l. 2. Et hac epist. & hoc Ioseph exemplo. Genes. cap. 42. Et Prosper Aquitan. lib. 2. prædict. c. 31. & Iul. Firmic. de erro. prof. relig.

Non te communio prouinciæ] Aruernum oppidum est Aquitaniæ primæ, Notit. Prouinc. & j̄. e. 5. l. 7. Lugdunum, Metropolis Lugdunensis 1.

Non opportunitas fluuij] quæ dictis ciuitatibus annonas opportunè conuexit, quas penè omnes Rhodanus alluit, vnde *& Rhodanitica vrbes* dicuntur j̄. lib. 9. epist. 13. in Carm.

Ex legato nuncius ero] Plinius epi. 11. l. 4. *Ait enim ex aduocato nuntius factus sum.*

Amaris, desideraris, &c.] s̄. e. 5. l. 5. *amaris, frequentaris, expeteris, &c.* Vt qui annonas abundanter inopibus irrogaris, quæ munificentia animos omnium deuincit, ita vt munerarij illi munerentur honoribus, & amoribus. Iulius Firmic. de erro. prof. relig. & Symmach. epist. 82. l. 3. *Quem nunc omnes vt alterem generis humani Deũ diligunt.* s̄. epist. 3. l. 3. & notas ad epi 3. l. 2.

Inter hac temporum mala] Tunc Aquitaniam & Burgundiam Euarix infestabat & depopulabatur, *temporum mala*. ita Martial. *Temporibusque malis.* s̄. epi. 4. l. 3. *Qui non etiam inter mala tempora, &c. mala sæculi* Paulino apud Gregor. Turon. l. 2. cap. 13. & Ennodio. pro IIII. syn. Romana. Cur autem mala tempora dicãtur, docet Eucherius in Genes. l. 3. cap. 33. s̄. epi. 7. l. 1.

Bonus annus es] Sic mss. id est, licet infortunatus sit annus propter segetes à Gothis incendio absumptas, tamen tua liberalitate fortunatus annus est, quia frugum copiam aggeris, nam bonus annus de magnis fructibus æstimatur. s̄. e. 6. lib. 3.

Inter hac temporum mala, bonus sacerdos,] Quod tam præclarum, quàm rarum est. Martial.

Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

Petrus Aruernus Venerabilis lib. 6. epist. 15. *Vt enim doctor ille quem nosti Ecclesia, dicit, magnum est esse bonum inter bonos, sed longè maius est esse bonum inter malos.* nam vt ait. D. Cyprianus epist. 2. l. 2. *Esse iam inter nocentes innoxium crimen est, malos quisque non imitatur offendit, &c.*

V. C. ET INLVST. SEGVERIO SENATORI, ET PRINCIPIS ECCLESIÆ PARIsiensis Decano S.

NOVI ego à notis, qui te penitus & domi nouerunt, quàm in omnes humanus, in te vnum seuerus sis, vtrumque tui oris habitus ostēdit, tacentis inspectio seueritatē, loquitur loquentis & eloquentis aspectus omnem humanitatem efflat: illa sacerdotalis infulæ petalum non occulit, hæc senatoris dignitatem omniū oculis oculitus aperit: illa sacerdotem, decet hæc senatorem, vtraque hominem paucorum hominum: quæ pacata & serena seueritas impacatis regni tempestatibus magis eluxit, cùm Comitiis Ecclesiæ Gallicanæ habitis, habitus es dignus qui cum Episcopis ad limina Apostolorum ires, vt ab Ecclesia Romana eliminatis, & illuminatis Ecclesiastica claustra recluderes. Sed factionis Iberæ vis maior, cui oris gladio resisti non potest, intercludit aditum, certò sciens te ab Apostolico quicquid optasses, optatum in Gallias relaturum. Legationis effectu non prorsus infecto, in patriam redux, atque intra tuos lares, quos Regni & Regis amore deserueras, illico à Rege designaris Episcopus, vt qui sub prætexta forensi diu Episcopum gessisses, illa

depoſita, tiara caput prætexeres, ſed ſenatoriam prætextam, prætextui tiarato longè præponis: Epiſcopatui non te ingeris, ſed à Rege ingeſtum, in alium modeſtè regeris, & ea vitas celeritate ſacerdotium, qua ſolet adpeti, à magno Principe magni fieri, & Epiſcopalem haberi magnũ eſt, à Rege oblatum Epiſcopatum eiurare maius, Epiſcopum tamen agere ſine Epiſcopatu, maximum: ſublimi honore ſublimior eſt, quem ſublimitas honoris inclinat, non ſublimat: honores quos in te omnes ſuſpiciunt, ſublimi humilitate dum deſpicis, magnis honoribus maior es, & non tam dignitate, quàm dignatione prædicabilis. Omitto domeſticam laudem, qua mortales extolli ſolent, domeſticumque ſplendorem, qui non ſolum Gallias, ſed etiam Italiam & Venetos plus veneto fulgore illuſtrat: taceo familiaris eloquij, & velut innati tibi tuiſque familiares floſculos pro roſtris & tribunalibus ſparſos. Sed quod maiores veſtros ferax Aruernia produxerit tacere non poſſum cum illi tibique hoc nomine non parum honoris accedat. Cedat Aruerniæ noſtræ feliciter, quòd Aruerni Epiſcopi, Epiſcopali Aruerno librum, quem Mamerco Papæ dicauit, Aruernus tibi dedicat. Vale. Aruernæ, xij. Kal. Decemb.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER VII.

SIDONIVS DOMINO PAPAE MAMERCO S. EPISTOLA I.

RVMOR est Gothos in Romanum solum castra mouisse. Huic semper irruptioni nos miseri Aruerni ianua sumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta subministramus, quia quod necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt, solam (sub ope Christi) moram de nostra tantùm obice patiuntur. Circumiectarum verò spatia, tractumque regionum iam pridem regni minacis importuna deuorauit impressio: sed animositati nostræ tam temerariæ tamque periculosæ non nos aut ambustam murorum faciem, aut putrem sudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: solo tamen inuectarum te auctore Rogationum palpamur auxilio, quibus inchoandis instituendisque populus Aruernus, etsi non effectu pari, affectu certè non impari cœpit initiari, & ob hoc circumfusis necdum dat terga terroribus. Non enim latet nostram sciscitationem, primis temporibus harumsce supplicationum instituturarum, ciuitas cælitus tibi credita, per huiuscemodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur. Nam modò scenæ mœnium publicorum crebris terræ motibus concutiebantur: nunc ignes sæpe flammati caducas culminum cristas superiecto fauillarum monte tumulabant: nunc.

ſtupenda foro cubilia collocabat audacium pauenda manſuetudo ceruorum: cùm tu inter iſta diſceſſu primorum populariumque ſtatu vrbis exinanito, ad noua celer veterum Niniuitarum exempla decurriſti, ne diuinæ admonitioni tua quoque deſperatio conuiciaretur, & verè iam de Deo tu minimè poteras abſque peccato poſt virtutum experimenta diffidere. Nam cùm vice quadam ciuitas conflagrare cœpiſſet, fides tua in illo ardore plus caluit: & cùm in conſpectu pauidæ plebis obiectu ſolo tui corporis ignis recuſſus in tergum fugitiuis flexibus ſinuaretur, miraculo terribili, nouo, inuſitato, affuit flammæ cedere per reuerentiam, cui ſentire defuit per naturam. Igitur primùm, & his paucis noſtri ordinis viris indicis ieiunia, interdicis flagitia, ſupplicia prædicis, remedia promittis, exponis omnibus nec pœnam longinquam eſſe, nec veniam; doces denuntiatæ ſolitudinis minas orationum frequentiâ eſſe amoliendas: mones aſſiduitatem furentis incendij, aqua potius oculorum quàm fluminum poſſe reſtingui: mones minacem terræ motuum conflictationem fidei ſtabilitate firmandam, cuius confeſtim ſequax humilis turba conſilii, maioribus quoque ſuis fuit incitamento, quos cùm non piguiſſet fugere, redire non puduit. Qua deuotione placatus inſpector pectorum Deus, fecit eſſe obſecrationem veſtram vobis ſaluti, cæteris imitationi, vtriſque præſidio. Denique illic deinceps non fuêre, vel damna calamitati, vel oſtenta formidini. Quæ omnia ſciens populus iſte Viennenſibus tuis & accidiſſe priùs, & non acceſſiſſe poſteriùs, veſtigia tam ſacroſanctæ informationis amplectitur ſedulò, petens vt conſcientiæ tuæ beatitudo mittat orationum ſuarum ſuffragia, quibus exempla tranſmiſit. Et quia tibi ſoli conceſſa eſt poſt auorum memoriam, vel confeſſorem Ambroſium duorum martyrum repertorem, in parte orbis occidui, martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adiecto noſtri capite Iuliani, quòd iſtinc turbulento quondam perſecutori manus retulit cruenta carnificis: non iniurium eſt quod pro compenſatione depoſcimus: vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc rediit pars patroni. Memor noſtri eſſe dignare, domine, Papa.

MAMERTO] Viennenſi Epiſcopo, de quo Sidonius ep. 11. lib. 4. & 14. lib. 5. *Alcimus prædeceſſor namque meus, & ſpiritalis mihi à baptiſmo pater. S. Mamertus ſacerdos.* Lucidus presbyter in profeſſione fidei.

Romanum ſolum] quod tunc Romani occupabant, quod erat Romanarũ partiũ. Sulpicius Alexander: *pluribus ſuorum in Romano vel illo ſolo.* Romanum autem ſolum intelligo tractum illum, quem à limite Thoringorum ad meridionalem plagam Romani vſque ad Ligerim fluuium habitabant, ex Gregorio, vt notaui ep. 1. lib. 3. in fine. Vide 5. ep. 12. huius lib. & Hincmarum in hiſt. S. Remigij.

Ab Oceano in Rhodanum] Gothi regnante Euarige Italici fines imperij non deſinebant inceſſere, 5. ep. 1. & 4. lib. 3. Ennodius in vita Epiphanij, & limitem regni

sui promouete, ʒ.ep.6. huius lib. qui limes erat Aquitania secunda vsque ad Oceanum. Isidorus in Chronico. Era eccclliij. vnde dixit *Ab Oceano in Rhodanum*, &c. Idem de Theodor. Euarigis patre in Paneg. Auiti Aug.

in Rhodanum proprios producere fines.

Theudorida fixum.

quod postmodum obtinuerunt. Procopius de bello Gothor. lib. 1. *Vvisigothi vi in Romanum imperium facta, Hispanias omnes & Gallias vltra Rhodanum flumen sua ditioni vectigalesque redditas tenuere.* ʒ.ep.9.lib.8.

De nostra tantùm obice patiuntur] Gothi Aruernos nostros internecino odio habebant, ex eo quòd Aruerni Gothorum incursus contunderent, & fortiter facerent. ʒ. ep.4. lib.3. *nec impugnantum ira.* & initio huius epist. *namque odio inimicorum.* & strenuè, inquam, contenderent pro Romanis partibus, ʒ.ep. 4. lib. 3. *Oppidum siquidem nostrum quasi quendam sui limitis obicem*, &c. Obex autem fœminino genere à coæuis dictum alii notarunt. ʒ. Carm.2.ver.493.

Regni minacis] Euarix rex omnibus regno Gothico circumfusis regionibus terrori fuit. Ennod. in vita Epiphan. *Quantum te stupende terrarum princeps multorum auribus reddat virtutis fama terribilem, & gladij quibus continuò vastitate premis, segetem quandam inimici germinis metant.* ʒ.lib.8.ep.9. in Carm.

Animositati nostræ] Aruerni præsentibus animis & armis aduersus Euarigis impetus, & impugnantes exercitus perstiterunt, steteruntque à Romanis partibus. ep.5. & 7.hu.lib.

Ambustam murorum faciem] *semiruta mœnia* ep.2.lib.3. *semiruti murorum aggeres*, ep. 3.eiusd.lib.ep.7. huius lib. *hoccine meruerunt inopia, flamma, ferrum*, &c.& ep.11. *Ecce ego istic inter semiustas muri fragilis clausus angustias.* Et hoc quidem ante deditionem ʒ.notatum.

Murorum faciem] Cassiod.ep.49.lib.3. *Vt in murorum faciem surgat, quod non potest prodesse, si taceat. parietum facies.* ʒ.epi.2.lib.2. *facies ciuitatis.* Plinio epi.73.lib. 10.& in Paneg. *Siquidem per omne spatium vna facies*, &c. Vetus inscriptio: *Secretarium Epiphanius reparauit, & in pristinam faciem restituit.* passim in Iure l.25. Cod. Th.de operib. publ. *vrbis venerabilis facies.* Nouella Maioriani de ædific.publ. Cassiod.ep. 44. l.7.

Aut putrem sudium cratem] Sudes sunt præacuti valli. Seru. 2. Georg.ad hæc:

Quadrifidasque sudes & acuto robore vallos.

Bis idem dixit: nam & sudes & valli idem sunt. Glossæ vett. χάραξ, *sudis, redica.* Redica, i. Vallus. Gloss. vett. χαρακῶ, *vallo, sepio, redico.*

Aut propugnacula vigilum trita pectoribus] Ciuitas Aruerna erat propugnaculis munitissima. ʒ.ep.12.l.5. *Vos lorica, nos propugnacula tegunt.* ʒ. Carm. 7.

Et iam fama viro turres portasque tueri.

Vigilum trita pectoribus] Cùm, vt dixi, Gothi Aruernam impugnarent, nec expugnarent, illam iugiter incessere non desistebant, sicque Aruerni ciues assiduè excubabant. ʒ.ep.7.lib.4. *Vt tanti sper à peruigili statione respirent, quos à muralibus excubiis non nox illunis & turbida receptui canere persuadent.*

Solo tamen inuectarum te auctore Rogationum] Idem ep.14.lib.5.quam vide. Auitus in Homel. Rogationum, initio: *Quia quod hoc modo ad vtilitatem cunctorum defluit, ex nostro primitus fonte manauit.* Præter cæteros quos sciens omitto, Carol. Magnus de ritibus Eccles. *Tres autem dies Rogationum, qui celebrantur ante Ascensionem Domini, iuxta morem Gallicanæ Ecclesiæ, constituit S. Mamertus Viennensis Episcopus, ob incursionem scilicet malarum bestiarum, quæ tunc temporis grauissimè affligebant populum Dei, quæ consuetudo apud nos vsque hodie pro diuersis calamitatibus deuotissimè recolitur.* Idem lib.5. capitulari 85. quas Rogationes Aruerni nostri religiosè excolebant, hisque armis se aduersus hostium insultus muniebant. Homeliam vide de litaniis, quæ Eusebij Emiss. nomine circumfertur. vnde etiam litanias maiores institutas fuisse ʒ. docui.

epist.14 lib.5. quibus adde quod ait Gregorius Mag.l.9. ep.45. & Carol. Mag. de ritib. Eccles. *Eo enim tempore, id est, VII. kal. Mai solent inimici commouere bellum aduersus vicina regna, hinc reor cautè hoc esse prouisum*, &c. Non ergo maior litania propter inguinariam luem instituta fuit, quæ Romæ adeo grassabatur, vt oscitantes & sternutantes efflarent animam, nec inde mos sternutantibus bene precandi & oscitantibus os signandi, vt scribunt Paulus Monticassini monachus, Guiliermus Mimatensis, & cęteri, qui bona fide stertunt & oscitant. nam mos ille est antiquissimus. Petronius in Satyr. *Gyton collectione spiritus plenus, continuò ita sternutauit, vt grabatum concuteret, ad quem motum Eumolphus conuersus saluere Gitona iubet*. Plin. lib. 28. cap. 2. *Sternutamentis salutamur*. Apuleius lib. 9. *Crebras ei sternutationes commonebat*. postea: *Quod cùm putaret ab ea profectum solito sermone salutem ei fuerat imprecatus*. Titianus lib. 3. Epigramm. eleganter.

Palpamur auxilio] Aruerni nostri, cùm Gothorum cunei ingruerent, armis spiritualibus accingebantur, vt ex hoc loco perspicuum est, & ex epist.14. l.5. Cumque Theodoricus rex Aruernam obsidisset, Quintianus episcopus, circitor religiosus, cum ciuibus Aruernis per muros psallendo procedebat. Gregor. Turon. de vita Patrum de S. Quintiano: *Adueniente Theodorico ac vallante cum exercitu vrbem, sanctus Dei muros eius per noctem psallendo circumiret*.

Quibus incoandis] Idem s̄. ep.14. lib.5. *In vrbem tamen ni fallimur, Rogationum contemplatione reuocabere*.

Et si non effectu pari, affectu certè non impari] Annominatio non illepida. Idem s̄. ep. vlt. lib.3. & ep.2 lib.9. vide quæ s̄. notaui, & adde quod ait vetus interp. Philonis quæst. in Genesim: *Quid est, benedixit eum, & erit benedictus? reuera hoc modo habetur effectus, quousque non irrepserit affectus alicuius abominandi*. Fulgentius lib.1. Mytholog. de Idolis: *Nonnulli etiam seruorum culpabiles domini furiam euitantes ad simulachrum profugi veniam merebantur, & quasi salutis certissimo collatori florum aut thuris offerebant munuscula timoris potius effectu, quàm amoris affectu*. Ennod. Symmacho Papæ: *Tribuat diuinitas effectum precibus eius, & hunc beatitudinis vestra nominatis conciliare dignetur affectum*. ī. ep.2. lib.9.

Et ob hac circumfusis necdum dat terga terroribus] Idem ep.4. lib.3. *Oppidum siquidem nostrum quasi quendam sibilimitis obicem circumfusarum nobis gentium arma terrificant*.

Prodigiorum terriculamenta] Auitus in Homel. *Siquidem incendia crebra, terræ motus assidui, nocturni sonitus, cuidam totius vrbis funeri prodigiosum quoddam minitabantur*. Hisdem pene verbis ex Auito, Ado Viennensis in Chronico: Grego. Turon. lib.2. cap.34. *Has ipsas rogationes, quas ante Ascensionis Dominica triumphum celebramus à Mamerco ipsius Viennensis vrbis Episcopo, cui & hic eo tempore praerat, institutas fuisse, dum vrbs illa multis terreretur prodigiis. terriculamenta*. Apuleiana vox de dogmate Platonis, & in Apologia, sub finem.

Nam modò scena mœnium publicorum] Tertull. de anima: *Cùm ipsam corporis scenam tempus aboleuerit*. Apuleius lib.2. *venerabilis scena facie*. & lib.5. *scenam denique quam sponte sumpserat*. Gregor. Turon. de mirac. S. Martini lib.1. cap.9. *Hinc scena montis aquosi dependens*.

Mœnium publicorum] i. ædium publicarum. Auitus: *Ædes namque publica, quam praecelso ciuitatis Viennensium vertici sublimitas in immensum fastigiata praetulerat*, &c. Idem Ado in Chronico. Gregor. Turon. lib.2. cap.34. *Subitò palatium regale intramuraneum diuino igne succenditur, pauore omnibus perterritis*, &c. Palatij Viennensis meminit Sulpicius Seuerus: *Clauso apud Viennam palatij ædibus principe Valentiniano* Quin idem sit palatium & ædes publica, paret ex supradictis, & ex l.13. Co. Theod. de legatis: & l.5. §.12. de donat. inter vir. & vxor. quæuis lectio retineatur de æde publica intelligenda est. *palatium regale* Aimoino lib.1. cap. vlt.

Crebris terra motibus concutiebantur] Auitus, & ex eo Ado, *terræ motus assidui*. Greg. Turon.

Turon. lib. 2. cap. 34. *Nam terræmotu frequenter quatiebatur.* Aimoinus lib. 1. cap. vlt. *His etiam diebus apud Viennam Galliæ vrbem multorum domus & Ecclesia terræmotu concussa ceciderunt.* Idem Auit. *Quis trementibus elementis aut decidua culminum, aut disrupta terrarum imminere non crederet?* vide rei Ecclesiast. Scriptores.

Nunc ignes sæpe flammati] Auitus in Homel. & ex eo Ado: *siquidem incendia crebra* Idem: *Quis enim in crebris ignibus, ignes Sodomiticos non timeret?*

Fauillarum monte tumulabant] Palatij enim Viennensis apex incendio cooperiebatur, fauillarum mons, vt mons aquarum. Verg. 1. *præruptus aquæ mons.* Greg. Tur. de mirac. S. Martini l. 1. c. 9. *Hi in scena montis aquosi dependent.* Paulus Diacon. lib. 1. c. 6. de gestis Longobard. *Quasi magnos aquarum montes de profundo resilire.* Isidorus in Gloss. *aqua mons vel fluctuum.*

Tumulabant] i. obruebant, & veluti sepeliebant, s̄. ep. 9. lib. 2. & ep. 3. lib. 3. Apuleius lib. 1. *Qui misella huius corpus parua contumulet humo.* Sedul. lib. 4.

Lazarus occidua tumulatus forte iacebat.

Nunc stupenda foro cubilia collocabat] Alcimus in Homel. *Quid videns, certè videre se putans pauidos naturaliter ceruos per angusta portarum vsque ad fori lata penetrantes,* &c. Vide Gregor. li. 2. cap. 34. & Aimoinum lib. 1. cap. vlt. Idem Auitus: *Nam populosis hominum conuentibus domestica syluestrium ferarum species obuersabatur.* Vienna quippe, cùm vrbs esset senatoria, vt s̄. notaui ep. 3. lib. 4. foro insignita erat.

Veterum Niniuitarum exempla] Alcimus Auitus de Rogationibus. Gregor. Tur. l. 10. c. 1. *Veternosas namque Niniuitarum culpas triduana pænitentia abstersit,* ad instar Niniuitani ieiunij tam minores, quàm maiores rogationes institutæ sunt. Vnde Syri Christiani Rogationes, ieiunium vocant Niniuitarum. V. doct. Genebrardus in Chronico.

Nam cum vice quadam ciuitas conflagrare] scilicet solemni vigilia Paschatis. Auitus *Affuit igitur nox illa venerabilis, quæ ad spem publicæ absolutionis votiuum solemne patefecerat, sed mox illi multò vehementior strepitus ictu flagelli grauiùs ferientis intonuit: vtpote quem iam emensis gradibus superlatiuum nihil sequi aliud quàm gladius intelligeretur, ædes namque publica, quam praecelso ciuitatis Viennensium vertice sublimitas in immensum fastigiata prætulerat* (Ado legit, sustulerat) *flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit.* Gregor. Turon. lib. 2. cap. 34. *Sed in ipsa gloriosæ noctis vigilia, dum Missarum celebrarentur solemnia, subitò palatium regale intramuraneum diuino igne succenditur.* Idem Aimoinus lib. 1. cap. vlt.

Vice quadam] Hilarius in vita S. Honorati: *Quadam enim vice cùm vnum iam ex multis millibus.* &c. idem: *Quadam autem vice cùm comprimere lacrymarum mearum tempestatem.* Constantius in vita S. Germani: *quadam vice occupatione detentus.* Vet. histo. S. Eugendi Iurensis: *quadam namque vice,* &c. ep. 1. lib. 8. Gregor. Turon. de glor. confessor. cap. 62. init. & l. 4. hist c. 16. & c. 24. & lib. 2. c. 24. Hist.

Fides tua in illo ardore plus caluit] Auitus: *Perstitit tamen coram festiuis altaribus inuictus antistes S. Mamercus, & calorem fidei sui accendens flumine lacrymarum, permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit.* Sedul. lib. 1.

tantoque ardore calentes
Cordis, vincunt incendia pœnæ
Igne animi. O quanta est credentum gloria: flammis
Ardentis fidei, restincta est flamma camini.

Sulp. Seuer. epist. ad Eusebium, in fine, simili locutione, & de Mamerco Gregorius Turon. lib. 2 cap. 34.

Indicis ieiunia] s̄. ep. 14. lib. 5. *In his autem quas suprafatus sacerdos protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur,* &c. vide quæ notaui. Gregor. Turon. lib. 2. cap. 34. *indixit populis ieiunium.* Burchard. l. 13. c. 7. Aimoin. l. 1. c. vlt. & reliqui.

Dotes denuntiata solitudinis] Auitus: *Quis videns non imminentis solitudinis sententiam*

formidaret? Huiuscemodi enim plerumque prodigia solitudinem portendunt. Leuitici cap.26. *Emittamque in vos malas bestias agri, quae consument vos & pecora vestra, & adpaucitatem cuncta redigant, desertaeque fiant viae vestrae.*

Aqua potius oculorum] Alcimus: *Flumine lacrymarum permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit.* Gregor. Turon. l.2. cap.34. *Restinxitque domus incendium, flumen profluentium lacrymarum.*

Cuius confestim sequax humilis turba consilij] Auitus: *Explorante autem episcopo feruorem incoationis, & maximè verente ne ob tardam populi sequacitatem, potioribus eductis obseruatio ipsa confestim in sui nouitate reuilesceret.* idem: *Praesertim cùm plebis adunata compunctio, sic ad incitamentum boni operis possit aptari, vt rebelles consensientium erubescant, si cuncta multitudini propriae mentis solitudine contradicentes peccata sua vel vitia cum populo flente non defleat,* &c.

Non piguisset fugere] Aimoinus lib.1.cap.vlt. *Propria eos cogeret deserere habitacula.*

Vobis saluti] Auitus: *Delectat tamen asperitas medicaminis, in quo frequenter inuenitur probata est spes salutis.* Gregor. Turon. l.2 c.34. *Cessantibus quoque exinde terroribus,* &c. 5.ep 14.l.5. *vtilissimo experimento.* Burchard. l.13.c.7. *Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset.*

Caeteris imitationi] 5.ep.14.lib.5. *reuerentissimo exemplo.* vide Notas, & adde quod ait Auitus: *Omnes tamen attendant quod Ecclesia quae misit aliis formam institutionis, multipliciter debitrix est ostendendae alacritatis, & prima debet esse compunctionis officio, quae inter tam necessarias, omnibus facta est mater exemplo.* Gregor. Turon. *Per cunctas prouincias dispersa facti fama cunctos sacerdotes imitari commonuit,* &c. Sidon. hac ep. *Mittat orationum sacrarum suffragia, quibus exempla transmisit.*

Damna calamitati] Nam praeter incendia, terraemotus, nocturnos sonitus, lupi in homines faciebant impetum. Burchard. l.13.c.7. *Cùm exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur.* Iuo l.4.c.40. & Carolus Magnus de ritibus Eccles. & Aimoin. l.1.c. vlt. *Lupi quoque vel vrsi syluis profugi eidem ciuitati innumeri ceperunt esse infesti, adeo vt multorum lacerantes corpora,* &c. Fides sit penes eos, damna ad incendia & ruinas referri possunt.

Ostensa formidini] Quia, vt ait Auitus, *Deus viderit anludificans oculis.* item: *Quis videns certè videre se putauit.* Quod aequè portentosum erat, ac si reipsa ostensa viderentur. Idem Alcimus: *Quicquid tamen ex his duobus foret perinde monstrosum intelligebatur, seu sic veraciter immania bestiarum corda mansuefieri, seu tam horribiliter conspectibus territorum falsae visionis phantasmata posse confingi.* Gregor. Turon. *Dum vrbs illa multis terreretur prodigiis.*

Suffragia] vide Michrologum & alios rei Eccles. Scriptores.

Ambrosium duorum martyrum repertorem] Geruasii & Protasii. D. Ambros. ep. 85. ad Sororem: & Serm.91. de Sanctis. Paulin. ep.12. ad Seuerum:

Quosue suo Deus Ambrosio post longa reuelat
Saecula, Protasium cum patre Geruasio.

D. August. de Ciuit. Dei lib.22.c.8. & Serm.108. in Chron. Prosp. *Reliquiae Geruasii & Protasii ab Ambrosio primùm Mediolani repertae.* Auctor epist. ad amicum aegrotum de viro perfecto, quae est septima to.9. inter opera D. Hieronymi. Gaudentius Brixiensis in tractatu Dedicationis Basilicae 40. Martyrum: *Post istos habemus Geruasium, Protasium, & Nazarium beatissimos martyres, qui se ante paucos annos apud urbem Mediolanensem S. sacerdoti Ambrosio reuelare dignati sunt,* &c. Gregor. Tur. lib.1. de mirac. cap.47. Beda in Martyrol. XIII. Kal. Iulii Vsuardus & Ado eadem die. Ionas Aurel. li.3. de cultu imaginum: vel Nazarii & Celsi, quorum fuit repertor Ambrosius. Paulin. in eius vita, Honorio & Arcadio Impp. Beda & Ado pridie Idus Iunii. Vsuardus V. Kal. Augusti.

Martyris Ferreoli solida translatio] Qui post graues poenas capite truncatus, in

ęde quam Castulus condiderat, ad ripas Rhodani sita sepultus fuit, qua Rhodani impetu rimas agente, ruinamque minitante, citra Rhodani ripas basilicam Mamercus faciendam curauit. Grego. Tur. lib. 2. de mirac. cap. 2. Illucque Ferreoli reliquias trāstulit. Idem de Ferreolo, prãter Bedam, Adonem, & Vsuardum in Martyrol. XIIII. Kal. Octob. Fortunatus de senatu cœlesti:

Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.

Gregor. Tur. lib. 2. de mirac cap. 30. *Aduenit Ferreolus collega tuus ex Viennensibus.* Aruernia oriundus. Pet. Equilinus l. 8. c. 91.

Adiecto nostri capite Iuliani] qui Briuati decollatus fuit, caput que post martyrium Viennam delatum, & cum Ferreolo consepultum. Grego. Tur. lib. 1. de mirac. cap. 1. *Caput quoque eius Ferreolus martyr accepit, completoque certamine tam illius membra, quam istius caput in vnius tumuli receptaculo conlocantur.* Vetus inscriptio in Ecclesia S. Ferreoli Viennæ:

Heroas Christi geminos hæc continet aula,
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Gregor. Tur. lib. 2. c. 2. de mirac. quem vide Idem in fine: *Prębet tamen huic operi testimonium Sollius noster, ipsi Mamerco scribens his verbis, Tibi soli concessa est in partibus orbis occidui martyris Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capite Iuliani.* Ado Viennensis in Chron. de Vvilicatio Episcopo: *Qui ob cladem Sarracenorum, cùm esset domus præclarissima martyrum citra Rhodanum, ab eis iam incensa, ossa beati Ferreoli cum capite Iuliani martyris intra vrbem transtulit.* Beda XIIII. Kal. Octob. *Ferreoli corpus cum capite beati Iuliani ad vrbem Viennensium relatum, & condigno honore conditum est.*

Nostri] *Quia nostris Aruernis datus est martyr.* Gregor. Tur. lib. 2. de mirac. cap. 1. *Aruernus martyr.* eid. lib. 2. c. 11. in fine. Idem lib. 10. cap. 29. Hist. *Ecce adest Iulianus à Briuate.* Fortunat. lib. 8. de senatu cœlesti:

Priuatum Gabalus, Iulianum Aruernus abundat.

Ne quis hunc Fortunati locum existimet inemendatum. Claudian. Mamert. Sollio nostro in fine operis de statu animæ: *qui multa scientiarum abundat talenta.* De Iuliano nostro plura Carm. vlt.

Quod isthinc turbulento quondam persecutori, manus retulit cruenta carnificis] Sic mss. rectè. Gregor. Turon. lib. 2. cap. 1. de mirac. *Igitur instante persecutione, ad Briuatensem vicum, in quo fanatici erroris nenia colebantur aduenit. Et cùm insequi aduersarios nutu Dei sensisset, à vidua quadam sæculi deprecabatur, quem illa tegeris; illico martyre poscente detexit, qui suis insecutoribus ita iussit,* &c. Ex quibus paret eum sub Diocletiano iussu Præsidis à Vienna ad Briuatem insecutum fuisse, caputque præsidi relatum. Gregor. Turon. cap. eod & Sidon.

Manus retulit cruenta carnificis] Retulit ad Viennam scilicet, vnde Iulianus abierat. Gregor. Turon. lib. 1. cap. 1. ideo dictum *retulit:* caput Iuliani. Gregor. *Nam caput Viennam defertur.* Beda XIIII. Cal. Octob. *Cuius corpus cum capite beati Iuliani ad vrbem Viennensium relatum.*

Vt nobis inde veniat pars patrocinij] i. vt nobis Aruernis, à Viennensibus tuis veniat pars patrocinii, meritis & suffragiis Rogationum, quo à Gothorum superuentis tuti simus.

Quia vobis hinc redit pars patroni] Pars scilicet præcipua, i. caput Iuliani Aruernorum patroni, quod Viennam relatum est. Grego. Turon. lib. 2. cap. 1. Patroni, id est, Iuliani. Gregor. Turon. lib. 2. de miracul cap. 4. *quod impellit me amor patroni.* cap. 6. *Et martyrem patronum expeterent.* cap. 19. *discernat virtus sancta patroni.* idem cap. 21. 7. Carm. vlt.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ GRÆCO S. EPIST. II.

ONeras, consummatissime pontificum, verecundiam meam multifaria laude cumulando, si quid stylo rusticante perarauero, atque vtinam reatu careat, quòd apicum primore congressu quanquam circumscriptus, veritati resultantia tamen & diuersa connexui. Ignorantiæ siquidem meæ callidus viator imposuit. Nam dum solùm mercatoris prætendit officium, literas meas ad formatæ vicem, scilicet vt Lector, elicuit, sed quas aliquam gratiarum actionem continere decuisset. Namque (vt post comperi) plus Massiliensium benignitate profectus est, quàm status sui, seu per censum, seu per familiam forma pateretur: quæ tamen vt gesta sunt, si quispiam dignus relator euolueret, fierent iocunda memoratu. Sed quoniam iubetis ipse, vt aliquid vobis à me lætum copiosumque pagina ferat: date veniam, si hanc ipsam tabellarii nostri hospitalitatem comicis salibus comparandam salua vestrarum aurium seueritate perstringamus, ne secundo insinuatum non nunc primùm nosse videamur: Simul etsi moris est regularum, vt ex materia omni vsurpentur principia dicendi, cur hic quoque quodcunque mihi sermocinaturo materia longiùs quæratur expetaturque, nisi vt sermoni nostro sit ipse pro causa, cui noster s rmo erit pro sarcina: Arucrni huic patria, parentes natalibus non superbis, sed absolutis, & sicut nihil illustre iactantes, ita nihil seruile metuentes; contenti censu modico, sed eodem vel sufficiente, vel libero: militia illis in clericali potiùs quàm in palatino decursa comitatu: Pater istius granditer frugi, & liberis parum liberalis: quique per nimiam parcimoniam iuueni filio plus prodesse quàm placere maluerit: Quo relicto, tunc puer iste vos petiit nimis expeditus, quod erat maximum conatibus primis impedimentum: nihil est enim viatico leui grauius. Attamen primus illi in vestra mœnia satis secundus introitus. Sancti Eustachij (qui vobis decessit) actutum dicto factoque gemina benedictio, est hospitium breui quæsitum, iam Eustachij cura facilè inuentum, celeriter aditum, ciuiliter locatum. Iam primùm crebro accursu excolere vicinos, identidem ab iis ipse haud aspernanter resalutari. Agere cum singulis, prout ætatis ratio permitteret, grandæuos obsequiis, æquæuos officiis obligare, pudicitiam præ cæteris, sobrietatéq; sectari, quod tam laudandum in iuuentute, quàm rarũ. Sũmatibus deinceps & tunc comiti ciuitatis nõ minùs opportunis quàm frequentibus excubiis agnosci, innotescere, familiarescere, sicque eius in dies sedulitas maiorum sodalitatibus promoueri: fouere

boni quique certatim, votis omnes, plurimi consiliis, priuati donis, cuncti beneficiis adiuuare: pérque hæc spes opésque istius raptim saltuatímque cumulari. Fortè accidit, vt diuersorio cui ipse successerat, quædam fœmina non minùs censu quàm moribus idonea, vicinaretur: cuius filia infantiæ iam temporibus emensis necdum tamen nubilibus annis appropinquabat. Huic Hichaldus (si quidem ea ætas infantulæ, vt adhuc decenter) nunc quædam friuola, nunc ludo apta virgineo scruta donabat: quibus isti paruum grandibus causis plurimũ virgunculæ animus copulabatur. Anni obiter thalamo pares: quid morer multis? adolescens solus, tenuis, peregrinus, filiusfamilias, & è patria, patre non solùm non volente, verùm etiam ignorante discedens, puellam non inferiorem natalibus, facultatibus superiorem, medio Episcopo, quia Lector, solatio Comitis, quia cliens, socru non inspiciente substantiam, sponsa non despiciente personam, vxorem petit, impetrat, ducit, conscribuntur tabulæ nuptiales: & si qua istic municipioli nostri suburbanitas, matrimonialibus illic inserta documentis, mimica largitate, recitatur. Peracta circunscriptione legitima, & fraude solenni, leuat diuitem coniugem pauper adamatus, & diligenter quæ ad socerum pertinuerant rimatis conuasatísque, non paruo etiam corollario facilitatem credulitatémque munificentiæ socrualis emungens, receptui in patriam cecinit præstigiator inuictus. Quo profectò mater puellæ perhyperbolicis instrumentis cœpit actionem repetundarum velle proponere, & tunc demum de mancipiorum spõsalitiæ donationis paucitate mœrere, quando iam de nepotum numerositate gaudebat. Ad hanc placandam noster Hippolitus perrexerat, cùm literas meas priùs obtulit. Habetis historiam iuuenis eximij, fabulam militiæ vel Atticæ parem. Simul & ignoscite præter æquum epistolarem formulam porrigenti, quam ob hoc stylo morante produxit: vt non tanquam ignotum reciperetis, quem ciuem beneficiis reddidistis. Pariter & natura comparatum est, vt quibus impendimus studium, præstemus affectum. Vos verò Eustachium pontificem tunc ex asse digno hærede decessisse monstrabitis, si vt propinquis testamenti, sic clientibus patrocinij legata soluatis. Ecce parui, & obedientis officium garrulitate compleui, licèt qui indocto negotium prolixitatis iniungit, ægrè ferre non debeat, si non tam eloquentes epistolas recipit, quàm loquaces. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Græco] Massiliensi Episcopo, qui successit Eustachio. De Græco 5. epistola 8. libri 6. & epistola 7. & 11. huius libri: & epistola 4. lib. 9. & Lucidus, de professione fidei.

Oneras consummatissime Pontificum verecundiam meam] Symmach. e. 60. l. 7. init. *Onerabat verecundiam meam.* Idem e. 26. l. 4. *Plura vellem, sed verecundiam tuam nimio laudis excursu non oportet onerari.* Plinius epist. 8. l. 1. *Onerabit modestiam nostram.* Idem epist. 14. lib. eiusd. *Sed hoc ipsum amantis est, non onerare eum laudibus.* Mar. Tull. Philip. 2. *Qui me non solum meis laudibus oneraret, sed honoraret alienis.* Tit. Liuius libro 4. *Laudibusque haud immeritis onerarent.* ĩ. epist. 14. l. 9. *Sed ne impudenter verecundiam tuã laudibus nimiis vltrò premamus.* Ausoni. in epist. ad lectorem Edylij. 2. *Et ego functum oblectatione viuentium, onerare non debeo:* Phædrus l. 5. *multis onerant laudibus.*

Quod apicum primore congressu] Idem epist. 13. l. 3. *Ne congressu quidem primore sociere*, Symmach. epist. 46. l. 4. *Eosque in primore congressu penetrali familiaritate dignare.*

Callidus viator imposuit] id est, decepit, & circumscripsit. Martial. lib. 5. epigr. 103.

Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ.

Callida impostura, in Collatione legis Mosaïcæ. Vlpianus tit. de Mathematicis 15.

Ad formata vicem scilicet vt lector elicuit.] Idem epist. 8. l. 6. *Agnoscetis profecturo ciuis me epistolam, clerico debuisse formatam*, Clericis enim libera euagandi potestas non erat sine Episcopi formata. Fulgentius Ferrandus in Breuiario can. cap. 127. *Vt clerici sine formata & conscientia Episcopi per alienas plebes non vagentur ex Concilio Marazensi.* Synodi Antiochenæ can. 6. *Vt nullus peregrinus sine formata Episcopi accipiatur.* Burchardus lib. 2. cap. 43. & 227. & Carolus Magnus lib. 1. cap. 3. s̃. epist. 8. l. 6.

Ad formata vicem, &c.] De formata satis abundè diximus. s̃. epist. 8. l. 6. Quibus adde quod ait Codex Canonum. *Cæsario & Attico Vv. CC. Coss. vt Iul. Carthagine placuit vt nullus Episcoporum nauiget sine formata Primatis.* Idem, canon. 28. 111. Synodi Carthag. Atticus. *Ne igitur in faciendis canonicis epistolis, quas mos Latinus formatas appellat.* Burchar. lib. 2. c. 227. *Nisi habeat à proprio Episcopo epistolam, quæ in canonibus appellatur formata*, proprietas nominis ex eo quod certa forma præscriberetur, de qua s̃. præter cætera non contemnendum esse videtur, quod illis nomina Episcopi, & ciuitatis plumbo incidebãtur Concilij Cabillo. can. 41. Burchar. lib. 2. cap. 235. *Dies Paschatis inscribebatur*, Synodi Carthagin. can. 76. & can. 106. Concilij Mileuitani. can. 20. ĩ. *commendatoria litera*, epist. 10. l. 9. vetr. libri impressi, *ad formata. v. s. epistola.* Quæ Latinis formata, Græcis epistola dicitur Concil. Antio. can. 7. Atticus: vtramque combinat. *Vt formata epistola hanc calculationis seu supputationis habeant rationem. formata epistola*, Damaso PP. Prospero, Numidiæ Episc. & reliquis. & Leoni PP. epist. 66. necnon Concilio Spalensi. can. 7. Burchardo lib. 2. cap. 227. vt D. Augustino epist. 15. *tractoria epistola*, quæ absolutè tractoria vocatur.

Hospitalitatem] Massilienses humani & hospitales s̃. hac ep. *Benignitas Massiliensium.* Valer. l 2. c. 1. *Vt hospitia sua quemadmodum aduenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sunt.* ĩ. epist. 7. hui. lib.

Et si moris est regularum] Macrobius lib. 1. cap. 4. Satur. *Et die crastino dicere vt regulis placet, maluit.* Claud. Mamer. de statu A ni. in Præfat. ad Sidonium, *& nonnullis prout interfuit, visui Philosophia, necnon regulis modestè ac moderatè, & quàm potuit parciter prælibauit: Grammaticus regulare.* s̃. epi. 1. l. 4.

Quique per nimiam parsimoniam, iuueni filio plus prodesse, quàm placere maluerit] Idẽ, in Conc. *Et bono vitatu æmulus sui magis prodesse cupiens, quam placere.* Libellus qui ad Ruffinum Valerij nomine inscribitur, de non ducenda vxore *A falso Dearum iudice reprobata est Pallas, quia delectare non promisit, sed prodesse.* ĩ Conc. *Seueris patribus comparandus, qui iuuenum filiorum non tam cogitant vota, quàm commoda.*

Nihil est enim viatico leui grauius] Præsertim pueris. Corn. Celsus lib. 1. cap. 3.

Quòd ad ætates verò pertinet, inediam facillimè sustinent mediæ ætates, minùs iuuenes, minime pueri & senectute confecti. D. Hieroni. ad Lætam. *Periculosa est teneris grauis abstinentia, ante annos robustæ ætatis, paruis enim nutrimentis quanquam à morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promouemur,* Symmachus epist. 17. l. 1. Ausonio. Quia immoderata cibi abstinentia vires corporis vexat. Cœlius Aurelianus Chroniæ lib. 1. cap. 5. & l. 5. cap. 1. *Etenim abstinentia omni ex parte adhibita vires vexat.*

Viatico] *Viaticum est sumptus viæ.* Gellius lib. 17. cap. 2. Mar. Tull. de senect. *quo minus restat viæ, eo plus viatici quærere.* Seneca epist. 77. *Tamen plus iam mihi superest viatici, quàm viæ.* 5. epi. 7. l. 5.

Quod tam laudandum in iuuentute, quàm rarum.] Paeatus in Paneg. Theodosij. *Humanitas tam clara in Imperatore, quàm rara,* Cassiod. lib. 4. epist. 4. *Sed hac amplius commendabat humilitas, quæ tam clara, quàm rara est.* Et hæc quoad loquendi formam: quoad sententiam, adolescentes vt plurimum incentiuo libidinis inflammantur. Maiorianus Nouel. de Sanctimonialibus. *Vitandæ etenim sunt, & magnis adsentionibus transeundæ humana cupiditatis inlecebræ, in qua præcipuè primæ ætatis ardor impellit.* Concilij Toletani 4. can. 23. *Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum, &c.* Vnde *adolescentiari Varroni, luxuriari est.* Nonius cap. 1. Impunè enim adolescentibus adolescentiari licebat. Terent. Adelphis: *Crede mihi non est facinus adolescentulum scortari.* Panegyric. Maximiani & Constantini initio. *Nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus, in hoc sacrum pectus admitteres? Iuuenum publica cura,* Horatio meretrix est, *meretrix nonaria dicta, quia apud veteres à nona hora prostabant, ne manè omissa exercitatione, illò irent adolescentes.* Vetus interpr. Persij Satyr. 1. 5. epist. 4. l. 2.

Comiti ciuitatis] id est defensori & rectori Massiliæ. 7. epist. 17. lib 7. *Victorius Comes.* Gregor. Turon. de vita Patrum in S. Nicetio. *Armentarius Comes qui Lugdunensem vrbem his diebus potestate iudiciaria gubernabat.* Idem, hac epist. *Solatio comitis, qua cliens: rector Massiliensis.* Gregor. Turon. lib. 8. cap. 43. Histor. & Cassiodor. l. 3. epist. 34. & Fortunat. lib. 10. de Bodegislo duce Massiliæ, *Ex veteri instituto Massilienses duces habuerunt, qui vrbem belli pacisque temporibus custodirent.* Valer. lib. 2. cap. 1. Iustin. l. 43. & Paneg. Constantini.

Nunc ludo apta virgineo scruta donaret.] Claudianus de raptu Proserpinæ. lib. tertio.

Sparsaque virgineo cuncta oblectamina ludo.

Pueris enim omne ludicrum in precio est, Seneca epist. 115. Mar. Fabius lib. 1. cap. 3. Instit. Orator. *Præmiis quein capitur illa ætas inuitetur.* D. Hiero. ad lætam de Institut. filiæ, *& quibus illa ætas deliniri potest munusculis inuitetur.* Vopiscus in Tacito: *Dij auertant principes pueros, & Patres patriæ dici impuberes, & quibus ad subscribendum magistri litterarij manus teneant, quos ad Consulatus dandos dulcia & circuli, & quæcunque voluptas puerilis inuitet.* Mar. Tull. pro Cluentio *animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit his omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.* Vide Saluianum l. 6.

Ludo virgineo] Idem Claud. 3. de raptu. Lactant. lib. 2. cap. 4. *Non à virginibus, quarum lusibus venia dari potest.* Ludus maximè pueros, puellasque decet. Ouidius.

Tu puer es, nec te quicquam nisi ludere oportet.

Plinius l. 9. ep. 33. *Maximè pueri, quos otium lususque sollicitant,* Vet. interp. Philonis. quæst. 35. in Genesim. *Vnde etiam puerorum nominatio, & lusus, similat in Græco.* Vide, Artemidorum lib. 3. c. 1.

Scruta] id est, vt ipse anteà dixit, *friuola*, & ita scruta & scrutarius Lucillio apud Gellium lib. 3. cap. 14. & apud Augustinum.

Quidni? & scruta quidem vt vendat, scrutarius laudat
Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.

Vnde *scrutariam facere* Apuleio lib. 4. est friuola illa furari. Horat. *Vilia vendentem tunicato scruta popello*. D. Hieroni. in Hilarione. *Audiuit Methona à quodam iudæo vilia populis scruta vendente.* Idem, in Ezechielem cap. 27. *Cholchod aiunt Hebræi omnes pretiosissimas merces, hoc nomine significari: vel speciem quandam esse pretiosarum mercium, quam Romanus sermo non resonat vel communi vocabulo scruta vendentium.* Acro in Horat. *Quas vulgus scrutas vocant, aliter scrutum est fractum militi.* Glossæ vett. Γρύτη *scruta*. γρυτοπώλης *Scrutarius*. γρυτοπωλεῖον *Scrutarium*. locus vbi scrutarij, scruta producunt, vt vendant.

Anni obiter thalamo pares] 5. epist. 4. l. 1. Quibus adde quod ait. D. Ambros. epist. 66. ad Paternum. *Coniugium vis inter filios nostros componere, quæro vtrum pares copulandi, an impares sint, sed ni fallor compares appellari solent. Boues qui iungit ad aratrū, equos ad currum, pares eligit, vt ætas & conueniat, & forma, nec natura discrepet, nec decoloret diuersitas.* Apuleius Apolog. 5. Carm. 11.

Nubilibus annis] .i. nuptialibus, *nuptiales anni.* in l. vni. Si quis eam cuius tutor fuerit, &c.

Vxorem petit] Signatè nam propriè petuntur vxores, 5. epist. 4. lib. 2. *Licet in coniugium peteurit*, epist. 10 l. 4. *Vt potè sponsum seu petitorem.* Vide notas. Nonius cap. 5. *Inter speratam, dictam, & pactam, & sponsam, hoc interest, quod virgo priusquam petatur, sperata dicatur.*

Ducit] Nam lector vxorem ducere poterat, can. Apostolorum 26. ibid. Bals. & sextæ Synodi in Trullo can. 6. ibid. Bals. Burchardus lib. 2. cap. 114. & Carolus Magnus lib. 4. cap. 55. de canonibus.

Conscribuntur tabulæ nuptiales.] Corn. Tacit. lib. 11. *Rumperéque nuptiales tabulas. Tabulæ nuptiales* l. 31. de Donation. & l. 9. C. de nuptiis, *tabulæ nuptiarum* Tertull. de virginibus velandis, *matrimoniales tabulæ* Iulio Firmic. l. 7. cap. 17. D. Hieron. ad Furiam de viduit. seruanda. & D. August. sermone 244. Magnonis notæ. TB. M. *Tabula matrimoniales. Matrimonij tabulæ* Isidoro l. 9. cap. vlt. *matrimonialia documenta*, paulò post, hac epist. *tabulæ, absolutè*: Iuuenal. Satyr. 9. Apuleio lib. 4. & in Apologet. Glossæ vett. de sententiis Hadriani A. *Respondit mulier latinam se fuisse, & tabulas quidem scriptas fuisse, nuptias verò non fuisse. nam his tabulis signatis, sponsa vxor intelligebatur.* Vet. interpres Philonis de special. legib.

Leuat diuitem coniugem pauper adamatus] Leuat, id est, abducit in Aruernam, *leuātes pecora*, Gregorius Turon. lib. 6. cap. 45. *Thesaurarij leuauerunt aureum missorium.* Idem l. 7. cap. 4. Histor. legis Gothorum lib. 8. tit. 5. in inscriptione Eræ tertiæ. *Si porci ad pastum in glande suscepti, ante datas decimas furto leuentur*, à quo verbo leuatores Petronio in fine Sat. *Vnde plani autem, vnde leuatores viuerent, nisi aut locellos aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent?* Vir doctus qui in Petroniū collectanea scripsit, nullibi istud vocabuli se legisse fatetur, quid si legas lauatores, id est fures? Acro. in Horat. epist. 17. l. 1. *Lauerna dicta à lauando, nam fures lauatores dicuntur.*

Rimatis conuasatisque] id est perquisitis & exportatis, *conuasare est omnia furto colligere.* Nonius cap. 2. Terentius Phorm. *aliquid conuasassem*. Isidori Gloss. mss. *conuasassem, furassem. Figuratum à colligendis vasis.* Donatus. & est verbum militare. *vasa* Senecæ lib. 1. de Benef. cap. 1. sunt res mobiles, & conuasare, vasa colligere, id est sarcinas. *vasa colligere*. Senecæ epist. 19. in ea significatione, & in Glossis vett. σκευοφόρος. *vasifer, sarcinator.*

Corollario] Quod additur, præterquamquod debitum est. Varro lib. 4. Verbum fictum à corollis, Gloss. vet. *Corollarium* ἐπιφάνισμα, præter M. Tullium, Plinius c. 25. lib. 7. & Ausonius Paulino e. 21. & Boetius l. 3. prosa. 10. & l. 4. prosa. 3.

Emungens]

Emungens] Terentius, *emunxi argento senem.* Plautus Bacchide. *Sic miserum me auro esse emunctum.*

Receptui cecinit] 3. epist. 2.l. 2. e.1.l. 6. Seneca epist. 56. Plin. epist. 1.l. 3. Apul. de Deo Socr.

Perhyperbolicis instrumentis] Perhyperbolicis omnes mss. præter mss. Bo. & Pit. qui perhybolicis legunt. Cuiacius in Vlpianum tit. 6. de dotibus, hanc veterem lectionem reiicit, & subtrudit hypobolicis. Hypobola sunt incrementa dotis, quæ superstes vxor lucrarur, præter cæteros eleganter Balsamo in Photij Nomocea. tit. 13. cap. 4. Hic nullus locus est hypobolo, quinimò aduersus conciuem nostrum generum suum, socrus actione repetundarum experiri volebat, perhyperbolicis instrumentis, scilicet quòd *matrimonialibus documentis nimica largitas* (vt Sidonius antea dixit) *inserta fuisset*, æs graue, & perhyperbolica donatio, id est immensa sponsalitia donatio, Isido. in Gloss. *Hyperbolicus, nimius, qua circunscriptione legitima, & fraude solemni* decepta socrus fuerat, ideòque actionem repetundarum volebat proponere aduersus hunc vt dixi, præstigiatorem, qui anili facilitati callidè imposuerat, & hæc est genuina lectio.

Noster Hippolitus] Figuratè, quia sicut Hippolitus relicta Græcia in Italiam se transtulit, ibique larem conlocauit, ita noster Hichaldus, relicta Massilia Græca ciuitate, & à Græcis condita, in Aruernam Italam ciuitatem, & Romanarum partium receptui cecinit, & hæc de hac re suspicio mea.

Fabulam militiæ vel Atticæ parem] Fabulam, id est historiam. Seneca epist. 77. *In fabellam excessi non ingratam tibi, &c.* Cùm antea recensuerit historiam. D. Hiero. ad Castrutium: *Et ne veteres replicando historias, longum faciam, & excedam mensuram epistolæ, breuem tibi fabulam referam, quæ infantia mea temporibus accidit.* Orosius sub finem libri 2. *Quamuis non æquè pendat præteriti mali fabulam, præsentis iniuriam.* Symmach. e. 11. l. 2. e. 67. l. 7. & e. 93. l. 9.

Militiæ vel Atticæ parem.] Si emss. militia Attica adagioni locum dedit, pro vera & fideli: magis concinna lectio videretur, si legeres Milesiæ vel Atticæ parem, Milesiæ sunt amatoriæ fabulæ & eleganres. *Milesia carmina* Ouidio lib. 2. Amorum. *Milesius sermo.* Apuleio lib. 1. init. Martianus Felix, lib. 2. de Nuptiis. *Nam certè mithos poeticæ etiam diuersitatis delitias, Milesias historiasque mortalium postquam supera conscenderis, &c.* Capitolinus in Albino. *Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, &c.* Tertullian. de Anima. *Examen Valentini semen sophiæ infulcit animæ, per quod historias atque Milesias Æonum suorum ex imaginibus visibilium recognoscunt.* D. Hiero. ad Eustochium. *Nullus imperitus scriptor est, qui lectorem non inueniat similem sui, multòque pars maior est Milesias fabellas reuoluētium quàm Platonis libros, in altero enim ludus & oblectatio est, in altero difficultas & sudor mixtus labori.* Ex his vides quam hæc Milesia sit & elegans lectio, atque etiam ex eo quod addit Atticæ, erant enim Milesiæ Punicæ Alexan. Seuerus ad Senatum. *Cum ille næniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apulei sui, & ludicra literaria consenesceret.* Fides Punica, & Attica fides, Milesiæ Atticæ, & Punicæ, quasi aduersa fronte dissident.

Ex asse digno hærede &c.] Ex asse hæres, l. 10. de petit. hæredit. qui quidem legatariis legata tenerur exsoluere.

Si non tam eloquentes epistolas recipit, quàm loquaces] Iulius Candidus apud Plinium epist. 20. lib. 5. *Itaque Iulius Candidus non inuenustè solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam, Nam eloquentia vix vni aut alteri, imò si Marco Antonio credimus, nemini: hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, multum atque etiam impudētissimo cuique maximè contingit.* Isidorus lib. 10. *Loquax, non eloquens.* vide 3. e. 9. l. 9.

SIDONIVS DOMINO PAPAE MIGECIO S. EPISTOLA III.

DIu multúmque deliberaui, quanquam mihi animo affectus studióque parendi solicitaretur, an destinarem(sicuti iniungis) cõtestatiunculas quas ipse dictaui; vicit ad vltimum sententia, quæ tibi obsequendum definiebat. Igitur petita transmisi, & quid modo dicemus? grandís-ne hæc obedientia? puto grandis est: grandior impudẽtia tamen. hac enim fronte possemus, fluminibus aquas, syluis ligna transmittere. hac enim temeritate Apellem piginculo, cœlo Phidiam, malleo Polycletum muneraremur. Dabis ergo veniam præsumptioni, Papa sancte, facunde, venerabilis, quæ doctissimo examini tuo naturali garrulitate deblaterat. Habet consuetudo nostra pro ritu, vt etsi pauca edit, multa conscribat: veluti est canibus innatum, vt etsi non latrãt, tamen hirriant. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Domino Papa Migethio] Sic mss. de Migethio Episcopo Faustus epist. ad Lucidum Presbyterum, & Lucidus Presbyter in errorum reuocatoria, & fidei professione Megetius Clericus Ĩ. e.14.l. 8,

Fluminibus aquas] Ausonius Symmacho: *Eadem opera & Musas hortabor vt canant, & maria vt effluant, & auras vt vigeant, & ignes vt caleant admonebo.*

Syluis ligna transmittere] Adagium vetus Horat.

In syluam non ligna feras insanius.

D. Hier. aduersus Pelagia. in fine. *Ne dicatur mihi illud Horatij, in syluam ne ligna feras.* Idem Sophonio epist. 154. *in syluam ne ligna feras.* Stephanus in hist. S. Maurini, init. *Quid ergo mihi in syluam ferre ligna.* Petrus Aruer. e. 12. l. 4. *Et quamuis secundum vulgare prouerbium, stolidissimum videatur humeris ligna ad syluam deferre.* Idem l. 5. e. 16. *Nec (vt vulgò dicitur) Mineruam docere, vel ligna ad syluam, vel aquam ad flumina siue mare deferre.* Idem epist. 40. l. 5. *Videor (vt dicitur) Mineruam docere, videor ligna ad syluam conuehere, videor flumen magnum lagena aquæ infundere.*

Apellem piginculo] Sic mss. vett. peniculo. pictoris instrumento cedunt penicilli. Paul. lib. 3. senten. tit. 7. de legatis. Plinius l. 35. c. 10. *Ab hoc inquit Apelles arreptoque penicula lineam ex colore duxit summa tenuitatis per tabulam.* Petronius in Satyr. *Illinc puella penicillo quod & ipsum Satyrio tinxerat Ascilton opprimebat.* Sulp. Seuer. de vita S. Martini, cap. 21.

Cœlo Phidiam.] Martial. *Solus Phydiaci toreuma cœli.* Ĩ. Carm. vlt.

Nec sit Phydiaco figura cœlo. vide s̃. e. 8. l. 4.

Malleo Polycletum muneraremur] Sic mss. Iul. Pet. & PP. mss. Clar. Am. *veneraremur.* Polycleto autem malleus tribuitur. Prudent. hym. Romani. Martyr.

Quæ condiderant gentibus stultis Deos,
Forceps Myronis, malleus Polycleti. Ĩ. Carm. vlt.

Deblaterat] s̃. e. 8. l. 1. *Cesenatis furni potius quàm oppidi verna deblateras.* vide notas.

Hirriant] id est, etsi canes non baubentur, tamen ringitant. Hirrire ringere est, Glossæ vett. ὅταν κύων ἀπ[λ]ῇ λαλεῖν, hirrit. Nonius. *Irritare tractum à canibus, qui cum prouocantur irriunt,* Ĩ. epi. vlt. lib. 9. *Prodat hirritu rabiem canino.*

Vtrumque verbum fictitium à sono vocis. Cassiod. Psalmo. 73. *Irritat, à canibus tractum est, quorum latratibus. r. litera plurimùm sonat*, vnde R. litera canina dicta est Persio Satyr. 1. sub finem. Lucillius. de R. litera (vt Donatus ait Adelphis) *Irritata canis, quod R. quamplurima dicat*. Vbi tamen Sosipater legit canes. Concinna autem est & lepida hæc Sidonij similitudo ab hirritu canum tracta, & suæ naturali loquentiæ accommodata, cum *hirrire, garrire sit*. Festus lib. 7.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ FONTELO S. EPIST. IIII.

INsinuate quoscunque iam pauco, quia cōmendatis nos damus verba, vos munera: tanquam non principalitas sit censenda beneficij, quòd à me peccatore digressis sanctæ cūmunionis portio patet. Testis horum est Vindicius noster, qui segnius domum pro munificentiæ vestræ fasce remeauit, quoquò loci est constanter affirmans, cum sitis opinione magni, gradu maximi, non tamen esse vos ampliùs dignitate, quàm dignatione laudandos. Prædicat melleas, sanctas & floridas, quæ procedunt de temperata communione blanditias: nec tamen ex hoc quicquam pontificali deperire personæ, quòd sacerdotij fastigium nō frangitis comitate, sed flectitis. Quibus agnitis sic inardesco, vt tum me sim felicissimum iudicaturus, cùm mihi coram posito sub diuina ope contigerit tam securum de Deo suo pectus, licèt præsumptuosis, arctis tamen, fouere complexibus. Accipite confitentem: suspicio quidem nimis seueros, & imbecillitatis meæ conscius æquanimiter fero asperos mihi: sed (quod fatendum est) hisce moribus faciliùs humilitate submittimur, quàm familiaritate sociamur. In summa, viderit qua conscientiæ do te turgescat, qui se ambientibus rigidum reddit: ego tamen morum illius æmulator esse prælegerim, qui etiam longè positorum incitare in se affectat affectum. Illud quoque mihi inter maxima granditer cordi est, quòd apostolatus vestri patrocinium copiosum vetissimis dominis animæ meæ Simplicio, & Apollinari intermina intercessione conferre vos comperi. Si verum est, rogo vt non habeat vestra charitas finem: Si falsum est, peto vt non differat habere principiū. Præterea commendo gerulum literarum, cui istic, id est, in Vasionensi oppido quiddam necessitatis exortum sanati vestræ auctoritatis reuerentiæ pondere potest. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Fontelo Papa] Vasionensi Episcopo, vt hæc epistola docet de quo s̄. e. 7. l. 6.

Insinuare] id est, conciliare. s̄. notaui quibus adde quod ait Tertull. lib. 1. ad vxorem. *Non modò thoro decedunt, sed & alias eis vtique ridentibus loco suo insinuant*, sæpè Symmachus. *Insinuare autem est quasi in sinum dare, vel sinu accipere*. Nonius cap. 1. Firmicus lib. 8. non semel.

Vindicius noster] s̄. epi. 1. l. 5. *Commendo Vindicium necessarium meum, virum religiosum & leuiticæ dignitati quam nuper indeptus est accommodatissimum*.

Opinione magni, gradu maximi] Opinione, id est fama, s̄. notaui c.5.l.1. *Gradu maximi*, id est Episcopatu, qui est summus gradus. s̄. notaui. c.24.l 4.

Non tamen esse vos amplius dignitate, quam dignatione laudandos] Differentia vocabulorum ea est, dignitas est amplitudo, & hoc loco Episcopatus, dignatio verò humanitas qua quempiam dignamur dignitate nobis inferiorem, vel vt ipse loquitur, temperata communio, & dignitatis inclinatio, dignatio est. Eucher. Homel. 2. de natiuit. Domini. *Ita est pro nostra salute misericors humiliata maiestas, vt tunc, non adimeret dignatio dignitatem, assumpta enim est humanitas, non absumpta diuinitas.* s̄. epist. 9. l. 1.

Sacerdotij fastigium] Summus in Ecclesia gradus Episcopatus est. Cassiodorus. Psal. 108. vnde summi sacerdotes pro Episcopis. s̄. notaui c.11. l.4. apex, pro Episcopatu, epist. 24. & 25. eiusd. libri *Presbyterij fastigium* Zosimo Papæ. Hesitio Epis. cap. 1. *dignitatis fastigium* Concilij Spalensis 2. can. 7. Burchardus l. 1. c. 18. & cap. 32. vide s̄.

Non frangitis comitate, sed flectitis] Liuius 2. *Seruilius Lembus remediis aptior concitatos animos flecti, quàm frangi putabat, cum tutius, tum securius esse.* Auitus lib. 4. cap. 15.

omne resistens.
Si flecti nescit, metuit vel pondere frangi.

Verissimis dominis anima mea &c.] Idem epist. 12. l. 4. *A dominis Simplicio & Apollinare redeuntem.*

Patrocinium conferre vos comperi.] epist. 7. l. 6. *Nam sic te familiæ meæ validissimum in Christo semper patronum fuisse reminiscor, &c.*

Intermina] i. continua & æterna, Apul. lib. de mundo. *Stellarum chorus intermino lapsu*, Auienus in orbis descriptione sæpè, Ausonius ad librum, vt eat ad Probum. c. 16. *Felicitas intermina.* Prudent. contra Symmachum.

Sed ventura etiam longisque intermina seclis. & de Epiphania Iesu.

Honorio & Theodosio in l. 13. C. Theod. de Indulg. debito. *Intermina ætas, interminabilis*,]. epist. 7. huius lib.

Vasionensi oppido] s̄. epist. lib. 5. *Oppidum Vasionense partibus nouo principis adplicari.* vbi nos quædam, quibus adde Plinium, l. 3. cap. 4. Notitia Prouinc. de Viennensi. Prouin. *Ciuitas Vasionum*, quæ in Cathologo Metropo. *Ciuitas Vasensium. Ciuitas Vasensis* can. 1. Concilij Vasensis. *Vicus Vasensis*, initio Concilij Vasensis. 11.

SIDONIVS DOMINO PAPAE AGROETIO S. EPISTOLA V.

Bituricas decreto ciuium petitus adueni, causa fuit euocationis titubans Ecclesiæ status: quæ nuper summo viduata põtifice, vtriusque professionis ordinibus ambiendi sacerdotij quoddam classicum cecinit: fremit populus per studia diuisus: pauci alteros, multi sese non offerunt solùm, sed inferunt. Si aliquid pro virili portione secundùm Deũ consulas veritatique omnia occurrunt leuia, varia, fucata. & quid dicam? Sola est illic simplex impudentia. Et nisi me immeritò queri iudicaretis, dicere auderem tam præcipitis animi esse plerosque, tâmque periculosi, vt sacrosanctam sedem, dignitatémque affectare,

pretio oblato non reformident: & rem iamdudum in nundinam mitti auctionemque potuisse, si quàm paratus inuenitur emptor, venditor tam desperatus inueniretur. Proinde quæso, vt officij mei nouitatem, pudorem, necessitatem, spectatissimi aduentus tui ornes contubernio, tuteris auxilio. Nec te (quanquam Senoniæ caput es) inter hæc dubia subtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum: quia minimum refert, quod nobis est in habitatione diuisa prouincia, quando in religione causa coniungitur. Iis accedit, quòd de vrbibus Aquitanicæ primæ solum oppidum Aruernum Romanis reliquum partibus bella fecerit. Quapropter in constituendo præfatæ ciuitatis antistite, prouincialiũ collegarum deficimur numero: nisi metropolitanorum reficiamur assensu. De cætero quoad honoris vestri spectat prærogatiuam, nullus à me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus est; omnia censuræ tuæ salua, illibata, solida seruantur. Tantùm hoc meum duco, vestras inuitare personas, expectare voluntates, laudare sententias. Et cùm in locum statumque pontificis quisque sufficitur, vt à vobis præceptum, à me procedat obsequium. Sed si (quod tamen arbitror minimè fore) precibus meis apud vos malesuadus obstiterit interpres, poteritis præsentiam vestram potius excusare, quàm culpam: sicut è diuerso, si venitis, ostenditis, quia terminus potuerit poni vestræ quidem regioni, sed non potuerit charitati. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

AGRAECIO Papæ] i. Senonensi episcopo. Paulo post: *Nec te quanquam Senoniæ caput es.* & in Conc ad quem, epistolam Saluianus Massil. scripsit, quæ mutila est, & decurtata. Hunc malè cum Græco Massiliensi confundit Baronius Anno Christi 463. tomo 6.

Bituricas] i. reginam ciuitatem Biturigum. Biturigæ, ciuitas ipsa. Bituriges populi. ŷ. in Conc. *Prius Bituriges noueram, quàm Biturigas.* Gregor. Turonen. lib. 1. cap. 18. Hist. *Biturica.* eidem lib. 6. cap. 31. *Biturigæ* pro ciuitate.

Decreto ciuium petitus adueni] in Conc. *Quod mihi peculiariter pagina decretali oblatu pontificis eligendi mandastis arbitrium.*

Titubans Ecclesiæ status] Post obitum Eulodij Bituricensis Metropolitani, si tabulis eius Ecclesiæ fides. Idem ŝ. ep. 25. lib. 4. *Cuius Ecclesiæ disciplina nutabat, postquam episcopus Paulus iunior discesserat, decesseratque.* Vide quæ notaui.

Titubans status] Sidoniana locutio. Idem ŝ. ep. 5. lib. 1. *totus actionum feriarum status peregrinetur.* ŷ. Carm. 8. *State vage.*

Quæ nuper summo viduata Pontifice] i. Eulodio episcopo. Viduata Ecclesia, Concilij Calcedon. can. 25. *Reditus verò eiusdem viduatæ Ecclesiæ.* Vita Fulgentij cap. 16. *Nec viduatis plebibus prouidere pastores licebat.* Damasus Papa in Decretis cap. 2. *Episcoporum consecratio viduatis Ecclesiis non sine periculo protelatur.* Collatio Carthag. prima clxxxv. *aliquantas etiam nunc cathedras esse viduatas.* & ccxvij. *& iam cathedras viduatas, quibus episcopi ordinandi sunt.* ibid. *viduatis cathedris.* Burchardus lib. 1. cap. 24. & 25. Nouella Emanuelis Comneni mense Sept. XIIII. Indict. & Balsamo sextæ Synodi in Trullo can. 35. Concilij Lateranensis can. 23. *Ecclesia viduata graue dispendium patiatur, &c.*

Quoddam classicum cecinit] Verbum militare, ĩ. ep.6.lib.8. *Nuper vos classicum in classe cecinisse.*

Fremit populus in studia diuisus] Statius Thebaid.lib.5.

Nec varius fremor, aut studia in contraria rapti.

In studia diuisus] i.in diuersas partes distractus. Vergil.lib.4.

Consurgunt studiis Teucri, & Trinacria pubes.

id est, diuersis voluntatibus. Donatus. Sulp. Seuerus lib.1. Hist. de Romano Imperio: *Siquidem iam non ab vno Imperatore, sed etiam à pluribus, semperque inter se armis aut studiis dissentientibus res Romana administratur.* Cassiod.epist.32.lib.1. *Meminerint enim cuncti, sic spectaculorum studia partesque diuidere, vt in patria debeant esse concordes.* idem s̄ ep.25.lib.4 *Bonum publicum semper euertunt studia priuata.* Quò loci agit & de diuersis Cabillonensium studiis. ĩ.epist.9.huius lib. Concilii Carthaginensis quinti, can.8. Synodi Romanæ 1.can.4. *Si, vt fieri solet, studia ceperint esse diuersa.*

Vt sacrosanctam sedem] Simoniæ labes Ecclesiasticum ordinem infecerat. Grego. Turon.lib.6. Histor. cap.39. de Bituricensi episcopatu. Idem de vita Patrum cap.4. de Aruernensi episcopatu. Cassiod.ep. 15. & 16.lib. 9. Gildas Sapiens in Ecclesiast. ordinem: Policratici lib.7.cap.17. Carolus Magnus lib.1.cap.21. Balsam.can. Apost. 29.& 30. Symmach. ad Cæsarium cap.5.

Sedem] i. *cathedram* idem s̄.ep.1.lib.6. *In Apostolica sede: vnde & Episcopi Ecclesia quibus præsunt, sedes suas vocare consueuerunt.* Homel.4. Eucherii in natali Apost.

Siquam paratus inuenitur emptor] non absimili scommate Salust.in Iugurt *Vrbem venalem & maturè perituram, si emptorem inuenerit.* Idem Orosius lib.5. cap.15. Florus lib.3.cap.1.in fine:& Liuius 64.

Nec te quanquã Senoniæ caput es] Sic mss.in Conc.de eodem Agræcio: *Qui cùm sit suæ prouinciæ caput.* can. Apost.33. *Episcopos gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, &c.* idem Balsamo: *caput Apostolorum Petrus.* Optatus lib.2.init.& Melciades Papa epist. ad Hispaniæ episcopos. Iustus episcopus in Cantica Cant.cv. *Hi qui principali honore in Ecclesia præminere videntur, quasi caput in Christi corpore aduertuntur.* Prosper lib.1. de vita contemplat, cap.13. *Proinde verò non inflantur, quia hic omnium fidelium Catholicorum honorantur vt capita, &c.* Leo Papa in Decretis cap.34 vt refert Burchardus lib. 2. cap.148. *Quod si in hoc ordine qui quartus est à capite,* i. Episcopo. Vnde Acephali, qui sunt sine capite, i. episc. Concilij Parisien. can.10. *Nulla ratione sacerdotes aut clerici habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, id est, sine capite, prisca Ecclesia consuetudo nuncupauit.* Burchard.lib.2. cap. 226. & Rusticus Diac.

Quod de vrbibus Aquitanicæ primæ] Aquitanicæ dux: Notitia Imperij de disposit. Præf. Præt. Gall. de disposit. V. S. Ducis tractus Armoricani & Neruicani: *per Aquitanicam primam & secundam.* Rufus Festus in Breuiario: *Aquitaniæ duæ, prima scilicet, & secunda.* Primæ Aquitanicæ Metropolis est Bituriga, illi proxima Aruerna, i. Clarus-mons. Notitia Prouinciarum, & Catalogus Metropol. *Prouincia Aquitania prima Metr. Ciu. Bituregum, vel Betorigorum ciu. Aruernorum,* &c. Notitia Imperij de dispositione V S. Ducis Moguntiacensis: *In prouincia Tarraconensi, Præfectus Laetorum gentilium Sueuorum Aruernos Aquitaniæ primæ.*

Romanis reliquum partibus bella fecerit] s̄.ep.4.& 7.lib.3.& 12.& 16.lib.5.& ep.7. huius lib. quibus locis plura.

Prouincialium collegarum deficimur numero] i. prouincialium Episcoporum, quia vrbes Aquitanicæ primæ Gothorum rex Euarix ceperat. ĩ. ep.6.huius lib. Collegæ sunt Episcopi, s̄.ep.vlt. lib.6.

Nisi Metropolitanorum reficiantur assensu]. Quia agebatur de creatione Metropolitani Bituricensis, quæ quidem ad Episcopos Aquitanicæ primæ spectabat. Verùm quia maior numerus ciuitatum in partes Euarigis defecerat, Episcopis morte trun-

catis, vt ipse ait epist. sequenti, cum prouinciales episcopi deficerent, & minor esset numerus quàm iure canonico licitum est, licuit alium Metropolitanum euocare œcumenica ratione. Balsamo can. Apostol. 35. & synodi Sardicensis can. 5. Erat autem Agræcius Metropolitanus Lugdunensis IIII. Notit. Prouinciarum & Catalog. Metropol.

Malesuadus] *malesuada fames*: Vergil. lib. 6. Glossæ vett. κακοσύμβουλος, *malesuada*. Paulin. e. 2. ad Seuerum: *Quibus nobis per illecebras delectationum suarum caro malesuada blanditur*. Eucherius epist. Panænetica ad Valerianum: *cessent solatia malesuada discriminis*. Prosper Aquitan. lib. Epigramm.

Nulla sit vt lapsis reparandæ cura salutis
Blanditur sonti dum malesuadus honor.

Consilio benesuada paupertas, Apuleio in Apolog.

SIDONIVS DOMINO PAPAE BASILIO S. EPISTOLA VI.

SVnt nobis, munere Dei, nouo nostrorum temporum exemplo, amicitiarum vetera iura, diuque est quòd inuicem diligimus ex æquo. Porro autem quod ad communem conscientiam pertinet, tu patronus, quanquam hoc ipsum præsumptuosè arroganterque loquar. Namque iniquitas mea tanta est, vt mederi de lapsuum eius assiduitate vix etiam tuæ supplicationis efficacia queat. Igitur quia mihi es tam patrocinio, quàm dilectione bis dominus, pariter & quod memini probè quo polleas igne sensuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium ciuem Gothum Arrianæ hæreseos iacula vibrantem, quo tu spiritalium testimoniorum mucrone confoderis, seruata tam cæterorum reuerentia, quàm pace pontificum: non iniuria tibi defleo, qualiter ecclesiasticas caulas istius aeris lupus, qui peccatis pereuntium saginatur animarum, clandestino morsu necdum intellecti dentis arrodat. Namque hostis antiquus, quo faciliùs insultet balatibus ouium destitutarum, priùs dormitantum incipit ceruicibus imminere pastorum. Neque ego ita mei meminens non sum, vt nequaquam me hunc esse reminiscar, quem longis adhuc abluenda fletibus conscientia premat: cuius stercora tamen (sub ope Christi) quandoque mysticis orationum tuarum rastris eruderabuntur. Sed quoniam supereminet priuati reatus verecundiam publica salus, non verebor, etsi carpat zelum in me fidei, sinister interpres, sub vanitatis inuidia causam prodere veritatis. Euarix rex Gothorum, quod limitem regni sui rupto dissolutoque fœdere antiquo, vel tutatur armorum iure, vel promouet: nec nobis peccatoribus hîc accusare, nec vobis sanctis hîc discutere permissum est: Quin potius si requiras, ordinis res est, & vt diues hîc purpura byssoque veletur, & Lazarus hîc vlceribus & paupertate feriatur. Ordinis res est, vt (dum in hac allegorica versamur Ægypto) Pharao incedat cum diademate, Israelita cum cophino. Ordinis res est, vt dum in hac

sunt refere D. Card. Bar[...] annal. tom. 6 ann. 472 cap. 23. et seq.

figuratæ Babylonis fornace decoquimur, nos cum Ieremia spiritualem Ierusalem suspiriosis plangamus vlulatibus: & Assur fastu regio tonans sanctorum sancta proculcet, quibus præsentum ego futurarũque beatitudinum vicissitudinibus inspectis, communia patientiùs incommoda fero: Primum, quòd mihi quæ merear introspicienti, quæcunque aduersa prouenerint leuioris reputabuntur: dein quòd certum scio, maximum esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. Sed, quod fatendum est, præfatum regem Gothorum, quanquam sit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus quàm legibus Christianis insidiaturum pauesco: tantum (vt ferunt) ori, tantum pectori suo, catholici mentio nominis acet, vt ambigas ampliùs, ne suæ gentis an suæ sectæ teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc solum patitur errorem, quod putat sibi tractatuum consiliorumque successum tribui pro religione legitima, quem potiùs assequitur pro felicitate terrena. Propter quod discite citò catholici status valetudinem occultam, vt apertam festinetis adhibere medicinam. Burdegala, Petrogorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Conuenæ, Auscenses, multoque iam maior numerus ciuitatum (summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec vllis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis; per quos vtique minorum ordinum ministeria subrogabantur) latum spiritualis ruinæ limitem traxit, quam ferè constat sic per singulos dies morientum patrum proficere defectu, vt non solùm quoslibet hæreticos præsentum, verumetiam hæresiarchas priorum temporum potuerit inflectere: ita populos excessu pontificum orbatos, tristis intercisæ fidei desperatio premit, nulla in desolatis cura diocesibus parrochiisque. Videas in Ecclesiis aut putres culminum lapsus, aut valuarum cardinibus auulsis, basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obstructos. Ipsa, proh dolor! videas armenta, non modò semipatentibus iacere vestibulis, sed etiam herbosa viridantium altarium latera depasci. Sed iam nec per rusticas solùm solitudo parrochias, ipsas insuper vrbanarum Ecclesiarum conuenticula tarescunt. Quid enim fidelibus solatij superest, quando clericalis non modò disciplina, verumetiam memoria perit? Equidem cùm clericus quisque defungitur, si benedictione succidua non accipiat dignitatis hæredem, in illa ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos. Atque ita quid spei restare pronunties, vbi facit terminus hominis finem religionis? Altiùs inspicite spiritualium membrorum damnua, profectò intelligetis quanti subripiuntur episcopi, tantorum vobis populorum fidem periclitaturam. Taceo vestros Crocum, Simpliciumque collegas, quos cathedris sibi traditis eliminatos, similis exilij

cruciat

cruciat pœna dissimilis. Namque vnus ipsorum se dolet non videre quò redeat: alter se dolet videre quò non redit. Tu sacratissimorum pontificum Leontij, Fausti, Græci, vrbe, ordine, charitate medius inueniris: per vos mala fœderum currunt, per vos regni vtriusque pacta conditionesque portantur. Agite quatenus hæc sit amicitia, concordia principalis, vt episcopali oratione permissa, populos Galliarum, quos limes Gothicæ sortis incluserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex fœdere. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Papæ Basilio] Cuius ecclesiæ episcopus fuerit non liquet, ampliandum censeo.

Spiritalium testimoniorum mucrone] Eucherius in quæstion. veteris Testam. *Sagittæ autem Apostoli recte appellantur, qui orbem terræ quasi volatu peragrantes doctrina sua infidelium corda penetrarunt.*

Meminens] s. epist. 3. lib. 6. Liuius Erotopegnion 4. *meminens Varro corde volutat.* Priscianus libro 11. de temporib. & naturis participiorum. Donatus arte 2. & Sergius: *Ab eo quod est memini, artu nullum participium reperitur, si ad vsum, verum est: si ad auctoritatem, falsum: nam inuenimus in Plauto, meminens.*

Stercora] Iuo ep. 29. & ep. 17. i. sordes peccatorum.

Euarix rex Gothorum] Sic mss. & Gregorius Turonensis libro 2. Histor. cap. 25. eidem *Eoricus*. eiusdem libri cap. 20. & reliquis historicis *Heuricus*. Ennodio in vita Epiphanii, & Isidoro in Chron. *Euridicus* & *Euricus*. Freculpho lib. 5. cap. 17. tomo 2. & Hugoni Floriac. ms. *Theodoricus*. ȷ. epist. 9. lib. 8. in Carm.

Limitem regni sui] Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 25. Hist. *Huius tempore Euarix rex Gothorum, excedens Hispanum militem, in Gallijs super Christianos intulit persecutionem,* &c. De quo regni Gothici antiquo limite s. epist. 2. lib. 3. *Quia etsi illis veterum finium limitibus effractis,* &c. vbi nos plura. quibus adde quod ait S. Epiphanius Ticinensis ad Eoricum (vt refert Ennodius in eius vita) *Nostis in communi quo sit dominorum antiquitas liminata confinio,* &c & Sigebert. in Chron. An. 418.

Tutatur armorum iure] Ennodius in orat. Epiphanii ad Euarigem. *Nec ferrum fines tuetur imperij,* &c.

Purpura, byssoque velatur] ex Luca cap. 16. *Byssus genus lini candidißimi.* Pollux lib. 7. Onom. cap. 17. Isidorus lib. 19. cap. 27. Eucherius ad Salonium cap. 3. *Byssus genus serici grossioris pariter & fortioris, sunt quidam qui est genus lini esse byssum putant.* quibus assentiri deberet Eucherius, cum in cap. 10 ad Veranium: *Byssus castitatis vel continentiæ candor sit.* eodem interprete.

Ægyptius Pharao] id est, allegoricè, Euarix, & hoc nomen sæpe & ferè semper à patribus in tyrannos & incubatores hæreticos detortum est. Victor Vticensis libro 1. de persecutione Vvandalica: *Et si forsitan quispiam (vt moris est) dum Dei populum admoneret Pharaonem, Nabuchodonosor, Holofernem, aut aliquem similem nominasset, obijciebatur illi, quòd in personam Regis ista dixisset, & statim exilio tradebatur, nec ineptè, nam Pharao nomen est dignitatis.* ȷ ep. 9. lib. 8.

Sancta Sanctorum] Quæ veteris Ecclesiæ pars esset Sancta Sanctorum, docet & quasi delineat Eucherius ex Cassiodori pictura lib. 3. Regum cap. 8. Arriani autem sacrificia altaris pedibus conculcabant. Optatus lib. 2. & libr. 6. contra Parmenianum; quem vide.

Quod mereat introspicienti] Sententia aurea & verè Christiana. Orosius libro 7. cap. 41. *Veruntamen quis non se, qui sui suorumque actuum vel etiam cogitationum conscius,*

iudicia Dei metuit, iustè omnia passum, vel etiam parua sustinuisse fateatur? aut qui se non intelligit, Deumque non metuit, quomodo non iustè ista & quidem parua sustinuit? J. ep. 11. huius lib. vide Eucherium Homel. in Litaniis.

Passiuum flagellis trituretur exterior] J. epist. 4. lib. 9. *Quia frequenter ipse docuisti, quòd ad promissa conuiuas Patriarcharum, vel ad nectar cælestium poculorum, per amaritudinem terrenarum calicum perueniretur.* Felix Papa Paterno Episcopo: *Et quicquid iustis aduersitatum vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen, & sicut aurum, quantò plus excoquitur, tantò melius efficitur, sic iustus quantò plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portauerit) multò purior & clarior Deo redditur.* Ignatius apud Irenæum lib. 5. *Frumentum Dei sum, bestiarum dentibus molar, & subigar, quò panis mundus Christo efficiar.* Nec absonè ad id referetur quod ait Faustus ad Felicem epist. *Et vomere crucis terram subiecti exterioris edomare.*

Ob virium merita terribilis] Ennodius in vita Epiphanii, de Eorico: *Quantum te stupende terrarum princeps multorum auribus reddat virtutis fama terribilem.* J. epistola 9. lib. 8. *potentissimus rex* ep. 22. lib. 4. s̄.

Terribilis] Firmicus lib. 8. cap. 20. *Rex erit, vel dux magnus, gloriosus & terribilis.* idem cap. 31. *terribiles.* idem lib. 3. cap. 5. loco X. *Gatla Gothus terribilis* dicitur. Gregorio Magno lib. dialog. 2. cap. 31.

Acet] acida & inimica est. Vlpianus in l. 9. § vltimo, de contrahen. emption. *si modo vinum acuit.* item: *vinum non acuit.* & l. 1. de pericul. & commod. rei vendit. Pomponius l. 85. de legatis 3. *si coacuerit vinum,* &c. D. Ambrosius in Lucam lib. 10. cap. 23. dist. 23. *Quæ quoniam immortalitas in vase coacuerat,* &c. *peracuit,* Plauto in Aularia. *inacuit* Apuleio, à quo *acesco.* s̄. ep. 13. lib. 3.

Acer animis, alacer annis] Elegans combinatio. Florus lib. 4. cap. 2. *Nunquam acrior, neque alacrior exercitus Cæsaris fuit.* Vetus & innominatus auctor lib. 3. Epigramm. vet.

> *Acri homini atque alacri, forti, fido, atque venusto.*

Paulinus lib. 1. de S. Martino:

> *Ergo alacer merito, successuque acrior ipso.*

Idem 3. *Protinus ergo alacer, successuque acrior ipso.*

Isidorus lib. 10. *Acer in vnamquamque formam vegetus ac nimius, alacer à velocitate & cursu,* &c. Columella lib. 7. cap. 6. *magister pecoris acer, alacer.* Asconius 2. contra Verrem: *Sunt qui alacrem festinantem & properum dici putant, quasi aliis acrem.* Hispani alacres, vt olim Gothi. M. Tull.

> *Semper Galle piger, semper Ibere celer.*

Armis, animis] Elegans etiam combinatio. Idem s̄. epist. 20. lib. 4. *Tu cui frequenter arma & armatos & animatos inspicere iocundum est.* Præter ea quæ notaui, Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. exemplo 1. *Priùs animos hominum, quàm arma contudit.* Idem lib. 4 cap. 1. in Thrasibulo: *Animis pariter atque armis confirmatum in patriam reduxit.* Idem lib. 9. cap. 15. *Vt vir & armis prapotens, & ferox animo.* Claudianus Mametcus contra vanos poetas:

> *Nunc animis grauior, quantum prouectior annis.*

Pro felicitate terrena] Luciferus lib. 1. de regib. Apostatis: *Nisi pater meus bene fecisset, conferre se ad Arrianos, non eius filij regnaremus. Nolo dicas: si hæreticus essem, nunquam tantum imperarem, nunquam me permitteret Deus adhuc in regno esse,* &c. eodem lib. *Ne dixeris: nisi bene agerem, nunquam tanto tempore imperarem, nunquam adhuc viuere fuissem permissus,* &c. Ex quibus clarum est, Arrianos sibi plausisse, quòd pro sua religione feliciter pugnarent, regnarentque. Sulpicius Seuerus lib. 2. Hist. de Constantio: *Dumque sibi religionis officium videtur implere, vim persecutionis exercuit.*

Pro felicitate terrena] Quæ plerumque boni à malis suppeditantur. Theophilus ad Autolicum lib. 3. Eucherius ad Valerian. *Cùm hîc malis interdum bona capiantur,*

boni malis affligentur. Orosius lib. 7. cap. 41. Gaudentius Brixiensis in præfat. ad Beneuolum: D. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 15. Iulius Firmicus lib. 1. cap. 3. Cassianus Collat. 6. cap. 1. 2. & 3. Saluianus lib. 1. Gregor. Turonen. in præfat. lib. 3. vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. Gell. lib. 13. cap. 4.

Burdegala] quæ à Gothorum partibus erat, ex antiquo Constantii fœdere, quo Valliæ ad possidendum data est Aquitanica secunda, cuius metropolis est Burdegala. Notitia Prouinciarum, 7. epist. 11. lib. 8.

Petrogori] ex eodem fœdere, ciuitas Petrogorum, quæ est Aquitanicæ secundæ Gothis tradita est, quamue non longo post tempore ciuibus restituit Cronopius episcopus, & templa à Gothis incensa restaurauit. Fortunatus lib. 4. in Epitaphio Cronopii 5. ep. 13. lib. 5.

Ruteni] Rutenorum ciuitatem Euarix rex in potestatem Gothorum redegit, erat enim Aquitanicæ primæ, & hæc à Gothis occupata fuit. Gregorius Turonen. lib. 2. Hist. cap. 36. & de vita Patrum cap. 3. de S. Quintiano, quam postea Theodoricus rex cepit. Idem Gregor. libro 2. cap. 37. Histor. vide 5, epistola 15. lib. 4.

Elusani] Cæsari & Plinio lib. 4. cap. 19. Histor. *Elusates.* Elusa, Ammiano Marcellino lib. 15. *In Narbonensi Elusa, & Narbona, & Tholosa, quæ principatum vrbium tenent.* Vetus Itinerarium à Burdigala Hierusalem vsque. *ciuitas Elusa*, Paulino epist. ad Seuerum 6. *Elus*o in fine. à qua Elusani, & Elusana plebs. Sulpitius Seuerus Historiæ sacræ lib. 2. *Maximeque Elusanam plebem, sanè tum bonam & religioni studentem, prauis prædicationibus peruertere.* Olim erat episcopatus. Notitia Prouinc. de Nouempopulana, ciuitas Elusatium. *Laban Helusensis episcopus.* Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 22. Histor.. Et, vt ait Gregorius Turonensis: *Maximè tunc Nouempopulana ab hac tempestate depopulata sunt. Extat hodieque & pro hac causa ad Basilium episcopum nobilis Sidonij ipsius epistola, qua hæc ita loquitur.* l. 2. cap. 25. Histor.

Vasates] Ammianus Marcellinus lib. 15. *Nouempopulos Ausci commendant & Vasates.* quem Marcellini locum aut mendoso vsus codice, aut malo animo ineptè corrupit Hermolaus Barbarus in Plinium lib. 4. cap. 19. vbi loco Vasates subtrudit Elusates, ineptè, inquam, nam Elusæ paulo post meminit idem Ammianus, vbi de Gallia Narbonensi. Auson. Edyl. 2.

Vasates patria, sed lare Burdigalam.

Ciuitas Vasateca. Notit Metropol. Itinerarium vet. à Burdegala ad Hierusalem init. *ciuitas Vasatas. Vasatium ciuitas.* 7. ep. 11. lib. 8.

Conuenæ] De Conueuis præter Plinium & Strabonem, Gregorius Turonensis libro 7. cap. 34. *Est vrbs in cacumine montis sita, nullique monti contigua, fons magnus ad radices montis erumpens, circumdatus turre tutissima, ad quem per cuniculum descendentes ex vrbe, latenter latices hauriunt.* Idem Aimoinus lib. 3. cap. 69. *ciuitas Conuenas.* Notit. Prouinc. Nouempopulanæ: *Nomen ex eo, quod latrones Cneus Pompeius edomita Hispania, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi iugis deposuit, & in vnum oppidum congregauit, vnde & Conuenarum vrbs nomen accepit.* Hieronymus aduersus Vigilantium.

Auscenses] Ausci Plinio lib. 4. cap. 19. & Melæ lib. 3. cap. 2. & Marcellino lib. 15. *Augusta Auscorum* Ptolomæo. *ciuitas Austicorum*, Notit. Prouinc. *ciuitas Auscius*, veteri Itinerario à Burdegala ad Hierusalem. *Auscienss vrbs*, Gregorio Turonen. lib. 10. cap. 22. *Auscium*, & *ciuitas Auscium* Martyrol. Roman. & Vsuard. Calend. Mai. vulgò *Aux*. Ciuitas Nouempopulanæ metropolis. Notit. Prouinc. Marcellinus: *Nouempopulos Auscis commendant.* Auson. de Professorib. vbi de Staphylio ciue Auscio:

Te Staphyli genitum stirpe Nouempopulis.

Auscensis Episcopus. lib. 8. Histor. cap. 22. Gregor. Turonen.

Summis sacerdotibus] id est, episcopis, ↄ.ep.11. & 24. lib.4. & epist. 14. lib. 5. quibus adde quod ait Tertullianus lib. de Baptismo: *Ius habet dandi baptismum summus Sacerdos, qui est Episcopus, dehinc presbyteri & diaconi, sed non sine episcopi facultate*. Damasus PP. Prospero: *De his qua in summus sacerdotibus, id est, episcopis*, &c. D. August. in quæst. 10. ex vtroque mixt. *Quid est episcopus, nisi primus presbyter, hoc est, summus sacerdos? summi sacerdotes*, Concilii Taurinatis can. 1. *summum sacerdotum* Hieronymo epist. 99. ad Asellam: & Concilii Agathensis can. 6. Plura ↄ. epist. 15. lib. 8. Eusebius PP.: Episcopus Thusciæ in fine, & in Conc ↄ.

Ipsorum morte truncatus] Sic mss. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 25. de Euarige: *Grauem in Galliis super Christianos intulit persecutionem. truncabat passim peruersitati suæ non consentientes, clericos carceribus subigebat, sacerdotes verò alios dabat exilio, alios gladio trucidabat*.

Nec ullis deinceps episcopis, &c.] id est, secundi ordinis sacerdotibus, vt ipse loquitur epist. 11. lib. 4. in Carm. & epist. vltima eiusdem libri, quas consule. Non summis sacerdotibus, qui summi dicuntur ad differentiam coadiutorum, quiquidem vocabantur episcopi: verùm non summi episcopi, nam hic honoris titulus solis cathedralibus episcopis & primi ordinis tribuebatur. Illi autem in locum episcoporum plerique sufficiebantur, quem ritum Arriana impietas antiquauerat. Vita Fulgentii cap. 16. *Nec viduatis plebibus prouidere pastores licebat*.

Per quos vtique minorum ordinum ministeria, &c.] quæ verba satis abundeque fidem faciunt, isto Sidonij loco, episcopos esse coadiutores & vicarios summorum sacerdotum. Illi enim vicarii siue coepiscopi, qui Sidonio hic episcopi, minorum ordinum ministeria subrogabant, scilicet lectorum, hypodiaconorum, & exorcistarum, Antiochenæ synodi cano. 10. ibidem Balsamo, & synodi Laodicenæ can. 26. & id habebant commune cum summis Antistitibus. Concilii Spalensis secundi cano. 7. Damasus PP. Prospero: & Leo epistola 66. Plura si desideres, vide Carolum Magnum capitu. 168. lib. 1. & capitu. 170. & lib. 7. cap. 324. Isidorum de officiis Ecclesiast. lib. 2. cap. 6.

Proficere defectu, &c.] Optatus lib. 2. *Nam omnia quæ à vobis aut facta sunt, aut dicta, quis poterit explicare? si cuncta malignitate quadam ordinasse vos constat; vt in vna specie operis, species alias impleretis, vt dum presbyter aut episcopus deiicitur, sic populus caperetur, quo modo posset hominum turba stare, quæ rectorem suum elisum esse cerneret? non aliter quàm quocunque casu pastore occiso, lupi grassantur.* Paulinus 4. Natal. S. Felicis:

Cùm pia sacrilego quateretur regula bello
Præcipueque illos populo deposceret omni
Impietas, quorum pietas insignior esset.

Excessu pontificum orbatos] Ecclesiæ sacerdotibus orbatæ labascunt ↄ. epist. vltima lib. 4. Herricus Altissiodorensis in vita S. Germani in præfat. *Sublatis enim præceptoribus consinua & consequens est, facilè omnium ingenia congelasse*.

Videas in Ecclesiis aut putres culminum lapsus] Arriani enim Christianorum Ecclesias funditus euertebant præter Optatum Mileuitanum, Luciferum, Vincentiū Lirinensem, & Scriptores Ecclesiast. Histor. ↄ. ep. 15. lib 4.

Basilicarum aditus, &c.] Vel quia Catholicorum infrequentia, spinosa virgulta aditus obruerent & obstruerent. Prosper Aquitan. de templo Celestis Africani l. 3. Promiss. 38: vel quia Arriani data opera Christianorum Basilicas sepibus sepirent, vt eos hac arte deluderent, & ecclesiis arcerent. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 25. de Euarige: *Nam & ipsos sacrorum templorum aditus, spinis iusserat obserari, scilicet vt raritas ingrediendi obliuionem faceret fidei.* Iornandes de rebus Geticis: *Valens Imperator Arrianorum perfidia saucius, nostrarum partium omnes ecclesias obturasset*. Victor Vticensis lib. 1. *Ob diem Paschalis honoris nostri sibimet clausam ecclesiam reserarent*. Idem sub

finem: *Post hæc Genzericus Ecclesiam Carthaginis claudi præcepit.* Idem l. 3 init. *Vna die vniuersæ Africæ Ecclesias clausit.* de Hunericho, Marcelli. Comes indict. VII. Theodorico & Venantio Coss. *Totam per Africam crudelis Hunerici Vvandalorum regis in nostros Catholicos persecutio importata est, exulatis diffugatisque plusquam cccxxxiiij. Orthodoxorum sanctis, Ecclesiisque eorum clausis, &c.* Isidorus in Chron. Vvandal. de Trasemundo. & Diacon. in Anast. Ex quibus clarum est Arrianos Ecclesias occlusisse Catholicis.

Dignitatis hæredem] Arrianorum more. Victor Vtic. lib. 1. de persecut. Vvandal. *Quibus* (scilicet Episcopis) *in exilio positis dum obitus obuenisset, non licebat in eorum ciuitatibus alios ordinari.* Sicque cum sacerdote sacerdotium moriebatur. Vita Fulgentij cap 16. *Nec viduatis plebibus prouidere pastores licebat.*

Taceo vestros Crocum Simpliciumque collegas] Quas cathedras sederint, nedum scio, in Aquitania quærendæ sunt.

Namque vnus ipsorum] id est, vnus exactus est procul à patriæ finibus, ita vt doleat se patriam & cathedram suam nō videre, ad quam redeat, alter dolet se patriam videre, ad quam non redit. Ea enim Arrianorum astuta malignitas erat, vt Episcopi iuxta patriam propriam peregrinationis incommodum sustinentes ad negandum Deum facilè flecterentur. vita Fulgentij, cap. 4.

Leontij] Episcopi Burdegalensis, de quo s. epi. 3 l. 6.

Regni vtriusque] id est Romani, & Gothici, 3. c. 10 huius lib. & e. 3. l. 9. Epitaphiū Sidonij. *Discordantibus inter arma regnis.*

Teneamus ex fide, etsi non tenemus ex fœdere] Ex fide Catholica, id est, remaneant Catholici, quià Gothis subiugati sunt, etsi non tenemus ex fœdere, quod ab Euarige ruptum dissolutúmque est.

Quos limes Gothicæ sortis.] id est, Gothici regni, ita sortes Vvandalorum & Alanorum in edicto Hunerichi, Victor Vti. l. 2. *Non semel sed sæpius constat esse prohibitū, vt in sortibus Vvandalorum sacerdotes vestri conuentus minimè celebrarent.* postea, *missas in sortibus Vvandalorum facere.* Idem repetit init. lib. 3. Salu. l. 6. *Mutata quidē est sors Hispanorum, sed non mutata vitiositas.*

Israëlita cum Cophino] id est, allegoricè Catholicus seruituti addicitur, Euarix dominatur & imperat, Psalmus 80. *Manus eius in cophino seruierunt, id est in seruitute,* Eucherius ad Veranium, cap. 8. Cassiod. Psal. 80. Iuuenal. Saty. 6.

cophino, fœnoque relicto.

vbi de Iudæis seruituti natis. Cophinus corbis est qua terra portatur. Veget. de re milit. lib. 2. c. 20. & c. vlt. & de arte Veterinaria, lib. 1. c. 56. & l. 2. c. 33. & Isid. lib. 20. c. 9.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ GRAEGO S. EPISTOLA VII.

ECce iterum Amantius nugigerulus noster Massiliam suam repetit, aliquid, vt moris est, de manubiis ciuitatis domum reportaturus (si tamen cataplus arriserit) per quem iocularitet plura garrirem, si pariter vnus idémque valeret animus exercere læta, & tristia sustinere. Siquidem nostri hic nunc est infelicis anguli status, cuius (vt fama confirmat) melior fuit sub bello quàm sub pace conditio, facta est seruitus nostra pretium securitatis alienæ: Aruernorum, proh dolor! seruitus, qui (si prisca replicarentur) audebant se quondam fratres Latio dicere, & sanguine ab Iliaco populos computare. Si recentia memorabuntur, ij sunt qui viribus propriis hostium publicorum arma remora-

ti sunt: Cui sæpè populo Gothus non fuit clauso intra mœnia formidini, cùm vicissim ipse fieret oppugnatoribus positis intra castra terrori. Ii sunt qui sibi aduersus vicinorum aciem tam duces fuêre quàm milites. De quorum tamen sorte certaminum si quid prosperum cessit, vos secunda solata sunt: si quid contrariũ, illos aduersa fregerunt. Illi amore reipublicæ Seronatum barbaris prouincias propinantem, nõ timuêre legibus tradere, quem conuictum deinceps Respublica vix præsumsit occidere. Hóccine meruerunt inopia, flamma, ferrum, pestilentia, pingues cædibus gladij & macri ieiuniis præliatores? Propter huius tamen inclytæ pacis expectationem, auulsas muralibus rimis herbas in cibũ traximus: crebrò per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quæ indiscretis foliis succisque viridantia, sæpè manus fame concolor legit. Pro iis tot tantísque deuotionis experimentis nostri (quantum audio) facta iactura est. Pudeat vos precamur huius fœderis, nec vtilis, nec decori. Per vos legationes meant. Vobis primùm pax, quanquam principe absente, nõ solùm tractata reseratur, verumetiã tractanda cõmittitur. Veniabilis sit, quæsumus, apud aures vestras veritatis asperitas, cuius conuitij inuidiam dolor eripit. Parum in cõmune consulitis: & cùm in concilium conuenitis, nõ tam curæ publicis mederi periculis, quàm priuatis studere fortunis, quod vtique sæpe diúque facientes, iam non primi, comprouincialium cœpistis esse, sed vltimi. At quousque istæ poterunt durare præstigiæ? Nõ enim diutius ipsi maiores nostri hoc nomine gloriabũtur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel consilio, quo potestis, statum cõcordiæ tam turpis incidite. Adhuc si necesse est obsideri, adhuc pugnare, adhuc esurire delectat. Si verò tradimur qui nõ potuimus viribus obtineri, inuenisse vos certum est quid barbarum suaderetis ignaui. Sed cur dolori nimio fræna laxamus? Quin potiùs ignoscite afflictis, nec imputate mœrentibus. Namque alia regio tradita seruitium, sperat Aruerna supplicium. Sanè si medicari nostris vltimis non valetis, saltem hoc efficite prece sedula, vt sanguis viuat, quorum est moritura libertas, parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noster aperitur hostibus, non sit clausus vester hospitibus. Mèmor nostri esse dignare, domine Papa.

Græco] Massiliensi. s̄. e. 2. & 6. huius lib. & al.

Amantius] de quo s̄. epist. 8 l. 1. & e 4 l. 9. *Tum præcipuè Amantio intercurrente geminare*, epi. 11. huius libri: *Sed quid de Amantio loquar, &c.*

Nugigerulus] Gloss. vett. *ματαιοβαςάκτης, nugigerulus*, Isidorus lib. 10. *Nugigerulus appellatus ab eo quod sit garrulus, turpis, nuntius.*

Cataplus] Euectio, exagoge, Festus. s̄. epist. 8 l. 6. vbi plura.

Si pariter, &c.] Tristitudo & hilaritas simul esse non possunt, & ita quidam morum barbarismus est, vt loquitur, s̄. epist. 3. l. 9. *Sermo iocundus, & animus afflictus.*

Idem epist. 9. l. 8. ℥. epist. 12 l. 2. *Quem si iocari liberet in tristibus.* Symmac. epist. 95. l. 1. *Qui fieri potest, vt os vnum contrariis affectionibus induatur,* Idem epist. 21. l. 3. *Neque enim fas fuit læta officia obire lugentes, &c.*

Anguli status] id est Aruerniæ. ℥. epist. 17. huius lib. *Angulus iste placet, &c.*

Aruernorum, proh dolor! seruitus] Aruerni erant liberi, nec in coloniam deducti. Plin. lib. 4. cap. 19. *Aruerni liberi.*

Fratres Latio dicere] Lucanus 1.

Aruerni Latio ausi se dicere fratres

Sanguine ab Iliaco populi. Petrus Pictauensis in Panegyric. Petri Venerabilis.

Hunc Latia gentes, regum de stirpe potentes

Aruerni populi progenuere duces.

Est mihi quæ latio se sanguine tollit alumnam,

Tellus clara viris, &c. ℥. Carm. 7. ver. 149. Aimoinus l. 5. cap. 49. Histor. hunc Lucani versum contorquet in adulterinum sensum, & ex eo Aruernos superbiæ arguit, argutus cucullio, literioque Franeicus, sed Romani illi veteres Aruernos nostros, vt fratres Latios agnoscent, non Aimoinum vt Latium auctorem, non possum etiam ferre sine Stomacho Petrarchiæ petulantiam, qui S. Sidonium impetit, & virum ex omni parte modestum arrogantiæ postulat, in epistolari præfatione, ex eodem Lucani versu. *Atque hoc Sidonius ausus est, Aruernus orator, non latio se fingere fratrem, vt ait ille (quod ipsum satis erat audaciæ) sed æmulum & (quod est grauius) irrisorem, &c.* Sed Italo homini, viri Galli acumen obtundit aciem ingenij, vnde Sidonium non intellexerit, indeque bellam corripiendi Sidonium occasionem arripuit, ex ignoratione scilicet. ℥. epist. 1. l. 1. Nec soli Aruerni fraterno P. Romani nomine gloriati sunt, sed etiam Aruernis adfines Ædui. Ciceron. lib. 7. epist. 10. & ad Attic. l. 1. epist. 16. Tacitus lib. 2. Plutarch. in Cæsare. Ammianus Marcell. lib. 28. *Prima quod iam inde temporibus priscis sobolem se esse Romanam Burgundij sciunt.* Erricus Mona. l. 1. Massilienses etiam Paneg. Constantini & Maximiani. *Cuius ciuitatis antiqua nobilitas & quondam fraterno populi Romani nomine gloriata.* Eumenius Rhetor in oratione pro scholis. *Qui ciuitatem istam, & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, &c.* Numidiæ fratres se pop. Romani dicebant. Salust. atque etiam Ilienses, Suetonius in Claudio, cap. 25. Ergo illi omnes superbi & atrogantes.

Cui sæpe populo] Ex hoc loco notandum Aruernam sæpius à Gothis obsessam fuisse. ℥. epist. 2. & 3. lib. 5. & epist. 1. huius libri, quas consule. Item epistola 12. lib. 5.

Seronatum barbaris prouincias propinantem] ℥. epist. 1. l. 2. & epist. 13. l. 5. Ex quibus clarum est, Seronatum barbaris, id est, Gothis prouincias propinasse, idcirco à senatoribus Aruernis peractus, est læsæ maiestatis reus, Romamque adductus.

Propinantem] id est porrigentem. Ennius l. 3. Satyr. *Enni poeta salue, qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus.* Capitolinus in Marco. *Venenatam partem fratri edendam propinans, & sibi innoxiam reseruans.* Quod idem in Vero *Porrigens*, interpretatur, atque etiam Aurel. Victor in Vero. Apuleius lib. 5. *Puellas propinare consueuisti.* Victor Vticensis, in præfat. *Ignaris historia calathos offerrent gratuito munere propinatos.* ℥. epist. 1. l. 6.

Legibus traddere] id est reum agere, & legibus interrogare, l. 9. C. de adsessoribus. *iudicio legibusque traddantur.*

Respublica vix præsumpsit occidere] Rei honoratiores Romam mittebantur. De Aruando supra l. primo epist. 7. ex senatusconsulto, de quo Macer. l. secunda §. 1. de bonis eorum qui mortem sibi consci. *Cum damnatus nemo videri possit in hunc*

annum, antequàm de eo forte iudicium Romæ redditum & pronuntiatum esset, &c. Vide s. quæ notaui ad hæc, *Pietas Augusta*, in fine epist. 7. l. 1. & l. quoties. Cod. Theod. de pœnis.

Hoccine meruerunt] Vergil. *Hoccine de vobis merui*,
Pet. Venerabilis epist. 2. pagin. 4. *Hoccine de vobis meruit*, &c.

Herbas in cibum traximus] Obsessi Aruerni nostri herbas in cibum traxerunt, Seneca epist. 17. *Toleranda est enim ad hoc properantibus vel fames, quam tolerauere quidam in obsidionibus. Et quod aliud erat illius patientiæ præmium, quàm in arbitrium non cadere victoru?* paulò post: *Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictu fœdam tulerunt famem*. Idem l. 3. de ira cap. 20. *Sustinebant famem primò tenerrima frondium, & cacumina arborum, tum eorix igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat. Postquam inter harenas radices quoque, & herbæ defecerant*, &c. Appianus de bello Parthico cap. vlt. & Eusebius l. 9. cap. 8. histor. Ecclesiast.
j. Carm. 7. *ad infames iam iamque coegerat escas*.

Quæ indiscretis] *Fallaces veneni herbas intelligit, vt Sardoniam quæ Apiastri similis homines decipit, vel aconita, nec miseros fallunt aconita legentes*. Ser. Egl. 4. Lucan. 6.

letumque minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas, &c.

Manus fame concolor] s. epist. 3. l. 3. *Circulos loricarum digitis liuescentibus metiuntur*, vbi de Aruernis obsessis ab Euuarige.

Pax tractanda committitur] s. epist. 6. huius lib. *Per vos mala fœderum currunt, per vos regni vtriusque pacta, condicionesque portantur*.

Principe absente] Nepote Aug. nam defuncto Anthemio Aruerna dedita fuit, Iordanes, Nepote Imperante.

Veritatis asperitas] *Veritas acerba est*, Cicero de amicit. & Attico epi. 16. l. 3. mordax verum Persio.

Auriculas teneras mordaci, radere vero.

Adagio cessit. Socrates Hist. Ecclesiast. in procemio l. 6. Terentius Andr. Scen. 1. Tertull. in Apologet. & Sulpicius. Seuerus Dialogo. 1. cap. 4. D. Hieroni. Bonaso: *Ita se natura habet vt amara sit veritas*. Cassiod. de Amicit. c. 24. *Plerunque molesta est veritas*. Policratici l. 3. c. 6. *Veritas aspera est, & plerumque molestiam parit*, &c. *veritatis inuidia*, s. epist. 6. hui. lib.

Cuius conuitij inuidiam dolor eripit] postea. *Ignoscite afflictis, nec imputate mærentibus*. Proco. l. 3. de bello Goth. *Nam qui de salute cogitur desperare, nec opere quidem nec verbis decorum seruare decenter poterit*. s. epist. 6. hui. lib. *Non verebor etsi carpat zelum in me fidei sinister interpres, sub veritatis inuidia causam prodere veritatis*.

In commune consulitis] Terent. And. *id oro te in commune vt consulas*. Ammi. Marcel. lib. 15. *An pro natiua prudentia consuleret in commune*, l. 2. C. Theod. de nauibus non excusandis, l. 9. C. eod. de legatis & decretis. Nou. Theodosij de pecunia Afris credita. *Decet miserationem publicam quocunque potest humanitatis genere, vel singulis, vel in commune consulere*. Idem Nouel. de Competitionibus. Constantinus Tyrannus ad Agricolam Præf. præt. Galliar. *In Metropolitana, id est, in Arelatensi vrbe incipiant septem prouinciæ habere concilium, in quo planè tam in singulis quàm in commune consulimus*. s. e. 12. l. 3. *In commune consului*. j. e. 9. huius lib. Leo PP. c. 67. *In commune cunctis fratribus consulentes*.

Non tam cura publicis mederi periculis, &c.] Ingens mali labes, quæ Respublicas semper pessundedit. Varro de vita Po. Rom. lib. 2. *Non in commune spectant, sed suum quisque diuersi commodum focillantur*. Theodosius A. Nouella. Neque domum diuinam, &c. *Qui domesticis tantum compendiis obsequentes, bonum commune destituunt, quo vera ac solida vtilitas continetur*, in hanc rem singularis est. Saluianus lib. 2. penes initium. &
l. 2. C.

l. 2. C. Th. de nauibus non excus. *Cùm omnes in commune (si necessitas exegerit) conuenit vtilitatibus publicis obedire.* & l. 76. de Decurionibus: *Vtilitatem publicam priuatis studiis & patrociniis postponant.* D. Ambros. Serm. 7. *Nec Rempublicam gerere criminosum est, sed ideò agere Rempublicam vt rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile.* Plura si velis consule Lupum Ferrariensem epist. 93. ad Carolum Regem. & e. 100. S. epist. 25. l. 4. *Necnon & illa quæ bonum publicum semper euertunt studia priuata.* Quæ congessi vt imposterum bonæ frugis, in publicum commodum vindicentur. Symmach. epist. 52. l. 1. nou idiotæ, nam *idiotæ ex Græco inutiles, quasi sibi tantum nō plurimis vtiles, qui nihil patriæ impartiebant, interpretantur.* Nonius.

Iam non primi comprouincialium cœpistis esse, sed vltimi] Sic mss. rectè, comprouinciales sunt Episcopi Galliæ Narbonensis secundæ, cuius primas & Metropolitanus erat Massiliensis Episcopus, ex Concilio Taurinatensi can. 1. Quod priuilegium in Gothorum potestatem redactis vrbibus Narbonensis secundæ, necessariò amiserunt Massilienses, sic erant non primi, sed vltimi, nam quomodo primi comprouincialium, cum non amplius essent comprouinciales?

Maiores nostri hoc nomine, &c.] i. Galli nostri, maiores nostri non deinceps Gallorum & maiorum titulo gloriabuntur, quia incipiunt minores non habere, omnes enim à Gothis subiugantur, neque Gallicæ libertatis assertores supersunt, qui barbarorum impetus contundant, sicque maiores maiorum nomen perdent, nam maiores nonnisi ratione minorum dici possunt, quibus deficientibus nomen maiorum euanescit, nec esse potest, ea est natura relatiuorum.

Minores] .i. posteros. Isidor. Gloss. mss. *minores, posteros.*

Si verò tradimur, quando non potuimus viribus obtineri] Ex his liquidò liquet, Aruernam per deditionem Euarigi deditam fuisse, non vi captam: quod Iordanes, suppressit: & ex eo Hugo Floriac. ms. lib. 5. Freculphus l. 5. cap. 17. Chronic. tom. 2. Et Sigebertus Ann. Domi. 471.

Sperat Aruerna supplicium] Sperat. i. timet S. epist. 6. l. 6. quam vide. Sperabat autem Aruerna supplicium, quia crebros Gothorum incursus elusisset, & profligasset exercitus. vnde Iordanes vrbem Aruernatem maximè hostem dixit. *Huius ergo filius Decius diu certans cum Vese-gothis nec valens antistare, relicta patria, maximéque vrbe Aruernate hosti, ad tutiora se loca collegit.* vide epist. 1. l. 7.

Non sit clausus vester hospitibus] Hostibus, hospitibus non illepida annominatio. Liuius l. 31. *Hospitem enim se Galliæ, non hostem aduenisse.* Olim peregrini hospites, hostes nominati sunt. Varro lib. 4. ling. Lati. & Festus l. 8. Tunc autem Massilia Gothicarum erat partium, quæ paulò ante Aruernæ deditionem, in ditionem venit Euarigis. Iordanes in histor. Gothor. *Et quomodo Euricus rex Vese-gothorum Romani regni vacillationem cernens, Arelatum & Massiliam propriæ subdedit ditioni.* Cassiod. l. 3. epist. 34. de Massilia. Isidor. in Chron. Era. DIIII. *In Gallias autem regressus, Arelatum, & Massiliam vrbes capit, suoque regno vtramque subiecit.* Sigeber. in Chr. An. D. 471. *Aruernis etiam Arelatum & Massiliam Galliarum vrbes inuasit.*

SIDONIVS DOMINO PAPAE EVPHRONIO S. EPISTOLA VIII.

QVandoquidem me clericalis officij vincula ligant, felicissimum mediocritatis meæ statum pronuntiarem, si nobis haberentur quàm territoria vicina tàm mœnia. De minimis videlicet rebus coronam tuam maximísque consulerem: fierétque actionum mearum

quasi cuiuspiam fluuij placidissimus cursus atque inoffensus: sic è tractatu tuo veluti è saluberrimo fonte manaret. Proculdubio tunc ille non esset aut spumosus per iactantiam, aut turbidus per superbiam, aut cœnosus per conscientiam, aut præceps per iuuentutem. Quin potius in illo squalidum si quid ac putre sorderet, totum id admixta consilij tui vena dilueret. Sed quod huiuscemodi votis spatia sunt longa interposita, præpedimento, sedulò precor vt consulentem de scrupulo incursæ ambiguitatis expedias: & quia Simplicium spectabilem virum Episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari, quid super tanto debeam negotio facere, decernas. Huius es namque vel erga me dignationis, vel erga reliquos auctoritatis, vt si quid fieri voles (voles autem quicquid æquissimum est) non suadere tam debeas, quàm iubere: De quo tamen Simplicio scirote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis: Quæ testimonia mihi prima fronte colloquij non satis grata, quia satis gratiosa iudicabantur. At postquam æmulos eius nihil vidi ampliùs quàm silere, atque eos maximè qui fidem fouent Arrianorum (neque quippiam nominato licet, necdum nostræ professionis illicitum opponi) animum aduerti exactissimum virum posse censeri, de quo quiuis malus loqui, bonus tacere non posset. Sed cur ego ista hæc ineptus adieci, tanquàm darem consilium qui poposci? Quin potiùs omnia ex vestro nutu, arbitrio, literisque disponentur, sacerdotibus, popularibus manifestabuntur. Neque enim ita desipimus in totum, vt euocandum te primum (si venire possibile est) deinde si quid secus, certe consulendum decerneremus, nisi in omnibus obsequuturi. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Papa Euphronio] id est Episcopo Augustodunensi. Is subscripsit Concilio Lugdunensi, & epistolæ Fausti Regiensis ad Lucidum: ad eundem Lucidus scripsit epistolam errorum reuocatoriam, *Leontio, Euphronio, &c.* Gregorius Turon. l. 2. cap. 15. *Eo tempore & Basilica Beati Symphoriani Augustodunensis martyris, ab Eufronio presbytero ædificata est. Et ipse Eufronius, huius deinceps vrbis Episcopatum sortitus est, &c.* Martyr. Romanum III. Nonas Augusti. s. epist. vlt. lib. 4. & e. 2. l. 9.

Coronam tuam] s. epist. 3. l. 6. in fine, quam vide, & adde quod ait Vincent. Lyrinensis in Commonitorio: *Deiectas sacerdotum coronas reponeret*. Terraconensium Episcopi: ad Papam Hilarium *Ergo prouinciales literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes.* Ennodius Papæ pag. 360. *Vt mei corona vestra meminisse nō abnuat.* Idem Symmacho: *Quos coronæ vestræ cura susceperit.* Idem, *Vt erigat miseros implorata corona vestræ miseratio.* Idem, *in petitorio quo absolutus est Cherontius, supplicans corona vestra*, vide can. duo sunt 12. Quæst. 1.

Simplicium spectabilem virum] j. in Conc. *Si verò personam suam tractatu consiliosiore pensemus, inuenimus illam tenere inter spectabiles principes locum.*

Populus Biturix] j. epist. 9. huius lib. *Plebs Biturigis*, & in Concione: *Bituriges prius, quàm Biturigas noueram*, populus Biturix, vt *Biturix structura* Rutilio. Itine. 1.

Non Biturix largo potior strictura camino.

Plebs Bituriga. Gregor. Turo. de Glor. Confesso. cap. 81. in fine.

Narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis] s. epist. 6. l. 2. in fine. *De quo. boni quique, bona quaque indicauerunt.* j. epist. 14. lib. 7. In hanc rem consu lendi sunt M. Tull. epist. 12. l. 5. Seneca e. 102. & Symmach. e. 101. l. 9.

Professionis] supra epist. 13. l. 4. & e. 22. vide notas.

Omnia ex vestro nuto] s. epist. 5. hui. lib. *Omnia censura tua salua, illibata, solida seruantur.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ PERPETVO S. EPISTOLA IX.

DEsiderio spiritualium lectionum (quarum tibi tam per authenticos, quàm per disputatores bibliotheca fidei catholicæ perfamiliaris est) etiam illa, quæ maximè tuarum scilicet aurium minimè digna sunt occupare censuram, noscere cupis. Siquidem iniungis vt orationem quam videor ad plebem Biturigis in Ecclesia sermocinatus, tibi dirigam: cui non rethorica partitio, non oratoriæ minæ, non grammaticales figuræ congruentem decorem disciplinámque suppeditauerunt. Neque illic (vt exactè perorantibus mos est) aut pondera historica, aut poëtica schemata, scintillásve controuersialium clausularum libuit aptari. Nam cùm me partium seditiones, studia, varietates, in diuersa raptarent, sic dictandi mihi materiam suggerebat iniuria, quod tempus occupatio subtrahebat. Etenim tanta erat turba competitorum, vt cathedræ vnius numerosissimos candidatos, nec duo recipere scamna potuissent. Omnes placebant sibi, omnes omnibus displicebant. Neque enim valuissemus aliquid in commune consulere, nisi iudicij sui faciens plebs lenita iacturam, sacerdotali se potius iudicio subdidisset, Presbyterorum sanè paucis angulatim fringultientibus, porrò autem palàm ne mussitantibus quidem, quia plerique non minùs suum quàm reliquos ordines pertimescebant. Igitur dum publicè totos singuli cauent, factum est, vt omnes non aspernanter audirent, quod deinceps ambienter expeterent. Itaque paginam sume subditis voluminibus adiunctam, quam duabus vigiliis vnius noctis æstiuæ (Christo teste) dictatam, plurimum vereor, ne ipsi ampliùs lectioni, quæ hoc de se probat, quàm mihi credas.

Perpetuo] Turonensi Episcopo. s. e. 18. l. 4. Gregor. Turo. lib. 2. c. 13. histor. Gregor. de S. Mart. l. 1. c. 1. Concilio Turonensi. 1. subscripsit & interfuit. Concil. Turo. eiusdem epistola, Victurio & Thalassio Episcopis. in Præf. Venetici Concil.

Authenticos] Authentici sunt vtriusque testamenti noui & veteris auctores, Tertullianus aduersus Marcion. lib. quarto, *authentica paratura, authentici libri.* D. Hieronymus ad Pammachium epist. 101. Claudianus Mamercus de statu animi. lib. 1. cap. 1. *Sed video Prophetas, Euangelistas, Apostolos, post etiam Authenticorum plurimos tractatores.* Idem l. 2. cap. 10. in fine. *Sed isthic nunc locus & tempus est, vt*

sicut à philosophis ad tractatores, sic à tractatoribus ad authenticos gradum consequar. eiusdem lib. cap. 12. in fine. *Hac & talia ex omni fermè authenticorum voluminum corpore innumera proferre possimus.* & cap. 13. *Sed monet iterum, quod cælitus authenticis voluminibus, non duali tantum, sed plurali numero sæpe vocitantur.* Hildebertus Turonensis in Serm. Synodico. *Authentica pagina.* Petrus Venerabil. lib. 1. epist. 2. *Eosque ex ipso Euangelio Euangelicos vt dixi, & authenticos comprobet. authentica scriptura* Hincm.

Disputatores] .i. tractatores. 5. e. 9. l. 2. Cl. Mamer. lib. 2. c. 10.

Partium seditiones] 5. e. 5. hui. lib. *Fremit populus per studia diuisus.* 7. in Conc.

Turba competitorum] 6. epist. 25. l. 4. *Quem quidam Triumuiratus accenderat competitorum.* Competitores, iidem qui postea *Episcopalis cathedræ candidati*, vt *Philosophiæ cādidati*, Symmach. e. 55. l. 1.

Omnibus neminem] 7. in Conc. *Sufficere omnes sibi, omnibus neminem: sibi placere.* Sibi ipsi plaudere, Claud. Mamer. l. 2. c. 10. *Hos inter placere sibi illum, quem nemo nisi ignauus laudarit, aut callidus.*

Fringultientibus] id est, summissim perstrepentibus, Apul. in Apolog. *Etiam honesta dictu sordide blatteret, ac sæpè in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omninò obmutescat.* ibid. *Audisti maximè, proh nefas priuignum meum, fratrem Pontiani diserti iuuenis, vix singulas syllabas fringultientem.* Cla. Mamer. de statu Animæ lib. 2. c. 10. *Quasdam singillatim voculas fringultientem*, à fringilla aue fictitium verbum. Festus lib. 6. vulgò friguttire, sed quo modo à fringilla friguttire? malim fringultire, vel assertore Varrone lib. 6. de ling. Lat. *M. Accius in Casina, à fringuilla, quid fringultis? Quid istuc tam cupidè cupis?* à qua etiam aue reliquæ aues fringultire dicuntur. Apul. l. 3. Flori. in fine. *Vt merulæ in remotis tesquis fringultiunt.* 7. epist. 2. l. 9. *Et modificatis lusciniarum querelis, improborum passerum fringultientes susurros iure sociaueris.* Quidam libri *singultientibus* legunt, quæ lectio tueri potest. Horat. lib. 1. Satyr. 6.

singultim pauca locutus.

Statius Epic. ad filium l. 5.

Discordesque modos & singultantia verba
Molior. Calphur. *qui vix stillantes arida voces.*
Rumpis & expellis malè singultantia verba. Egl. 6.

D. Hierony. ad Rusticum monach. *Testudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu, & per internalla quædam vix pauca verba carpebat, vt eum putares singultire, non proloqui*, vtram velis optes, mihi magis prior arridet.

Palam ne mussitantibus] id est, vt cessit adagio, ne mu quidem facere audentibus. Varro de lingua Lati. l. 6. Clau. Mamerc. lib. 2. cap. 10. *Qui vel in magnos viros obloquia, vel de rebus summus deliramenta cum compotatoribus suis mussitant, aut palam loquantur, aut taceant.* Vide Festum, & Nonium, Donatum Adelp. Act. 2. Scen. 1. 5. epist. 3. l. 1. 7. e. 12. l. 8.

Duabus vigiliis vnius noctis æstiuæ] Nox in quatuor vigilias distinguitur. Veget. de re milit. lib. 4. Censor. de die Natali, cap. 23. *Alij diem quadripartito, sed & noctem similiter diuidebant: idque similitudo testatur militaris. vbi dicitur vigilia prima, item secunda, tertia, & quarta.* Arnob. Psal. 129. *Custodia vna quarta pars noctis est, ergo prima custodia à vespere incipit, secunda ad mediam noctis attingit, tertia pullorum cantus transit, quarta vigilia matutina, quæ in ortum luminis adimpletur.* D. Hieron. *Nox in quatuor vigilias diuiditur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur.* Vide Suidam, in dictione ϖροφυλακὴ, scitè *duabus vigiliis*, id est dimidiata nocte, vel prima & vltima noctis vigilia. 2. epist. 2. l. 1. in fine.

Lectioni qua hoc de se probat, &c.] Statius 1. Sylua. in Præf. ad Stellam, *quædam & singulis diebus effusa, quamuis metuo ne verum istud versus quoque ipsi de se probent.* Ausonius Probo epist. 16. *Adiuro beneuolentiam tuam verecundiæ meæ testem, eos mihi subita persuasione fluxisse: nam quis hoc diu cogitaret? quod sanè ipsi per se pro-*

habuere. Idem Paulino ep. 20. in fine: *Quod spatio lucubratiuncula vnius effusi, quanquam hoc ipsi de se probabunt, tamen nihil diligentia vlterioris habuerunt.*

CONCIO.

REfert historia sæcularis, dilectissimi, quendam Philosophorum discipulis aduenientibus priùs tacendi patientiam, quàm loquendi monstrasse doctrinam, & sic incipientes, quosque inter disputantum consectaneorum cathedras mutum sustinuisse quinquennium, vt etiam celeriora quorumpiam ingenia nō liceret antè laudari, quàm deceret agnosci. Ita fiebat, vt eosdem post longam taciturnitatem loquutos, quisque audire cœperat, non taceret, quia donec scientiam natura combiberit, non maior est gloria dixisse quod noueris, quàm siluisse quod nescias. At nunc mediocritatem meam manet longè diuersa conditio, cui per suspiriosas voragines, & flagitiorum volutabra gradienti, professionis huiusce pondus impactum est. Et priùs quàm vlli bonorum reddam discentis obsequium, cogor debere cæteris docentis officium. adiicitur huic impossibilitati pondus pudoris, quod mihi peculiariter paginæ decretalis oblatu, pontificis eligendi mandastis arbitrium, coram sacrosancto & pontificatu maximo dignissimo Papa: qui cùm sit suæ prouinciæ caput, sit etiam mihi institutione, facundia, priuilegio, tempore, ætate præstantior: ego deque coramque Metropolitano verba facturus, & prouincialis, & iunior pariter, fero imperiti verecundiam, procacis inuidiam. Sed quoniam vestro sic libitum errori, vt ipse prudentia carens, prudentem vobis, in cuiusque personam bona multa concurrant, sub ope Christi episcopum exquiram: vt noueritis huiusmodi assensu multum me honoris, plus oneris excipere. Primore loco grandem publicæ opinionis sarcinam penditote, quod iniunxistis incipienti, consummata iudicia: atque ab hoc rectum consilij tramitem postulatis, in quo recolitis adhuc nuper erratum. Igitur quia vobis id fuit cordi, obsecro vt quales nos fide creditis, tales intercessione faciatis, atque dignemini humilitatem nostram orationibus potiùs in cœlum ferre, quàm plausibus. Primùm tamen nosse vos par est, in quas me obloquiorum scyllas, & in quos linguarum, sed humanarum latratus quorumdam vos infamare conantum, turbo coniecerit. Est enim hæc quædam vis malis moribus, vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum: cùm tamen è diuerso bonorum raritas flagitia multorum nequeat excusare virtutibus communicatis. Si quempiam nominauero monachorum quamuis illum, Paulis, Antoniis, Hilarionibus, Machariis conferendum, sectatæ anachoreseos prærogatiua comitetur, aures ilicò meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium pumilionum murmur euerberat

conquerentium: Hic qui nominatur, inquiunt, non episcopi, sed potius abbatis complet officium: & intercedere magis pro animabus apud cœlestem, quàm pro corporibus apud terrenum iudicem potest. Sed quis non exacerbascat cùm videat sordidari virtutum sinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem, vocatur abiectus: Si proferimus erectum, superbire censetur: Si minùs institutum, propter imperitiam creditur irridendus: Si aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus: Si seuerum, tanquam crudelis horretur: Si indulgentem, facilitate culpatur: Si simplicem, despicitur vt Brutus: Si acrem, vitatur vt callidus: Si diligentem, superstitiosus decernitur: Si remissum, negligens iudicatur: Si solertem, cupidus: Si quietum, pronuntiatur ignauus: Si abstemium producimus, auarus accipitur: Si eum qui prandendo pascat, edacitatis impetitur: Si eum qui pascendo ieiunet, vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant: Verecundiam pro rusticitate fastidiunt: Rigidos ab austeritate non habent charos. Blandi apud eos communione vilescunt. Ac si vtrolibet genere viuatur, semper hîc tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus hamis inuncabuntur. Inter hæc monasterialibus disciplinis ægrè subditur, vel popularium ceruicositas, vel licentia clericorum. Si clericum dixero, sequentes æmulantur, derogant antecedentes. Nam ita ex iis pauci (quòd reliquorum pace sit dictum) solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam, vt nos in antistite consecrando, non vtilitatem velint eligere, sed ætatem: tanquam diu potius quàm bene viuere debeat accipi ad summum sacerdotium adipiscendum, pro omnium gratiarum priuilegio, decoramento, lenocinamento. Et ita quipiam in ministrando segnes, in obloquendo celeres, in tractatibus otiosi, in seditionibus occupati, in charitate infirmi, in factione robusti, in æmulationum conseruatione stabiles, in sententiarum assertione nutantes, nituntur regere Ecclesiam, quos iam regi necesse est per senectam. Sed nec diutius placet propter paucorum ambitus, multorum notare personas: hoc solùm astruo, quod cùm nullum proferam nuncupatim, ille confitetur repulsam, qui profitetur offensam. Sanè id liberiùs dico, de multitudine circumstantium multos episcopales esse, sed totos episcopos esse non posse, & cum singuli diuersorum charismatum proprietate potiantur, sufficere omnes sibi, omnibus neminem. Si militarem dixero fortè personam, protinus in hæc verba consurgitur; Sidonius ad clericatum, quia de sæculari professione translatus est, ideo sibi assumere Metropolitanum de religiosa congregatione dissimulat, natalibus turget, dignitatum fastigatur insignibus, contemnit pauperes Christi. Quapropter impræsentiarum soluam, quàm non tam bono-

rum charitati, quàm maledicorum suspicioni debeo fidem. Viuit Spiritussanctus omnipotens Deus noster, qui Petri voce damnauit in Simone Mago, cur opinaretur gratiam benedictionis pretio sese posse mercari, me in eo quem vobis opportunum censui, nec pecuniæ fauere, nec gratiæ, sed statu satis superque trutinato, personæ, temporis, prouinciæ, ciuitatis; virum, cuius in consequentibus raptim vita replicabitur, competentissimum credidisse. Benedictus Simplicius, hactenus vestri, iamque ab hinc nostri (modò per vos Deus annuat) habendus ordinis comes: ita vtrique parti vel actu, vel professione respondet, vt & respublica in eo quod admiretur, & Ecclesia possit inuenire quod diligat. Si natalibus seruanda reuerentia est, quia & hos non omittendos Euangelista monstrauit (nam Lucas laudationem Ioannis aggressus, præstantissimum computauit, quòd sacerdotali de stirpe veniebat: & nobilitatem vitæ prædicaturus, priùs tamen extulit familiæ dignitatem) parentes ipsius, aut cathedris, aut tribunalibus præsederunt illustris in vtraque conuersatione prosapia, aut episcopis claruit, aut præfectis: ita semper huiusce maioribus, aut humanum, aut diuinum dictare ius vsui fuit. Si verò personam suam tractatu consiliosiore pensemus, inuenimus eam tenere istic inter spectabiles principes locum. Si dicitis viro Eucherium & Pannichium illustres haberi superiores, quòd hactenus eos esse putatos, sed præsentem iam modò ad causam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad secundas nuptias transierunt. Si annos ipsius computemus, habet efficaciam de iuuentute, de senectute consilium. Si literas vel ingenium conferamus, certat natura doctrinæ. Si humanitas requirenda est, ciui, clerico, peregrino, minimo, maximoque etiam supra sufficientiam offertur, & suum sæpius panem ille potius, qui non erat redditurus, agnouit. Si necessitas arripiendæ legationis incubuit, non ille semel pro hac ciuitate stetit ante pellitos reges, vel ante principes purpuratos. Si ambigitur quo magistro rudimentis fidei fuerit imbutus, vt prouerbialiter loquar, domi habuit vnde disceret. Postremò iste est ille, charissimi, cui in tenebris ergastularibus constituto, multipliciter obserata barbarici carceris diuinitus claustra patuerunt. Istum (vt audiuimus) tam socero, quàm patre postpositis, ad sacerdotium duci oportere vociferabimini: quo quidem tempore plurimùm laudis domum retulit, quando honorari maluit parentum dignitate, quàm propria. Pene transieram, quòd præteriri non oportuerat, sub Mose quondam (sicut Psalmographus ait) in diebus antiquis, vt tabernaculi fœderis forma consurgeret, totus Israel in heremo ante Beselehelis pedes, oblatitij symbolum coaceruauit impendij. Salomon deinceps, vt templum ædificaret in Solymis, solidas populi vires in opere concussit, quamuis Palæstinorum capti-

uas opes, & circumiectorum regum tributarias functiones Australis reginæ Sabaitis gaza cumulauerit. Hic vobis Ecclesiam iuuenis, miles, tenuis, solus, adhuc filiusfamilias, & iam pater extruxit. Nec illum à proposita deuotione suspendit vel tenacitas senum, vel intuitus paruulorum, & tamen fuit morum factura quæ taceret. Vir est namque, ni fallor, totius popularitatis alienus: gratiam non captat omnium, sed bonorum, non indiscreta familiaritate vilescens, sed examinata sodalitate preciosus: & bono viratu æmulis suis magis prodesse cupiens quàm placere, seueris patribus comparandus, qui iuuenum filiorum non tam cogitant vota quàm commoda. In aduersis constans, in dubiis fidus, in prosperis modestus, in habitu simplex, in sermone communis, in contubernio æqualis, in consilio præcellens. Amicitias probatas enixè expetit, constanter retinet, perenniter seruat. Inimicitias indictas honestè exercet, tardè credit, celeriter deponit, maximè ambiendus, quia minimè ambitiosus non studet suscipere sacerdotium, sed mereri. Dicit aliquis: Vnde tibi de illo tam citò tanta comperta sunt? Cui respondeo: Priùs Bituriges noueram, quàm Biturigas. Multos in itinere, multos in commilitio, multos in contractu, multos in tractatu, multos in sua, multos in nostra peregrinatione cognoscimus. Plurima notitiæ dantur & ex opinione compendia, quia non tam paruos terminos posuit natura famæ, quàm patriæ. Quocirca si vrbium status, non tam murorum ambitu, quàm ciuium claritate taxandus est, non modò primùm qui essetis, sed vbi essetis agnoui. Vxor illi de Palladiorum stirpe descendit, qui aut literarum, aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt. Sanè quia persona matronæ verecundam succinctamque sui exigit mentionem, constanter astruxerim respondere illam fœminam, sacerdotiis vtriusque familiæ, vel vbi educta creuit, vel vbi electa migrauit. Filios ambo bene & prudenter instituunt, quibus comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur. Et quia sententiam paruitatis meæ in hac electione valituram esse iurastis (siquidem non est validiùs dicere sacramenta quàm scribere) In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Simplicius est, quem prouinciæ nostræ Metropolitanum, ciuitati vestræ summum sacerdotem fieri debere pronuntio. Vos autem de viro, de quo loquimur, si nouam sententiam meam sequimini, secundùm vestram veterem consonate. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Quendam Philosophorum] i. Pythagoram. Apuleius lib. 2. Florid. sub. fin. *Primus Philosophiæ nuncupator & creditor, nihil prius discipulos suos docuit, quàm tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro linguam omnem coercere, verbaque quæ volantia poetæ appellant, ea verba detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere. Prorsus in-*

quam

quam hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere, &c.

Quinquennium] Pythagoræ consectanei, velut ori linguarium indebant, & obsignabant labra. Apuleius lib. 2. Florid in fine: *Loquaciores enimuerò fermè in quinquennium, velut exilio vocis puniebantur.* Seruius Æneid. 10. *tacitu regnauit Amyclu. nam, ait, Pythagorica virtus est quinquennale silentium.* Philastrius de Passaloriuchitus eleganter. vnde adagio est Pythagorica taciturnitas. Ennodius Maximo, ĩ. Carmine 15.

Asserit hic Samius post docta silentia lustri
Pythagoras.

Professionis huiusce pondus impactum est] s̄. ep. 3. lib. 4. & ep. 3. lib. 5. *Vt pote cui indignissimo tanta professionis pondus impactum est.*

Discentis obsequium] s̄. ep. 3. lib. 5. *Qui miser ante compulsus docere, quàm discere.* Vide Notas. & adde quod ait D. Hieronym. Paulino: *Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia, docere quod ignores.* Idem ad Demetriadem: *Et iuxta vetus elogium, cùm loqui nesciant, tacere non possunt, docentque scripturas, quas non intelligunt*, &c. Discendum enim priùs est, quàm loquendum. D. Ambros. de Noe & Arca cap. 31. in fine: Prosper in Psalmo 140. *Loquacitas imperita mauult docere, quàm discere.* Claudianus Mamerc. lib. 3. de statu animæ cap. 2. in fine: & Cassiod. de anima cap. 7. Burchard. Brunichoni in præfat. decreti: *Nec enim illotis pedibus manibusque, ad sacra Scripturarum accedendum est*, quod tamen in Galliis plerumque eueniebat, vnde in Galliarum episcopos inuehuntur Zosimus Papa Hesitio cap. 1. Cælestinus ad episcopos Galliæ: & Leo Papa epist. 66. Gregor. Turonen. lib. 8. cap. 22. videlicet quòd illi ad apicem episcopatus disiecta canonum auctoritate sæculares promouerent, quod vetus vitium hoc nouo sæculo in peius sæuit: nam, mirum dictu, nascuntur episcopi, priusquam creentur.

Paginæ decretalis] Quid sit pagina decretalis, & cur ita dicatur, s̄. docui ep. 7. lib. 1. ad hæc, *cum gestis decretalibus.* idem ep. 5. huius lib. *decreto ciuium petitus aduenit.*

Dignissimo Papa] i. Agræcio Senonensi Archiepiscopo, s̄. ep. 5. hu. lib. qui Sidonij literis inuitatus fuit, cùm esset Senoniæ Metropolitanus, i. Senouiæ caput: s̄. hîc verò *Prouinciæ caput.* vide ep. 5.

Ego deque, coramque] i. de metropolitano eligendo Aquitanicæ primæ, i. Bituricensi Archiepiscopo, coram Agrœcio Senoniæ Metropolitano. i. Lugdunensis IIII.

Verba facturus] i concionem habiturus. Pub. Consentius de verbo: *Scire sanè debemus, non solùm omnes ferè partes orationis, sed integram fermè orationem, verbi nomine solere censeri, ideoque & verba fecisse dici eum, qui locutus sit, propterea verba quoque appellata sunt, quoniam scilicet oratio fieri non posit, nisi aere verberato.*

Prouincialis] Nam, vt dixi epi. 5. hu. lib. primus primæ Aquitanicæ episcopus est Aruernæ, i. Claromontii episcopus. Notit. Prouinc. & Catalog. Metrop.

Multùm me honoris, quàm oneris excipere] Paronomasia prouerbialis. nonnulla notaui s̄. ep. 3. lib. 5. Rutilius Lupus lib. 1. de Paronomasia: *Ad huius sceleratissimi opera qui fuit locus? religiosissimus, nimirum quia traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non honori, sed oneri esse existimauit.* Idem exemplum inculcat Beda figura 9. de Paronomasia. Cassiod. ep. 2. lib. 6. *Onera potius essent, non honores: si supra vires aliquid imponeremus inuitis.* s̄. ep. 17. lib. 7. in Carm.

Est tibi delatus plus onerosus honor.

Idem ep. 8. lib. 8. in fine: & ep. 2. lib. 9. *Quæ tamen literæ plurimùm nobis honoris, plus oneris imponunt.*

Nuper erratum] Cùm scilicet de sæculari professione Sidonius ad clericatum translatus est, vt ipse loquitur ĩ. quippe illud est in canones impingere, s̄. epist. 25. lib. 4. vide.

In cœlum ferre] i. vt pro me oretis ad Dominum, & orationes vestræ cœlum attingentes exaudiantur. Et ita allusit ad prouerbium, *In cælum ferre*, quod est laudare, 5. ep. 9. lib. 2. *Omnium laudum conuasatu acclamationibus ad astra portare*.

Obloquiorum Scyllas] Idem ep. 1. lib. 1. *Post liuidorum latratuum Scyllas enauigatas*.

Vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum] Innumerus proborum clericorum numerus, paucorum improbitate vilescit. D. Cyprianus ep. 10. lib. 3. *Sed id agere, vt per paucorum prauos & malos mores, multorum & bonorum confessorum gloria honesta maculetur*. Concilii Sardicensis can. 11 *Scimus enim & ipsi propter paucorum impudentiam, religiosum sacerdotale nomen sæpe reprehensum*. Saluian. Massil. lib. 7. *Vt in oculum etiamsi paruæ sordes incidat, totum lumen obscurat, sic in ecclesiastico corpore, etiamsi pauci sordida faciant, prope totum Ecclesiastici splendoris lumen obscuratur, quia modicum fermentum totam massam corrumpit*. Plura si velis, vide Calcedonensis Concil. can. 26. Spalensis can. 5. Meldensis can. 5. & ex eo Carolum Magn. lib. 5. capi. 173. vnde hæretici Ecclesiastico corpori labem vilitatis inurunt. Collat. 3. Carthag. cccxlix.

Paulis, Antoniis, &c.] De his Anachoretis 7. Carm. 16.

Pumilionum] Pumiliones sunt nani. Festus lib. 11. & Gellius lib. 19. cap. 13. qui & *pumili* Statio & Apuleio. Fulgen. de prisco sermone, Varro Sexagesi apud Nonium cap. 2. *senibus crassis, humuli non videmus quid fiat*. Scaliger distinctim emendat, *heu muli*, i. bruti, & sine genio, quidam homuli, sed dubio procul legendum est pumili, vt in Glossis vett. νάνος, *Humulio*, pumilio legendum.

Murmur euerberat] 5. ep. 3. lib. 1. *Ille obiter stertentium oblatratorum aures rauci voce præconis euerberat*. Ausonius Tetradio:

Auresque sermo verberet.

Iuuencus lib. 4. in Ioannem cap. 11.

at Martha talis vox verberat aures.

Gregorius Turonensis de gloria confess. cap. 106. *Et vox spiritali sale condita non verberat aures*. idem cap. 61. *Cumque bis & tertiò hac vox aures illius verberasset*. à quo verbo verba quasi verbera P. Consentius de verbo: *Propterea verba appellata sunt, quoniam scilicet oratio fieri non possit, nisi aere verberato*. Isidorus libro 1. cap. 8. *Verbum dictum, eo quòd verberato aere sonet*. Vnde Priscian. in Periegesi verbera posuit pro verbis: *Psittacus hic viridis, decoratus torque rubenti*

Nascitur humana simulat qui verbera linguæ. i. verba.

Complet officium] Hilarius Arelarensis in vita S. Honorati: *Mirandum est quo modo vnus tot simul officia compleueris*. Cœlianus Aurel. lib. 2. cap. 11. *completo sanitatis officio*. Capitolin. in Gordianis: *Senatores omnium officia censualium, scribarumque complerent*. *Implere officium* l. 21. §. vlt. ad Senatusconf. Syllan. & l. 3. §. 1. de recept. qui arbit. recep. *officia religionis implere*. Arnobius lib. 4. *officia diligentis implere*. D. Ambros. in laudat. Theodosii, & Symmachus epist. 49. lib. 5. 5. ep. 2. hu. lib. in fine: *Obedientiæ officium garrulitate compleui*. *munia implere* ep. vlt lib. 6. in fine.

Virtutum sinceritatem] In hanc sententiam egregius est Zeno Veronensis sermo. de liuore & inuidia: *Omittere & reticere ea, quæ laude digna sunt, rimari verò sicubi quid inueniat, quo opus virtutis ex accidentis culpa occasionibus criminetur. denique isti tales magnanimum quemque virum proteruum vocant, constantem verò & patientem sine sensu doloris appellant, sobrium acerbum dicunt, iustum, crudelem, prudentem, callidum vocant, liberum, arrogantem criminantur, liberalem verò luxuriosum vocant, parcum auarum nominant, & omnes prorsus virtutum species decolorare contrariis, & à malitia sumptis appellationibus gestiunt*, &c. Sunt enim quædam vitia virtutibus proxima, quæ plerumque decipiunt sub specie vmbraque virtutum. D. Hieron. epi. ad Lætam. Hiperides: *Nam cùm cæterorum opinionem fallere conaris, tu te frustraris: non enim probas te pro astuto sapientem intelligi, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem rei familiaris, pro malevolo seuerum: nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari possis, vnde vetus sen-*

tentia, ἀκρότητες, ἰσότητες, id est, nimietates æqualitates sunt. Cassianus Collat. 2. cap. 16. D. Hieronym. in epitaphio Paulæ: *Et verè iuxta Philosophorum sententiam, μεσότης ἡ ἀρετή, κακία ὑπερβολὴ κεῖται, id est, modus virtus est, vitium nimietas reputatur.* Vide Senecam de Benefic. lib. 2. cap. 16.

Inflatus] Apost. 1. Corinth. cap. 8. Varro Agath. *Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus quærit Socratis vestigia. ventus doctrinæ* D. Ambrosio epist. ad Simplicianum]. ep. 13. li. 8. *agere narraris sine iactantia literatum. supercilium scientiæ*]. epist. 9. lib. 9.

Despicitur vt brutus] id est, bardus, hebes, idiota. Næuius: *Quod bruti nec satis sardare queunt.* Pacuuius Hermiona: *Et obnoxium esse aut brutum, & elinguem putes.* Postumus Albinus Annal. 1. *Ea causa inquit sese stultum, brutumque faciebat, glossulos ex melle edebat.* Tertullian. lib. de anima: *Thebis hebetes & brutos nasci.* Arnob. lib. 2. *Nos hebetes, stolidi, fatui, obtusi pronuntiamur & bruti, qui dedimus nos Deo.* lib. 4. *Non est quidem credibile homines minus brutos.* lib. 7. *Quod si dicere istud insanum est, aut vt mediocriter pronuntiem, brutum. bruta adolescentia* Senecæ de Benefic. lib. 3. cap. 37. *Bruti* D. Cypriano contra Demetrianum. *Brutum pectus* Sulp. Seuero dial. 2. cap. 12. *Iouem brutum atque hebetem* cap. 14. Festus: *Obrutuit, obstupuit, à bruto quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt.* Glossarium vet. παχυκάρδιος, *brutus, stolidus.* item *Brutus,* βαιωκός, μωρός, ζερδύς, item ἠλίθιος, *stolidus, brutus.* Cassiodorus epist. vltima lib. 5. *bruti homines,* eidem Psalmo 91. *Stultus vtique est, qui nec diuina cognoscit, nec humanos actus intelligit, quos vulgò brutos vocamus.* Tantaque est bruti & simplicis nominum societas, & communio, vt iidem sint bruti qui simplices. Capitolinus in Pertinace: *nec vnquam credatis simplex.* Gloss. vett. εὐήθης, ἡ μωρός, *blax, simplex.* Et ita *simplicitas* in l. 3. §. finali de susp. tutor. remo.

Abstemium] non pro sicco & aquæpotore, sed pro frugali & abstenio. ē. epi. 1. & 11. lib. 6. Ausonius in Parentalib. Carm. 5. *Vini cibique abstemius.* Marius ad Salmonem: *vitiisque vocabula rectis*
Induimus, & parci cognomen sumit auarus.

Si eum qui pascendo ieiunet] Epitaphium S. Auiti Viennensis: *Distribuit parcus, pascit ieiunus.* Petrus Chrysol. Serm. 8. *Qui non ieiunat pauperi, Deo fingit: qui ieiunans prandium suum non erogat, sed reponit, cupiditati probatur ieiunare, non Christo.* ē. ep. 2. lib. 6. *Non minus ieiuniis, quàm cibis pauperes pascit.*

Inuncabuntur] inhamabuntur, vnco abripientur. Lucill. lib. 15. *aut qui nummos tristis inuncat.* Nonius c. 2. *Inuncare, quasi vnco inuadere, abripere.* Apul in Apolog. *hamis inuncanda.* idem 1. Flor. *vnguibus inuncet.* Columel. l. 7. c. 3. *Lana quanta prolixior in pecore concrescit, tantò magis obnoxia rubis, quibus velut hamis inuncata à pascentium tergoribus auellitur. vncati,* quibus digitorum articuli contrahuntur, & inuncantur. Cæl. Aurel. tard. pass. l. 5. c. 3. *adeò vt quidam vncati permaneant.* eid. *obuncati vngues.* l. 2. c. 14. tardar. pass. Gloss. vet. ἀγκιστρῶ, *vncino.* item ἀγκυλῶ, *adunco.* Aldhelm. de laudib. virgin. c. 16. *Quem nefandis vlnarum gremij procax obuncabat.*

Ceruicositas] i. superbia, & animi elatio. Historia S. Saturnini ms. lect. 6. *Et tam dira ceruicositate non veretis resistere armis atrocibus.* Gloss. vett. αὐχενίας, *ceruicosus.* D. Ambros. in epist. Pauli ad Titum cap. 1. *ceruicosi Iudæi. ceruicosus* August. lib. 3. Confess. c. 8. & de visitat. infirm. cap. 4. & 5.

Non vtilitatem velint eligere, sed ætatem] de quo genere hominum Cypr. l. 4. ep. 5. Cassian. Collat. 2. c 13. D. Hieron. Paulin: *Non in homine ætas, sed virtus spectanda est.* D. Ambros. Serm. 53. & 90. Iustinian. Nouel. de Monach. cap. 9. & Iulian. Nou. 4. cap. 21. *Inter clericos non temporis antiquitas, sed doctrina & probitas cuiusque spectanda est.*]. ep. 7 lib. 8. vbi plura.

Tanquam diu potius, quàm bene viuere] Plautus Trinummo: *vt diu viuitur, cùm bene viuitur.* Varro Modio: *Non eos optumè vixisse, qui diutissime vixerint, sed qui modestissumè.*

Seneca de breuit vitæ cap.8. *Non est itaque quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixisse, non ille diu vixit, sed diu fuit.* Iulianus Aug. Oribasio in fine ep. Seneca ep. 77. *Quomodo fabula, sic vita, non quandiu, sed quàm bene acta sit, refert.*

Nuncupatim] i. nominatim. Claudian. Mamerc. lib. 2. de statu animæ cap. 10. *Enimuerò eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituere.* J. ep. vlt. lib. 9 in Carm.

Singulos quos nunc pia nuncupatim.

Ille confitetur repulsam, &c.] Ciceronem imitari videtur, pro lege Manil *Ego neminem nomino, quare irasci mihi nemo potest, nisi qui ante de seipso voluerit confiteri.* D. Hieronym. Rustico monacho: *Scio me offensurum esse quamplurimos, qui generalem de vitiis disputationem in suam referunt contumeliam, & dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam, multoque peius de se, quàm de me iudicant: ego enim neminem nominabo, nec veteris comœdiæ licentia, certas personas eligam atque perstringam, &c.* D. Ambros. Serm. 83. in fine: *Ego neminem nomino, conscientia sua vnumquemque conueniat.* Sulpitius Seuerus de vita S. Martini in fine: *Nec verò quemquam nominare necesse est, licèt nosmetipsos plerique circumlatrent, sufficit vt si qui ex his hæc legerit, & agnouerit, erubescat: nam si irascitur, de seipso dictum fatebitur, cùm fortasse nos de alio senserimus.*

Sidonius ad clericatum] vide vitam cap. 6. & Gregor. lib. 2. cap. 2.

Fastigatur] id est, attollitur. s. ep. 6. lib. 3. quam vide. Martianus Felix lib. 5. *Qui vituperatione caruerit, laudibus fastigetur.*

Cur opinaretur] i. quia. idem s. ep 1. lib. 1. & ep. 13. lib. 2. vide Notas.

Replicabitur] s. epist. 7. lib. 7. *Quid si prisca replicarentur. replicatio.* s. epist. 5. lib. 1. & ep. 9. lib. 2. & aliàs.

Nam Lucas laudationem] Lucæ cap. 1. ibid. D. Ambros. Paulinus ad Seuerum ep. 10. vbi de S. Melania: *Opinor autem est hoc ad cumulum diuinæ gratiæ pertinere, quod sanctitatem laudandam de laudibus generis prædicare ordior, sed nunc ordinem non à Rhetoricis institutis magis, quàm de Euangelicis exemplis vsurpari doctissimus Lucas mihi testis est, qui Baptistæ beati meritum ab originis claritate detexuit, &c.* Petrus Chrysologus Serm. 85. *Oratores magni & excellentes ingenio, quoties illustrium virorum parant narrare virtutes, auos atauosque commemorant, vt ad honorem præsentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorum redundet ad gloriam. hinc est quod Euangelista, vt extollat Ioannis gloriam, Zachariæ patris, Elizabeth matris genus dicit.* Et illud Lucas ex Rhetorum disciplina. Hilar. Arelat. de vita S. Honorati: *Et illud notum est omnibus oratoriæ disciplinæ, quorum laudandam receperint vitam, patriam priùs & originem prædicare.* Vide Rhetorum præcepta.

Aut cathedris] scilicet episcopalibus Sidonio sæpe. Vide J. epist. vlt. lib. 9. & ea quæ ibidem notaui, à qua cathedrales episcopi, & cathedrales Ecclesiæ, quibus præsunt summi sacerdotes, qui cathedrales episcopi dicuntur. Cognomines autem episcopi fuêre Simplicius Viennensis, de quo Paulin. & Gregor. Tur. l. 2. c. 13. alius Augustodunensis, de quo Gregor. Tur. de glor. confesso. c. 74. 76. 77. Beda & Vsuardus VIII. Kal. Iulij.

Cathedris aut tribunalibus] *Cathedra propriè doctoribus datur, sicut etiam iudicum tribunal, & solium regum proprium esse memoramus.* Cassiod. Psalm. 1.

Præsederunt] Vrbanus Papa in epistola decretali: *In tantum Ecclesiæ quibus episcopi præsident Domino adminiculante creuerunt.* Tertullianus in Apolog. distinct. 134. *Præsident probati quique seniores.* Idem de Monog. *Quot enim & digami præsident apud vos, id est, fiunt episcopi.* Leo Papa ep. 66.

Tractatu] s. epistola 20. libri 5. Nouella Theodosij de offic. & numerar. tit. 51. *communi procerum nostrorum consilio atque tractatu.*

Consiliosiore] *Consiliosissimus*. s̄. epist.1.l.1. *consiliosius*. Salisber.in Prologo Policrat. *consiliosissimum* lib. 6. cap. 25.

Inter spectabiles] s̄.e.8.l.7. *Et quia Simplicium spectabilem virum.*

Eucherium] Eucherij senatoris Sidonij coæui. s̄.e.8.l.3. quam vide.

Pannichiumque] ad quem scripsit epist.13 l.5.

Inlustres haberi superiores] Illustres sunt spectabilibus superiores l. 32. C. de appellatio. vnde spectabilem dignitatem, Iustinianus mediam vocat, Nouella 7. Scilicet inter clarissimatus & illustratus dignitatem, nam sicut spectabiles clarissimis superiores sunt. l. 5. C. de proximis sacror. scrini. ita inlustribus inferiores, dicta l. 32. Isidor. l. 9. cap. 4. orig. *Primi ordines senatorum dicuntur inlustres, secundi spectabiles, tertij clarissimi. Iam inferius quartum aliquod genus non est.* Ex quibus clarum est spectabilibus inlustres haberi superiores, vt & ex l. 9. Cod. de Metatis. j̄. epist.6. l.8.

Ex canone non requiruntur] Ex can. Apost. 17 & 18. Qui propter authoritatem & antiquitatem, canones olim dicti sunt, liber Canonum Gregor. Turon. lib. 5. cap. 17. & Nomocanon vetus ex canonibus Apostolorum, & Iustiniani Nouellis compactus Balsamo. sextæ Synodi in Trullo. canon. 2. Isidorus in Præfat. Conciliorum. licet inter Apogriphos numeret Gelasius, in Decretis, & Isidorus vbi, suprà.

Qui ambo ad secundas nuptias transierunt] Bigami, vel vt loquitur Cassiodorus hist. Tripart. l. 9. cap. 39. in fine. & vetus interpres Nouella Iustiniani. 22. de nuptiis, cap 28. *binubi*, ad Episcopatum ordinari non poterant, ex can. 17. *Qui post baptismus secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus.* Et Synodo Nicena. D. Ambrosius, ad Vercellensem Ecclesiam epist. 82. *Patres in Concilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum quenquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.* Concil. Valentini, can. 1. Arausicani. 1. can. 25. Agathensis canon. 1. & can. 43. & Arelatensis 3. can. 5. plura si velis vide Burchardum lib. 1. cap. 5. & cap. 173. lib. 2. cap. 33. & cap. 38. & l. 9. cap. 21. Concilij Toletani 4. can. 18. Tertull. in exhort. ad Castit. cap. 5. *Vnde igitur apud nos plenius atque strictius præscribitur vnius matrimonij esse oportere, quos allego in ordinem sacerdotalem, vsque ad quosdam memini digamos loco deiectos.* Idem de Monag. D. August. de bono coniugali cap. 18. Epiphani. lib. 2. tom. 1. de Catharis. & Chrysost. in cap. 1. epistolæ ad Titum. Gregorius Magnus lib. 11. epist. 8. notandum quod ait Cassiod. hist. Tripart. lib. 9. cap. 39. *Nouatiani circa Phrygiam binubos non recipiunt. Constantinopoli verò neque palàm recipiunt, neque palam remouere noscuntur, in Occidentalibus verò partibus apertè recipiunt, & illud est quod ait:* Tertullian. aduersus Psychicos de Monogamia: *Quot enim & digami præsident apud vos.* plura tibi suggeret Photius in Nomocan. tit. 1. c. 23. & Balsamo ibid. & in can. 17. Idem in Photij Nomocan. tit. 13. cap. 2. Iuo Carnot. epist. 43. & 6. parte, c. 51.

Si humanitas] Quæ in Episcopo maximè desideratur. s̄. epist. vltim. l. 4. epist. vlt. lib. 6. epist. 9. lib. 4. epist. 10. l. 2. epist. 10. l. 6. *Domesticis fides deputata humanitate.* quam vide.

Pellitos] j̄. Carm. 7. *Expetiu in media pelliti principis aula.* i. Regis Gothorum Theodoris. s̄.e.2.l.1.

Reges] id est principes Gothorum, qui reges vocantur, Iordanes. *regia domus*, in l. 15. Cod. de re milit. id est Regis Gothorum. & Boëtio l. 1. prof. 4. ita *regalia capitula* Iuoni. epist. 95. i. lex Gothorum. quæ habetur Concil. Toletan. XII. cap. tertio, quæ res magnos viros falsos habuit, (vt dixi s̄.) lex Iuoni dicitur, ep. 123.

Principes purpuratos] id est Romanos Imperatores, insigne Imperij purpura. s̄. epist. 7. lib. 1. purpurati pro Imperatoribus, *qui non affectasset habitum purpuratorum.* vbi plura.

Vt prouerbialiter loquar domi habuit vnde disceret] Terent. Adelph. *Domi habet vnde disceret.* D. Hieron. ad Heliodorum de morte Nepotiani. *Pontificem deserere non audebat, tot in illo cernens exempla virtutum, domique habens vnde disceret.* Salisber. Policrat. lib. 1. cap. 4. *Domi quippe Chironis habuerunt, vnde hæc discerent.* Ennodius, Ioanni, *Domi habes vnde exhortationis meæ viua summas exempla.* Quintil. decl. 87. *domi habet exemplum.*

Tributarias functiones] Constant. in vita S. Germani, cap. 29. l. 1. *Tributaria enim functio præter solitum, &c.* Cassiodor. lib. 4. epist. 50. *Subleuauit onere tributaria functionis.* Saluian. lib. 5.

Tenacitas senum] Apuleius 3. Flor. init. *parentes tenaces.* Horat. 2. Carm.

Te senes parci.

s. epist. 2. l. 7. *Quique per nimiam parsimoniam, &c.* Cicero de Senect.

Totius popularitatis alienus] s. epist. vlt. l. 1. in Peonio reprehendit, quòd esset *populi totius*, popularitas. s. epist. 7. l. 1. & e. 3. l. 2. & 13. l. 8.

Magis prodesse cupiens, quàm placere] s. epist. 2. huius lib. *Quique per nimiam parsimoniam iuueni filio, plus prodesse, quàm placere maluerit.*

In sermone communis] Sic mss. rectè. s. epist. 9. l. 1. *Dignatione communes,* epist. 13. l. 8. *Sine popularitate communem.* vide s. epist. 3. huius libri. vulgò *comis*, vtrumque copulat Cecilius in Cratino: *Modò sit obsequens, hilaris, comis, communis, &c.*

Inimicitias indictas] Hæc illustrant Ræuardus. Vario. lib. 5. cap. 16. Lipsius in Tacitum. 1. Annal. Casellius noster lib. 2. Variar. cap. 11. & Iuretus in Symmachum. lib. 6. epist. 12. Nam olim more maiorum indicebantur inimicitiæ per præconem, vnde indictæ inimicitiæ, de quibus capitalibus odiis, & indictis inimicitiis Philo de specialibus legibus init. & Concilij Ilerdensis can. 6.

Maximè ambiendus, quia minimè ambitiosus] s. epist. 2. l. 3. *Non ambitiosus comitatu, sed ambiendus affectu.* j. epist. 3. l. 8.

Prius Bituriges noueram, quam Biturigas] id est, prius ciues & incolas Biturigarum, quam Biturigas vrbem, Bituriges sunt incolæ, Biturigæ vrbs, *populus Biturix.* s. epist. 8. huius lib. *Ciuitas Biturigum* Notit. Prouinciarum. *Bituriga*, Ciuitas ipsa epist. 5. huius lib. Ammianus lib. 15. sub finem. Gregor. Turon. lib. 1. hist. cap. 31. *Quidam Biturigas ciuitatem adgressus.* Ibidem. *Hæc nunc Ecclesia apud Biturigas vrbem prima, &c.* cap. eodem. *Bituriga vrbs*, & de Gloria Confessor. cap. 80. de vita Patrum cap. 10. *Archadius Bituriga vrbis Episcopus. Bituriga* Bedæ XVIII. Kalend. Februarij. & v. eid. Nouembr. eidem. *Biturica ciuitas.* IIII. Nonas Iulij. & Vsuardo ibidem, cui etiam *Bituriga.* IIII. eid. Ianua. xiij. Kal. Iunij. IIII. eid. Octob. & v. eid. Nouembr. s. *Biturix.* epist. 9. l. 7.

In commilitio] s. epist. vltim. l. 1. epist 6. l. 3. Quintilian. cap. 10. l. 5. Instit. Idem declamat. 271. *Habebo in commilitio fratrum meorum animas.* Plinius epist. 89. lib. 10. *Quem abundè conspexi instructum commilitio tuo,* Iustinus lib. 5. Ammi. Marcel. lib. 14. *Quem à commilitio Argonautarum.* Idem 15. *Aduocato omni quod aderat commilitio,* l. de hæredit. 19. de castrensi pecul. & l. 4. C. eod. tit.

Non tam paruos terminos posui &c.] Idem epist. 14. l. 8. *Namque sanctorum diffusio meritorum stringi spatiis non est contenta finalibus, hinc est quia bonæ conscientiæ modus non ponitur, nec bonæ opinionis terminus inuenitur.* nam *celebritas famæ nihil ignorari de conspicuis viris patitur.* Symmach. e. 96. l. 1.

Vrbium status &c.] Egregia sententia, vrbes non illæ solemnes vrbationes, muri & propugnacula faciunt, sed qui illas incolunt, ciues: vnde in Epirum Pompeius Romam transuexit, id est Senatum & ciues Romanos. Lucan. lib. 5. *Veios Camillus,* ibid. *Veiosque habitante Camillo.*

Illic Roma fuit. Plutarch. in Pompeij vita, Themistoclis, Diogenes in Solone. Dio. lib. 41.

Vergil. 8. *Vrbem qui reuehit nobis, &c.*
id est ciues. Seruius. Donatus. 10. *Dixit, Troiæ quia hominum conseruatione patria seruatur.* Suidas ex Sophocle in κοινὸν ἀνδρόχαι. & l. Cum ratio. §. penult. de bonis damnat.

Aut literarum cathedras] id est, Rhetores fuerunt, passim apud Ausonium, Epigr. 46. de professor. Carm. 7. & aliàs non semel cathedra in ea significatione. De Palladio Rhetore. s. epi. 9. l. 5.

Aut altarium cathedras] id est aut professores, aut Episcopi fuerunt. Cathedræ Ausonio, de Professoribus sæpè Cathedræ Episcopales, s. Optatus l. 1. *Cuius tu cathedram sedes.* ibid. *cuius tu hæreditariam cathedram sedes.* D. August. Serm. de cathedra S. Petri. *Institutio solemnitatis hodierna à senioribus nostris cathedræ nomen accepit, ideò quòd primum Apostolorum Petrum hodie Episcopatus cathedram suscepisse refertur.* Concilij Carthaginensis v. cano. 5. & 8. Collat. Carthaginensis prima, clxxxv. Beda xviii. Kal. Februarij de S. Sulpicio: *Atque inde ad Episcopalem prouectus cathedram.* Ex Palladiorum autem stirpe cathedris præfuerunt, Palladij in agro Biturico Episcopi, quorum postremus Confessor fuit tabulæ Bituric. Ecclesiæ Molanus vi. Idus Maij, S. *Palladius 2. requiescit in sua Ecclesia,* condidisse Palladium Ecclesiam S. Stephani Fortunat. lib. primo Poemat. cap. 4. ait. De ea Gregori. l. 1. de miral. cap. 33. & Histor. l. 1. cap. 31. quam Leucadius senator dedit. Palladius Santonensis. Gregorius Turonensis de Glor. Confessor. cap. 57. & cap. 60. Tabul. eiusdem Eccles. alterius etiam Palladij Santonensis, Histor. l. 7. cap. 31. l. 8. cap. 2. & cap. 43.

Sacerdotis vtriusque familiæ] Ex his liquidum est cathedras. s. de Episcopalibus cathedris intelligendas esse, non vt quidam vir in cæteris doctus, de Rhetoricis, quod absonum est.

Sacerdotis] Laudatin Simplicio quòd à patris & matris familia sacerdotali stemmate gloriosus sit, Lucæ cap. primo idem in Ioanne prædicatur. Petrus Rauennas Serm. 91. *Vt in coniuge sacerdotis, seruata sacerdotalis stemmatis generositas monstraretur.*

Vel vbi educta creuit] id est educata. s. epist. 12. l. 3. *vel educta sit filia.*
Iuuenal. Satyr. 10. *nec illos*
Quos genuit, quos eduxit, nam codice sæuo
Hæredes vetat esse suos.

Diomedes l. 1. *Educo eductus & educatus facit, sed educatus frequentius, Cic. educatus & educata dixit, Vergil. Eductum Ægeria lucis.*

Pater inde felicior incipit esse, quia vincitur.] *Natura gloriosa est virtus, & anteire priores cupit.* Seneca de Benef. l. 3. cap. 36. & paterna pietas à filiis in honore vinci, victoriam ducit, Claud. 4. Consul. Honorij.
Aspice completur votum, iam natus adæquat
Te meritis, & quod magis est optabile, vincit.

Symmach. epist. 20. l. 4. *O te beatum amice si vinceris.* Auitus lib. 6. c. 5.
Has generosa tamen si mente imitabere matres
Gaudebunt vinci dum proficis: ac tibi summam
Sponte dabunt palmam, nec enim vlli candida virtus
Inuidet, inuidiæ quanquam est subiecta malignæ.

s. epist. 11. l. 3. & epist. 7. l. 8.

Metropolitanum] Aquitanicæ primæ Metropolitanus est Archiepiscopus Bituricensis. Noti. Prouinciarum. idem s. *Deque, coramque Metropolitano verba facturus.*

Summum sacerdotem] id est primi ordinis Episcopum. s. epist. 11. & vltimi. l. 4. & epist. 5. & 7. huius libri. vide notas, & adde quod ait D. Ambrosius ep. 34. *Cum san-*

ctos &c. summos sacerdotes Domini intra Gallias haberet. Gaudentius Brixiensis tractatu ordinationis suæ. *Meritò silendi licentiam, à summis sacerdotibus postulabam.* Idem tractat. sequenti. *Et adepti summorum sacerdotum sententiam.* Faustus in præf. l. 1. de lib. arbitr. *Concilium summorum antistitum.* Idem Homel. de vidua (quam Fausti esse coniicio) *Quia quod à summo antistite imperari mihi video, posse me credo.* ȷ̄. epist. vlt. lib. 8.

Secundum vestram veterem consonate] Qua Pontificis eligendi mandastis arbitriū. s̄.c.5.& init. Concio.

SIDONIVS PAPÆ AVSPICIO S. EPISTOLA X.

SI ratio temporum regionúmque pateretur, non per sola officia verborum amicitias semel initas excolere curarem. Sed quoniam fraternæ quietis voto satis obstrepit conflictantium procella regnorum, saltim inter discretos separatósque literarij consuetudo sermonis iure retinebitur, quæ iam pridem charitatis obtentu merito inducta veteribus annuit exemplis. Superest vt sollicito veneratori culpam raræ occursionis indulgeas, quæ quò minùs assiduè conspectus tui sacrosancta contemplatione potiatur, nunc periculum de vicinis timet, nunc inuidiam de patronis. Sed de iis ista hæc etiam multa sunt. Interim Petrum Tribunitium virum portitorem nostri sermonis insinuo, qui idipsum sedulò exposcit, quíque quid negocij ferat præsentaneo compendiosiùs potest intimare memoratu: cui precor, quod in vobis est opis, intuitu paginæ præsentis accedat, manante respectu nihilominus æquitatis: contrà quàm nec magis familiarium causas commendare consueui. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Auspicio Papa] i. Episcopo Tullensi, viro sancto & docto. s̄.c.17. l. 4.

Conflictantium procella regnorum] Romanorum & Burgundionum necnon etiam Gothorum inter se regna discordabant. s̄. epi. 4. l. 3. & epi. 6. huius lib. ȷ̄. epi. 3. l. 9. *Plusque in hoc tempore quo emulantium inuicem sese pridem fœdera, statuta regnorum denuo per conditiones discordiosas ancipitia redduntur.*

Periculum de vicinis timet] id est Gothis. Sidon. e. 4 l. 3. *proximi Gothis*, qui vt regni sui fines extenderent, Aruernis imminebant. s̄. epi. 1. huius lib.

Inuidiam de patronis] id est Burgundionibus. Idem epist. 4. lib. 3. *Proximi Gothis, suspecti Burgundionibus, nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia.* patronis vt ȷ̄. Carm. 12.

Ex quo septipedes videt patronos. id est, Burgundiones. ibi plura.

Tribunitium] s̄. epist. 3. l. 1. *Et ecce Gaudentius meus hactenus tantùm Tribunitius*, epi. 24. l. 4. *Turpio vir Tribunitius*, id est, Tribunus prætorij vide c. 3 l. 1.

Præsentaneo, &c.] epi. 11. l. 6. *Præsentanea coram narratione patefecit*, ȷ̄. epi. 13. l. 8. in fine. *De cætero, quæ ipsi fuerit isto causa veniendi præsentaneo conducibilius, idem poterit explicare memoratu.*

SIDONIVS DOMINO PAPAE GRÆCO S. EPIST. XI.

INuideo felicitati consuetudinarij portitoris, à quo contingit sæpius vos videri. Sed quid de Amantio loquar cum ipsas quoque literas meas æmuler, quæ sacrosanctis reserabuntur digitis, inspicientur obtutibus: Et ego istic inter semiustas muri fragilis clausus angustias, belli terrore contigui desiderio de vobis meo nequaquam satisfacere permittor? Atque vtinam hæc esset Aruernæ forma vel causa regionis, vt minùs excusabiles excusaremur. Sed quod est durius, per iniustitiæ nostræ merita conficitur, vt excusatio nobis iusta non desit. Quocirca salutatione præfata (sicut mos poscit officij) magnoperè deposco, vt interim remittatis occursionis debitum vel verba soluenti. Nam si commeandi libertas pace reuocetur, illud magis verebor, ne assiduitas præsentiæ meæ sit potiùs futura fastidio. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Papæ Græco] id est, Episcopo Massiliensi. ĩ. e.7.& al. passim.

Consuetudinarij portitoris] Glossæ vett. φιλεζωύνδης, *consuetudinarius*. Sulp. Seuerus Dialo.1. cap.8. *consuetudinarium cœnæ tempus*, Cassi. Ere. l.3. cap.vlt. Instit. *Consuetudinarij psalmi*. Saluian. Massil.lib. 3. *consuetudinaria studia*. lib. 4. *consuetudinarij reatus*. lib.6. *consuetudinaria carnes*, Ibid. *consuetudinarius vita vsus*. *consuetudinarius locus*, Cassiod. lib.10. epist.18. *consuetudinaria functio*, eidem l. 9. *consuetudinarius intellectus*, de anima cap. 15. eidem *consuetudinariè* lib.12. c.2.

Amantio] Is erat consuetudinarius portitor, qui sæpè Massiliæ iter relegebat, ĩ. epist. 7. huius lib. *Ecce iterum Amantius nugigerulus noster*. vide epist. 8. lib.6.

Sacrosanctis digitis] Sacrosanctæ dicuntur Episcoporum manus, exinde deosculantur. ĩ. epi.11. l.8. *Sancti &/ Galiscini manu osculata*.

Semiustas] *Semiruta mœnia, semiruti murorum aggeres*, c.2.& 3. l.3. *ambusta murorum facies*, epist.1. huius lib.

Belli terrore contigui] Euarix enim rex Gothorum in Aruernam iugiter incursabat, & eam obsidebat. epist. 7.l.3.e 12.lib.5. e.16. eiusdem lib. & epi.7. huius lib.

Per iniustitiæ meæ merita] Idem e.6. huius lib. *Primum quod mihi quæ mereor introspicienti, quæcunque aduersa prouenerint leuiora reputabuntur*.

Pace reuocetur.] Quæ Græco Massiliensi Episcopo tractanda à Nepote A. commissa erat. ĩ. epi. 7. huius lib. *Vobis pax (quanquam principe absente) non solum tractata reseratur, sed etiam tractanda committitur*.

SIDONIVS FERREOLO SVO S. EPISTOLA XII.

SI amicitiæ noſtræ potiùs, affinitatíſque, quàm perſonæ tuæ, tempus, ordinem, ſtatum cogitaremus, iure vobis in hoc opere (quantulumcunque eſt) primæ titulorum rubricæ, prima ſermonum officia dedicarentur. Iſſet per auitas tibi ſtylus noſter curules: patritias nihilominus infulas enumeraturus non tacuiſſet triplices præfecturas, & Syagrio tuo pro totiens mutatis præconibus præconia non negaſſet, patrem inde patruóſque minimè ſilendos percurriſſet, & quamlibet poſſet triumphalibus adoreis familiæ tuæ defatigari, non tamen eatenus explicandis antiquorum ſtemmatibus exinaniretur, vt ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtuſior, qui ſi etiam in ſcribendis maiorum tuorum virtutibus fuiſſet hebetatus, tuis denuò meritis acuminaretur. Sed ſalutationem tibi publicam deſtinaturus, non quid fuiſſes, ſed quid potiùs nunc eſſes conſiderauit. Prætermiſit Gallias tibi adminiſtratas tunc, cùm maximè incolumes erant. Prætermiſit Attilam Rheni hoſtem, Thoriſmodum Rhodani hoſpitem Aëtium Ligeris liberatorem ſola te diſpoſitionum ſalubritate toleraſſe: proptérque prudentiam tantam, prouidentiámque, currum tuum prouinciales cum plauſuum maximo accentu ſpontaneis ſubiiſſe ceruicibus, quia ſic habenas Galliarum moderarêre, vt poſſeſſor exhauſtus tributario iugo releuaretur. Prætermiſit regem Gothiæ ferociſſimum, inflexum affatu tuo melleo, graui, arguto, inuſitato: & ab Arelatenſium portis quem, Aëthius non potuiſſet prælio, te prandio remouiſſe. Hæc omnia prætermiſit, ſperans congruentiùs tuum ſalue, Pontificum, quàm ſenatorum iam nominibus adiungi: cenſuítque iuſtiùs fieri, ſi inter perfectos Chriſti, quàm ſi inter præfectos Valentiniani conſtituerere: neque te ſacerdotibus potiùs admixtũ vitio vertat malignus interpres. nam grandis ordinum ignorantia tenet hinc aliquid derogaturos, quia ſicuti cùm epulum feſtiuitas publica facit, prior eſt in prima menſa conuiua poſtremus, ei qui primus fuerit in ſecunda: ſic abſque conflictatione præſtantior ſecundùm bonorum ſententiam computatur honorato maximè, minùs religioſus. Vale. Ora pro nobis.

Ferreolo] Præfectorio viro, poſtea Epiſcopo Arelatenſi. 7. hac epiſt.

Si amicitiæ noſtræ] 5. e. 9. l. 2. *Inter agros amœniſſimos, humaniſſimos dominos Ferreolum & Apollinarem tempus voluptuoſiſſimum exegi.*

Rubricæ] Tituli minio rubebant, & rubrica miniabantur. Ouid. de triſt.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Terentianus, *Inſtar tituli fulgidula notabo minio*, vnde *minuſcularij*. l. 3. Cod. Theod.

de indulg. debitor. qui titulos fiscales libris illinebant. ĵ. e.6.l.8. vbi plura.

Patritias curules] Intellige sellas, vt ĵ. epist. 8.l.8. de Syagriorum patricia stirpe. ĵ. e. 8. l. 8.

Pro totiens mutatis praeconibus, praeconia non negasset] Inter insignia Praefecturae Praetorianae, praeco numeratur, ŝ. epi.3.l.4. Vopis. in Aureliano l.4.C. Th. de deserto. vel occult. eorum.l.36. C. eod. de cursu publ.l.80. de decurionibus.l. 34. de extraor. siue sor. mun. Symm. e.17. & 36. lib. 10. Et Iulianus Nouella 38. vt ergo Syagrius triplices gessit praefecturas, sic totiens, id est, tripliciter mutauit praecones. ĵ. Carm. 7. ver.472. *voluitque sonoris*

Praeconem mutare tubis. vide notas.

Acuminaretur] id est, acueretur. Plinius: *Quarta Lunae cornu Septentrionale acuminatum, atque rigidum*. Idem Pompo. Sabinus l. 1. Georg. D. Hieron. in Apolog. ad Domnionem *Fortis est &c. in disputando nodosus, &c. tenax, & qui obliquo & acuminato pungat capite*. Prudent. in hymno S. Vincentij.

Fragmenta testarum iubet, Hirta impolitis angulis

Acuminata, informia, Tergo iacentis sternerent.

ĵ. epist.1.l.8. *Quorum fugere linguas cote liuoris naturaliter acuminatas*.

Gallias tibi administratas] Nam Ferreolus Praef. Praetorio Gallias administrauit. ŝ. epist.7.l.1. *Ferreolus Praefectorius*, & 9. lib. 2. *Quia Ferreolo Praefectorio viro, &c*. de eodem in Propempt.

Prisci Ferreolum parem Siagrij.

Erat enim Ferreolus ex Siagriorum prosapia. Sid. hac ep.

Administratas] Praefectus praet. Galliarum, Gallias regere dicitur. ŝ. epist. 12.l. 3. in Carm.

Post praeteria recta Galliarum.

Vide quae notaui, & adde quod ait idem epist. vlt. l. 1. *Solus inuentus est, qui ad Gallias administrandas, &c*. ĵ. hac epist. *Quia sic habenas Galliarum moderare, &c*. epist. 6. l.8. *Quae regis prouincias fascibus, &c*. ĵ. Carm. vlt.

Rectorem columenque Galliarum.

Tunc cum maxime incolumes erant] Fusis enim ab Aethio & Maioriano Francis, vt tradit Sidoni. in Paneg. Maioria Felice & Tauro Coss. Cassiodor. in Chroni. postque captum Litorium, mediis Æthio & Auito Romani & Gothi pacis foedus icerunt, Iordanes in histor. Gothorum. Coss. Theodosio XVII. & Festo. Prosper in Chron. *Pax cum Gothis facta, &c*. Idem Diaconus in Theodosio. Aug. Prosper An. Theodosij. XVII. *Pacatis motibus Galliarum Aetius ad Italiam regreditur*. plura ĵ. Carm. 7.

Attilam Rheni hostem] Sedes Attilae & Chunnorum erant Dacia & Pannoniae, ab Occasu Galliae Belgicae, à Circio Germaniae ad fines & conterminae, Aethicus. vnde saepius Attila Belgas & Germanos infestabat, praeter historiae scriptores, laudatio Attilae à Chunnis decantata: *Qui inaudita ante se potentia, solus Scythica & Germanica regna possedit*. Iordanes. ĵ. Carm. 7.

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis

In campos se Belga tuos. vide notas.

Thorismodum Rhodani hospitem.] Thorismodus rex Gothorum ex foedere cum Vvallia pacto Aquitaniam incolebat secundam, ab Oceano ad Rhodanum. ŝ. epi. 1. huius lib. quam vide & epi.4.l 3. obserua obiter annominationem, hostem, hospitem. ŝ. e.7. huius lib.

Ætium Ligeris liberatorem] nam cum Romani ad Meridionalem plagam habitarent vsque Ligerim, Gregor. Turon.l. 2. cap. 9. Histor. Aetius cum Burgundionibus & perfidis Gothis saepè conseruit, Ligerimque à barbarorum incursibus asseruit. ĵ. e.15.l. 8. nec solius Ligeris liberator, sed totius sospitator Occidétis, salusque

Reip. fuit. Mar. Comes in Chro.& Diacon.in Martiano & Valentiniano. Iordan. de rebus Geti. Erric. Monach.lib.5. *Magna salus patriæ (nomen fuit Ætius illi.)*

Dispositionum] id est administrationum. s̄.c.6.l.3.& epi.7.l.5. *Dispositiones numerariis,* Notit. vtriusque Imperij: *Sub dispositione viri inlustris Pref. prat. Galliarum.* Et Nouella Theodosij. & Valent. de Patrimonialibus rei dominicæ, &c. & Nouel. de postulando, &c.

Currum] Præfectura prætoriana curru vehebatur. Vopiscus, in Aureliano. Notitia Imperij. Symmach. epist.17.lib.10. Cassiodor. c.3.l.6. & lib. 2. Instit. diuin. *Si præfectum vox præconis enuntiet, si carpentum ipsius strepentibus rotis transire noscamus, &c.* l. vni. C. de Honoratorum vehiculis. Aldhelmus de laudibus virginitatis, cap. 9. *Sed aliter sedet in carruca præfectura dignitas.*

Possessor exhaustus] Nouel. Maioriani, de indulgen. reliq. *possessor exhaustus. exhaustio* Nouel. de offic. & numer. & Nouel. Valentiniani de Indulg. reliq. s̄ c.13.l.5. *inauditis indictionum generibus exhaurit.*

Tributario iugo] .i. tributarium onus, Hincmarus. in hist. S. Remigij, *Ipsosque ad terram eorum sub iugo tributario constituit.* Isidorus in Chro. Era. cccclxvij. *Vt melius sit illis cum Gothis pauperes viuere, quàm inter Romanos potentes esse, & graue tributi iugum portare.* Aimoinus l. 1. cap. 3. *Nec fuit in reliquum gens, quæ Francos iure belli, sub iugo redigeret tributi.*

Releuaretur] Signatè locutus est. l. 3. C. Theod. de desertoribus: *Protostasiæ onere biennio releuetur.* Saluian. l.5. *Nam sicut sunt in aggrauatione primi pauperes, ita in releuatione postremi.* Anianus l.1. Cod. Th. de Censu siue adscriptione: *Si tabularij aut hi quibus exactionis libri traduntur potentiores voluerint releuare, & quod releuauerint inferioribus addiderint, &c.* S. Gregorius l.3. epi. 5. *Releuare onus tributi.* & Nouel. Theodosij de releuatis, adæratis vel donatis possessionibus. Egesippus lib. 2. cap. 1. *Tributorum allevamentum.* Nouella Theodosij de tributis fiscalibus, &c. in fine. *Vt releuati concessa cognoscant.* Cassiod. epist.36. l. 4. *Nam si fessis minimè releuetur onus.* Aurel. Victor. in Nerua. *afflictas ciuitates releuauit.*

Tributario iugo releuaretur] Valentiniano VII. & Auieno. Coss. Nouella Theodosij & Valentiniani, de indulgentiis reliquorum. Notandum autem est Ferrolum Præf. præt. fessas & exhaustas tributis Gallias releuasse, id est, vt Galliæ releuarentur tributis decreuisse Ferreolum, & id decretum postea Imperatorem cõfirmasse, j. Carm. 7.

> *Eligitur primus iuuenis solus mala fractæ*
> *Alliget vt patriæ, poscatque informe recidi*
> *Vectigal, procerum tum fortè potentior illic:*
> *Post etiam princeps Constantius omnia præstat.*

Saluianus lib. 5. *Si quando enim vt nuper factum est, defectis vrbibus minuendas in aliquo tributarias functiones potestates summæ existimauerunt, illicò remedium cunctis datum, soli inter se diuites partiuntur.* Formula Præfect. prætorianæ: *Gratanter implemus, quæ ille constituit, cuius reuerentia & nos ita constringimur, vt sine dubitatione faciamus, quæ illum decreuisse cognoscimus.* Cassiod. lib. 6. c.3. annitente ergo Ferreolo. Præf. præt. Galliarum atque etiam decernente, Galliæ tributario iugo releuatæ sunt. hinc lumen epistolæ 14. l. 4. Polemio Præf. præt.

Regem Gothiæ] Orosius l.7.¦ c. 43. *essetque vt vulgariter loquar Gothia, quod Romania fuisset.* Aluarus Apolog. de Gothia s̄ epist.1.l.3.

Regem ferocissimum] .i. Theodoricum. j. Carm.7. *res mira & digna relatu*
> *Quòd fueris blandus, regi placuisse feroci.*

Affatu tuo melleo] *Quod fueris blandus, regi placuisse feroci.* j. Carm.7. *Potentium quippe inimicitiæ obsequendo potius, quàm resistendo franguntur.* Donatus Aeneid.8. Eucherius Regũ 1. cap.17. *Plerumque enim superbus diues exhortationis blandimento pacandus est, quia*

plerumque dura vulnera, per leuia fomenta mollescunt, &c. Cassiod. ep. 45. lib. 1. *Frequenter enim quod arma implere nequeunt, oblectamina suauitatis imponunt.* Flectuntur potius, quàm franguntur impotentum animi.

Quem Æthius non potuisset praelio] Theodoricum regem Gothorum rupto dissolutoque fœdere, ab Vvallia decessore suo cum Constantio Cæsare pacto, magna vi Arelatem oppugnare adortus est, sed virtute Æthii remotum fuisse tradunt historici. Prosper in Chron. Theodosio XI. & Valentiniano Coss. *Arelas nobile oppidum Galliarum, à Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Æthio, non impuniti abscederent.* vbi mendosè legitur Arehillas, vt & apud Diaconum in Theodos. iuniore, mutuatis à Prospero verbis. Prosper Pith. *Arelas à Gothis per Æthium liberatur.* Isidorus in Chron. Gothor. *Theudoridus post Valliam regnat ann. XXIII. qui regno Aquitanico non contentus, pacis Romanæ fœdus recusat, exercitum mouet, Arelatem nobilissimum oppidum Galliæ obsidet, à cuius obsidione, imminente virtute Æthij Romanæ militiæ ducis, remotus abscedit.* Hi Chronographi historiam perstringunt, multaque supprimunt: ego crediderim Theodoricum & virtute Æthii, & humanitate Ferreoli ab Arelate remotum fuisse, virtute Æthii, obsidione liberata est Arelas, & Theodoricus amolitus, humanitate Ferreoli eum iterum se ad obsidionem Theodoricus accingeret, emollitus. Et hoc est quod ait Sidonius.

Pontificum] Ex his verbis colligo Ferreolum post prætorianam Galliarum præfecturam, Arelatensem episcopum fuisse, j. hac epistola: *Neque te sacerdotibus potius admixtum*, &c.

Senatorum] Præfecti prætorio in senatu sententiam ferebant, senatoresque erant, s. epist. 6. lib. 3. De eodem Ferreolo ep. 7. lib. 1. *ita vt non minus se legatum, quam senatorem reminisceretur.*

Si inter perfectos Christi] Qui relictis omnibus Deo se deuouent. Prouerbior. cap. 24. & 26. Matthæi cap. 19. Lactantius lib. 5. Institution. cap. 15. Rebus enim omnibus renuntiabant olim antistites, vt se totos Deo dederent, dicarent. j. ep. 3. lib. 9. ob studium perfectionis s. ep. 4. lib. 1.

Præfectos Valentiniani] id est, in Valentiniani III. principatu præfecturam Galliarum administrares, s. de patre suo epistola 9. lib. 5. qui post diui Honorii excessum, à consobrino Theodosio in imperium accitus est. ex Renato Frigerido Gregorius noster lib. 2. Hist. cap. 8. Constantius lib. 1. cap. 14. 20. 23. & 25.

Vitio vertat] s. epist. 14. lib. 4. Polemio præf. præt. Gall. *At si videtur humilitas nostra professionis habenda contemptui.* Vide Notas.

Prior est in prima, &c.] Sic mss. Verùm quia hæc in vulgatis malè dispuncta verba intellectu difficilia videntur, meus Sidonii perspicua est, primæ mensæ postremus conuiua, prior est eo, qui primum locum tenet in secunda mensa. Et ita hæc dispungenda sunt: prior est in prima mensa, conuiua postremus, &c. Dixit autem *prior ei*, vt j. epist. 14. huius lib. *Inferior est caro vita, sic vita rationi.* & s. epist. 9. libri. *Quod habet huic eminenti scientia conscientiam superiorem.* Vetus & innominatus Philonis interpres quæst. in Genesim 84. *quibus fallacia videtur, fortitudine pretiosior.* s. Conc. init. *Sit etiam mihi institutione, facundia, priuilegio, tempore, ætate præstantior.* ep. 18. lib. 4. *multum priori quæ fuit hactenus capaciorem.*

Honorato maximè, minus religiosus] Ecclesiasticus ordo omnibus ordinibus antecellit, & vltimus Ecclesiastici ordinis prior est & præstantior primo Honoratorum. Saluianus lib. 2. ad Eccles. Catholicam: *Et quos vtique tantò antistare cæteris oportet, quantò antistant omnibus dignitate.* Gregorius ad Siagrium Augustodun. *Cum sacerdotii dignitas alios videatur dignitatibus eminere.* Cassiodorus epistola 2. lib. 6. *Vt summus Deus sicut putauere cultura locum primarum possideret.* Sextæ synodi in Trullo can. 7. in fine: *Quandoquidem secularibus seu mundanis dignitatibus spiritales præstantiores esse scimus.* Plura si velis, consule epist. 2. S. Clementis ad Iacobum fra-

trem Domini. Constantini Pragmaticum, & Sulpicium Seuerum in vita S. Martini cap.23.necnon Paulinum & Fortunatum, vide etiam Salisberiensem Policrat. lib.4.cap.3. & Balsamon.in suprad.synodo 6.

SIDONIVS SVLPICIO SVO S.

EPISTOLA XIII.

HImerius antistes filius tuus, notus mihi hactenus, parum vultu, satis opinione (quæ quidem in bonam partem porrigebatur) Lugdunum nuper à Tricassibus venit, quò loci mihi raptim ac breuiter inspectus, sanctum episcopum Lupum facilè principem Pontificum Gallicanorum, suæ tam professionis magistrum quàm dignitatis auctorem, morum nobis imitatione restituit. Deus bone! quæ viro censura cum venustate, si quid deliberet forte, vel suadeat? abundat animi sale cùm consulitur, melle cùm consulit. Summa homini cura de literis, sed maximè religiosis:in quibus eum magis occupat medulla sensuum, quàm spuma verborum. Tota illi actionum suarum intentio,celeritas,mora, Christus est. Quodque mirêre, vel laudes, nihil ociosum facit, cùm nihil faciat non quietum. Ieiuniis delectatur, eduliis adquiescit,illic adhæret propter cõsuetudinẽ crucis,istis flectitur propter gratiã charitatis: Sũmo vtrũq; moderamine,quia comprimit quoties prãdere statuit, gulã:quoties abstinere,iactãtiã,officia multiplicat propria,vitat aliena.Cũque ipsi vicissim deceat occurri,gratiùs habet si sibi mutuus honor debeatur magè quàm repẽdatur. In conuiuio,itinere, consessu, inferioribus cedit: quo fit, vt se illi voluptuosiùs turba postponat superiorũ. Sermonẽ maximo temperamẽto cùm colloquente dispensat, in quo non patitur aut vllam verecundiam externus, aut familiaris iniuriam, aut credulus inuidiam, aut curiosus repulsam, aut suspiciosus nequitiam, aut peritus calumniam, aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbæ in Ecclesia seruat,in foro serpentis astutiam, bonis prudens, malis cautus, neutris callidus iudicatur. Quid plura? Totum te nobis ille iam reddidit:totam tuam temperantiam, religionem, libertatem, verecundiam, & illam delicatæ mentis pudicissimam teneritudinem iocunda similitudine exscripsit. Quapropter quantum volueris deinceps frui secreto, indulgere secessui, licebit indulgeas: quandoquidem nos in fratre meo Himerio,auũ nomine,patrem facie, vtrumque prudentia iam tenemus. Vale.

Himerius antistes] Quantum ex hac epistola colligo, Tricassinus episcopus fuit, & S. Lupi successor, in tabulis Tricassium. S. Chimelianus & Chamelianus, & Caminianus in vet. Martyrolog.

Tricassibus] s. epist. 4. lib. 6. *Tricassium ciuitas* Notit. Prouinc. Vetus Martyrol. *Trecass. B. Caminiani Episcopi & Confessoris.*

Lupum facilè principem] s. epist. 1. lib. 6. *Pater patrum, & episcopus episcoporum.*

Sue tam professionis, &c.] id est, Himerius, qui morum imitatione restituit S. Lupum. Hist. S. Lupi: *Successit autem ei dignus illo honore sacerdos Camelianus eius morum imitator.*

Medulla sensuum] Nam vt ait D. Hieronymus ad Paulinum: *Totum quod legimus in diuinis libris nitet in cortice, sed dulcius in medulla.* Anti-Claudianus lib. 1. in fin.

Grammaticos humiles, qui sola cortice gaudent,
Quos non admittit, intus pinguedo medulla.

Sensus, est sanguis & medulla verborum. Gellius lib. 18. cap. 4. D. Hieron. Pammachio epist. 26. *Sed Prophetarum cottidie medullas bibas.*

Quàm spuma verborum] id est, verborum bullæ, prima tantùm cutis, ac sententiarum species. Pers. Saty. 1.

Arma virûm, nonne hoc spumosum, & cortice pingui?

D. Hieronym. Pammachio epist. 26. *cito turgens spuma dilabitur.* Claudianus Mamercus lib. 1. cap. 8. de statu animæ: *Dumque imperitas aures puerilium verborum spuma conspuunt.* Fulgent. lib. 1. Mytholog. *Neque enim illos de his exspectas affectus, quos aut poema ornat, aut deflet tragædia, aut spumat oratio*, &c. Ecclesiasticos autem tractatóres & prædicatores magis occupare debet medulla sensuum, quàm spuma verborum, s. epist. 3. & 9. lib. 9. D. Hieronym. Damaso epist. 125. quæst. 2. *Laudentur vel volunt, & inflatis buccis spumantia verba trutinent, mihi sufficit sic loqui vt intelligar*, &c.

Prandere, abstinere] Antiquitus ieiunantes non prandebant, s. epist. 11. lib. 6. in Conc. & ep. sequenti, vbi nos plura.

Simplicitatem columbæ] Iuuenalis Satyra 2.

vexat censura columbas.

Vetus interpres: *Columbas retulit ad simplicitatem: auis innocua*, Tertull. de Monogam. eidem: *Animal simplicitatis & innocentia, quod etiam corporaliter ipso felle careat columba: ideoque estote, inquit, simplices sicut columba.* Idem aduersus Valentin. init Paulinus ep. 12. ad Senerum: Eucherius in Formulis ad Veranium cap. 5. & Prosper parte 3. Promission. 17.

In foro serpentis astutiam] Serpentes pro astutis. Clemens Alexandrin. ad Gentes statim init. Pædag. 1. cap. 5. & 6. idem Strom. lib. 6. D. Ambros. Psal. 37. & lib. 5. Hexam. cap. 7. Epiphan. li. 1. to. 3. Hæresi 37. contra Ophitas. Hæc autem duo pleréque coniunguntur, ne fallamus, aut fallamur. Ennodius:

Mens nostri lactis, species manifesta columbæ,
Astutia serpens, Martiniane vale.

D. Hieronymus ad Paulinum de institutione Monachi: *Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis, non multum distat in vitio vel decipere posse, vel decipi.* Faustus de libero arbitr. lib. 2. cap. vltimo: *Faciamus hominem simplicem, faciamus astutum: simplicem, ne malum callidus inferat, astutum, ne incautus incurrat.* Idem S. Bernardus epist. 327. ad Papam Innocentium: In Ecclesia ergo simplicitas, in foro astutia seruanda est: hic ne decipiaris: illic, ne decipias.

Malis cautus, neutris callidus] Differentia vocabulorum ea est: cautus est, qui sibi cauet: callidus, qui fraudes callet, & fallax est. Isidorus lib. 10. *Cautus à cauendo dictus, callidus, fraudulentus*, &c. Donatus Æneid. 2. penes init. *Vltro obuius venientibus fieret callidus magis, quàm cautus.* vbi de Sinone. Faustus de libero arbitrio lib. 2. cap. vlt. Vide suprà. Notam s. epist. 2. huius lib. *callidus viator*, id est, fraudulentus. idem epist. 7. lib. 5. *Tiberio callidior.* & ep. 13. lib. 3. *callidus reformandi.*

Exscripsit] Plin. lib. 5. ep. 16. *Totumque patrem mira similitudine exscripserat.*

Auum nomine, patrem facie] Nepotibus auorum nomina indebantur, 5. epist. 9. lib. 5. Aquilino, in fine. vide quæ notaui 7. Carm. 5. vbi de Maioriano Aug. Maioriani aui cognomine, & Gaudentio Æthij filio, quibus (vt credo) die nominalium, auorum nomina imponebantur.

SIDONIVS PHILAGRIO SVO S.
EPISTOLA XIIII.

PRoximè inter summates viros (erat & frequens ordo) vestri mentio fuit. Omnes de te boni in commune senserunt omnia bona, cùm tamen singuli quique varia virtutum genera dixissent. Sanè cùm sibi quippiam de præsentia tua quasi te magis nossent, præter æquum gloriarentur, incandui: quippe cùm dici non æquanimiter admitterem, virum omnium literarum vicinantibus rusticis, quàm institutis fieri remotioribus notiorem, processit in vlteriora contentio: & cùm aliqui super hoc errore pernicaciter controuersarentur (idiotarum siquidem est, sicut facilè conuinci, ita difficilè compesci) constanter asserui, si eloquentibus amicis nunquam agnitio contemplatiua proueniar, esse asperum, vtcumque tolerabile tamen: quia præualeant ingenia sua, coram quibus imperitia ciuica peregrinatur ad remotarum desideria prouinciarum, stylo adminiculante porrigere: per quem sæpenumero absentum duntaxat institutorum tantus colligitur affectus, quantus nec præsentanea sedulitate conficitur. Igitur si ita est, desistant calumniari communis absentiæ necessitatem, vultuum magè quàm morum prædicatores. Equidem si humana substantia rectiùs mole quàm mente censenda est, plurimùm ignoro quid secundùm corpulentiam per spatia quamuis porrecta finalem in homine miremur, quo nihil æquè miserum destitutumque nascendi conditio produxit: quippe cùm præbeat tanquam ab aduerso, boui pilus, apro seta, volucri pluma vestitum: quibus insuper, vt vim vel inferant vel repellant, cornu, dens, vnguis, arma genuina sunt, membra verò nostra in hunc mundum sola censeas eiecta, non edita, cumque gignendis artubus animalium cæterorum multifario natura præsidio, quasi quædam sinu patente mater occurrat, humana tantùm corpora effudit, quorum imbecillitati quodammodo nouercaretur. Nam illud (sicuti ego censeo, qui animum tuum membris duco potiorem) non habet æqualitatem, quòd statum nostrum supra pecudes veri falsíque nescias, ratiocinatio animæ intellectualis euexit: cuius si tantisper submoueant dignitatem isti, qui amicos ludificabundi non tam iudicialiter, quàm oculariter intuentur, dicant, velim, in hominis forma quid satis præstans, quid spectabile putent! proceritatemne? quasi non hæc sæpe congruentiùs trabibus aptetur. An fortitudinem? quæ valentior in

leoninæ

leoninæ ceruicis toris regnat. An decorem lineamentorum? quem crebrò meliùs infigit, & argilla simulacris, & cæra picturis. An velocitatem? quæ competentiùs canibus ascribitur. An vigilantiam? cui certat & noctua. An vocem? cui non cesserit asinus claritate. An industriam? cui pro suo modulo comparari nec formica formidat. Sed forsitan præferunt vim videndi: tanquam non sit eminentior visus aquilarum. Præferunt audiendi efficaciam: tanquam sus hispidus non antistet auditu. Præferunt odorandi subtilitatem: tanquam non præcedat vultur olfactu. Præferunt gustandi discretionem: tanquam non plurimum hinc nos cedimus & simio. Quid de tactu loquar, quinto sensu corporis nostri, quem sibi indifferenter tam philosophus, quàm vermiculus vsurpant? Taceo hîc de appetitibus illecebrosis, quos in coitu motui beluino carnis humanæ voluptas inclinata communicat. Ecce quam miseriam præferunt excoluntque, qui mihi quod eis solo sis obtutu notior, turgidi insultant. Ast ego illum semper Philagrium video, cuius si tacentis viderem faciem, Philagrium non viderem. Vnde illud simile vulgatum est, quod ait quidã in causa dispari, sententia pari: *Filium Marci Ciceronis Populus Romanus non agnoscebat loquentem*. Conclamata sunt namque iudicio vniuersali scientiæ, dignitas, virtus prærogatiua, cuius ad maximum culmen meritorum gradibus ascenditur. Primùm etiam bestiale corpus, si iam fortè formatum est, dignitate transcendit materiam informem. Deinde formato præponitur corpus animatum. Tertiò præcedit animam pecudis humanus animus. Quia sicut inferior est caro vitæ, sic vita rationi: cuius assequendæ substantiam nostram compotem Deus artifex, ferinam verò impotem fecit. Ita tamen, quod in statu mentis humanæ pollet bipartita conditio. Nam sicut animæ humanitus licèt ratiocinantes, hebetes tamen pigrioresque prudentum acutarumque calcantur ingenio: Ita si quæ sunt, quæ sola naturali sapientia vigent, hæ peritarum se meritis superueniri facilè concedunt. Quorum ego graduum differentiam obseruans, illum Philagrium cordis oculo semper inspicio, cui me animus potentialiter notum, morum similitudine facit. Nam licèt bonis omnibus placeas, nemo te plus valuit intrinsecus intueri, quàm qui forinsecus affectat imitari. Sanè qualiter studiorum tuorum consectaneus fiam, consequta paginæ parte reserabitur. Amas, vt comperi, quietos: ego & ignauos. Barbaros vitas, quia mali putentur: etiam ego, si boni, lectioni adhibes diligentiam, ego quoque in illa parum mihi patior nocere desidiam. Comples personam religiosi, ego vel imaginem. Aliena non appetis, ego etiam refero ad quæstum, si propria non perdam. Delectaris contuberniis eruditorum, ego turbam quamlibet magnam literariæ artis expertem,

maximam solitudinem appello. Diceris esse lætissimus: ego quoque lacrymas omnes perire definio, quas quisque profuderit, nisi quotiens Deo supplicat. Humanissimus esse narraris: nostram quoque mensulam nullus, vt specum Polyphemi, hospes exhorruit. Summa clementia tibi in famulos esse perhibetur: nec ego torqueor, si mei, quoties peccauerint, non toties torqueantur. Ieiunandum alternis putas: non piget sequi, ad prandendum non puder præuenire. De cætero si vos à me videri Christi munere datur, ita gaudeam, tanquam cui de te nec minora subtracta sint. Porro autem quæ sint in te maiora, iam satis noui. Propter quæ fieri faciliùs potest, vt & si quandoque faciem tuam coram positus inspexero, aliqua de te recens mihi lætitia potius quàm sententia accedat. Vale in Christo.

FILAGRIO] viro inlustri, ex antiqua & inlustri Filagriorum familia, de qua s̄. ep.3.lib.2.& Carm.7, cui patriciatum annitente Felice consule, Maiorian. August. contulit. s̄. ep.3.lib.2.

Omnes de te boni in commune] Idem s̄. ep.11. lib.3. & ep.8.hu.lib. Prosper contra collatorem in fine: *Bene ergo de eo omnes in commune senserant*. Plin. *De huius nequitia, sanguinariisque sententiis, in commune omnes super cœnam loquebantur*, s̄.ep.7. lib.7. *In commune consulere*, j.ep.9.lib.9. *in commune dequestus es.*

Virum omnium literarum] s̄. epist.1.lib. 5. *Magnum hoc est, & literarum viro conuenientissimum.*

Vicinantibus] s̄.ep.2.lib.2. *vicinante textrino*. epist.9.lib.6. *vicinaretur innocentiæ festinata correctio*, & aliàs passim: *Cororum capiti vicinantium*. Cœlius Aurelian. l.2. Acut. morb.cap.6. *Autumni tempore quod hyemi vicinatur*. eiusdem lib.cap.13. & cap.14. *vicinantis cordis*. & cap.16. *vicinantia latera, ossibus vicinantibus.*

Idiotarum] id est, simplicium & rusticorum. s̄. ep. 11.lib.4. *Ne idiotarum quidem imperitorumque sciscitatio repudiaretur. simplex, rudis, impolita, idiotica anima*. Tertullian. de testim. ani. *idiota*. eidem ad martyres: & D. Cyprian. de Ascens. Christi, & Gregor. in Præfat. de gloria confess. Cœlian. Aurelian. lib. 1. acutor. morbor. cap.11. *apud inertes quos idiotas appellant*. Idem cap.35. *quem plurimi idiotæ cordis dolorem vocauerunt*. Isido. Gloss. *idiota, imperitus, ignarus.*

Sicut facilè conuinci, ita difficilè compesci] Nam bruti illi & bardi non ratione, sed peruicacia controuersantur. Cassiod. lib.5. ep.44. *Nec pertinaciæ vitium vos amare, quod brutis hominibus videtur accidere.* distinct.46. *Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant. Et hæc est loquentia (vt aiebat Candidus) quæ impudentissimo cuique maximè contingit.* Plin.ep.20.lib.5.

Stylo adminiculante] *Turpilius Comicus tractans de vicissitudine literarum: Sola, inquit, res est, quæ homines absentes præsentes facit*. D. Hieron. ad Niceam Hypodiaconum.

Tantus colligitur affectus] D. Hieronymus ad Florentium epist. *Quod ego te ante incipio amare, quàm nosse*. Idem ad Paulinum de institut. monachi: *Ad teipsum veniam Symmistem sodalem meum, & amicum: amicum, inquam, meum, antequam notum.*

Præsentanea] s̄. ep.10.hu.lib. j.13.lib.8.

Vultuum mage quàm morum] *Et verè optimus quisque morum præstantius pulchritudine placet*, &c. s̄. ep.2.lib.5.

Rectiùs mole, quàm mente] In eam sententiam videndi sunt D. August. lib. 8. de Trinitate, & Claudian. Mamerc. de statu animæ cap. vlt.

Corpulentiam] i. molem corporis, s̄.ep.13. lib.5. *Balenarum corpulentiam.*

Quippe cùm præbeat] In eam sententiam Zeno Veronensis: *Singula quæque animalium à conditore omnium Deo ad defensionem ac tutelam sui occasiones quasdam proprias acceperunt, quibus saluti suæ cùm necesse fuerit auxilium ferant.* Vide Cicer. 2. de Nat.Deor. & 5.de Finib. Senecam de Benefic.lib. 4. cap.18. epist. 76. & epist. vlt. in fine: Plinium in Prolog.lib.7. lib.11.cap.45. lib.18. cap.1. Quintil.lib.2.cap.18. & declamat. 306. Clement. Alexand. lib.3. Stromat. in fine: Minutium in Octauio: Lactant lib.6.cap.10. de opific.Dei cap.2.& 3.& in Epit. Egesippum lib.3.cap.17.D. Ambros.Hexamer.lib.6. cap.5. Boetium de Consolat.lib. 3.prosa 8. Cassiodor. de Anima cap.16. Policrat.lib.8. cap. 12.

Arma genuina sunt] Seruius Æneid. 11. *Arma sunt vniuscuiusque rei possibilitas.* Minutius: *Quidue animantium loquar aduersus sese naturam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentium septas, & fundatas vnguis,* &c. Marius Victor lib.1. Genes.

Vnumquodque suo donauit munere largus,
Armauitque manu, cornu, pede, dente, veneno, &c.

Egesippus lib.3.cap.17. *Sed morsus ferarum arma sunt, dentes earum gladij.* Vide supradict. auctores, quorum tantùm capita adnotaui.

Ratiocinatio] Seneca ep.76. *In homine optimum quid sit? Ratio.* Hac antecedit animalia. Arnob. lib. 3. Vegetius de re veterinaria lib. 1.cap. 39. & Cassiodorus lib.3. ep.17. in fine.

Proceritatemne? Vide Senecam epist.76.& vlt.sub finem: Boetium de Consolat. Prosa 8.lib.3. Policrat.lib.8.cap.12. Claudian.Mamerc. de statu animæ lib.2.cap.10.

Canibus ascribitur] In cane sagacitas prima est, si inuestigare debet feras, cursus si consequi. Ouid.2. Fastor.

Sapocitos egi per iuga summa canes.

Vnde canibus nomen *celer.* Columella lib.7.cap.12. *velocior homo canibus.* Seruius in Donatum arte 2. de Salmoneo, & acupedio.

Formica] Ælian.de var.hist.lib.8.cap.24.& 25.Sextus Auien. Fab.34. Claudian. Mamerc.lib.2.cap.3. de stat.ani.& Saluian.lib.4.

Visus Aquilarum] Claud.Mamerc.lib.2.cap.9. *Visus homini belluæque communis est, sic tamen vt nonnullæ irrationabiles animantes, præ hominibus videant acumine videndi.* Tertullian. de anima, cap.de substant.animæ in fine. Iulian. A. Iamblicho. Idem Maximo philosopho. D. Ambros.Hexamer.lib.5.cap.18.& Ennod. Auieno, de aquilæ visu, quæ Solis radios sustinet.

Antistet] i. antecellat. Fulgent. *Antistare dicimus præcellere.* Ennius: *Plebes in hoc regi antistat loco, licet lacrymare plebi, regi honestè non licet,* refert Hieron.in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum. Lucretius 5.

Herculis antistare autem, si facta putabis.

Probus in Aristide: *In his autem cognitum est quantò antistaret eloquentia innocentia.* Gellius lib.7.cap.5.lib.9.cap.12. Tertull.& Marcellino protritum vocabulum. Lactantius lib. 7.cap.15. *qui quanto cæteris omnibus regnis antistant.* D. Hilarius in Matthæum can. 10. *si passeribus antestabunt.* ex Tertulliano de persecutione, & aduersus Gnosticos, Censorinus de die natali cap. 15. Mela lib.2. cap 5. *Sed antistat omnes Attacinorum, Decumanorumque colonia.* Auienus in ora maritima:

Tartesiorum Iuris illic insula
Antistat vrbem, Noctiluca ab incolis
Sacrata pridem.

l.1.Cod.de offic. Vicarij: Ausonius Period.23. Iliad. *aliosque alij genere certationis antistant.* Symmach.epist.1.& 15.lib.1. idem epist. 43.lib.3. Saluian. 2. ad Eccles. Cath. *tanto antistare cæteris oportet.* idem 3. *& qui antistat in Euangelio sacro.* Iordanes de reb. Geticis, *nec valens antistare.* de Hecdicio. Isidorus lib.7.cap.12. abundè nimis.

Cuius si tacentis] Apul.init.Florid.lib.1.de Socrate: *Qui cùm decorum adolescentem,*

& diutulè tacentem conspicatus foret: vt te videam aliquid eloquere, scilicet Socrates tacentem hominem non videbat: etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie & animi obtutu considerandos, &c.

Filium M. Ciceronis, &c.] Hæc cuius auctoris sint nescio, filium M. Ciceronis degenerem fuisse & ineloquentem testatur Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 30. Spartianus in Seuero: Plutarchus in Cicerone, & D. Hieronym. ad Furiam init. *Et quibus nati sunt liberi, suo generi responderunt? exhibuit Ciceronis filium patrem in eloquentia?* &c. Suppresso nomine Solinus: *Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt, sed hoc bonum hæreditarium nunquam fuit, nisi in familia Curionum, in qua tres serie continua oratores fuere.* Nam, vt ait Cassiod. in præfat. *Contingit enim dissimilem filium plerumque generari.* Victor in Caligula.

Primum etiam bestiale, &c.] Vide Claud. Mamerc. de statu animæ lib. 1. cap. 13. & cap. 21. lib. 3. cap. 14. in fin. & cap. 15.

Deus artifex] *Natura artifex*. Macrob. lib. 1. cap. 6. in Somn. Scip.

Hac peritarum] s. epist. 17. lib. 4. *Experiere per dies, quantò antecellunt belluis homines, tantò anteferri rusticis institutos.*

Superuenire] id est. superari, vt s. ep. 12. lib. 3. in Carm. *Hos illic meritis superuenire*,

Morum similitudine] supr. ep. 9. lib. 5. Plin. ep. 15. lib. 4. *Cùm sit ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum morum similitudo.* Idem ep. 20. lib. 7. Quintil. Declamat. 307. *iungit enim amicitias similitudo morum*, &c. Cassian. Collat. 16. cap. 3. *In his igitur cunctis vnum genus est insolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officij vel munerum magnitudo, contractusque cuiusdam ratio, vel natura necessitas iungit, sed sola similitudo virtutum.* idem Collat. 16. cap. 28.

Forinsecus] s. epist. 2. lib. 1. ep. 1. lib. 3. à foris deductum vocabulum. Apul. lib. 3. & lib. 9. Cœlius Aurelian. Chron. lib. 2. cap. 1. & lib. 5. cap. 8. D. Cyprian. *Pudicitiæ frustra intrinsecus laborioso agone custodit, quod forinsecus efficit infamari.* Lactan. de opific. Dei: *non forinsecus vt cætera, sed interius armauit.* Palladius lib. 1. cap. 40. de re rustica: Ammian. libro 19. & 21. Solinus: *Pindarum è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinsecus Castor & Pollux vocarunt.* Optatus lib. 1. Prosper Aquitan. lib. Sentent. 381. l. 4. Cod. Theod de desertoribus. pro quo in l. 1. Cod. eod. tit. Tribonianus subtrusit *extrinsecus*. Vet. interp. Nouel. Iustin. 46. cap. 3. & Iordan. cap. 42. satis nouè forensia signa D. Ambrosio Hexam. lib. 6. cap. 9. pro externa. vbi de fronte: *Quæ signis forensibus externam exprimat voluntatem.*

Consectaneus] Tertull. in Apolog. dist. 83. *Sed & qui crucis nos religiosos putat, consectaneus noster erit.*

Consequa] *Consequa natura est*, &c. Sic vett. libri Lucretii l. 5. Apul. l. 5. de Cupidine à Psyche euolante: *Et per nubilas plagas penduls comitatus extrema consequa, tandem fessa delabitur solo.*

Complet personam religiosi] Ennod. pro 4. synodo Roman. *Personam rei, innocentia bonus æstimator impleuit.* sup ep. 9. lib. 4. *complet monachum.*

Aliena non appetit] supra. ep. 5. lib. 2. *alieni non appetens.* Vide quæ notaui, & insuper nota vetustissimi moris fuisse, facultatibus hæreditariis vt nihil addere, ita nihil imminuere. Vet. interp. Iuuen. Sat. 1. *Moris erat apud antiquos, ne quis adderet possessionibus suis, aut de illis minueret.* Clemens Alexandrin. ad Gentes, vbi de veteri consuetudine. vnde Auson. Epicedio in patrem:

Litibus abstinuit, non auxit, non minuit rem.

Et alieni adpetentiam leges vindicabant. D. Hieron. ad Eustochium, de custodia virginit. *Auaritia tibi quoque vitandum est malum, non vt aliena adpetas, hoc enim publicæ leges puniunt*, &c. Phædrus lib. 1. Fabul. *Amittit meritò proprium, qui alienum adpetit.*

Humanissimus] i. lautus, & bene pascens, humanus, & humanitas, in ea significatione Sidonio sæpe, sup. ep. 14. lib. 4.

Vt specum Poliphemi] Petron. *Fingite, inquit, nos antrũ Cyclopis intrasse.* ĩ. Car. 22. init.
Summa clementia] Idem in Epitaphio Filimachiæ epist. 8. l. 2. *domina Clemens. clemens est qui non irascitur.* Donatus. Adel. Idem, Sidoni. laudat in Vectio epist. 9. l. 4. *Quod familiam iudicio regeret, non dominio.* Seneca e. 47.
Ieiunandũ alternis] Faustus, Felici. *Alternis hiemales dies ieiuniis transigantur.* postea; eadem ep. *Vel alternis diebus, donec vis longæ consuetudinis sensim dissuescatur, accipere, &c.*

Ad prandendum, non pudet præuenire] Ieiunandum antea dixit, postea prandendum: nam vt ex Sidonio epist. 13. huius lib. & 12. l. 6. clarum est, ieiunantes non prãdebant. Vt manifestius sit, præter Eusebium l. 2. cap. 17. hist. & Sozomenum lib. 1. cap. 12. Paulinus epist. 6. ad Amandum, sub finem. *Cottidiana ieiunia non refugit, & pauperem mensulam vespertinus conuiua non horruit.* paulò post. *nam vt solemnitas paschalis reuocauit dies prandiorum.* Cassian. Collat. 21. cap. 19. *Quare igitur tota quinquagesima abstinentiæ rigorem prandiis relaxamus, &c.* Vide Augustin. ad Eccles. Cathol. l. 1. cap. 33. Pet. Chrysologus, Serm. 8. *Qui non ieiunat pauperi, Deo fingit: qui ieiunans prandiũ suum non erogat, sed reponit, cupiditati probatur ieiunare, non Christo. Ieiunantes ergo fratres prandium nostrum reponamus in manu pauperis, quod venter nobis fuerat perditurus.* Idem Concil. Cabillonensis. can. 5. *Diebus verò ieiunij eleemosyna facienda est, & cibum siue potum quo quisque vti debuit, si ieiunauerit, pauperibus eroget, quia ieiunare & cibos prandij ad cœnam reseruare, non mercedis, sed ciborum est incrementum.* Cæsarius, Homel. 2. & 13. *Quod Ecclesia ieiunante, prandere volumus.* Idem Hom. 8. *Quoties cum sit corpore sanus, aliis ieiunantibus, prandere voluerit, &c.* Nec ante nonam horam ieiunium soluere licebat. Prudentius in hymno SS. Fructuosi & Augurij,

> *Ieiunamus ait, recuso potum*
> *Nondum nona diem resignat hora.*

Cassianus Collat. 2. cap. 26. *Ideóque commodum satis & vtile, hora nona refectionis tempus indultum est.* Concilij Cabillonensis. can. 5. Burchardus lib. 19. cap. 5. de contemptu ieiunij: ex his perspicuus est Sidonij sensus, cum ieiunandum alternis est: Filagrium Sidonius sequitur, & iuxta eum ieiunat, cum non ieiunandum, id est prandendum, ad prandium, Filagrium præuenit.
Ita gaudeam] Gregor. Turon. l. 1. cap. 27. histor. *Cumque mihi vas illud sors dederit, quæ Papa poscit, adimpleam*, pro adimplebo, vt hîc gaudeam, pro gaudebo. Symmac. epi. 90. lib. 1. *Studium quod scribendis orationibus exhibeam.* ṡ. epist. 13. l. 4. ĩ. Carm. 5. vers. 650.

SIDONIVS SALONIO S. EPISTOLA XV.

QVotiens Viennam venio, emptum maximo velim, vt te fratrémque communem colonum, ciuitatis habitatio plus haberet, qui mihi non amore solùm, verum etiam professione sociamini. Sed & ille imputationem meam prætextu frequentatæ suburbanitatis eludit: per quam efficitur, vt nobis, nec præsens ipse, nec reus sit. & tu habes, quo te interim excuses, quia te diu possidet vix recepta possessio. Quicquid illud est, iam venite, hac deinceps conditione discessum impetraturi, vt aut vicissim redeatis, aut serius. Namque licèt ruri positi strenuos impleatis agricolas, tunc verè propriam terram fœcundabitis, si Ecclesiam quam plurimum colitis, plus colatis. Vale.

Salonio] Salonij meminit Gennad. cap. 63. in Eucherio, & in Saluiano, cap. 83. vterque ad Salonium scripsit. Eucherius in librum 1. Instructionum ad Salonium. *Qui vixdum decem natus annos eremum ingressus, inter illas sanctorum manus non solum imbutus, verùm etiam enutritus sis ab Honorato patre, illo inquam primum insularum, posteà etiam Ecclesiarum magistro: cum te illic beatissimi Hilarij tunc insulani tyronis, sed iam nunc summi pontificis, doctrina formaret, per omnes spiritalium rerum disciplinas, ab hoc etiam te consummantibus sanctis viris Saluiano atque Vincentio, eloquentia pariter sapientiáque præminentibus.* Ex his S. Eucherij facilè intelligis, quis iste Salonius fuerit, primùm Lyrinẽsis Monachus, posteà Episcopus. Saluianus in præfat. & ad Eccles. Cathol. ad Salonium Episcopum: *Quæris à me, ô mi Saloni charitas mea*, postea: *Sed quia tibi ô mi Saloni, decus nostrum atque subsidium.* Item in fine. *Habes ô mi Saloni charitas mea.* Item. *Vale decus nostrum atque subsidium.* Saluiani antea in Lerino discipulus, præter Eucherium. Saluianus ad Eucherium epist. plura. ĩ. scripsit in parabolas Salomonis & Ecclesiastem.

Viennam] quidam Salonium Viennensem Episcopum crediderunt, Episcopum fuisse clarum est, Viennensem non fuisse claro clarius, nec ab Adone in albo Episcoporum numeratur.

Emptum maximo velim] Adagium. Vergilius lib. 10.

magno cum optauerit emptum

Item

magno mercentur Atrita

Paulus l. 33. ad legem Aquiliam. *Veluti filium tuum naturalem occiderit, quem tu magno emptum velles.* Claudian. l. 3. de raptu.

Et aspectus misera non ferre parentis
Emptum morte velit.

Fratremque communem] .i. Veranium, qui Salonij frater erat. Saluianus Eucherio epist. *Tam illum ornent à quo sunt geniti*, vbi de Salonio & Veranio. Isidorus de viris illustribus cap. 16. de Eucherio, *ad Salonium & Veranium fratres Episcopos.* & *Dialogus Salonij ad Veranium fratrem*, Is etiam Lirinensis Monachus, iisdem præceptoribus quibus frater institutus fuit, postea Episcopus. vide. ĩ. Eucherij Lugdunensis filios Eucherius, & Saluianus videntur innuere. Cum Ado Treuir. Gallæ vxoris meminerit, Consortiæ & Tulliæ tantum XVI. Kal. Decemb. filios spirituales fuisse dixerim potius. ĩ. epist. 17. huius lib.

Professione sociamini] Professionis nomen satis indicat, Salonium & Veranium religiosos fuisse, ŝ epist. 13. l. 4. Et quidem postmodum Episcopos, vt dixi. Gennadius cap. 63. de Saluiano. *Ad Salonium Episcopum librum vnum.* Isidorus. *Ad Salonium & Veranium fratres Episcopos.* Saluianus Eucherio, *& quia iam dispensatione diuina atque iudicio, etiam magistri Ecclesiarum esse cœperunt.* in fine eiusdem epist. *Vt qui fuerunt discipuli quõdam mei, sint nunc cottidie oratores.* Gennadius in Eucherio: *Disseruit etiam ad personam filiorum Salonij & Veranij postea Episcoporum, obscura quaque sanctarum capitula scripturarum.* Errasse, qui Viennensem Episcopum prædicarunt Salonium ŝ. docui, non minus errare qui Lugdunensem prædicant, paucis docebo. Tabulæ Lugdunensis Ecclesiæ, Eucherij successorem *Salonium* vocant, non est quod his tabulis fidem adhibeas, multi enim inrepserunt in album, vt hic Salonius post Eucherium, necnon Veranus post Salonium, & post Veranum Desiderius, post eum Patiens, qui successor fuit Eucherij, reliqui ex hoc albo expungendi sunt, & suis Ecclesiis, quibus præfuerunt, reponendi: Desiderius Viennæ reddatur, vel adstipulante Beda in Martyr. x. Kal. Iunij. Adone III. Id Febr. &, Adone in Chronico, Sigeberto. & tabulis Viennensis Eccles. in Lugdunensi territorio, super fluuiũ Calaronam, in Prisciniaco villa, iussu Brunichildis occisus, inde natus error. Salonius Genuæ reddatur. Vsuardus IIII. Kal. Octobris. *Ciuitate ianuæ S. Saloni Episcopi, & Confessoris.* Ado: *Genua ciuitate, depositio Salonij Episcopi.* Et si in Martyr. Rom.

Salomonius legatur, & Per. Equilinus lib. II. cap. 163. *Salomon* scribat: in Martyrolog. Bedæ *Solonnus*: in ms. Carthusiæ *Salonis*: Idem est cum hoc nostro Sidoniano, qui (vt id in transcursu) in vert. Salomus, necineptè, & Salomo, qui in Salomonem elegans opus conscripsit, hoc ipso nomine sui cognominis inuitatus. Ad extremū Veranius Venciensi reddatur ciuitati. Vetus Codex Cœnobij Lerinensis, in quo nomina sunt Episcopum, Abbatum, & Monachorum, qui ex Lerino in Diuorum numerum relati sunt: *S. Veranus Venciensis Episc.* Item. *S. Lambertus Venciensis Episcopus.* Qui duo inter Lugdunenses Episcopos numerantur Beda, Vsuard. & Ado. III. eid. Nouemb. Est autem Venciensis ciuitas, Viennensis IIII. Notit. Prouin.

Quis te diu possidet, vix recepta possessio] Sidonius salsè ait Salonium possideri à possessione, & non possessionem possidere, vt notet Salonium plus æquo fundum excolere. Idem epist. 8. l. 8. *Fundum si mediocriter colas possides, si nimium possideris.* ibi plura.

Ruri positi] Ita loquitur lex 3. Cod. de feriis. §. *ruri tamen positi, &c.* Symmach. Iuliano epist. I. lib. 3. *Ruri positus vectigal tibi solemne dependo. in rure positi*, Gregorius Turon. l. 4. de miracul. cap. 22.

Impleatis agricolas] Ī. e. 9. l. 8. *Mortalem tamen implet obsecrando.* Petrus Chrysologus. Serm. 17. *Implet iudicem.* Policrat. lib. 6. cap. 5. in fine. *Strenuum militem possunt implere*, Item l. 8. cap. 12. *Agere et implere sordidum histrionem.* s̄. ep. præced. *complet personam religiosi.*

Si Ecclesiam quamplurimum colitis] Salonius enim & Veranius erant doctores egregij, vt ex Eucherio & Saluiano. s̄. notaui, sieque Ecclesiam plurimum colebant, *plus colatis* adiecit, id est habitetis, incolatis. Non possum tamen non mirari, cur in titulo epist. Papæ nomen inscriptum non sit, cum vtrumque Saluianus ad Eucherium, magistros Ecclesiarum appellet. i. Episcopos, quique vt Episcopus Arausicano Concilio subscripsit. Acta Concil. Cúrue Salonium eiusque fratrem Veranium ad Viennam euocet è villa, quam illi non procul à Vienna excolebant.

SIDONIVS CHARIABAVDI ABBATI S. EPISTOLA XVI.

FAcis, ô vnice in Christo patrone, rem tui pariter & amoris & moris, quòd peregrini curas amici literis mitigas consolatoriis. atque vtinam mei semper sic recorderis, vt solicitudines ipsas angore succiduo concathenatas, qui exhortator attenuas, intercessor incidas. De cætero libertos tuos causis quas iniunxeras expeditis, reuerti puto, quos ita strenuè constat rem peregisse, vt nec eguerint adiuuari: per quos nocturnalem cucullum, quo membra confecta ieiuniis, inter orandum cubandúmque dignanter tegare transmisi: quanquam non opportunè species villosa mittatur hyeme finita, iámque temporibus æstatis appropinquantibus. Vale.

In Christo patrone] s̄. ep. vlt. lib. 4. *Quid pater noster in Christo, &c.*

Facis rem amoris] s̄. *Facturas rem charitatis.* epist. 17. l. 5. *res voluptatum*, Plauto Amphit. *res facti.* IC. in l. r. de acquirend. vel amitt. poss. *Rem summæ virtutis affectant.* Collat. 18. cap. 7. Cassianus. vide s̄. Cassiod. epist. I. l. 6. *Rem victoriarum agitis.* Ī. epist. 9. l. 9. *Res fortis accurrit.*

Amoris & moris] annominatio. idem epist. 4. l. 9. Symmachus epist. 59. l. 3. Quæ dudum aliis ex more delata sunt, nobis amore seruata. Idem epist. 14. l. 4. nunc honor Sportulæ suscipiendæ culmini tuo, & more & amore soluendus est. Aemil. Probus. in Cymone, non magis amore quàm more ductus.

Nocturnalem cucullum] Quo noctu vtebantur, Iuuenal. Satyr. 6.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Idem 8.

quo se nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Lamprid. in Heliogab. *cucullione tectus ne agnosceretur.* Illis monachi ad curam corporis, & ad simplicitatem vtuntur. Cassianus lib. 1. Instit. cap. 4. diebus & noctibus. eod. auctore. Regula S. Benedicti, cap. 55. & Vvuliermus Mimatensis l. 5. cap. de nocturnis in fine.

Cucullum] *cucullio*, Catoni. cap. 136. & Lampridio, *cucullа.* D. Ambros. Serm. vlt. D. Hieron. de testamento Hilarionis. *Omnes diuitias suas ei derelinquens, Euangelium scilicet, & tunicam sacceam, cucullam, & palliolum.* Paulinus ad Citherium. *geminat cuculla munere.* Ennod. Apodemiæ. *Sic tu domina mea longè à corpore degentem Ennodium perquisisti, offerendo desideratis nobile munus aspectibus, accepi cucullam qualem debuit dirigere profitenti religionem.* sicque Sidonius Abbati Cariabaudi cucullum misit.

Species villosa] Species vestis l. 18. de auro & argen. leg. l. vlt. §. species de legat. l. vlt. Cod. de milit. veste. l. 4. Cod. de vestibus oloueris, l. 2. & l. 10. Cod. de Murilegulis. Ammianus l. 14. *At Tyrij textrini præpositum cœlari speciem perurgebat.*

Hieme finita] Villosus cucullus appetente æstate non tempori mittebatur, nam rasi & depiles erant æstiui cuculli, villosi autem hiemales. eundem iocum iocatur Martialis, lib. 2. Epigr. 85.

Dona quod æstatis, misi tibi mense Decembri,
Si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

Hieme autem cucullis huiusmodi vtebantur, vti frigore, vento, & niuibus muniti essent. vetus interpres. Iuuenal. Satyr. 7. ad hæc *niuesque caduci.* *Cadurcum, quidam cucullum dicunt candidum, propter hiemes & niues comparatum*: Regula S. Benedicti. cap. 55. *Cucullam in hieme villosam, in æstate puram aut vetustam.* Petrus Aruernus Venerab. lib. 3. epist. 28. & Collatio Sanctorum Abbatum Aquisgranis habita.

SIDONIVS VOLVSIANO FRATRI S. EPISTOLA XVII.

Ivbes me, domine frater, lege amicitiæ, quam nefas est lædi, iam diu desides digitos incudibus officinæ veteris imponere, & sancto Abrahæ die functo næniam funebrem luctuosis carminibus inscribere. Celeriter iniunctis obsecundabo, cùm tua tractus auctoritate, tũ principaliter amplissimi viri Victorij Comitis deuotione præuẽtus, quem iure sæculari patronum, iure Ecclesiastico filium, excolo vt cliens, vt pater diligo: Qui satis docuit, quæ sibi aut qualis erga famulos Christi cura ferueret, cùm thorum circa decumbentis antistitis, non dignitatem minùs quàm membra curuatus, ac supra vultum propinqua morte pallentem, dolore concolor factus, quid viro vellet lacrymis indici-bus

e D. Cardin. Baron. l. com. 6. anno 480 [illegible]

bus ostenderet. Et quia sibi maximas humandi funeris partes ipse præripuit, totum apparatum supercurrentis impendij, quod funerando sacerdoti competeret, impartiens, saltem ad obsequium, quæ remanserunt, verba conferimus, nihil aliud exaraturi styli scalpentis impressu, quàm testimonium mutuæ dilectionis. Cæterùm viri mores, gesta, virtutes, indignissimè meorum vilitate dictorum ponderabuntur.

Abraham sanctis meritò sociande patronis,
Quos tibi collegas dicere non trepidem?
Nam sic præcedunt, vt mox tamen ipse sequare:
Dat partem regni portio martyrij.
Natus ad Euphratem pro Christo ergastula passus,
Et quinquennali vincula laxa fame,
Elapsus regi truculento Susidis oræ,
Occiduum properas solus adusque solum.
Sed confessorem virtutum signa sequuntur:
Spiritibúsque malis fers fugitiue fugam.
Quáque venis, lemurum se clamat cedere turba:
Dæmonas ire iubes exul in exilium.
Expeteris cunctis, nec te capit ambitus vllus,
Est tibi delatus plus onerosus honor.
Romuleos refugis ByZantinósque fragores,
Atque sagittifero mœnia fracta Tito.
Murus Alexandri te non tenet, Antiochique:
Spernis Elissea Byrsica tecta domus.
Rura paludicolæ temnis populosa Rauennæ,
Et quæ lanigero de sue nomen habent.
Angulus iste placet, paupertinúsque recessus,
Et casa cui culmo culmina pressa forent,
Ædificas hic ipse Deo venerabile templum,
Ipse Dei templum corpore facte prius.
Finiti cursus istic vitæque viæque,
Sudori superest dupla corona tuo,
Iam te circunstant paradisi millia sacri,
Abraham iam te comperegrinus habet.
Iam patriam ingrederis, sed de qua decidit Adam
Iam potes ad fontem fluminis ire tui.

Ecce, vt iniunxeras, quæ restant, sepulto iusta persoluimus. sed si vicissim charitatis imperiis, fratres, amicos, cõmilitones obsequi decet, ad vicem quæso tu quoque, quibus emines institutis, discipulos

eius aggredere solari: fluctuantémque regulam fratrum destitutorum secundùm statuta Lirinensium patrum vel Grinincensium festinus informa: cuius disciplinæ si qui rebelles, ipse castiga: si qui sequaces, ipse collauda. Præpositus illis quidem videtur sanctus Auxanius, qui vir (vt nosti) plusculum iusto & corpore infirmus, & verecundus ingenio: eóque parendi quàm imperandi promptior, exigit te rogari vt tuo ipse sub magisterio monasterij magister accedat: & si quis illum de iunioribus spreuerit tanquam imperitum vel pusillanimen, per te vnum sentiat vtrumque non impunè contemni. Quid multa? Vis vt paucis quid velim agnoscas? quæso vt Abbas sit frater Auxanius supra congregationem, tu verò & supra Abbatem. Vale.

Volusiano fratri] Sic mss. rectè. Idem epist. 18. l. 4. *Certè frater Volusianus.* postea Turonensis Episcopus fuit, & Perpetui successor. Gregor. lib. 2. cap. 26. & lib. 10. hist. cap. 31. & ab Vvarige Rege Gothorum in Hispaniam relegatus, quòd à Gothis suspectus haberetur, & fautor Clodouei Regis, cuius & Childerici temporibus vixit, Gregor. l. 10. hist. non Childerici filij Clodouei, vt Baronius falsus est, in Martyrol. Rom. xv. Kal. Febr. Quod ex hac epi. elatum est, & ex Gregorio nostro l. 2. hist. cap. 25. & 26.

Naniam funebrem] Idem. s. epist. 8. l. 2. *Postque precatu parentis orbati naniam funebrem, &c.* adde quod ait Pacat. in Paneg. *Funebres nænias, & carmen exequiale.* Acro. Ode 1. l. 2. Diomedes, l. 3. *Apud Romanos autem id carmen, quod eum lamentatione extremum atque vltimum mortuo accinitur, nænia dicitur. carmen lugubre* Porphyrioni. *sepulchralem,* pro funebrem, legitur in omnibus mss. Apuleiana vox, quòd scilicet sepulcro S. Abrahæ inscripta fuit nænia.

Luctuosis carminibus] id est, elegis. s. epist. 8. lib. 2. *Naniam funebrem non per elegos, sed per hendecasyllabos, &c.* Ouid. 3. Eleg.

Flebilis indignos Elegia solue capillos.

vide Diomedem l. 3.

Victorij Comitis] Quem Euarix Anno Regni sui, XIIII. ducem Aruernæ præposuit, Gregorius Turon. lib. 2. hist. cap. 20. vbi multa de Victorio Comite, & cap. sequenti in fine, quæ ex hac epistola desumpta sunt. Idem lib. 1. de miracul. cap. 45. *Igitur quodam tempore Apollinaris cum Victorio duce Italiam petiit, quò (vt aiunt) apud vrbem Romam interfecto, &c.* Idem de Glor. Confess. cap. 33. Ad S. Amabilis patroni Ricomagen. *Tumulum cū dux Victorius despexisset orare, defixo è regione equo nequaquam poterat amouere, &c.* Idem, in vitis patrum de S. Abraham. *Erat enim eo tempore beatus Sidonius Episcopus, & Victorius dux, qui super septem ciuitates principatum, Eorico Gothorum Rege indulgente, susceperat.* Item eius Epitom. ms.

Quem iure sæculari patronum] De eodem Victorio. s. epist. 10. l. 4. in fine, *modò redux patronus indulgeat* in Erroneum omninò sensum, & insubidum hunc Sidonij locum contorsit Ræuardus ad l. 12. de Reg. Iuris. *Moris erat vt humiliores ciues totos se dederent, eáque ratione potentiores quidem patroni, humiliores verò clientes dicebantur, quò spectat illud Sidonij, quem iure sæculari patronum, &c.* Quæ prorsus sunt à Sidonij mente auersa, versáque in alienum sensum, quod adieci ne Ræuardus funem erroris ducat, & sequaces habeat.

Iure Ecclesiastico filium, &c.] Quia iure sæculari Regibus Pontifices, ducibus Episcopi obsequium debent, in Ecclesiasticis rebus iure Ecclesiastico duces E-

piscopis, Pontificibus Reges & Imperatores parentiam præstare tenentur. Fulgentius in libro prædestinationis & gloriæ: *Quantum pertinet ad huius temporis vitam, in Ecclesia nemo Pontifice potior, & in sæculo, Christiano Imperatore nemo celsior, inuenitur.* Gelasius Papa ad Anastasium Imp. *Duæ sunt quippe Imperatrices Augusta, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata Pontificum, & Regalis potestas, &c.* Idem de Anathematis vinculo: *Sed cum ad verum ventum est, eundem regem atque pontificem, vltrà sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium vendicauit.* Carolus Mag. l. 5. cap. 168. *Principaliter itaque totius sanctæ Dei Ecclesiæ corpus in duas eximias personas in sacerdotalem videlicet & Regalem, sicut à sanctis patribus traditum accepimus, diuisum esse nouimus; &c.* Idem Lupus Ferrariensis epist. 81. ad Amulum. & D. Bernardus ad Eugenium PP. de Considerat. lib. 4. & Iuo. epist. 195. Elegantissimè Erricus Monachus lib. 1. de vita S. German. & Guntherus Ligurini lib. 6. sub mediū. Ergo vt in suo statu Respublica stet, atque Ecclesia, nec Episcopi Regum, nec Reges Episcoporū iura contra iuris iniuriam vsurpent.

Decumbentis antistitis] i. Abrahæ primarij Abbatis, qui in Cœnobio S. Cyrici in suburbio vrbis Aruernæ, reliquos antistabat, & supra se nullum habebat, vnde antistes dictus est.

Humandi funeris] id est sepeliendi cadaueris. 3. Carm. 16.

Seu magè funeribus mentem destractus humandis.

Valer. Antias: *Deinde funere locato, ad forum descendit.* Isidorus in Gloss. *Funus, cadauer defuncti.*

Apparatum] Cum pompa & apparatu veteres humabantur. 3. epi. 8. l. 2. quam consule. Gregor. Turon. in vitis Patrum, de S. Abraham. *Ibique cum honore sepultus est.*

Abraham] Iure & merito vel assertore Sidonio vindicatus fuit Abraham, vrloquitur Optatus, & in Diuorum numerum relatus. Gregor. Turon. lib. 2. hist. cap. 21. *huius* (Sidonij) *tempore, cum adhuc apud vrbem Aruernā Victorius cuius supra meminimus, moraretur, fuit in monasterio Beati Cyrici vrbis ipsius Abbas, Abraham nomine: qui fide atque operibus Abrahæ illius prioris refulgebat.* Idem de vita Patrum lib. secundo cap. 3.

Patronis] id est sanctis, qui patroni sunt, & Dij ciuitatum Turelares. Idem epist. 1. l. 7. de S. Iuliano Briuatensi in fine: *Quia vobis hinc redit pars patroni.* 3. epist. vltim. l. 9.

Natus ad Euphratem] Iuuenalis hemistichium Satyr. 1. *quamuis*

Natus ad Euphratem, &c. Gregor. Turon. *Igitur Abraham iste super Euphratis fluuij littus exortus est.*

Pro Christo ergastula passus] Gregor. Turon. *Ad visitandos eremitas adire Ægypti solitudines concupiuit, quò dum tenderet, à paganis comprehensus, & multis pro Christi nomine adfectus verberibus in vincula conijcitur.*

Et quinquennalis] Gregorius. *in quibus* (vinculis) *per quinque annos exultans, Angelo soluente laxatur.*

Vincula laxa] Quia quinquennalis fames crura tenuarat, atque ita vincula laxarat, 3. Carm. 2.

Despiciens vastas tenuato in crure cathenas.

Et Carm. 16.

Lubrica crura cui tenuat sub compede carcer.

Gregor. de S. Nicetio. *Cathenæ suras attriuerant.*

Regi truculento Susidis oræ] id est Regi Persarum. Susa arx munitissima & magnificentissima, & nobile oppidum, quod Reges Persarum incolebant, à quo hic *Susidis ora, & Aula Susidis.* 3. epist. 9. l. 8.

Occiduum properas] Solutus vinculis & ab Oriente profugus, in Occiduam plagam properat. Gregor. *Occidentalem quoque plagam visitare cupiens.*

Sed confessorem] Martyrol. Roman. XVII. Kalend. Iulij. *Aruernis S. Abraha illustris sanctitatis, ac miraculis Confessoris*, Confessorem dixit ex eo quod coram truculento Rege Persarum Christum liberè confessus est: & in ea significatione confessor Tertull. & eius discipulo Cypriano. non semel alij notarunt.

Expeteris cunctis] s. in Conc. *maximè ambiendus, quia minimè ambitiosus.* Idem epi. 2. lib. 3.

Est tibi delatus plus onerosus honor] Adagij vice. Idem epist. 8. l. 8. & epist. 2. l. 9. Petrus Chrysologus serm. 6. *Ergo homo quod dederis da secreto, vt quod dederis non sit oneris, sed honoris.* Idem Sermo. 88. *Et in tali fœnore animæ, non oneris sed honoris prædulcis currit vsura.*

Mœnia fracta Tito] i. Hierosolymam quam Titus & Vespasianus euertit. Præter cæteros quos sciens omitto, Petrus Chrysolog. Serm. 42. Sic Iudæam vltor Christi sanguinis Romanus deleuit exercitus. Balsamo Nicenæ Synodi. can. 7. & D. Hieronymus ad Eustochium de Paula. quæ ab Ælio postea Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis in Heliam suscitata est: in omnibus mss. fracta, non capta, vt pius imposuit D. Hiero. Dardano epi. 129. sub finem. Prosper in Chron. *Vrmma à Gothis effracta, ad quam se Iouinus contulerat.*

Elissæ Birsica tecta] Tertullian. in Apolog. dist. 154. *Elissa enim esse conditrix Carthaginis dicitur*, D. Hiero. aduersus Vigilant. 5. Carm. 7.

Perfida Elissææ crudescunt classica Birsæ.

Rura paludicola] Quia loco palustri sita est. s. epist. 8. l. 1. Silli. &

Lenta paludosæ proscindunt stagna Rauennæ

Populosa] id est, populo conferta. Ammia. Marcel. l. 21. *Quod ad exemplum vrbium matris populosæ & celebris. Alemanni gens populosa.* Aurelia. Vict. in Antonino. Cōcil. Sardic. can. 6. *populosa ciuitas*, Prudent. in Hymno Martyr. Cæsaraugustan.

Vix parens orbis populosa Pœni.

populositas. s. epist. 9. l. 1.

Et quæ lanigero de sue nomen habent] id est Mediolanum. Isidorus l. 15. cap. 1. *Vocatum autem Mediolanum ab eo quod ibi sus in medio lanea perhibetur inuenta.* Claudian. de nuptiis Honorij *ad mœnia Gallis*

Condita, lanigeri suis ostentantia pellem.

Erricus Monachus lib. 5. de vita S. Germani.

Vlteriora petens claram defertur in vrbem,
Quam Mediolanum fertur dixisse vetustas,
Fama ferit (quanquam famæ non creditur omni)
Quondam intestinis flagrans quòd Gallia bellis,
Expulerit proprios violento Marte colonos
Sedibus è propriis, Latio qui forte coacti
Hanc construxerunt collatis stipibus vrbem,
Dicentes medio facti de nomine lanium
Quòd cum prima nouis struerent fundamina muris,
Lanea sus media perhibetur parte reperta.

Angulus iste placet] Horatiana inuitatio l. 2. Ode. 6.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet. vbi vet. interp. Acron. *Pro loco autem angulum posuit.* Hic Aruernia designatur. Idem s. e. 7. huius lib. *Siquidem nostri hic nunc est, infelix angulis status.* i. Aruerniæ.

Paupertinusque recessus] s. epist. 10. l. 2. *Paupertinus culmus. paupertinus sermo* e. 7. l. 3. vide quæ notaui, & adde quod ait Marcellin. lib. 14. *Ex turba autem minima, sertus &*

paupertinæ. lib. 26. *paupertina domus*. ibid postea: *Est autem Sabaia ex hordeo vel frumento in liquorem conuersus paupertinus in Illyrico potus*. lib. 23. *assueti victui vili, & paupertino*. lib. 25. *paupertina contubernia*. Symmach. ep. 8. lib. 1. *paupertinum*. In Aruernia autem larem collocasse S. Abraham, paret etiam ex Gregor. *Occidentalem quoque plagam visitare cupiens Aruernus aduenit.*

Et casa cui culmo culmina pressa forent] Stephanus Tornacensis Episc. ms. ex Bibliotb. Nicol. Fabri viri op. & erudiss. ad Suessionensem Episcopum epist. hæc Sidonij verba vitio scriptoris immutata refert. *Ruri habitas sæpe retracto illud distichon Sollij Sidonij*:

Angulus iste placet, paupertinusque recessus;
Secana cui culmo culmina tecta nitent.

In mss. & vulgatis omnibus culmina pressa forent. *casæ; subterrea domuncula*. Festus & *agrestes*. Isidor. lib. 15. c. 12. l. vn. Cod. Theod. de campo Mart. vrb. Rom. Glossæ vett. καλιὸς ἀγροικικὸς οἶκος, *casa, tugurium* item σκηνὴ ἀγροικικὸν, *casa, tugurium*. item σκηνὴ ἀγροικικὸν casa, *tugurium* Isido. in Glossis *tugurium, casa*. à qua *casaria* Festo lib. 3.

Culmo culmina] Tropologicum loquendi genus, nam culmina à culmo dicta sunt. Seruius Æglo. 1. *Culmen, eo quòd culmis tegitur, hinc prisca rusticanorum ætas habitabat, ideo culmina dicta sunt, quia veteres de culmo ædificia contegebant*. Simlia Seruij. Isid. lib. 15. cap. 8. *Culmina dicta sunt, quia apud antiquos tecta tegebantur culmo, vt nunc rustica, hinc tecti summitas culmen dicitur*. Et nostri hodie Aquitani rustici casas stramentis contegunt, vt olim contexerunt. Vitru. lib. 2. cap. 1. de Architect. *Ex his rebus ædificia constituuntur, vt in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis, aut stramētis.*

Ædificas hic ipse Deo venerabile templum] Gregor. Turon. *Aruernus aduenit, ibique ad basilicam S. Cirici monasterium collocauit.*

Ipse Dei templum] Eucherius de laudib. Eremi: *Factus est ipse Dei templum*. Petrus Rauen. Serm. 12. *Corpus animi domicilium, anima vas, murum spiritus, virtutum scholam, Dei templum*, &c. Eucherius in formulis ad Veranium: *Templum domini, corpus sancti*. qui ieiuniis, orationibus, & eleemosynis corpora sua in Christi templa transmutant. Petrus Rauennas Serm. 43. *Per hæc in templum Dei pectora humana consurgunt*, Apostol de sanctis & perfectis: *Vos estis templum Domini*. Saluian. epist. ad Eucheriū & reliqui.

Finiti cursus isthic] i. in Aruernia, & Aruerna nostra, atque in monasterio quod ædificasti. Gregor. Turon. *In quo monasterio plenus dierum obiit, ibique cum honore sepultus est.*

Vitaque viaque] Sidonii locum expressit in argumento simili. Petrus Pictauensis in Epitaphio Adefonsi episcopi, qui de Concilio Remensi cum remearet, obiit.

Hic finem fecit pariter vitaque, viaque.

s̄. ep. vlt. lib. 4. *Postquam Episcopus Paulus Iunior discesserat, decesseratque*. Finis vitæ; quia hîc vitam finiit: finis viæ, quia hîc peregrinationem sistit.

Dupla corona] i. corona Abbatis, & corona confessoris, dupla pro duplex s̄. epist. 24. lib. 4. & aliàs passim. Gloss. vett. διπλοῦς, *biplex, duplex, duplus*. Fragmentum Itinerarii, quod adscribitur Antonino: *Orbis totus diuiditur in partes tres; Europam, Africam, Asiam, quæ ferè est dupla ad quamlibet duarum*. Nomen frequens in Imperatorum Constitutionibus.

Comperegrinus] Abraham enim ex iussu Domini peregrinatus est. Grego. Turo. *Qui non immeritò Abrahæ illi comparatur seni, pro magnitudine fidei, cui quondam dixerat Deus: Exi de terra tua, & vade in terram quam monstrauero tibi.*

Iam potes ad fontem fluminis ire tui] Clausula elegans, fons fluminis tui, i. Euphratis, ad quem natus erat Abraham, vt s̄. dixit, fons & origo illius fluminis, scilicet Euphratis, Paradisus est. Potes ergo ad fontem ire fluminis, i. ad paradisum, quod

autem caput Euphratis & ortus, paradisus sit Geneseos cap. 2. Marius Victor lib. 1. & l. 3. Eucherius in Genesim, & ad Salonium lib. 2. cap. 5. *Euphrates flumus de Paradiso.* Vibius: *Euphrates Mesopotamiæ in Paradiso oriens.* Quod adieci, ne quis Salustij sententiam opponat, qui asserit tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes monstrari. D. Hieron. Vibius, & Isidor. lib. 13. cap. 21. Euphratis ortum designat Æthicus in Cosmographia: *In campis Indiæ, in confinio Capadociæ, prope Adcasam ciuitatem.* Item Solinus Salustio assentitur: *Euphratem maior fundit Armenia, ortum supra Zimaram sub radicibus montis, quem Capoten accolæ nominant.* Sed maior Genesi habenda fides vide Hieronymum.

Quæ restant sepulto, iusta persoluimus] Nam cùm Victorii Comitis impensis magnificè in monasterio suo sepultus fuisset Abraham, restabat nænia funebris, vt in solidum iusta persoluerentur, & hoc est quod ait, *quæ restant sepulto*, &c. Grego. Tur. *Erat enim eo tempore beatus Sidonius episcopus, & Victorius dux, qui super septem ciuitates principatum Eorico Gothorum rege indulgente susceperat, huius verò sancti Epitaphium beatus Sidonius scripsit, ex quo aliqua de his quæ præfatus sum, est locutus.*

Iusta persoluimus] quia *plenus dierum obierit*, vt ait Gregorius. *Plenus autem dierum obire dicitur, cuius vita laudatur.* Gregor. Magn. in cap. 42. Iob cap. 24.

Charitatis imperiis] Amicitia vera vltro citroque imperiosa est. s. epist. 18. lib. 4. *Vt est in his quæcunque deposcit, priuilegio charitatis imperiosissimus.*

Fluctuantemque regulam] mortuis enim magistris & præpositis disciplina plerumque labascit, s. epist. vlt. lib. 4. *Cuius Ecclesiæ disciplina nutabat, postquam episcopus Paulus Iunior discesserat, decesseratque.* & ep. 5. hu. lib. *titubans Ecclesiæ status.*

Secundum statuta Lirinensium] De statutis Lirinensium Hilarius Arelatensis in vita S. Honorati: & Eucherius de Eremo. Vide epist. 1. lib. 6. & ĩ. Carm. 16. & innominatum S. Eugendi discipulum, in fine eius vitæ.

Grinincensium] Sic mss. de his Grinincensibus patribus, nihil quod sciam legi, fortè GRINIAN *en Prouence*, sed non ausim affirmare de Grimanensium cœnobiis à Viennensibus episcopis fundatis, in quibus quadraginta monachi alebantur. Historia S. Clari Abbatis.

Sequaces] Illiberalis vox, inquit Pius, quam eloquii mundities & nitor refugit. Sidonius in eadem significatione sequacitatis vsus est nomine, ep. 11. lib. 4. persequax eidem epist. 9. eiusd. lib. qui persequitur, vt sequax qui sequitur, & sequacitas actus ipse sequendi, in eadem significatione qua Sidonius sequaces vsurpauit Plinius in Panegyr. præfata venia, *Flexibiles quamcumque in partem ducimur à principe atque (vt ita dicam) sequaces sumus:* non petita venia. Arnobus lib. 2. *ordinare sequaciter inductiones suas.* Cassiod. lib. 7. ep. 2. *Cantum debet reddere, non sequacem error alienus.* idem ep. 22. lib. 8. *Cunctos ergo sequaces habet, qui aliquid ex veritate decernit.* & multi huiusce sæculi auctores s. ep. 9. & 11. lib. 4. *persequax* & *sequacitas.*

Præpositus] Videtur quædam discretio inter Abbatem, & Præpositum, vt paulo post dicetur ex regula S. Benedicti. Vet. hist. S. Eugendi: *Expletis, consummatisque omnibus, quæ à Præposito vel Abbate iniuncta sunt.* Gregor. Turon. de glor. confessor. cap. 80. de Augusto Abbate: *Vnde factus est, vt in sequenti accersitus ab Episcopo, Abbas ordinaretur in Basilica S. Symphoriani, quam memoratus Pontifex fabricauerat ante conspectum muri Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congregauerat, relinquens, sed instituens eis præpositum, ipse vtrasque cellulas gubernabat.*

Abbas sit] Ne duo sint Abbates eiusdem cœnobii. Concilii Cabillonensis 1. can. 12. statuitur. Nam Abbas primus est monasterii, neque superiorem agnoscit, idcirco antistes à Sidonio dictus est. s. hac epist. *maior monasterij.* Concil. Carthag. V. can. 13. Gratian. distinct. 58. cap. fin. vt *maiores Iudæorum* in l. 25. Cod. Theodos. de Iudæis Cœlic. & l. 3. Cod. eod. ne Christiana mancipia, & *maior Vestalis* olim; quæ nunc Abbatissa: rogat tamen fratrem Volusianum, vt supra, Auxanium Abbatem,

Abbas ſit, i. vt monaſterii rector Auxanius, Voluſiani conſilio regatur, i. vt præpoſitus ſit Auxanius. Voluſianus verò Abbas: primarius Abbas Voluſianus, ſecundarius Abbas, i. præpoſitus Auxanius, & hanc differentiam ſtatuit Regula S. Benedicti cap. 64. 65. & 71. vt Romanus Lupicinus fratres, & Abbates Condateſcenſis cœnobii. Vet. hiſt. S. Eugendi. Lupicinus primarius, Romanus ſecundarius Abbas erat. Gregor. de vita Patrum cap. 1. *Lupicinus tamen Abbatis ſuper eos obtinuit monarchiam*. quorum ſucceſſor, S. *Eugendum vicu ſua ſollicitudine innexuit, vt ſibi tamen ius paterna imminentia in nullo penitus immunueret, aut ſubtraheret*. Vetus hiſtoria S. Eugendi: Politicus Eccleſiaſtes hunc locum non intellexit, nedum enim Voluſianus epiſcopus erat Turouenſis, nec intra territorium Turonum S. Cirici monaſterium erat, quod in Atuetnæ poſitum eſt ſuburbio. idem S.

SIDONIVS CONSTANTIO SVO S.

EPISTOLA XVIII.

A Te principium tibi deſinet. Nam peritũ miſimus opus, raptim relectis exemplaribus, quæ ob hoc in manus pauca venerunt, quia mihi nihil de libelli huiuſce conſcriptione meditanti, hactenus incuſtodita nequeunt inueniri. Sanè iſta pauca, quæ quidem & leuia ſunt, celeriter abſolui, quanquam incitatus ſemel animus necdum ſcripturire deſineret, ſeruans hoc ſedulò genus temperamenti, vt epiſtolarum produceretur textus, ſi numerus breuiaretur. Pariter & cenſui librum, quem lector delicatiſſimus deſiderares, & ſatis habilem nec parum excuſabilem fore: ſi, quoniam te ſenſuum ſtructurarumque leuitas poterat offendere, membranarum certè faſcibus minus onerarêre. Commendo igitur varios iudicio tuo noſtri pectoris motus, minimè ignarus quod ita mens pateat in libro, veluti vultus in ſpeculo. dictaui enim quæpiam hortando, laudando plurima, & aliqua ſuadendo, mœrendo pauca, iocandoque nonnulla. Et ſi me vſpiam lectitaui-ſti in aliquos concitatiorem, ſcias volo, Chriſti dextera opitulante, me nunquam toleraturum animi ſeruitutem, compertiſſimum tenens bipartitam ſuper iis moribus hominum eſſe cenſuram. Nam vt timidi me temerarium, ita conſtantes liberum appellant. Inter quæ ipſe decerno ſatis illius iacêre perſonam, cuius neceſſe eſt latêre ſententiam. Ad propoſitum redeo: Interea tu ſi quid à lectionis ſacræ continuatione reſpitas, iis licebit næniis auocêre. Nec faciet materia vt immenſa faſtidium, quia cùm ſingulæ cauſæ ſingulis ferme epiſtolis finiantur, citò cognitis in quæ oculum intenderis, antè legere ceſſabis, quàm lecturire deſiſtas. Vale.

Conſtantio] de quo ep. 1. lib. 1. cui Sidonius epiſtolare opus dedicauit, quod primùm in ſeptem libros diſtinctum erat, vt in vita notaui, & ex ep. vlt. lib. 8. clarũ eſt.
A te principem tibi deſinet] Hemiſtichium Vergilianum ſcitè appoſitum.

Raptim relectis exemplaribus] ep.1.lib.1. *retractatis exemplaribus*, &c. & ep. vlt. lib.9. *Raptim coactimque translator festinus exscripsi.*

Scripturire] Scribendi actum affectare, pruritu scriptionis laborare. P. Consentius: *Meditatiua sunt, quibus non actus, sed agendi apparatus ostenditur, vt amaturio. taciturire.* ǰ. ep. 16. lib. 8. *canturire* Festo lib. 4. in Dagnades aues. *dicturiens* Macrobio lib. 2. cap. 3. in fine. *dicturire* Salisber. Policrat. lib. 8. cap. 10.

Lector delicatissimus.] Sic mss. & vett. s̄. ep. 2. lib. 1. *Laudans in te tam delicata sollicitudinis ingenuitatem.* s̄. ep. 13. hu lib. *delicata mens: delicata pigritia.* ep. 12. lib. 8. *delicata audentia* Plinio ep. 4. lib. 8. *non offeres delicatis oculis sordidatam vestem.* Sene. lib. 10. Contr. 1. D. Hieron. Apolog. ad Pammachium: *Delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro*, &c.

Quod ita mens pateat in libro, veluti vultus in speculo] Elegans sententia, liber speculum mentis est. Cassiod. in præfat. *Celsi etiam (vt ita dixerim) speculum mentis tuæ, vbi te omnis ætas ventura possit inspicere.* Speculum mentis pro libro posuit. idem ep. 9 lib. 6. *Speculum cordis hominum verba sunt.* Paulin. ad Pammachium: *Sermo viri mentis est speculum.* & Eusebius lib. 4. cap. 23. Histor. Eccles. de patris Pinyti epistola: *Nobis velut in quodam speculo, viuentem sui dereliquit imaginem.* D. Hiero. ad Marcellã ep. 141. init. *Imaginesque ingeniorum, quæ vera sunt & æterna monumenta perquireret.* Et qui probus est scriptis, probus est moribus. s̄. ep. 13. lib. 3. in fine.

Veluti vultus in speculo] elegans sententia, neque minus elegans similitudo, vt speculum nescit mentiri, veramque verax exprimit imaginem, ita liber mores hominum veraciter effingit & imaginatur. Speculum non mentitur adagio cessit, non tantùm apud nostros, vt Bouillus lib. 3. adag. 44. consignat, sed & apud antiquos. Petron in Sat. *Nec speculum mihi, nec fama mentitur.* ex Theocrito. Ouid. 3. Trist.

Et speculum mendax esse querere tuum.

quasi dicat: Expostulabis speculum, quod tamen nescit mentiri. Tertull. de ornatu mulie. *Si iam & speculo tantùm mentiri liceret.* Hoc sit in transitu dictum.

Nam vt timidi me temerarium] Plin. epist. 26. lib. 9. in fine: *Aut enim tu me timidum, aut ego te temerarium faciam.* D. Hilarius aduersus Constantium: *Sed temerarium me quisquam fortè putabit, quia dicam Constantium Antichristum esse. Quisquis petulantiam istud magis, quam constantiam indicabit*, &c. Vt liberi spiritus homines, timidi temerarios vocant, *Ita inuidi vocant liberos arrogantes.* Zeno Veronen. Serm. de Inuidia: *libertas Catholica.* Victor Vticen. de persecut. Vvandal. lib. 1.

A lectionis sacræ continuatione respiras] Constantius enim erat presbyter. s̄. epi. 2. lib. 3. *religione venerabilis.*

Cùm singulæ causæ, singulis ferme epistolis finiantur] Plinius ep. 4. lib. 9. *Nam singulis criminibus singulæ velut causæ continentur.*

Ante legere cessabis, quàm lecturire desistas] Idem ep. 10. lib. 2. *Opus est vt sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias.* idem ep. 7. lib. 9. *cùm merito lecturiremus.* Est autem meditatiuæ qualitatis, vt s̄. *scripturire.*

V.C.

V. C. ET INLVST. IAC. GILLOTIO SENATORI. S.

QVI Musas colit, colit & sacerdotes, sacerdos es, Gilloti, qui & Musas colis, & coleris, literatæ tuæ fores literatis patent, illis armaria librorum aperis, aperto pectore, & ore ad venustatis gratiam composito frõtem explicas, & cũ illis humanè loqueris, vtriusque disciplinæ auctores euoluis, sine inuidia recentes, cum reuerentia antiquos, non illic venenatis linguæ telis viuorum honores occiduntur, nec manes sollicitantur mortuorum: non coniurationes coquuntur, non regis fata infandis artibus inquiruntur, sed reconditi scientiarum effodiuntur thesauri, de literis sermones seruntur, ex quibus multùm fructus demetitur, sine vlla animi læsione sanctè contenditur: Hic doctis dictis certatur, nõ maledictis. *Denique nullus ad hoc penetrale accedit, quin eruditior abscedat, si quis philologus in auctore recensendo tentet aliquid, vnà conniteris, parturienti immines, parienti opem fers, cum magna dignatione comis, & sine dignitatis labe communis, tanto temperamento seria iocis misces, vt in literis cum literatis studiosum, in foro cum*

forensibus agas senatorem. Longis verò terrarum interuallis absentes, literarum vicissitudine præsentes facis, illi te alloquuntur, tuque illos: diligeris, amaris, coleris, studiosorum animis & pectoribus; ijs addatur quòd non in domus interioris parietibus lasciuas lubrici palestritæ vertigines inuoluunt, quas virgâ gymnasiarcharum euoluere necesse sit, non obtorto ore ridicularij sanniones, non histriones versicolorij pinguntur, non molles fabulæ, aut tabulæ, quæ castis oculis dolorem inurant, aut pudorem imminuant efficta & afficta leguntur: sed virorum de literis benemeritorum, (qui quondam in Prytaneo, vel in Vlpio foro meruissent statuas) viuas imagines in larario tuo statuis, quas Apellæo penicillo pingendas curâsti, quorumue genium in tabella pictum veneraris, eorumdem ingenium felici ingenio reddis & exprimis. Atque ita quantum illis honoris impendis, tantumdem tibi ipsi rependitur, tum verò propriam laudem augebis, si Sidonium quem impensè colis, impensissimè colas, & recolas hunc in foro Traiani corona honoratum, & duplici statua donatum fuisse, à Maioriano & Anthemio Augg. Augustonemeti Aruernorum VIII. Kal. Januar.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER VIII.

SIDONIVS PETRONIO SVO S.
EPISTOLA I.

TV quidem pulchrè: mos hic tuus: & persceuera vir omnium bonorum qui vspiam degunt, laude dignissime, quod amicorum gloriæ sicubi locus, lenocinaris. Hinc est quòd etiam scrinia Aruerna petis euentilari, cui sufficere suspicabamur, si quid superiore vulgatu protulissemus. Itaque morem geremus iniunctis, actionem tamé styli eatenus prorogaturi, vt epistolarum seriem nimirum à primordio voluminis inchoatarum, in extimo fine parui adhuc numeri summa protendat, opus videlicet explicitum quodam quasi marginis sui limbo coronatura. Sed plus cauendum est, ne sera propter iam propalati augmenta voluminis, in aliquos forsitan incidamus vituperones, quorum fugere linguas cote liuoris naturalitùs acuminatas, nec Demosthenis quidem Ciceronisque sententiæ artifices, & eloquia fabra potuêre: quorum anterior orator Demadem, citerior Antonium tolerauêre derogatores: qui liuidi cùm fuerint, malitiæ claræ, dictionis obscuræ, tamen ad notitiam posterorum per odia virtutum decurrerunt. Sed quia hortaris, repetitis laxemus vela turbinibus: & qui veluti maria transmisimus, hoc quasi stagnum pernauigemus. Nam satis habeo deliberatum, sicut adhibendam in conscriptione diligentiam: ita tenendam in editione constantiam. Demum verò

medium nihil est. Namque aut minimum ex hisce metuendum est, aut per omnia omnino conticescendum. Vale.

PETRONIO] Iurisconsulto celebri, viro docto & probo, S. ep.7 lib.1. de quo ep. 5. lib.2. ep.1. lib.5. J. ep. vlt. huius lib. quam vide. Caue putes hunc esse episcopum, de quo Papæ Leonis ep. 52. vt putat Baron. IIII. Non. Octob.

Lenocinaris] i. blandiris. idem epist. 2. lib.2. *Profundiùs consouendo sopori tuo lenocinabuntur.*

Scrinia Aruerna] Isidor. lib.20. cap.9. *Scrinia sunt vasa, in quibus seruantur libri.* Sunt ergo scrinia, armaria, vt S. ait ep.10. lib.2. vel, vt ipse loquitur de hisdem scriniis epist. vltima huius libri: armariola & Zotecula. Plinius epist. 4. lib.8. *extremamque limam tuam opperientur in scrinio nostro.* Auctor de claris Grammat. in Opilio. & J. epist.7. lib.9.

Opus explicitum] J. epist. vltima huius libri: *Spoponderam Petronio inlustri viro præsens opusculum, paucis epistolis expediturum.*

Limbo coronatura] *Syluarum corona.* S. epist.2. libri 2. coronatura, id est, ambitura & circumdatura. Vergilius 9. Æneid.

omnemque aditum custode coronant.

Apuleius de mundo: *Simplex ætheris dorsum, alma & secreta amænitate lucis coronant.* Idem de Deo Socratis: *Nunquam infra iuga, vt sæpenumero animaduertimus grauata (nubes) caput editi montis seu quibusdam curuis torquibus coronarent.* Claudianus 1. de raptu:

te felix natorum turba coronet.

i. circumdet. Ouidius: *circumdata limbo.*

supra, epist. 20. lib.4.

Vituperones] S. ep.22. lib.4. *ceruices vituperonum.*

Acuminatas] in acumen exacutas. Lactantius de Opif. Dei cap.76. *& acuminauit in caudam.* S. *Tuorum virtutibus fuisset hebetatus, tuis denuo meritis acuminaretur.*

Sententia artifices] *artifex lector.* in fine, ep.2. lib.2. *artifex confabulatus.* ep.21. lib.9.

Demadem] Vide Demosthenis orationes, & Gracchum apud Gellium lib. 11. cap.10. cuius nulla extare scripta ait Cicero, de claris orator. eius meminit Seneca lib. 6. de Benef. cap.38.

Antonium tolerauere.] Qui, vt ait Seneca in præfat. lib.10. Controuers. *Facem libris admouit, & ingenium Ciceronis proscribere voluit.*

Ad notitiam posteriorum] S. ep.8. lib.5. *Namque improborum probra, aequè vt præconia bonorum immortalia manent.* Apuleius 1. Florid. *Scilicet vt qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant.* Socrates Histor. Ecclesiast. lib.6. cap.13. & Sulpicius Seuerus de vita S. Martini cap. vlt.

Laxemus vela] Eadem similitudo epist.1. lib.1. & epist.11. lib.2. Plinius epi.4. lib.8. *Immitte rudentes, pande vela, ac si quando aliàs toto ingenio vehere. Cur enim non ego quoque poeticè cum poeta?* J. epist. 16. lib. 9. & Carm. 5. Auctor epist. 29. ad Præsidium Diaconum 9. tomo operum D. Hieronymi: *Plerique (vt aiunt) ventis ingenij sui intendere vela.* Cassianus Collat.22. cap. vltimo.

SIDONIVS IOANNI SVO S.

EPISTOLA II.

CRedidi me, vir peritissime, nefas in studia committere, si distulissem prosequi laudibus, quòd aboleri tu literas distulisti, quarum quodammodo iam sepultarum suscitator, fautor, assertor concelebra-

ris, téque per Gallias vno magiſtro ſub hac tempeſtate bellorum Latina tenuerunt ora portum, cùm pertulerint arma naufragium. Debent igitur vel æquæui vel poſteri noſtri vniuerſatim feruentibus votis alterum te vt Demoſthenem, alterum vt Tullium, nunc ſtatuis (ſi liceat) conſecrare, nunc imaginibus: qui te docente formati inſtitutíque iam ſinu in medio ſic gentis inuictæ, quòd tamen alienæ, talium vetuſtorum ſigna retinebunt. Nam iam remotis gradibus dignitatum, pèr quas ſolebat vltimo à quoque ſummus quiſque diſcerni, ſolùm erit poſthac nobilitatis indicium literas noſſe. Nos verò cæteros ſupra doctrinæ tuæ beneficia conſtringunt, quibus aliquid ſcribere aſſuetis, quódque venturi legere poſſint, elaborantibus, ſaltem de tua ſchola ſeu magiſterio competens lectorum turba proueniet. Vale.

Ioanni] in Galliis profeſſori literarum; Ioannis Epiſcopi Cabillonenſis ſ̄.epiſt. vlt. l. 4.

Sepultarum ſuſcitator.] Plinius epiſt.12. l.8. *Literarum ſeneſcentium reductor, ac reformator.*

Latina tenuerunt, &c.] Idem. Arbogaſti Franco, *Etſi apud ipſum limitem, Latina iura ceciderunt, verba non titubant.* epiſt. 17. l. 4.

Nunc ſtatuis ſi liceat conſecrare] Viri docti propter ſingularem doctrinam ſtatuis donabantur. ſ̄. epiſt. 5.l.5. *Cui proculdubio ſtatuas dederunt literæ, ſi trabeæ non dediſſent.* j̄.epiſt. vlt. l.9. in Carm.

Si liceat] Paula & Euſtochium. epiſt. ad Marcellam. *Et Martyrum vbique ſepulchra veneramur, & ſanctam fauillam oculis apponentes, ſi liceat, etiam ore contingimus.*

Nunc imaginibus] Statuis ſuprà dixit, nunc imaginibus. idem epi.12. l.6. *Formauit ſtatuis, effigiauit imaginibus:* imagines coloribus, ſtatuæ ceris, ære, argento, auro, ebore, marmore effinguntur. Plinius e.7. l. 4. *Placuit ſtatuas eius, & imagines quamplurimas facere.* Apul. in Apol. *Quid ſibi ſtatuæ, & imagines variis artibus effigiata volunt.* Tertull. de anima. *Cui ob merita vitæ, imagines, ſtatuæ, & tituli, honores publici priuilegia rependuntur.* Vopiſcus in Aureliano. *Denique ſtatim attonitus & imaginem & ſtatuas & templum eidem promiſit.* Iulius Firmi. l. 8. Maheſ. cap. 6. & c.31. & l.5. cap.1. j̄. in Narbone.

Sic gentis inuictæ, quod tamen alienæ] Galli in ſinu medio Gothorum, Demoſthenis & Ciceronis ſtatuas præferent. Signa, ſunt ſtatuæ, vnde ſignifices. ſ̄. epiſt.12. l. 6. id eſt ſtatuarij, ſcitè alluſit ad militaria ſigna.

Quod ſic] vide ſ̄. epiſt. 24. l. 4. & adde quod idem ait, epiſt. vlt. l.3. in fine. & e. 3. l. 4. *Tota illa dictio ſic caſuratim ſuccincta, quod profluens.* j̄. c.8. l. 8.

Gentis alienæ] ſ̄. epiſt. 5. l. 5. *Atque hæc cum ita ſint, velim dicas, vnde ſubitò hauſerunt pectora tua euphoniam gentis alienæ.*

Nam iam remotis gradibus] Barbari gradus magiſtratuum abrogabant, & honoratos magiſtratu mouebant, quod obtinuit ad Theodoricum vſque Regem Italiæ, qui magiſtratus priſtino nitori reſtituit: paſſim Caſſiod. & in hanc Sidonij ſententiam egregium eſt, quod ait Boëtius de Conſol. lib. 3. Proſ. 4. *Si quis multiplici conſulatu functus in barbaras nationes fortè deuenerit, venerandumne barbaris honor faciet? &c.* Idem. Proſa. 6. Caſſiod. e.8. l. 19. Anonymus auctor de rebus bellicis. *Nam cum barbaræ nationes neque facundia polleant, aut dignitatibus illuſtrentur.*

Literas noſſe] *Literatura enim omnium virtutum maxima eſt.* l.1. C. Theod. de decuriis vrbis Romæ.

SIDONIVS LEONI SVO
S. EPISTOLA III.

APollonij Pythagorici vitam, non vt Nicomachus ſenior è Philoſtrati, ſed vt Taſcius Victorianus è Nicomachi ſchedio exſcripſit, quia iuſſeras miſi: quam dum parere feſtino celeriter, eiecit in tumultuarium exemplar, turbida, & præceps, & opica tranſlatio. Neque mihi rem credito diuturniùs elaboratam, vitio vertas. Nam dum me tenuit incluſum mora mœnium Liuianorum (cuius incommodi finem poſt opem Chriſti tibi debeo) non valebat curis animus æger, ſaltim ſaltuatim tradenda percurrere, nunc per nocturna ſuſpiria, nūc per diurna officia diſtractus. Ad hoc & cùm me defatigatum ab excubiis ad diuerſorium crepuſculaſcens hora reuocauerat, vix dabatur luminibus inflexis paruula quies. nam fragor illicò, quem mouebant vicinantes impluuio cubiculi mei, duæ quæpiam Gethides anus, quibus nihil vnquam litigioſius, bibacius, vomacius erit. Sanè cùm primùm reduci aliquid ocij fuit, impolitum hunc ſemicrudúmque, & (vt aiunt) tanquam muſteum librum, plus deſiderij tui quàm officij mei memor obtuli. Quocirca ſepone tantiſper Pythicas lauros, Hippocrenémque, & illos carminum modos tibi vni tantùm, penitiſſimè familiares, qui tamen doctis, vt es ipſe, perſonis non tam fonte quàm fronte ſudantur. Suſpende perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quod non ſolùm gentilitium ſed domeſticum tibi, quódque in tuum pectus per ſucciduas ætates ab atauo Frontone transfunditur. Sepone pauxillulum conclamatiſſimas declamationes, quas oris regij vice conficis, quibus ipſe rex inclytus modò corda terrificat gentium transmarinarum, modò de ſuperiore cum barbaris ad Vachalim trementibus fœdus victor innodat: modò per promotæ limitem ſortis vt populos ſub armis, ſic frænat arma ſub legibus. Exuere vtcunque continuatiſſimis curis, & ocium tuum molibus aulicis moribúſque furare. Hiſtoriam flagitatam tunc recognoſces opportunè competentérque, ſi cum Tyaneo noſtro, nunc ad Caucaſum Indúmque, nūc ad Æthiopum Gymnoſophiſtas, Indorúmq; Bracmanas totus lectioni vacans, & ipſe quodammodo peregrinère. Lege virum (fidei Catholicæ pace præfata) in plurimis ſimilem tui, id eſt, à diuitibus ambitum, nec diuitias ambientem: cupidum ſcientiæ, continentem pecuniæ, inter epulas abſtemium, inter purpuratos linteatum, inter alabaſtra cenſorium, concretum, hiſpidum, hirſutum: in medio nationum delibutarum, atque inter ſatrapas regum tyaratorum myrrhatos, pumicatos, malobatratos venerabili ſqualore pretioſum: cúmque pro-

D. Cardin. Baron. an. 474. c. 22.

prio nihil esui, aut indutui de pecude conferret, regnis ob hoc, quæ pererrauit, non tam suspicioni, quàm fuisse suspectui: & fortuna regum sibi in omnibus obsecundante, illa tantùm beneficia poscentem, quæ magè sit suetus oblata præstare, quàm sumere. Quid multis? Si vera metimur æstimamúsque, fors fuat an philosophi vitæ scriptor æqualis maiorum temporibus accesserit, certè par sæculo meo per te lector obuenit. Vale.

Leoni] Leo Euarigis Regis Gothorum consiliarius erat. s̄. epist. 22. l. 4.j̄. hæc ep. ille etiam Euarigis successoris Alarici Consiliarius fuit, Gregor. Turo. lib. 1. de miracul. cap. 91. *Contulit hæc cum Leone Consiliario Rex Alaricus, &c.* Ibid. posteà.

Apollonij Pythagorici] D. Hiero. Paulino: *Apollonius siue ille Magus, vt vulgus loquitur, siue Philosophus, vt Pythagorici tradunt.* Vopiscus in Aureliano. *Verum Apollonium Thyanæum celeberrimæ famæ auctoritatisque sapientem, veterem Philosophum, amicum verum Deorum, ipsum etiam pro numine frequentandum,* plura Suidas. in Thyanæo. Vetus itinerarium à Burdegala Hierusalem vsque. *Ciuitas Thyana, inde fuit Apollonius Magus.* D. Hieronymus epist. 31. ad Pammachium. aduersus errores Ioan. Hierosolymi. Idem in Psal. 82. init. Domitiano synchronus Eusebius in Chronico. & Cassiod. *Apollonius Thyaneus insignis philosophus habetur.* Quem Christo æquare impudéter ausus est Hierocles Stoicus, aduersus quem librum Eusebius edidit, quem vide, & in veteri inscriptione Romæ, *Propheta* vocatur.

Nicomachus senior] Qui Aureliano vixit, & Zenobiæ epistolam ab ipsa dictatam. se transtulisse in Græcum, ex lingua Syrorum dicit. vt tradit Vopiscus in Aureliano.

E Philostrati] Qui libros octo de Apollonij vita conscripsit, & adhuc extant, de quibus Suidas. & D. Hiero. Paulino: *Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.*

Sed vt Tascius Victorianus] De illo nihil quod meminerim, legi, quem scriptorem Græcum fuisse non ambigo, multique Græcorum de Apollonij vita libros composuerunt. Vopiscus. qui se tanti viri facta in literas missurum pollicitus est Latiari sermone in Aureliano, idem.

Exscripsit] s̄. 9. l. 2. *Vt nec Apuleius Phædonem sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis, in vsum regulámque Romani sermonis exscripserunt.* Est autem schedium, inconditum exemplar & inelaboratum. Petronius, & Apuleius de Lucillio.

Opica translatio] Rudis, & impolita. *opica charta* Ausonio de Profess. cap. 23. opici. Gellio lib. 2. cap. 21. l. 11. cap. 16. & l. 13. cap. 9. Scaurus de Orthographia, *Ita sa- tis per se posita, aspirationem sui declararet, nisi opicus legat.* i. agrestis & imperitus. Plinium vide l. 29. cap. 1. & Iuuenalis interpretem, Satyr. 3. malè in mss. Clar. & Put. legitur opaca.

Mora mœnium Liuianorum] Sidonius cum Ecdicio patricio post deditionem Aruernæ vrbis, in Liuianum castellum secessit, & illud est quod suppresso castri nomine tradit Iordanes de rebus Geticis. *Huius (Auiti) ergo filius Decius diu certans cum Vesegothis, nec valens antestare, relicta patria, maximéque vrbe Aruernate hosti, ad tutiora se loca collegit. Quod audiens nepos Imp. præcepit Decio, relictis Gallijs, ad se venire, &c.* Sicque solus remansit Sidonius, per aliquod tempus, donec Leonis ope, suo redditus est Episcopatui, vt ipse ait hac epist. *Cuius incommodi finem post opem Christi tibi debeo.* de hoc castro. Vetus tabula Itineraria. *Carcassione, xij. Liuiana xj. Vsuerna. xvj.*

Cuius incommodi finem] Solo enim patrio exactus, patiebatur incommoda peregrini. ꝭ. epist. 3. l. 9.

Saltim, saltuatim] id est vellicatim & desultoriè. Sisenna apud Nonium. *Ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.* s. epi. 2. l. 7. *Raptim saltuatimque cumulari*, figuratè à desultoribus.

Crepusculascens hora] id est, diluculum primum, primáque lux. creperum illud crepusculi verbum, Beroaldum lib. 1. & 2. in Apul. induxit in errorem, qui crepusculascentem horam, vespertinam horam interpretatur, *crepusculum*, ὄρθρος ὕπνωρος Seruius Æneid. 2. *De crepusculo verò quod est dubia lux quaeritur, ilicet vtrique tempori possit iungi, vsus tamen vt matutino iungamus obtinuit.* Glossar. vetus, ὀρθρινός. *matutinum, crespulus*, fortè crepuscus, Amiternus, & Varro. lib. 5. de lingua Lat.

Getides anus] id est Gothicae patronimicum à Gethis Auson.

Quaque Getis sociis Istrum assultabat Alanis.

ꝭ. Carm. 2. *A genitrice Getes*, id est Gothus. Gothi enim suam à Getis traxerunt originem. Iordanes. plura ꝭ.

Et (vt aiunt) tanquam musteum librum] Plin. epist. 21. l. 8. *Non dubito cupere te, pra cetera mei charitate quàm maturissimè legere hunc adhuc musteum librum. musta virgo*, Næuio Gymnastico, *musteus*, Martiali, *mustea pira* Plinio l. 15. cap. 15. *musteum succinum* lib. 37. c. 3. id est recens & nouellum.

Pythicas lauros] Leo enim poëta celebris habebatur, ꝭ. Carm. 9. vbi sui temporis nobiliores poëtas enumerat.

Acrem Lampridium, catum Leonem.

ꝭ. Carm. 23.

At si dicat epos, metrumque rithmis
Flectat commatiis tonante plectro
Mordacem faciat silere Flaccum, &c.

Idem epist. 13. in Carm. l. 9. *Illud vix Leo rex Castalij chori.*

Penitissimè familiares] Idem s. epist. 2. l. 10. *Trochaeis triplicibus, adhuc mihi tibique perfamiliaribus*, Sidonio & probis auctoribus familiaris locutio, Idem. s. epist. 9. l. 7. *Bibliotheca fidei Catholicae perfamiliaris est.* Porphyrius ad Constantinum A. *Haec à Musis tibi familiaribus laudas.* Symmach. epist. 78. lib. 2. *Fratri nostro Andromacho omnes artes familiares sunt.* Penitissimè, idem s. e. 9. l. 4.

Non tam fonte, quàm fronte sudantur] Elegans annominatio, quae doctorum nisus in versibus edendis eloquenter exprimit, Idem s. epist. 8. l. 4. *Cum proculdubio non te lateret intrà officinam literatorum carminis si quid incus metrica produxerit, non minus forti & asperata lima poliri.* vide Persium Satyr. 1. & Horatium lib. 1. Satyr. 10. Nam docti poetae saepè caput scabunt, & crudos in procudendis carminibus vngues arrodunt.

Quod non solùm gentilicium, sed domesticum tibi] Doctorum ingenia quandoque ad posteros transfunduntur. Plinius epist. 15. l. 6. *Scribit Elegos gentilicium hoc illi.* vide e. 22. lib. 9. & Symmach. lib. 1.

Frontone] De quo s. epist. 1. l. 1. & epist. 3. l. 4. & Ausonius in Grat. actio. ad Gratianum A. D. Hieronymus, vide s.

Conclamatissimas declamationes] id est famosissimas, quae omnium ore celebrantur, vide quae notaui epist. 2. l. 2. de Leone & eius declamationibus. Ennodius ms. in vita Epiphanij: *Erat praeterea ea tempestate consiliorum princeps & moderator [illegible] arbiter Leo nomine, quem per eloquentiae meritum, non vna iam declamationum palma susceperat.* s. epi. 22. l. 4. *Cui praeter eloquentiam singularem scientia ingentis magna opportunitas.* ꝭ. Carm 23.

Sine ad doctiloqui Leonis aedes.

Rex

Rex inclytus] id est Euarix, *Rex potentissimus.* s̄.epist. 22. l. 4. *Ob virium merita terribilis.* epi. 6. l. 7. vide quæ notaui.

Modò corda terrificat gentium transmarinarum] j̄.e. 9. huius libri. & Ennodius in vita Epiphanij Ticinensis, *quantum te stupende terrarum princeps multorum auribus reddat virtutis fama terribilem, &c.*

Modò de superiore] Subintellige Hispania, quam Euarix occupauerat. Isidor. in Chronico. Era. D.IIII. Anno Imperij Leonis octauo Euridicus pari scelere quo frater, succedit in regnum, annis XVIII. in quo honore prouectus & crimine, statim bello desæuit, parteisque Lusitaniæ deprædatur, qui prius capta Pamphylona, Cæsaraugustam inuadit, totámque Hispaniam superiorem obtinuit. hæc ille. Idem sentit Iordanes in hist. Goth. quod Euridicus grato suscipiens animo, totas Hispanias Galliasque iam sibi iure proprio tenens. Vel de superiore Germania, quã cum inferiore subegit, & vastauit Eoricus, siue Euarix, Gregor. Turon. lib. 2. histor. cap. 25. j̄. epist. 9. in Carm. hui. lib.

Cum barbaris] id est Germaniæ accolis, qui speciali nota barbari vocati sunt s̄. epist. 17. lib. 4. Saluianus lib. 7. *Effusa est in Germaniam primam, nomine barbaram.*

Ad Vachalim] Germaniæ Fluuium, de quo Cæsar. lib. 4. de bello Gallico. infra Carm. 5.

Clitis, Elaris, Arax, Vachalis

& Carm. 13.

Detonsus Vachalim bibat Sicamber.

Idem Narbone.

Tu Tuperum, & Vachalim, &c.

Fortunatus de Goisuinta l. 6. poemat.

Perstrepit hoc Vachalus, illud Iberus aquis.

Promotæ limitem sortis] Sortis Gothicæ. s̄.epist. 6. l. 7. in fine. *Populos quos limes Gothicæ sortis incluserit.* promotæ, id est vltra limites quos Vualliæ Regi Gothorum Constantius præscripserat. s̄. e. 6. l. 7. *Euarix Rex Gothorũ, quod limitem regni sui rupto dissolutoque fœdere antiquo, vel utatur armorum iure, vel promouet.* Vnde dixit hoc loco limitem promotæ sortis. Quo modo autem Euarix Rex regni sui limitem produxerit s̄. notatum epist. 1. l. 3. 12. l. 5. 6. l. 6. e. 6. l. 7. præter ea quæ notaui, adde quod ait. Orosius l. 7. cap. vlt. & Prosper in Chronico Maximo, & Plinta Coss. *Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aquitania, & quibusdam ciuitatibus confinium prouinciarum.* Prosper Pit. *Aquitania Gothis tradita,* quo quidem fœdere rupto dissolutoque Eoricus regni sui limitem latè protraxit, Isidor. in Chro. & Iordan. in histor. Gotho. & ex eo Freculphus lib. 5. cap. 17. tom. 2. hist. j̄. epist. 9. huius libri in Carm. & e. 6. lib. 7. Et hoc est quod ait hoc loco, *vt frenat populos sub armis.*

Sic frenat arma sub legibus] Aurea sententia, ius enim armorum, nisi legibus tẽperetur iniuria est, & hoc maximè regium est, vt legibus arma regantur, Legis Vuisigothorum lib. 1. tit. 2. Era vlt. primus autem Gothorum Rex Euarix Gothicarum legum conditor fuit, & in scripta redegit. vide s̄. e. 1. l. 2. ad hæc, *Theodoricianas leges proponens, &c.* Isidor. Chro. Era. DIIII.

Exuere vtcunque continuatissimis curis, & ocium tuum mollibus aulicis, motibusque furare] Statium imitatus lib. 4. Syluarum. *exue curis.*

Pectus, & assiduo temet furare labori.

Thyanaeo] i. Apollonio Philosopho & est patronimicum à ciuitate Thyana vnde oriundus erat Apollonius. Vopiscus in Aureliano. & Suidas, & vetus Itinerarium à Burdegala ad Hierusalem. *Thyana ciuitas inde fuit Apollonius Magus.* Am. Marcell. l. 23. *Apud Asbames quoque Iouis templum, in Cappadocia, vbi amplissi. ille philosophus Apollonius traditur natus apud oppidum Thyana, &c.* vide Philostratum.

Nunc ad Caucasum Indumque &c.] Præter Philostratum, & Suidam, D. Hieron. Paulino epi.103. de hoc Apollonio Thyanæo. *Intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit, & ad extremum latissimo Physon amne transmisso, peruenit ad Brachmanas vt Hyarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum ac dierum cursu audiret docentem, inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam solis mensam videret in Sabulo. Inuenit ille vir vbique, quod disceret & semper proficeret.*

Æthiopum Gymnosophistas] Vide Philostratum lib.6.cap. 4.6.7.& 8. sunt autem Gymnosophistæ sacerdotes Aegyptiorum, de quibus præter Suidam in Thyanæo, D. Hiero. ad Lætam, de Institut filiæ. *Quod & Indorum Bragmani, & Ægyptiorum Gymnosophistæ in polenta, & orisæ, & pomorum solo obseruant cibo, &c.* De his Apuleius. lib.1.& 2. Florid.& ex Alexandro Polihistore Clemens Alexand. Stromatum lib.1. Strabo lib.15. Et Solinus Polihistor, D. Ambros. lib.2. c.7. Gymnosophistas Aldhelmus de laudibus virginit.c. 1.alio significatu dixit.

Indorumque Brachmanas] Brachmanæ Indorum sacerdotes, de quibus, præter supradictos auctores, Tertull.in Apol. *Neque enim Brachmanæ, aut Indorum Gymnosophistæ sumus, syluicolæ & exules vitæ.* Epiphan.l.3.tomo 2. in Compend. fidei Cathol. Ammianus lib. 23. & 28. Claud. Mamercus lib. 1. de Statu animæ cap. 9. D. Hieronymus in Ezechielis cap. 13. *Indorum Brachmanes, & Æthiopum Gymnosophistæ.*

Adimitibus ambitum, nec diuitias ambientem] ẽ. c.17.l.7.

Expeteris cunctis, nec te capit ambitus vllus.

Idem Conc. *maximè ambiendus, quia minimè ambitiosus.* vide quæ notaui epist. 2. lib.3.

Inter epulas abstemium] id est, sobrium & parcum, in c.11.l.6.ẽ. notaui & in Concio. lib.7. De sobrietate, autem & parcimonia Thyanæi. Philostratus abundè.

Inter purpuratos linteatum] id est linteis vestitum, Thyanæus enim cum Regibus & principibus versabatur linteatus vel more gentis suæ, suæque vicinæ Solinus. *Alij lineis, alij laneis peplis vestiuntur.* Isidor. l.19. c.23. *linteati Indi*, nec est quod Godof. lineati legat. vel quia hic habitus purior. Philostratus. D. Hiero. & ex eo Eucherius in formulis ad Salonium.

Alabastra] id est, vasa vnguentaria. M. Tull. 2. Academi. D. Hieron. Matthæi. cap. 26. & Isidor.l.20.cap.7. Originum. figuratè autem posuit continens, pro contento.

Censorium] id est grauem & tetricum. ĩ. Carm. vlt.

Tam censorius haud fuit vel ille
Quem risisse semel ferunt in æuo.

Concretum] id est sordidum. ẽ. epist. 7. l. 1. *Cum accusatores semipullati, atque concreti.*

Hispidum] .i. squalidum. Ausonius epist. 22. Paulino.

Canus, comosus, hispidus, trux, attubus,

Gloss vett. *Hispidus, αὐχμηρός*, id est, *squalidus.* Græcolat. Gloss. Apuleius l. 1. de Marsia. Florid. *Vultu ferino trux, hispidus, multibarbus.* Isidor. Gloss. mss. *Hispidus, squalidus, setosus, pilosus, asper, horridus.*

Hirsutum] id est, *hirtum & pilis horridum.* Isidor. lib. 10. idem in Gloss. mss. *Hirsutus, asper, villosus, &c.* More veterum philosophorum qui sordes affectabant. Porphyrio Ode 15.l.2. *Veteres propter seueritatem hirsuti erant,* Martialis l.9.Epig.57.

Hirsutum, & dura rusticitate trucem.

Ammia. Mar.lib.17.de Iuliano. *At hirsutum Iulianum carpentes.*

Satrapas] id est præfectos, & Regulos, Q. Curt. & Amm. Marcellin. passim, l.vlt. C. Th. de auro coronario, Sidoni. Carm. 2.

Quisque sedet sub rege Satraps, &c. Idem. Carm. 9.
Præfectos Satrapasque perculisse.

Et *Satrapia* Iustino lib. 13. sunt præfecturæ vocabulum Persicum. Hesichius. Satrapas pro præfectis, passim vsurpat Aldhelmus, de laudib. virginitatis.

Regum tiaratorum] id est, Regum Persarum, qui caput tecti erant tiara, D. Hieron. in Danielem, cap. 3. *Tiara, genus pileoli, quo Persarum Chaldaeorúmque gens vtitur.* Reges autem tiaram rectam & cum apice gestabant, Seneca l. 6. de Benef. cap. 31. *Rectam capite tiaram gerens, id solum datum Regibus.* Idem Xenophon. lib. 2. Sacerdotes autem sine acumine. D. Hierony. Fabiolæ epi. 128. hæc *Cidaris* vocabatur. Eucher. l. 2. ad Salonium, cap. 10. *galea sacerdotis.* Vet. intepr. Iuuenal. Sat. 5. v. 514.

Myrrhatos] Sic mss. Bas. *Mytratos* malè, nam *mytra, tiara est*, Eucher. lib. 2. c. 10. & ex eo Isidorus lib. 19. c. 30 myrrhatos, id est, myrrha delibutos.

Pumicatos] id est politos & exornatos. 5. c. 7. l. 1. *Paulò antè detonsus pumicatusque.* pumicare, polire est. Tertull. aduersus Valentinianos: *Ab omnibus iniuriis passionis expumicat*, Glossar. vet. σμίχλις, *pumicator*, id est, *politor*. Glossa. Latinograecum, *politor*, σμίχλις. quæ duo combinat Plinius vbi de putatione arborum, l. 17. cap. 26. *Repumicatio, & politura.*

Malobatrates] id est, malobatro pingues, & vnctos, de quo Dioscorides lib. 1. cap. 11. & Plinius lib. 12. cap. 27. & lib. 23. cap. 4. *Malobatrinum oleum:* Cœl. Aureli. l. 3. acut. morb. c. 3. & Chroniæ, l. 2. c. 1. lib. 5. c. 1.

Esui aut indutui de pecude conferret] Philostratum vide, & Eusebium in libello aduersus Hyeroclem. erat enim Pythagoricus.

Quæ magè sit fuctus oblata præstare, quàm sumere] Beneficia enim illa tantùm poscebat, quæ philosophis idonea erant, Philostratus quæ cum accipiebat, illico dator beneficium cum vsura recipiebat, erat quippe Philosophus in signis, & omnes bonis moribus & philosophiæ studiis instruebat.

Fors fuat] 7. epi. 7. l. 9. *Pretio fors fuat, officióue demeritum*, vbi plura. Interim adde quod ait Diomedes. lib. 1. *Sanè aliud verbum est apud antiquos qui dicebant fuo, fuas, fuat, vnde Terentius ait, fors fuat, &c.* id est, *fortuna sit*, Donatus Hecyra.

An vitæ scriptor æqualis] Apollonij vitam plerique Græcorum scripserunt, primùm Damis Ninus Apollonij cōperegrinus, posteà Philostratus, Nichomachus, Tascius Victorianus, Plutarchus, Hierocles Stoicus, & Vopiscus, quem in Aureliano vide, nec illis impar Sidonius noster.

SIDONIVS CONSENTIO SVO S. EPISTOLA IIII.

VNquámne nos Dei nutu, Domine maior, vnà videbit ille ager tuus Octauianus, nec tuus tantum quantum amicorum? Qui ciuitati, fluuio, mari proximus, hospites epulis, te pascit hospitibus: Præter hæc, oculis intuentium situ decorus: primore loco, quòd domicilium parietibus attollitur, ad concinnentiam scilicet architectonicam fabrè locatis: Tum sacrario, porticibus, ac thermis conspicabilibus latè coruscans: ad hoc agris, aquísque, vinetis, atque oliuetis, vestibulo, campo, colle amœnissimus: iam super penum, vel suppellectilem copiosam thesauris bibliothecalibus largè refertus; vbi ipse

dum non minùs ſtylo quàm vomeri incumbis, difficile diſcernitur domini plúsne ſit cultum rus an ingenium. Hîc tu igitur (quantum recordor) citos iambos, elegos acutos, ac rotundos hendecaſyllabos, & cætera carmina muſicos flores, thimúmque redolentia, nunc Narbonenſibus cantitanda, nunc Biterrenſibus, ambigendum celeriùs an pulchriùs elucubraſti, apud æquæuos gratiam tuam, famam apud poſteros ampliaturus. Certè quotiens mihi tui verſus à meditationis incude tanquam adhuc calidi deferebantur, ſic videbatur, qui etſi non bene ſcribo, bene iudico. Sed quod fatendum eſt, talibus ſtudiis anterior ætas iuſtè vacabat, ſeu (quod eſt verius) occupabatur: modò tempus eſt ſeria legi, ſeria ſcribi, déque perpetua vita potiùs quàm memoria cogitari, nimiúmque meminiſſe, noſtræ poſt mortem non opuſcula, ſed opera penſanda. Quæ quidem ad præſens non ita loquor, quaſi tu non vtraque laudanda conficias: aut ſi adhuc durat in ſermone lætitia, non cuſtodiatur in actione cenſura: ſed vt qui Chriſto fauente clam ſanctus es, iam palàm religioſa venerandus iugo ſalubri colla pariter & corda ſubdare: inuigilétque cœleſtibus lingua præconiis, anima ſententiis, dextera donariis, præcipuè tamen dextera donariis, quia quicquid eccleſiis ſpargis, tibi colligis: ad cuius exercitia virtutis illud vel principaliter te poterit accendere, quòd inter opes quaſlibet poſiti (quæ bona ſtultis falſò vocantur) ſiquid agimus noſtrum, ſiquid habemus alienum eſt. Vale.

Conſentio] Narbonenſi. ī. Carm. 23.

Conſenti patriæ decus ſuperbum. ī. c. 15. l. 9. in Carm.

Qui ciuitatis] id eſt Narboni: Fluuio. i. Ataci, præter Plinium l. 3. cap. 4. & Strabonem lib. 5. Vibius, *Atax è Pirenæo, circa Narbonam decurrit in Tyrrhenum.* ī. Carm. 23.

Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto.

Hoſpites epulis] Scilicet paſcit, id eſt cibo ſaginat. Nonius, *Paſcere, eſt cibo ſaginare.* idem. *accipere, eſt paſcere,* idem Seruius, & Donatus. Sulp. Seuerus. Dialog. 1. cap. 17, in fine, *qui eo tempore Conſules & præfectos ſubinde paſcere ferebatur.* Acton. ad hæc Satyr. vlt. l. 2.

Teis' vt ego accipiar. i. paſcar. ī. c. 9. l. 4 & in Conc.

Sacrario] id eſt, delubro. Gloſſæ vett. *Sacrarium.* Ἱερὸν θυσιαστήριον. Capitolinus in Antonino Philoſ. *Athenis fuit & inter alia, Cæſaris templum adiit, vt ſe innocentem probaret, & ſacrarium ſolum ingreſſus eſt.* Auſon. in Gratiarum act. cap. 19. l. vlt. ad leg. Iul. peculatus, & Saluianus l. 3. *Sacraria Dei.* id eſt templa.

Thermiſque] De thermis Narbonenſibus. ī. Carm. 23. Erant etiam in ruſticis fundis. ī. c. 9. l. 2.

Vinetis atque olinetis] Vineta & oliueta plerumque iunguntur, ī. epi. 2. l. 2. *Colles ædibus ſuperiores exercentur vinitori & olitori,* Idem c. 20. l. 5. Vlpian. tit. 6. *Veluti ſi vineta & oliueta fecerit.* & olim *leguli dicti, qui vuas, & oleas legebant.* Varro lib. 4. & lib. 5.

Theſauris bibliothecalibus] Doctorum theſauri ſunt librorum copia, id eſt bibliotheca, ſicque Domitius Piſo apud Pliniū in præfat. Natur. hiſt. *theſauris* ait, & ī. e. 9 lib. 9. de Remigij libris: *Myſtica gazæ clauſis inuolucris ferre theſauros* dixit. *Theſaurus*

etiam cuiuscunque rei copia dicitur. Nonius cap. 6. Hinc Vitruuius lib. 5. cap. 9. sub finē, de architect. syluæ copiam, *thesaurum* vocar.

Bibliothecalibus] In rusticis fundis bibliothecæ struebantur, s̄. ep. 9. lib. 2. *Huc libri affatim in promptu: videre te crederes grammaticales pluteos, aut Athenæi cuneos, aut armaria exstructa bibliopolarum.* Plinius ep. 17. lib. 2. *Parieti eius in bibliothecæ speciem armarium insertum est*, &c. Paulus 3. Sent. tit. 7. de legatis, §. instructo fundo legaro, *Libri quoque & bibliotheca, quæ in eodem fundo sunt, legato continentur.* Martialis libro 7. Epigrammate 16.

Ruris bibliotheca delicati
Vicinam videt vnde lector vrbem, &c.

Atque etiam, vt ait Seneca, de tranquillit. animi cap. 9. *Inter balnearia & thermas bibliotheca quoque*, &c. vide s̄. ep. 9 lib. 2.

Citos iambos] *Feruor & in celeres iambos*
Misit furentem. Horatius.

Ausonio præpes, & volucripes pes.

Ac rotundos hendecasyllabos] Idem epi. 13. lib. 9. in Carmine:
Iamdudum teretes hendecasyllabos. j̄. ep. 11. hu. lib. vocat *lubricos & enodes.* j̄. ad Consentium. Carm. 13. *Dulces hendecasyllabos.*

Et cætera carmina] Consentius præter cætera egregius poeta, j̄. Carmine 13. ad Consentium:

Misisti mihi multiplex poema,
Doctum, nobile, forte, delicatum, &c.

ep. 15. lib. 9. *Consentiorum qui superstes est patri*
Fide, voce, metris ad fluenta Pegasi
Cecinisse doctus omniforme canticum.

Narbonensibus] Consentius enim erat Narbonensis. j̄. Carmine 23. & in laude Narbonis.

Biterrensibus] Variant in huius vocis enuntiatione veteres. *Bliterra* Plinio lib. 3. cap. 4. Stephano, Antonino, & Pomponio lib. 2. cap. 5. *Beterra*: Antonino etiam *Beterræ*: Ptolomæo Βαιτίραι. Tabulæ Itin. Ver. *Beteris* in vet. Notit. Prouinciarum *Beterrensis.* in vet. Itinerario á Burdegala ad Hierusalem *Biterra.* & Vsuardo XI. Kal. April. Biterra autem Septumanorum est, Galliæ Narbonensis, vulgò *Besiers.*

A meditationis incude] s̄. figuratè ep. 8. lib. 4. *Si quid incus metrica produxerit.* & 13. lib. 9. *Postis vt Horatiana incude formatos Asclepiadeos.* vide s̄. ep. 8. lib. 4.

Et si non bene scribo, bene iudico] j̄. epist. 7. lib. 9. *Quod bene scripta laudamus, & si laudanda non scribimus.* In hanc sententiam Symmachus ep. 23. lib. 1. *Intelligendi natura indulgentius patet, alioqui præclara rerum paucis probarentur, si boni cuiusque sensus etiam ad impares non veniret.* Reclamant Varro de liber. educ. *Etenim nulla que non didicit, pingere, potest bene indicare quid sit bene pictum à plumario, aut textore in puluinaribus plagis.* Idem sentit M. Tull de Oratore: *Nemo potest esse non ineptus iudex, de ea re quam non didicit.* In eandem opinionem descendit Plinius ep. 10. lib. 1. *Vt enim de pictore, sculptore, fictore, nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens non potest prospicere sapientem.* Plura j̄. epist. 7. lib. 9.

Quibus anterior ætas iustè vacabat] i. antequam crearer episcopus. Episcopi enim Poeticæ studio renuntiare tenentur. vide supra, ep. 11. lib. 4. & in vita Sidonii, quibus adde Hieronymum ep. 146. Damaso: & Gratianum distinct. 37. Claudianum Mamerc. Contra vanos poetas. Auitus in præfat. lib. 6. ad Fuscinam sororem: *Sanè in faciendis versibus pedibusque iungendis pedem sum de cætero relaturus, nisi fortè euidentis causa ratio extorserit alicuius epigrammatis necessitatem, cuius tantam exiguitatem fore polliceor, vt ei aliud nomen assumere nec ipsa præsumas: decet enim dudum professionem, nunc etiam ætatem nostram, si quid scriptitandum est, grauiori potius stylo operam ac tempus*

insumere, nec in eo immorari quod paucis intelligentibus mensuram syllabarum seruando ca-nat, sed quod legentibus multis mensuratâ fides adstructione deseruiat. vide ȷ̃.ep.11.lib.9.

Deque perpetua vita potius, &c.] Aurea sententia s̃. ep.22 lib. 4. *Nec in præsentibus rei tantum, quantum in futuris spei locatum.* Tertullianus in Apolog. de veterib. philosophis vanæ non perennis illius gloriæ mancipiis. *Quid adeo simile Christianus & Philosophus, Græciæ discipulus, & cæli? famæ negotiator & vitæ?* Sulpicius Seuer. in prolog dialog. 1. *Cùm hominis officium sit perennem potius vitam, quàm perennem memoriam quærere.* Prosper lib. 1. cap. 17. de vita contemplat. *Nec à nobis in die iudicij verba quærenda, sed opera.* Prudentium consule in præfar. καθημερινῶν.

Quia quicquid Ecclesiis spargis, tibi colligis] Vide supra, ep. 24. lib. 4. & vlt. lib. 6.

Quæ bona stultis falsò vocantur] Alcim. Auitus lib. 6.

> *Quæ bona fortunæ falsò appellare solemus,*
> *Qualia diuitiæ, valitudo corporis, ipsum*
> *Robur, & ingenij quàm felicissima prompti*
> *Dexteritas.*

Zeno Veron. Serm. de inuidia: *Pro his verò bonis quæ falsa sunt, nec bona iure dicuntur, tam intentis studiis agimur,* &c. Claudius Taurinensis cap. 6. in epist. ad Galatas: *Bona in præsenti loco iuxta vulgi consuetudinem, moremque communem, victum & vestitum, cæteraque quæ homines inter bona numerant, appellauit.* Vide præter cæteros, quos sciens omitto, Censorinum, de die natali cap. 1. & Boet. de Consolat lib. 3. Prosa 2.

Si quid agimus nostrum, si quid habemus, alienum est] Plinius de opusculis lib. 1. ep. *Effinge aliquid, & excude, quod sit perpetuo tuum, nam reliqua rerum tuarum, post te alium atque alium dominum sortientur, hoc nunquam tuum desinet esse, si semel cœperit.* De actis & operibus Cassian. Collat. 3. cap. 8. *Et idcirco hæ sunt propriæ nostræ diuitiæ, quæ cum anima iugiter commorantur, quas nobis nullus regum, nullus hostium nec conferre poterit, nec auferre,* &c. idem cap. 10. *Nihil enim (vt dixi) nostrum est, nisi hoc tantùm quod corde possessum, atque animæ nostræ cohærens, à nemine potest prorsus auferri.* Salisber. Policrat. lib. 6. c. 28.

Si quid habemus alienum est] Apul. de Deo Socratis, sub finem: *Aliena autem voco, quæ parentes pepererunt, & quæ fortuna largita est.* & Cassianus Collat. 3. cap. 10. *Has igitur visibiles mundi diuitias relinquentes, non nostras, sed alienas abiicimus facultates, quãuis eas gloriemur vel nostro labore quæsitas, vel parentum ad nos hæreditate transmissas.* Ibid. postea: *De illis autem visibilibus diuitiis, ad eos qui illas tanquam proprias retentantes communicare indigentibus nolunt, increpans loquitur Christus: Si in alienis fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?* Lucæ 16. *Euidenter igitur has diuitias alienas esse, non solùm cottidiana experientia docet, verumetiam sententia Domini ipsa appellatione significauit.* Alcimus Auitus lib. 6.

> *Naturæque etiam vel corporis, exteraque illa*
> *Quæ bona fortunæ falsò appellare solemus.*

Ioannes episcop. Carnor. in Euthetico:

> *Quod Fortuna dedit, & quod dabit est alienum.*

Idem Policratici lib. 6. cap. 28. *Cætera namque omnia aliena sunt, suum est cuiusque quod sapit.*

SIDONIVS FORTVNALI SVO S.

EPISTOLA V.

IBis & tu in paginas nostras, amicitiæ columen Fortunalis, Ibericarum decus illustre regionum: Neque enim tibi familiaritas tã parua cum literis, vt per has ipsas de te aliquid post te superesse non de-

ceat. Viuet ilicet, viuet in posterum nominis tui gloria. Nam si qua nostris qualitercunque gratia, reuerentia, fides chartulis inest, sciat ætas volo postuma, nihil tua fide firmius, forma pulchrius, sententia iustius, patientia tolerantius, consilio grauius, conuiuio lætius, colloquio iocundius. Illud quoque supra cætera agnoscet, præconia laudibus tuis ex votorum contrarietate venisse. Nam prope est, vt eminentius censeatur quod probauerunt te aduersa constantem, quàm si celarent secunda felicem. Vale.

Familiaritas tam parua cum literis] Idem ep. 3. hu. lib. *Carminum modos tibi vni tantum penitissime familiares.*

Si qua nostris] Modesta loquendi formula de scriptis suis, quæ in æuum mansura sunt. Epitaphium Sidonij;

Scripsit perpetuis habenda seclis.

Sidonij opera nec temporis edacitas absumpsit, nec Gothorum incursus literis maximè infensus obliterauit, quinimo in bibliothecis à carie & situ studiosorum ope & opera vindicatus, ad hoc vsque tempus permansit Chronicon. Comitum, & Pontificum Egolismensium. vide Elogia.

Ætas postuma] v. epist. 12. lib. 3. *postumum tempus.* ep. 22. lib. 4. *laus postuma.*

Quod probauerunt, &c.] Horatium imitari videtur lib. 2. Satyra 8.

ingenium res.

Aduersa nudarè solent, celare secunda.

SIDONIVS NAMMATIO SVO S.

EPISTOLA VI.

CAium Cæsarem Dictatorem (quo ferunt nullum rem militarem ducaliùs administrasse) studia certandi, dictandi, lectitandique sibi mutuo vindicauêre. Et licèt in persona vnius eiusdemque tempore suo principis viri, castrensis, oratoriæque scientiæ cura certauerit fermè gloria æquipari, idem tamen nunquam se satis duxit in vtriusque artis arce compositum, priusquam vestri Arpinatis testimonio anteferretur cæteris mortalibus. Quod mihi quoque (si parua magnis cōponere licet) secundùm modulum meum, quanquam dissimillimo, similiter accessit. Quæ super cunctos te quamprimùm decuit agnoscere, quia tibi est tam gloria mea, quàm verecundia plurimùm curæ. Flauius Nicetius vir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris, & hominum patriæ nostræ prudentia peritiaque iuxta maximus, præconio (quantum comperi) immenso præsentis opusculi volumina extollit, insuper prædicans quòd plurimos iuuenum, nec senum paucos, vario genere dictandi militandique (quippe adhuc æuo viridis) ipse sim supergressus. Equidem in quantum fieri præter iactantiam potest, gaudeo præstantissimi viri auctoritate, si certus est: amore, si fal-

litur: licèt nunc quis prouocatus ad facta maiorum, non inertissimus, quis quoque ad verba non infantissimus erit? Namque virtutes artiũ istarum sæculis potius priscis sæculorum rector ingenuit: quæ per ætatem mundi iam senescentis, lassatis veluti seminibus emedullatæ, parum aliquid hoc tempore in quibuscunque, atque id in paucis mirandum, ac memorabile ostentant. Huius tamen ego (etsi studiorum omnium caput est, literarumque) quia personam semper excolui, vereor sententiam supra quàm veritas habet, affectu ponderatiore prolatam. Neque ob hoc in inficias ierim, me sæpe luculentis eius actionibus adstitisse: Quarum me (etsi mutuum reddere videor) vel ex parte cursimque fieri memorem fas est. Audiui eum adolescens, atque adhuc nuper ex puero, cùm pater meus præfectus prætorio, Gallicanis tribunalibus præsideret, sub cuius videlicet magistratu consul Asterius anni sui fores votiuum trabeatus aperuerat. Adhærebam sellæ curuli, etsi non latens per ordinem, certè non sedens per ætatem: mixtusque turmæ censualium penulatorum Consuli proximis proximus eram. Itaque, vt primùm breui peracta, nec breuis sportula, datique fasti, acclamatum est ab omni Galliæ cœtu, primoribus aduocatorum, vt festiuitate præuentas horas antelucanas, qui diem serum cum silentio præstolarentur, congrua meritorum fascium laude honestarent. Nicetium protinus circunspexêre conspecti, qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim petitus & cunctim cum quodam prologo pudoris vultum modestè demissus irrubuit. Atque ob hoc illi maximũ sophos non eloquentia priùs quàm verecundia dedit. Dixit dispositè, grauiter, ardenter, magna acrimonia, maiore facundia, maxima disciplina, & illam Sarranis ebriam succis inter crepitantia segmenta, palmatam plus picta oratione, plus aurea conuenustauit. Per ipsum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennii fuerat proquiritata: cuius peremptoriis abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Hanc intra Gallias an nesciã primus, quem loquimur orator, indidit prosecutionibus, edidit tribunalibus, prodidit partibus, addidit titulis, frequente conuentu, rarò sedente, paucis sententiis, multis laudibus. Præter ista per alias vices doctrinam illius (quo more citiùs homo discitur) inobseruatus inspexi tunc, cùm, quæ regit prouincias fascibus, Nicetiano regeretur præfectura consilio. Quid multa? Nil quod non meum vellem: nil quod non admirarer audiui. Propter quæ omnia bona in viro sita, lætor ad puncta censoris omnium voce concelebrati. Granditer enim sua in vtramuis de me opinionem, sententia valet: quæ, (si veram comperimus) tantum mihi est fauens securitati, quantum fieret aduersa formidini. De cætero fixum apud me statconstitutumque, prout rem ex asse cognouero,

iui
D. Cardinal. Baron. t. tom. 5 ann. 445.

cognouero, vel silentio me lora laxare, vel stringere fræna garritui. Namque si supradicti confirmor assensu, Athenis loquacior: si minùs, Amyclis ipsis taciturnior ero. Sed de sodali, deque me, satis dictum. Tu nunc inter ista quid rerum? Quas mihi ad vicem nosse non minus cordi. Venaris? ædificas? rusticarisne? An horum aliquid vnum, an singula vicissim, an pariter cuncta? Sed de Vitruuio, siue Columella, seu alterutrum ambosve sectère, decentissimè facis. Potes enim vtrumque more, quo qui optimo, id est, vt cultor aliquis è primis, architectusque. Cæterum, vt tibi de venatoris officio quamminimum blandiaris, maximè iniungo. Namque apros frustra in venabula vocas, quos canibus misericordissimis, quibus abundas, & quidem solus, mouere potius quàm commouere consuesti: Esto, sit indulgentia dignum, quod reformidant catuli tui bestiis appropinquare terribilibus, corpulentisque: Illud ignoro quomodo excuses quod capreas pecus simum, pariter & damas in fugam pronos iacentibus animis, pectoribus erectis, passibus raris, crebris latratibus prosequuntur. Quapropter de reliquo fructuosiùs retibus cassibusque scrupeas rupes, atque opacandis habilia lustris clusor statarius nemora circumuenis: ac pudor si quis, temperas cursibus apertis quatere campos, & insidiari lepusculis Olarionensibus, quos nec est tanti, rarò te insectante superádo scopulis palam ductis inquietari: nisi forsitan dum tibi, ac patri, noster Apollinaris interuenit, rectiùs fiet vt exerceantur. Exceptis iocis, fac sciam tandem, quid te, quid domum circa. Sed ecce dum iam epistolam, quæ diu garrit, claudere optarem, subitus à Santonis nuntius, cum quo dum tui obtentu aliquid horarum sermocinanter extraximus, constanter asseuerauit, nuper vos classicum in classe cecinisse, atque inter officia nunc nautæ, modò militis, littoribus Oceani curuis inerrare contra Saxonum pandos myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas, ita simul omnes imperant, parent, docent, discunt latrocinari. Vnde nunc etiam vt quamplurimùm caueas causa successit maxima monendi. Hostis est omni hoste truculentior. Improuisus aggreditur, prouisus elabitur: spernit obiectos, sternit incautos: si sequatur, intercipit; si fugiat, euadit. Ad hoc, exercent illos naufragia, non terrent. Est eis quædam cum discriminibus pelagi, non notitia solùm, sed familiaritas. Nam quoniam ipsa, si qua tempestas est, hinc securos efficit occupandos: hinc prospici vetat occupaturos in medio fluctuum scopulorumque confragosorum spe superuentus læti periclitantur. Præterea priusquam de continenti in patriam vela laxantes, hostico mordaces anchoras vado vellant, mos est remeaturis decimum quemque captorum per aquales & cruciarias pœnas, plus ob hoc tri-

tristi quòd superstitioso ritu, necare, superque collectam turbam perit-urorum, mortis iniquitatem sortis æquitate dispergere. Talibus se ligant votis, victimis soluunt: & per huiusmodi non tam sacrificia purgati, quàm sacrilegia polluti, religiosum putant cædis infaustæ perpetratores, de capite captiuo magis exigere tormenta quàm pretia. Quãobrem metuo multa, suspicor varia: quanquam me è contrario ingentia hortentur: Primùm, quòd victoris populi signa comitaris: dein quòd in sapientes viros, quos inter iure censeris, minus annuo licere fortuitis. Tertiò, quòd pro sodalibus fide iunctis, sede discretis frequenter incutiunt & tuta mœrorem: quia promptiùs de actionibus longinquis ambigendisque sinistra quæque metus augurat. Sed dicas non esse tantum fortè curanda quæ perhorresco. Id quidem verum est: sed nec hoc falsum, quòd iis, quos amplius diligimus, plus timemus. Vnde nihilominus precor: obortum tui causa sensibus nostris quamprimùm propero relatu exime angorem. Neque enim ex integro flecti vnquam ad hoc possum, vt de peregrinantibus amicis (quippe quos bellica militatisque tessera terit) donec secunda cognosco, non aduersa formidem. Varronem logistoricum sicut poposceras, & Eusebium Chronographum misi: quorum si ad te lima peruenerit, si quid inter excubiales curas, vtpote in castris, saltem sortitò vacabis, poteris postquam arma deterseris, ori quoque tuo loquẽdi rubiginem summouere. Vale.

CAIVM *Cæsarem, &c.*] Rei militaris ductor conclamatissimus fuit, de quo præter auctores quos ĩ. enumerat ep.14. lib.9. Tacitum vide init. lib.13. Iulium Firmicum in præfat. lib. 2. Æthicum init. Cosmographiæ. Ioan. Salisberiens. Policrat. lib.6. cap.15. lib.8. cap.19. & cap.21.

Artis arce] ĩ. Paulino: *disserendi arce superuenit.* D. Hieron. in prologo Genes. *Sed & Tullius qui in arce Romanæ eloquentiæ stetit.* Priscianus Iuliano Cons. ac Par. *quorum vterque arcem possedit Musicæ.*

Anteferretur cæteris mortalibus] Cicero in Bruto: ex eo Suetonius cap. 55. in Iulio, & cap.58.

Si parua magnis componere licet] ex 4. Georgic.

si parua licet componere magnis.

Idem Eglog.1. *sic paruis componere magna solebam.*

Adagio cessit. D. Hieronym. prooemio in Genesim: *Cuius nomen, si parua licet componere magnis, meo nomine insidiosius est.* M. Tullius de claris oratorib. *Similiter igitur suspicor (vt conferamus parua magnis) Curionis, &c.* Plinius lib.5. ep.6. sub finem: *si parua magnis.* Statius 1. Syluar. de balneis Hetrusci: *fas sit componere magnis Parua.* Petr. Venerab. ep.32. lib.3. *Si tamen maximis liceat minima comparare.*

Viro ortu clarissimus] Quod à patre clarissimatus dignitatem hæreditariam haberet. nam filii clarissimorum clarissimi, vt filii senatorum senatores oriebantur. Vide ĩ. ep. 3. & 6. lib.1. & 16. lib.5.

Priuilegio spectabilis] priuilegio scilicet adsessuræ & participatus. ĩ. hac epist. & & ĩ. epist.3. lib.1.

Meritò inlustris] i. Licet ipsa administrationis conditio, & adsessionis officium spectabilem noucrit, si meritis honor debitus redderetur, inlustris esset, vide vt ordine gradus dignitatum percurrerit. idem S. lib. 7. in Gone. vide quæ notaui.

Dictandi] i scribendi, Sidonio familiare verbum, ep. 7. lib. 1. *dominum dictasse profitebatur*. eadem epist. *se dictasse proclamat*. postea: *quòd ipse dictasset*. ep. 11. lib. 4. *Quia faceret dictandi desuetudo difficultatem*. epist. vlt. lib. 7. *dictaui enim quepiam hortando*. Idem huius epist. init. *studia certandi, dictandi, lectitandique*, &c. S. epist. 3. lib. 9. Aldhelmus elegans scriptor de laudib. virginit. cap. 7. *dictandi facundia præditos*. tractū ex eo quòd olim scriptores notariis suis dictarent. Plin. ep. 36. & vlt. lib. 9.

Militandique] In castris meruisse Sidonium ex hoc loco certissimum est. præter ea quæ notaui ep. 1. lib. 3. ad hæc: *stipendiis perfuncti sumus*. initium huius epistolæ omnem dubitationem reiicit, cùm ait: *Caium Cæsarem studia certandi, militandi, dictandique sibi mutuo vindicasse*, &c. Et postea: *castrensis, oratoriæque scientia*. Deinde hæc: *in vtriusque artis arce*. Ita quoque Sidonium vtriusque rei exercitia vindicasse, & propter castrensis oratoriæque scientiæ peritiam à Niceetio cæteris prælatum fuisse.

Æuo viridis] Iuuenes enim & ætates viridiores antiquitus militabant. vide S. ep. 6. lib. 1. & ep. 1. lib. 3. *viridis ætas* Columellæ in præfat. ad Siluinum: Plinio epi. 12. lib. 1. *ætates viridiores* Eucherio lib. 1. Regum cap. 14. Seruius Æneid. 5. vbi de ætatibus: *Singula trifariam diuiduntur, vt sit prima viridis, adulta, & praeceps*, &c. S. epist. 11. lib. 4. in Carm. *virente in æuo*. Ausonius in Traiano:

Aggreditur regnum viridi Traianus in æuo.

Infantissimus] S. *stylus infantissimus*. ep. 3. lib. 9. auctori ad Herenn. *infantissimi*. & Apuleio 1. Florid. & Ausonio in Gratiar. act. 12.

Parum aliquid hoc in tempore] S. ex ep. 10. lib. 2. & ep. 2. huius libri patet Sidonij æuo Latiaris linguæ proprietatem pene abolitam fuisse. Mamercum vide epist. altera ad Sidonium, in fine, de statu animæ, propter incursus Gothorum, qui literis infensi erant. S. notatum. vide Nouel. Valentiniani de confirmandis his quæ administrantib. &c.

Etsi mutuum reddere videor] Sic mss. in Bas. *etsi mutuum*. quod magis redolet adagionem, *mutuum muli scabunt*. de quo præter cæteros Symmach. ep. 25. lib. 1. & ep. 1. lib. 10. quo quidem honestè veniam præfari mos erat his, qui laudatores laudabant. Plinius ep. 8. lib. 9.

Adolescens atque adhuc nuper ex puero] Eadem copula verborum vtitur ep. 14. lib. 9. *Non enim minùs laudi feretur adulescentem, vel quod est pulchrius pene adhuc puerum*. D. Hieronymus epist. ad Heliodorum: *Valentinianus adolescens et pene puer*. Cicero ad Brutum: *Cùm me pro adolescentulo ac pene puero Respublica accepisset vadem*.

Præfectus prætorio] Sidonij pater inlustris prætoria Galliarum rexit, ep. 3. & 7. lib. 1. ep. 1. & 12. lib. 3. & ep. 16. lib. 5. Vitam consule.

Consul Asterius] de quo in Fastis consularibus Cassiod. & Marcellinus Comes, & Leo Papa ab epist. 74. vsque ad 84. vbi Asturius vocatur cum Protogene consulatum participauit.

Trabeatus] Trabea vestis consularis. vide S. ep. 6. lib. 1. Marcellinus lib. 19. de consularitatis insignibus: *Scipiones, trabea, fasti*. Pacatus in Paneg. *pastores trabeati. trabeata imagines*. ep. 6. lib. 1. Corippus 4.

Egrediens princeps sacra trabeatus ab aula.

Aperuerat] Consules auspicantes magistratum, annum aperire dicuntur, quòd ab his annus numeraretur. Plinius in Panegyr. *Contigit ergo priuatis aperire annum*. Statius 4. Syluar. *insignemque aperit Germanicus annum*. S. Carm. 2.

Sellæ curulis] Inter consularitatis insignia numeratur sella curulis. Mamertinus in Paneg. Maximiani: *Prætextam sumpto therace mutasti, hastam posito Scipione rapuisti*,

à tribunali temet in campum, à curuli in equum transtulisti. Pacatus in Paneg. Theodos. *Inde est quod accepimus datos ferentibus fasces, & missas cum curulibus suis per rura palmatas.* ℑ. ep 8. huius lib. *eboratas curules.* Fortunatianus: *Fasces, lictores, toga prætexta, sella curulis, imperia, prouincia, magistratuum ornamenta sunt.*

Censualium] Censuales sunt officiales publici, qui regesta & acta publica seruabant, de quibus, præter Iuris auctores, Firmicus lib. 3. Astronom. cap. 11. Capitolin. in Gordianis: & Anianus lib. 4. Cod. Theod. de Testamentis: Julian. Nouella 124. cap. 4. Symmach. ep. 36. lib. 10.

Penulatorum] Doctè, censuales enim penulati, id est, penulis vestiti, publicis actis in senatu præsentiam accommodabant, ex Constitutione Gratiani Valentini. & Theodos. l. 1. Cod. Theodos. de habitu quo vti oporteat intra vrbem: *Officiales quoque per quos statuta complentur, ac necessaria peraguntur, vti quidem penulis iubemus.* Quòd si in hanc legem commiserit censualis, viginti librarum auri dispendio mulctatur, eadem lege: *Officio censuali viginti librarum auri non immeritò dispendii subiugando, si culpam vsurpationis huiusce, aut dissimulatione suppresserit,* &c. Lugd. cœcutit.

Sportula] Quæ ab Asterio consule ex more spargebatur. Plinius ep. 120. lib. 10. l. 36. de condict. & demonstrat. l. 2. Cod. de consulibus: Cassiodor. epist. 2. lib. 2. & ep. 2. lib. 6. Corippus libro 4.

> *Egrediens princeps sacra trabeatus ab aula*
> *Diuitias vulgò solemni munere donans*
> *More niuis sparsurus erat.*

postea:

> *& exertas ad munera tendere palmas,*
> *Et donis aptare sinus, qua plurima consul*
> *In plebes missurus erat, palmasque capaces*
> *Tendere, quo veniens latè pluat aureus imber.*

Si fortè quæras cur in Panegyrico Sidonii nullæ sportulæ, scias oportet, Marciani legem, quæ statuit, vt consules nihil æris in populum spargerent, Indict. 5. Asporacio & Herculano Coss. l. 2. Cod. de consulibus: & Marcell. Comes in Chron. quā postea Iustinianus reuocauit Nouella 94. de Consulibus. Idcirco hoc loco Asterius missilia sparsit, quia nedum Marcianus Imperium sumpserat, non sparserunt Auitus, Anthemius, & Maiorianus AAA. propter legem Marciani: sparsit Iustinus, quia lex abrogata Marciani fuerat per Nouellam Iustiniani.

Datique fasti] ℑ. ep. 8. huius lib. *& fastos recolas purpurissatos.* ℑ. Carm. 2. init.

> *ac sine fastu*
> *Scribere bis fastis.*

Marcell. *Scipiones, trabea, fasti.* vide ℑ. ep. 9. lib. 1.

Primoribus aduocatorum] Qui inter præfecturæ vrbanæ & præfectorianæ causidicos primores locos tenent, *priores aduocati* Nouel. Theodos. & Valent. de postulando. *priores* in l. per hanc legem, de aduocat. diuers. iudic. *primates* in l. 10. 22. & 23. 24. eodem tit. *palmates* Cassiodor. epist. 19. lib. 6. de quibus Constantius in vita S. Germani cap. 1.

Vt festiuitate] *festa Ianuariorum.* Aurelius Victor in Commodo: *festiuitas Kalendarum Ianuariarum* in l. laudabile. Cod. de aduocatis diuers. iudic. ℑ. *festa* Carm. 2. & Symmacho lib. 5. ep. 5.

Præuentas horas antelucanas] Kalendis enim Ianuariis senatus in Curiam ante lucem veniebat. Symmachus ep. 7. lib. 1. *Primores Kalendas Ianus aperibat, frequens senatus, matutinè in Curiam veneramus, priusquam manifestus dies creperum noctis absolueret.* Paulo post: *Nondum cælo albente concurritur luminibus accensis.* Aurel. Victor in Commodo: *Quo cognito senatus, qui ob festa Ianuariorum frequens primo luci conuenerat.*

Serum diem] Non serum diei, sed desideratam & expectatam lucem interpretor, non serum vesperum, vt ℑ. ep. 2. lib. 2. *Serenatur.* vtrobique tropicè & eleganter,

id est expectatè natus, sed contrario sensu.

Præstolarentur] Symmachus epist. 7. l.1. *Quid multa? lucem quam operiamus accepimus.* Præstolabantur autem primores aduocati lucem, quam præuenerant, quod ex l. laudabile. C. de Aduocat. diuers. iudic. liquet. vt scilicet solatia & dona Kalendarum acciperent laudésque Consulis prædicarent. Corippus l. 4.

Namque illos donis conscriptis patribus aequos
Esse dedit, cum distet honor, vigilantia noctis
Hoc meruit, charisque fauens sapientia Musis.

Honestarent] Solemne erat, vt Consulibus annum aperientibus Panegyrici dicerentur. S. epist. 9. l. 1. præter Panegyristas, Corippus. l. 4.

Tunc oratorum geminæ facundia linguæ
Egregias cecinit solemni munere laudes
Consulis Augusti. S. Carm. 2. 5. & 7.

Singulatimque] Martianus Felix lib. 3. *Cur singulatim dicimus, binatim, ternatimque non dicimus,* cui opponitur cunctim, id est, vt ipse loquitur epist. vlt. l. 1. *Protinus cuncti, neque singuli.* quod dictum volo ne quis cunctatim cōminiscatur, pro cunctim. S. hac epist.

Sarranis] id est Tyriis, Tyros enim insula priùs Sarra dicta est. Seruius, & Festi Epitomastes, vnde *Sarranum ostrum,* Vergilio.

Ebriam succis] ms. Clar. fucis. quæ lectio defendi potest & elegans est. Mattius in Mimiambis.

Iam tonsiles tapetes ebrij fuco,
Quos concha purpura imbuens venenauit. S. epist. 13. l. 9. in Carm.
Melibœa fucat vnda.

Reliqui, succis, Tibullus.

Vellera dat succis bis madefacta Tyros.

Ebriam, id est, bis tinctam & dibapham, Martial.

Ebria Sidoniæ cum sint de sanguine concha.

Ennodius. *Ebria vestito plus lucent vellera fero.*

Idem Fausto. *Et virus generosum, quod vellus ano inebriante non sorbuit.*

S. Carm. 15. *Ebria non solùm spirat conchilia sandix.*

Crepitantia segmenta] Segmenta, sunt claui & institæ auro intextæ, quæ vestibus adsuebantur. Vetus interpr. Iuuenalis. Satyr. 6. *Vittas pendentes de vestibus intextas auro, segmenta aurea,* Liuio lib. 11. & Valerio lib. 5. cap. 2. S. Carm. 15.

Attamen in trabea segmento luserat alto.

Crepitantia] Quia auro intexta. Statius. 1. Thebaidos.

pars ostro tenues, auroque sonantes
Emunire toros.

Palmatam] S. *iam palmata consularis.* epi. 5. l. 1. S.

Post palmam palmata venit.

vestis consularis Symmach. epist. 41. l. 6. Iul. Firmi. lib. 4. cap. 15. *Tunc enim coronas aureas, tunc pretextas decernit, aureasque consularium, seu proconsularium palmatas.* vide S. Carm. 2. init.

Plus picta oratione] Palmata erat picta toga, & versicoloria, vnde ait, & si picta sit toga Asterij, plus picta oratione Nicetius eam conuenustauit. Ausonium imitatus est, in Gratiar. act. cap. 15. *Hac est picta (vt dicitur) vestis, non magis auro suo, quàm tuis verbis.*

Plus aurea] Palmata enim erat filis aureis intertexta, vnde palmatæ aureæ Iul. Firmico, & aurea segmenta suprà, notatum. Auson. vide in Grati. act. cap. 15. & epi. 24. Paulino.

Paulinum Ausoniumque viros quos sacra Quirini

Purpura, & auratus trabea velauit amictus. ī. Carm. 2.

Per ipsum ferè tempus] Rectè adiecit ferè, Kalendis enim Ianuarij Asterius Consulatum iniit, & ei Nicetius Panegyricum dixit, lex autem de præscriptione triennij xv. Kal. Iulij. data fuit Coss. Asterio & Protogene. Nouella Theodosij de 30. annorum præscript.

Decemuiraliter loquar] id est vt verbo Iuris vtar, & ex forensi formula, ī. epist. 7. lib. 2. *Decemuirales sententia.* vide quæ notaui, forense enim verbum est præscriptio. Isidorus lib. 10. caue putes pro quiritare, verbum esse decemuirale vt quidam non amusis tradidit.

Lex] id est Nouella lex Theodosij Iunioris de 30. annorum præscript. omnib. causis oppon. ad quam Anianus, *ista lex ideò interpretata non est, &c.* Idem in Nouella Valentiniani de Episcopali iudic. *Tricennalem verò legem, &c.* Gelasius Papa ad Siculos. cap. 2. *Iure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit.* Concil. Aruer. c. 33. *secundum ius legis.*

Tricennij] Sic ex mss. & vett. indubiè legendum est, sequentia satis demonstrant, *in sextum tracta quinquennium, &c.* Ræuardus tamen, parum consideratè ex hoc Sidonij loco, triennij præscriptionem commentus est, lib. 4. Varior. c. 14.

Præscriptione tricennij] De qua post Theodosium Iuniorem, Valentinianus Nouel. de Episcop. iudic. post Valentinianum, Marcianus in Synodo Calchedonensi can. 17. ibid. Balsamo, post eum Maiorianus Nouella de Curialibus, ibid. Anianus hic autem de lege Theodosij & Valentiniani agitur iidem AA. Nouella de colonis vagis.

Proquiritata] id est publicata & promulgata, Cl. Mamercus in præfat. de statu animæ ad Sidonium nostrum: *Sanè opusculum illud sine auctore proditum, & vsquequaque proquiritatum.* Apuleiana vox in Apolog. *In medio foro bacchabundus epistolam sæpè aperiens proquiritabat, Apuleius magus, &c.* Compositum verbum à quiritare, quod est publicare. Isidorus in Gloss. *Quiritare, populare. Quiritat, populo alloquitur.*

Cuius peremptoriis rubricis] Verbo Nouellæ Theodosij Iunioris vsus est sic enim illa. *Quod non per illud venerabile constitutum, hoc peremptorio vocabulo concludatur,* peremptorium vocabulum Theodosio Iuniori est, *Tò omnia,* quod ex lege Theodosij Magni refertur in illa Nouella, vt Sidonio peremptoria rubrica intelligitur, Rubrica illa Nouellæ Theodosij Iunioris. de 30. annorum præscript. omnibus causis opponenda. quæ quia triennio omnes lites perimit, idcirco peremptoriæ huius legis rubricæ dicuntur, sicut *peremptoria præscriptio* in l. 3. C. Theod. de diuers. rescript. quæ causam principalem tollit interprete Aniano, ita l. 8. C. de exceptionibus, & Collat. Carthag. 3. c. 225.

Rubricis] i. titulis qui rubrica miniabantur. ī. epist. 11. l. 7. Iuuenal. Satyr. 14. *perlege rubras Maiorum leges.* Vet. interpr. *rubricas Iuris.* Prudent. contra Symmach. l. 2.

dicant cur condita sit lex

Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minatur Qua prohibet peccare reos.

Abolita] Ex ead. Nouella Theodosij Iunioris: *Huius sacræ præceptionis auctoritate volumus aboleri.*

Lis omnis, &c.] Theodosij Magni lex triennali præscriptione omnia iurgia dirimebat, Nouella Theodosij, *decendo omnia nullum penitus cuiuslibet litis aut causationis fomitem dereliquit,* idem statuit Theodosius Iunior, & Valentinianus de Episcopali iudicio. Ibidem Anianus. *Vt omnia omnibus causis infra triginta annorum curricula concludantur,* vbi legendum puto intra, nam si infra metas triceni temporis, secus, vt paret ex Concilio 2. Spalensi can. 2. & ita legitur in Nouella Valentiniani, Pet. Chrysologus, Serm. 145. *Humanæ leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quæstiones.*

Hanc intra Gallias an nescitam primus] Sic ex mss. emendaui, Clu. Cla. Put. Amar. Iulio. qui tamen vtramque retinet, *an nesciam*, & *ante nescitam*, & vtraque retineri posset, nisi legem triennalem Theodosij Magni, in Occidentis Imperio obtinuisse probatem, quæ cum obtinuerit dubitat Sidonius num primus Nicetius de præscriptione triennij legem inuexerit in Gallias, legem quidē Nouellam Theodosij Iunioris primum Nicetium inuexisse non dubitauit, cum hæc Rauennæ data fuerit, & Firminus Præf. præt. legem cunctis prouinciis, vniuersis litibus adplicandam ab Impp. Theodosio & Valentiniano acceperit, & programmate suo cunctis notam fecerit, atque ita Nicetius præfecturæ consiliarius indiderit prosecutionibus, ediderit tribunalibus, vt Sidonius ait: sed dubitauit, vt dixi, num ante Nicetium lex de præscriptione triennij nota fuerit intrà Gallias, non illa Theodosij Iunioris, sed Theodosij Magni, de qua Symmachus epist. 52. lib. 5. *Triginta annorum diebus incanuit aetas possessionis.* Et Nouella Theodosij Iunioris de 30. annorum præscript. de qua etiam sed per nebulam canon. vigilanti, de præscriptionibus, vbi Ephesinus legislator primus huiusce præscriptionis auctor laudatur, inemendatē legitur *Ephesinus* in 2. tom. Conciliorum legitur *Euphegius* mendosē etiam, pro Eugenius, qui Theodosij Magni coætaneus Tyrannus rerum summam sibi vindicarat, ideò tribuitur incubatori Eugenio, quod Theodosio tribuendum erat: adde *quod xj. anno Theodosius regni sui Romam cum filio Honorio ingressus est, legesque Romanorum integra emendatione edidit.* Idaci. in Chro. ms. lex autem illa Theodosij Magni non extat in corpore Theodosiano, nec in Codice Iustinianeo, licēt Cuiacius putauit lib. de præscr cap. 30 legem 3. C. de præscriptio. 30. annor. Theodosij Magni esse, quam sentētiam reuocauit Obseruat. 18. cap. 26. quò loci Sidonij mentem nō integrē percepit, verē tamen intellexit dictam legem 3. de præscr. Theodosij Iunioris esse, non senioris, quod ex Aniano perspicuum est, in l. vnic. Cod. Theod. de actionibus certo temp. finiendis. de qua lege Theodosij Iunioris, Valentinianus in Nouella de Episcopali iudicio, non senioris. Eodem Aniano interprete.

Indidit prosecutionibus] Sic mss. vett. & vulgati legunt rectē, prosecutiones sunt processus, & partium vtrimque allegationes. Cassianus Collat. 23. cap. 7. *Tum deinde si nobis in foro aut iudicum secularium tribunalibus constitutis assistente etiam econtrà aduersario, in media prosecutione atque conflictu, &c.* Frequentissimē in ea significatione Collatio Carthaginensis, Anianus l. 5. Cod. Theod. de cognitoribus & procuratoribus. *Nulla ratione fœminæ amplius quàm suas agendi causas habeant potestatem: nec alicuius causam à se nouerint prosequendam.* Concilium Namnetense can. 8. *Vnde quia diuinæ leges, vt supra monstratum est, hoc contradicunt, & humanæ nihilominus id prohibent, vt fœminæ nihil aliud prosequantur in publico quàm suam causam.* Aniani verba infigit Borchardus lib. 8. cap. 85. sub nomine Theodosianæ legis. Idem Anianus lib. 3. & 4. eodem tit. *Vt is qui causam alterius prosequitur, & qui vxoris suæ negotium fuerit prosecutus.* Idem l. vnic. Cod. eodem de his qui potentiorum nomina, &c. *Cognouimus multos causas suas per potentium personas excusare vel prosequi.* à quo prosecutiones dictæ sunt Concilij Toletani 12. can. 4. Et prosequutor in Era. 38. Legis Vvisigothorum lib. 2. tit. 1. & Era. 2. 6. 7. & 10. lib. 2. tit. 2. Lugdd. perperam.

Quæ regit prouincias fascibus] id est præfectura prætoriana. 5. e. 12. l. 7. *Praetermisit Gallias tibi administratas.* Ibid. *Sic habenas Galliarum moderare*, vide quæ notaui.

Nicetiano regeretur præfectura consilio] id est Apollinaris pater Sidonij Præfectus prætorio, & Galliarum rector regeretur à Nicetio adsessore & consiliario. Claudian. de Theodoro Præf. præf. *cunctàque dedit tellure regendos*

Rectores, Rutilius Itiner. 1.

Exiguus regum rectores cespes habebat.

Cassiodo. l. 8. epist. 10. *Defensorem omnium suis tractatibus adiuuabat, & ministrando consilium regebat ipse rectorem.* Præfecti enim prætorio suos sibi habebant adsessores. s. epist. 3. l. 1. & epist. 10. l. 5. Vide quæ notaui, & adde quod ait lex Nemini. C. de aduoc. diuers. iud. & Iuli. Firmic. l. 3. cap. 5. Vualfridus Strabo cap. 31. *Habent & potestates sæculi consiliarios in domesticis, &c.* Ex quibus locis colligere licet olim adsessores ex primoribus aduocatorum adsumptos fuisse. s. e. vlt. l. 1. *Quorum cum finiuntur actiones tunc incipiunt dignitates*, vide quæ notaui, & adde quod idem ait de Pragmacio epist. 10. l. 5. Cassiod. e. 11. l. 8. *Aduocationis te campus exercuit, &c.*

Edidit tribunalibus] Nicetium enim Apollinaris Præf. præt. adsessorem adlegerat, adsessores autem consiliis tribunalibusque sociabantur. s. epist. 10. l. 5. tribunal erat præfectorum. s. in Conc. l. 7.

Prodidit partibus] id est, iurgantibus. Symmach. e. 29. 32. 41. & aliàs passim. s. epi. 4. l. 6. & e. 7. l. 2.

Addidit titulis] Nomen Iuris, quib. iustam possessionem tuemur, veluti pro emptore, pro donato, quibus titulis tricennalis præscriptio addicta fuit, s. citatis Nouellis. à quo tempore postea religiosè obseruata fuit lex tricennalis intra tractum Galliarum, Concilij Aurelianensis 1. can. 25. Aruernensis can. 33. Quem integrum canonem Concilij Aruernensis, repetit Concilij Toletani quarti canon 43.

Puncta censoris] id est Nicetij honora suffragia s. e. 9. l. 1. *puncta tribuantur*, abundè nimis illo loco. quoad sensum. Symmach. e. 90. l. 1. *Titulum tamen præclari testimonij albo calculo veterum more signabo.*

Athenis loquacior] adagio est, vbi enim ventosa & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigrauit, vt Petronius ait, impendio fuere loquaces Athenæ, vnde linguata ciuitas Tertull. dicitur de anima init. *Athenis enim expertus linguatam ciuitatem, cum omnes illic sapientiæ atque facundiæ caupones degustasset.* vbi de Apostolo. Pacianus epist. 2. ad Symphonianum. *Hesiodus istud in Helicone mentitus est, sed Atheniensium studio, quibus vt Apostolus ait* (Actuum cap. 17.) *nihil vacabat nisi loqui.* Arator l. 2. hist. Apostolicæ: *Ingeniis claras & linguis, Paulus Athenas Ingreditur.* Seneca epi. 94. *Qui quod cuique optimum est, eripuit, Lacedemona seruire iubet, Athenas tacere*, de Attica loquentia idem ep. 40. & Plinius epist. 20. l. 5. Val. Maxim. lib. 2 c. 1.

Amyclis ipsis taciturnior ero] Quæ cum silentio periissent, adagio locum fecerunt, alij notarunt, Auson. de professoribus Epig. 16.

Taciturnæ Amyclæ, quas silendo vicerit.

Amyclæ Laconiæ oppidum, Lacones autem Pythagoræ consectanei aut non loqui, aut parum loqui studebant, Atheniensium odio, qui cum Locutio, isti Deo Silentio litabant, studiáque in contrarium destinabant. Symmach. epi. 39. l. 1. vt in hoc, sic in reliquis omnibus, Athenienses enim paucorum, Lacedemonij populi potestates deleuerunt. Aristot. l. 5. Polit. cap. 7. Athenienses iure scripto, Lacedemonij non scripto vtebantur, §. in his ciuitatibus. Institut. de iure natur. gent. & c. Lacones moribus erudiebantur non verbis, Athenienses recta præcipiebant, sed ea facere detrectabant. Iosephus contra Appionem lib. 2. & Valerius lib. 4. cap. 5. exemplo vlt. Philosophos Lacones abegerunt, Athenienses honorificè receperunt. Mar. Fabius lib. 5. cap. 9. Instit. Sua sacra Athenienses annuatim excolebant magnificè & superbè, Lacones modestè & parcè. Plato in Alcibiade 2. Lacones Pythagoricæ disciplinæ sectatores esu carnium abstinebant, Seruius Æneid 10. Athenienses luxu diffluebant, vnde Arnobius lib. 7. *Aut vt gentibus fieri moris diuersissimus fama est, quæ habentur bis esui, aliorum eadem reuocuntur à victibus.* Lacones exteros arcebant, Athenienses inuitabant propositis præmiis, Theophilus §. diximus. de iure natur. gent. & ciuil. Athenienses celeres & supra vires audaces, Lacedemonij cunctatores, & vix in ea quibus fides sit ingredientes. Liuius lib. 45. vnde

Sidonius

Sidonius discrepantissimas res coniunxit silentium & loquacitatem, hoc Laconibus, illam Atheniensibus inniecem dissidententibus attribuens.

Vitruuio] s̃. epist. 3. l. 4. *Cum Vitruuio perpendiculum*. Frontinus de Aquæduct. l. 1. *Per Vitruuium architectum in vsum vrbis, &c.* posteà. *Qui Vitruuium & plumbarios.*

Canibus misericordissimis] id est catulis, vt idem paulò post. *canes minores* Plinio epist. 2. l. 4. qui allatrant, non mordent. *canes maiores* Plinio eadem epist. sunt molossi & vertagi, qui sunt ad venationes accommodati. Iulius Firmicus l. 5. cap. 8. & *feroces* vocabantur. Columella l. 7. cap. 12. de re rust. vt minores, misericordes à Sidonio.

Terribilibus corpulentisque] id est, maioribus feris, vt ait lex Boioariorum c. 27. tit. vni. corpulentis enim pro magnis dici. s̃. notatum. vide epist. 13. l. 5.

Capreas pecus simum] Sic legendum rectissimè, Verg. Egl. 10.

Dum teneræ attondent simæ virgulta capellæ.

vbi Seruius, *id est simu naribus*: malè Lugd. *imum*, & *timidum*.

Et damas in fugam pronos] Fugaces. Ouidius.

Ante nisi in damas, capreisque fugacibus vsus

Martialis lib. 4. Epigr. 30. de capreis Vergil. 10.

si fortè fugacem

Conspexit capream. D. Hieronymus Chrysogono. *Sub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas.*

Prosequuntur] Legis Boioariorum cap. 27. tit. vnic. de canibus. *Qui vrsos & bubulos, id est, maiores feras quod swarzvuilt dicimus, prosequitur, &c.* Canes huiusmodi venaticos, *persecutores* vocat Sulpic. Seuer. dialog. 2. c. 10.

Clusor statarius] Venatica vocabula, feræ enim cassibus concludi dicuntur. Donatus. Aurelius Nemetianus in Cynegetico

quin etiam magnos circundare saltus

Quæ possit, volucresque metu concludere prædas.

Statarius vt s̃. epist. 2. l. 2. *Stataria retia*, qui ad retia sedebat. vt loquitur Plinius e. 6. l. 1.

Retibus Cassibusque] Nemesianus.

Necnon & casses idem venatibus aptos

Atque plagas, longóque meantia retia tractu

Addiscant raris semper contexere nodis.

Retia apraria Paulo lib. 3. sentent. de legatis. §. fundo legato, *ita vt optimus maximusque est, retia apraria & cætera venationis instrumenta continebuntur.* Plinius epist. 6. l. 1. *Venabulum, lancea, panarium, lagunculа.*

Olarionensibus] Sic mss. Iul. ms. *Olarion insula*, conferta leporibus vulgò OLERON.

Noster Apollinaris] Sidonij filius, de quo s̃. ep. 12. l. 4. epist. 9. & 11. l. 5. suppresso nomine epist. 16. eiusdem lib. & in Epitaph. Sidonij. Vitam vide cap. 2.

Sed ecce dum iam epistolam, &c.] Idem epist. 9. l. 9. *Sed benè est, benè est quia chartulam iam iámque complicaturo res fortis accurrit.*

A Santonis] Santones, præter cæteros Aethico, *ciuitas Santonum*, Notitia Prouinc. & Metropol. Aquitanicæ secundæ. *Santons* Ausonio, ad Paulum epist. 11.

Classicum in classe cecinisse] à Santonis vsque ad Rheni ostia tractum illum veteres littus Saxonicum vocarunt, quòd illum Saxones crebris superuentibus infestarent, vnde præsidia & præfecturæ militum in littore Saxonico, *Grannona, Blauia, Marcis*, Notit. Imperij. vnde etiam, *Comes littoris Saxonici.* Notit. Imp. Occidentalis. atque ita Nammatius Santonis aduersus Saxones præliaturus classem conscenderat. vide j. in Paneg. Auiti ad hæc.

Quin & Aremoricus pyratam Saxona tractus
Sperabat,&c. ĩ. epist. 9. huius lib. in Carm.

Littoribus Oceani curuis] Vergil. 3. Aeneid.

& littore curuo.

Lucanus 1. *Littoris incurui.* Perpetuum epithetum. Seru. addidit autem epithetum illud, quia postea ait pandos myoparones. idem epist. 6. l. 1. *Prati floreas opes, panda curuus falce populeris*, epist. 8. l. 4. *Pandis singulos versus vel curuus meliore consilio, &c.* Idem epist. 9. l. 9. *Zeusippus ceruice curua, Aratus panda*, ĩ. Carm. 5.

vel pando pronus aratro.

Familiaris Sidonio & affectata loquendi contraria concinnitas, in littoribus autem Oceani Saxones siti erant, Orosius lib. 7. ĩ. Carm. 7.

Myoparones] pyraticæ naues oblongæ, parones naues sunt, Festi Epitomastes. Paulinus ad Macharium. *Parone pyraticam in terra agens, &c.* Vnde myoparones naues longæ actuariæ, & ita Saxonum myoparones naues longas interpretatur Diaconus in Theodosio Iuniore, & Gildas Sapiens de excidio Britanniæ, quæ veteri Saxonum lingua *cyule* dicuntur eodem Gilda auctore præter. M. Tull. Noni. Festum, Asconium, Valerius l. 2. cap. 3. *myoparonum pyratica rostra*, Seneca lib. 1. cōtrouer. 2. *Iacuisti in pyratæ myoparone*, ibid. posteà, D. Hieron. in Hilarione, *Cùmque inter Maleam & Cytheram pyrata derelicta classe in littore, quæ non antemna sed conto regitur, duobus haud paruis myoparonibus occurrissent.* Egesippus l. 3. cap. 20. *Plerique cum ipsis in profundo sidebant myoparonibus.* Orosius lib. 6. cap. 2. *Mithridates cum quassata iā naue mergeretur in myoparonem Seleuci pyratæ, ipso pyrata iuuante transiliuit, præpes myoparo* Fortunato epist. ad Felicem Namnetensem. pro pyratis ipsis nouè ab Ennodio, in oratione ad iudices. *Gauderem (cognitores amplissimi) euasisse me pedorem carceris, vincla pyratarum, nisi regresso mihi myoparonum loco pater exsisteret.*

Quot remiges, &c.] Orosius lib. 7. in Valentiniano. *Valentinianus Saxones gentem in Oceani litoribus & paludibus inuiis sitam, virtute atque agilitate terribilem, &c.* idem Ado. in Chro. Diaconus in Valentiniano. Isidorus Originum, l. 9. cap. 2. paululū imminutatis verbis, *virtute atque agilitate habilis, vnde & appellata quòd sit durum & validissimum genus hominum, & præstans ceteris pyraticis.* Friculfus libro 4. cap. 23. tomo. 2.

Hostis est omni hoste truculentior] Saluianus lib. 4. *Gens Saxonum fera est*, Idem 7. *Saxones crudelitate efferi.* Gildas Sapiens. *Ferocissimi illi nefandi nominis Saxones, Deo hominibusque inuisi, feroces* Einhardo in vita Caroli Magni. Guntherus lib. 1. Ligurini.

Saxones indomita nimium feritate rebelles.

Si qua tempestas est] D. Cyprianus, de singul. cleric. *Nec vllus considerat, quoniam vnus securus in lubrico graditur, & alius qui impar est labitur, vnus per rupes cursu montes ascendit, alius si coarctauerit cadit, vni contigit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis fœlicitas non potest euenire.* quæ Saxonibus contigit, Claud. in 2. Paneg. Stiliconis. *nec littore toto*

Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.

ita salo adsueti, vt in solo tantum naufragium vererentur. ĩ. epist. 9. huius libri.

Spe superuentus læti periclitantur] Saxones enim pyraticam exercebant. Sidon. in Paneg. Auiti.

Quin & Aremoricus pyratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum Ludus.

Exinde eis myoparones, id est naues pyraticas tribuit, scitè ergo dixit spe superuentus, id est latrocinij, idem. ĩ. epist. 4. l. 6. *Vargorum superuentus abstraxerat*, præter ea quæ notaui, Legis Burgundionum tit. 29. de superuentoribus, & effractoribus. §. 1. *Si qui superuentu aut latrocinij scelere, negociatorem aut aliquem occiderit, &c.*

& §. 2. *Quod si superuentum inferens*, vide epist. 3. l. 3. vbi superuentus sunt inopinati incursus.

Mordaces anchoras] Mordaces bene anchoras dixit. Vergil. 1. Aeneid. *Vnco non alligat anchora morsu.* vbi Seruius, *morsu, benè de anchoris dixit, cum alio loco inueniamus*
tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.
Symphosius 61. Anchora. *ipsas quoque mordeo terras. anchora, dens ferreus.* Isidor. l. 19. cap. 2.

Decimum quemque captorum] Prædæ decimam Neptuno soluebant Saxones, de qua Saxonum decimatione nihil quod sciam legi præterquàm quòd *crudelitate efferi* dicuntur Saluiano, ex co vt credo quod decimum captiuorum Neptuno sacrificabant, homines quidem sacrificasse Saxones notat Ennodius in vita S. Antonij ms. *Iam Franci, Heruli, Saxones multiplices crudelitatum species belluarum more peragebant. quæ nationum diuersitas superstitionis mancipata culturis, Deos suos humana credebāt cæde mulceri, &c.*

Superstitiose] Ennodius in vita S. Antonij. *Quæ nationum diuersitas superstitionis mancipata culturis.* vbi de Saxonibus.

Sortis æquitate] Sortis iniquitatem dixit Amm. Marcell. l. 27. *Cum ob multitudinis crimina, nonnulli sortis iniquitate plectuntur innoxij.*

Cruciarias.] Tertull. *Mortiferi & cruciarij exitus.* de præscr. cap. 2.

Talibus se ligant votis, victimis soluunt] Sic ex coniectura emendaui, non ex mss. qui constanter *eligunt*, legunt, mens Sidonij ea est, Saxones, *talibus se ligant votis*, scilicet decimum captiuorum Neptuno se sacrificaturos. *victimis soluunt*, id est decimum sacrificant. idem Radagaisus Rex Gothorum, *vouebat Dijs suis sanguinem Christianorum se litaturum, si vinceret.* Orosius l. 7. cap. 33. & Isid. in Chron. Gothorum Era. ccccxlvi.

Ligant votis] Signatè locutus est, qui votum vouet, voto se ligat, qui votum peragit, soluit, Horat. l. 2. Ode 8.

Crederem sed tu simul obligasti
Perfidum votis caput: quo loci vet. interpr. Acron, *obligasti, deuouisti, è contrariò enim solui vota dicuntur.* Idem, Horat. lib. 2. Ode 7.
Ergo obligatam redde Ioui dapem.

Macrob. l. 3. Satur. cap. 2. *Hæc vox propria sacrorum est, vt reus vocetur qui suscepto voto se numinibus obligat, damnatus autem qui promissa vota non soluit*, Legis Vvisigoth. lib. 4. tit. 5. de naturalibus bonis, Era. 6. *Semper enim iusta vota soluenda sunt, quæ à iustitia processerant, & per iustitiam illigata noscuntur.* vide Seruium. Eglo. 5. in fine.

Victimis soluunt] Signatè etiam locutus est, nam propriè solui vota dicuntur, præter ea quæ s̄. notaui, Valerius de notis. V.S.L.M. *Voto soluto libero munere.* item, *votum soluit lubens merito.* passim in vett. inscript. Acron. Ode 3. l. 3. ad hæc, *destituit Deos Laomedon. non soluerat votum numinibus promissum.* Petrus Chrysologus Sermo. 73. *vota soluere*, Cicero Attico epist. 11. l. 15. *dissoluere*, Horatius lib. quarto Ode 2.
Me tener soluet vitulus relicta Matre.
vbi Acron, *id est, absoluet votorum debito*, vnde *absoluti, qui votum soluerant.* Seruius Aeneid. 5.

Ligant, soluunt] crebetrimè apud Sidonium hæc opposita leguntur, quod vt spero plurimum coniecturam nostram confirmabit, epist. 13. l. 3. *Taceo reliquam sui molem vinctam podagra, pinguedine solutam*, epist. 3. l. 4. sub finem, *nam te cui seu liberum, seu ligatum placeat alternare sermonem.* epist. 23. eiusd. lib. *quòque velociter cul-*

Sortitò] Milites enim sortitò per horas excubabant, v. ep. 2. lib. 1. Vegetius, *sortitò*, i. per sortitionem. Suetonius in Augusto: *Prouinciæ pro consulibus sortitò promittebantur.* l. 12. Cod. Theod. de iurisd. & vbi quis conuenire debeat, *sortitò tamen ad iudicium vocabuntur.* Ausonius in ludo septem Sapientum:

Nostris negotiis sua loca sortitò data.

Gellius lib. 18. cap. 2.

Postquam arma deterseris] Milites olim gladios & arma magna diligentia poliebant. Vegetius lib. 2. cap. 14. l. 11. de publicanis & vectigalibus tot. tit. de re milit.

Deterseris] Vergil. 7.

Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent

Aruina pingui.

Ori quoque tuo loquendi rubiginem] D. Hieronym. Marcellæ: *In Latina lingua rubiginem obduximus:* idem ad Heliodorum, de Epitaphio Nepotiani: *Stylus ipse quasi sentiens, & cera subtristior, vel rubigine, vel situ obducitur.* idem in vita Malchi: *Prius exerceri cupio in paruo opere, & veluti quandam rubiginem linguæ abstergere.*

SIDONIVS AVDACI SVO

S. EPISTOLA VII.

VBinam se nunc, velim dicas, gentium abscondunt, qui sæpe sibi de molibus facultatum congregaturum, deque congestis iam nigrescentis argenti struibus blandiebantur? vbi etiam illorum prærogatiua qui contra indolem iuniorum sola occasione præcedentis ætatis intumescebant? Vbi sunt illi quorum affinitas nullo indicio maiore cognoscitur quàm simultate? Nempe cùm primùm bonis actibus locus, & ad trutinam iudicij principalis appensa tandem non numorum libra, sed morum: remansêre illi, qui superbissimè opinabantur solo se censu esse censendos: quique sic vitiis vt diuitiis incubantes, volunt vanitatis videri alienam surrexisse personam, cùm nolint cupiditatis notari suam creuisse substantiam. In qua tamen detrahendi palæstra exercitati, tanquam per oleum, sic per infusa æmulationum venena macerantur. Tu verò inter hæc macte, qui præfecturæ titulis ampliatus, licèt hactenus è prosapia illustris computarêre, peculiariter nihilo segniùs elaborasti: vt à te gloriosiùs posteri tui numerarentur. Nihil enim est illo per sententiam boni cuiusque generosius, quisquis ingenii, corporis, opum iunctam in hoc constans operam exercet, vt maioribus suis anteponatur. Quod superest, Deum posco, vt te filij consequantur, aut quod plus decet velle, transcendant: & quicunque non sustinet te diligere prouectum, medullitus æstuantes à semetipso liuoris proprii semper exigat pœnas: cumque nullas in te habuerit vnquam causas misericordiæ, habeat inuidiæ. Siquidem iustè sub iusto principe iacet, qui per se minimus, & tantùm per sua maximus: animo exiguus viuit, & patrimonio plurimus. Vale.

Qui sibi sepe de molibus] Animas hominum habentia inflat Claudian. lib. 7. D. Ambros. Officior. lib. 2. cap. 26. *Cæterùm ita incubuerunt mores hominum ad admirationem diuitiarum, vt nemo nisi diues honore dignus putetur.* Vide Ammian. lib. 14.

Qui contra indolem, &c.] de quo hominum genere Horat. ep. 1. lib. 2. iocosè Varro: *Sed neque vetulus canterius, quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus.* Auson. Paulino epist. 1.

Cornix non ideo ante Cygnum.

Cassiodorus ep. 22. lib. 9. *Nam multi iuuenes morum grauitate maturi sunt: è contra, quidam senes morum leuitate maculantur*, vt idem ait Psalm. 24. Vide s. in Conc.

Ad trutinam, &c.] Idem ep. 16. lib. 5. de Ecdicio Patricio: *Namque ille iampridem suffragium dignitatu meunda non solum in lance, sed in acie.*

Remansere illi] diuitibus & assiduis ad honores pronum iter. Seneca lib. 2. Contr. 1. *Census senatorium gradum ascendit, census in castris ordinem promouet, iudices in foro legit.* Lucillius satyricè:

Aurum atque ambitio specimen virtutis vtrique est,
Tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis.

Et olim candidatorum census expendebatur. Plinius epist. 14. lib. 1. & ep. 14. lib. 10. Symmachus epist. 7. lib. 9: l. 6. de muneribus & honoribus: l. honores, & l. eos qui, de decurionibus: l. ad subeunda, 46. C. eod. tit.

Quique sic vitiis, vt diuitiis] Eucherius ad Valerianum: *Radix enim, inquit Apostolus, omnium malorum cupiditas, adeo quædam societas pene est etiam nominis duabus his rebus vitiis & diuitiis.* Saluianus lib. 7. *In omnibus quidem Galliis sicut diuitiis primi fuere, sic vitiis.* Ibidem de Aquitania: *plenam diuitiis, sed magis vitiis.* Eulogius Memorab. lib. 2. cap. 15. *Adeo vt quidam illius temporis publicæ rei exceptor præpotens vitiis & diuitiis.* Vairus de fascino lib. 3. cap. vltimo: *Valerianus ait à vitiis diuitiis nomen impositum.* Id ex Eucherio ad Valerianum mutuatur. Salnianus lib. 3. *Quis enim est diuitum horrens criminis?* Idem 6. *Cumque etiam pupillus, prodigis & prodigiosis soleat subuenire paupertas, simulque vt desierunt esse diuites, desinunt esse vitiosi.* Plura si velis, vide eundem toto libro 7. & Publium Carpum Policratici lib. 5. cap. vlt. Cæsarium Arelatensem episcopum Homel. de Eleemosyna: & Laurentium Nouariensem Homel. 2.

Incubantes] s. ep. 13. lib. 2. *Raptu incubans opibus.* Vide quæ notaui: & adde quod ait Apul. lib. 4. *aureos folles incubat.*

Vt maioribus suis anteponatur] Cassiodor. ep. 22. lib. 9. *Nam si gloriosum est posteris auitas augere facultates, quanto præstantiùs hæreditarias excellere virtutes.*

Transcendant] Vide ep. 11. lib. 3. & in Conc. lib. 7. sub finem.

A semetipso lucris exigat pœnas] Vide præter cætera, Antiochum Monachum Homel. 55.

Iustè sub iusto principe] Fortè Marciano, bonis principibus comparando, vt ait Marcell. Comes, qui Honoris ædem deæ Pecuniæ clausit, Virtuti aperuit. Theodorus Collectanearum lib. 1. Vide s. ep. 4. lib. 1.

SIDONIVS SALONIO SVO S. EPISTOLA VIII.

DIC Gallicanæ flos iuuentutis, quousque tandem ruralium operum negotiosus vrbana fastidis? Quandiu attritas tesserarum quondam iactibus manus contra ius fasque sibi vindicant instrumenta Cerealia? Quousque prati comantis exuuias, hibernis noualibus, non vt eques, sed vt bubulcus abscondis? Quousque

tua te Taionnacus patritiæ ſtirpis laſſabit agricolam? Quouſque pondus ligonis obtuſi nec perfoſſis antibus ponis? Quid Serranorum æmulus, & Camillorum, cùm regas ſtiuam, diſſimulas optare palmatam? parce tantùm in nobilitatis inuidiam ruſticari. Agrum ſi mediocriter colas, poſſides: ſi nimium, poſſideris. Redde te patri, redde te patriæ, redde te etiam fidelibus amicis, qui iure ponuntur inter affectus. Aut ſi te tantùm Cincinnati dictatoris vita delectat, duc Erciliam, quæ boues iungat. Neque dixerim ſapienti viro rem domeſticam non eſſe curandam, ſed eo temperamento, quòd non ſolùm quid habere, ſed quid debeat eſſe conſideret. Nam ſi cæteris nobilium ſtudiorum artibus repudiatis, ſola te propagandæ rei familiaris vrtica ſollicitat, licèt tu deductum nomen à trabeis, atque eboratas curules, & geſtatorias bracteatas, & faſtos recolas purpuriſſatos, is profectò inueniêre, quem debeat ſic induſtrium quòd latentem, non tam honorare cenſor, quàm cenſus onerare. Vale.

Eiuſdem pene argumenti eſt ep.6.lib.1. & Ennodii epiſt.2.vel ſi mauis,3.à Natali S. Laurentii aduerſus eos qui malunt ruri poſiti ruſticari, quàm honores parentum ambire. Horat.lib.1.Sat.6. qua Satyra, vt ait Acron, *notat eos qui nolunt appetere honores, quos habuerunt ſui maiores.*

Attritas] ſ.ep.1.lib.7. *propugnacula vigilum trita pectoribus.* ī.ep.13.lib.9.in Carm. *Attrito calamis pollice luſimus.*

Contra ius faſque] Contra ius, quo ſtatutum eſt, vt liberi in locum parentum ſuccedant. ſ.epiſt.6.lib.1.contra fas, quia nefas dicere filium ſenatorii ſeminis à generis ſplendore degenerem ruſticis operibus occupari. Vide eand.epiſt.

Inſtrumenta Cerealia] *inſtrumenta ruris.* Plin. ep.17.lib.8. *inſtrumentum ruſticum.* M. Tull. Phædro lib.4.& Paulo IC. lib.3. Sentent.tit.7. rei ruſticæ auctores, quæ Varro lib.3.de lingua Lat. & Iſidor. lib.20.cap.14. enumerant.

Prati comantis exuuias] *Hyppodromi nemus, comasque.* Plinius epi.6. lib.5. Apul. de mundo: *Videas & viridantibus comis cæſariatam eſſe terram.* Saluianus lib.7.de Aquitania: *crinita meſſibus, criniti agri,* Prudent.contra Symmach.lib.2.

Hibernis noualibus abſcondis] i. vt Quintil.ait: *Segnem futuris noualibus eruis ſyluam, erutamque terra proſciſſa, & aratro inuerſa condis.* Vnde Seruius Æglo.1. *Noualia dicuntur unde ſylua tollitur.*

Patritiæ ſtirpis] ſ. ep.12.lib.7. *Iſſet per anitas tibi ſtylus noſter patritias curules.*

Pondus Ligonis] *Graues ligones* Plinio ep.6.lib.1.ī. Carm.7.

Antibus ponis] Antes ſunt virium ordines. Feſtus & Seruius. Gloſſæ vett. ὀρχαροςτίχοι ἀμπέλων, *antes ſingulare non habet.* Iſidor.in Gloſſ.mss. *Antes extremi ordines vinearum.*

Quod Serranorum æmulus] Præter cæteros, vide Pacatum in Paneg. Theodoſij: Claudianum in 4. Conſul. Honorii: Columellam in præfat.ad Siluinum: & Ennodium in Paneg. Theodorici: necnon Rutilium Itinerar.1. ī. Carm.7.

Regas ſtiuam] ſ. epiſt.6.lib.1. Symmach.ep 15.lib.7. *Et pauliſper Catones atque Attilios æmulare quos vomeris ſtiua ad conſulares miſit honores:* ī. Carm. 5.

fortis cui laua regebat

Stiuam post Aquilas.

Palmatam] i. vestem consularem, vide s. ep. 5. lib. 1. ad hæc: *iam palmata consularis.* & ep. 6. huius lib.

Rusticari] Passim Sidonio in ea significatione. Symmach. ep. 15. lib. 7. *adde te rusticantium numero.* Pacatus in Paneg. Theodosij: *Sic agrestes Curij, sic vetteres Coruncanij, sic nomina reuerenda Fabritij, cùm induciæ bella suspendebant, inter aratra viuebant, & ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales viri rusticabantur.*

Agrum si mediocriter colas possides, &c.] s. epist. 15. lib. 7. *Quia te diu possidet vix recepta possessio.* Hilarius Arelat. in vita S. Honorati: *Alij prædia atque mancipia, non sine animæ suæ captiuitate possideant.*

Si nimium, possideris.] non absimili sententia. Seneca ep. 8. *Ista viscata beneficia deuitet, in quibus hoc quoque miserrimi fallimur, quod habere nos putamus, habemur.* idem epist. 119. *Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cùm illa nos habeat: è contrario dicere debemus febris illum tenet, eodem modo dicendum est, diuitiæ illum tenent.* Valer. lib. 9. cap. 4. *Proculdubio hic non possedit diuitias, sed à diuitiis possessus est.* Plinius ep. 30. lib. 9. *Ea inuasit homines habendi cupido, vt possideri magis, quàm possidere videantur.* D. Cyprianus epist. ad Donatum lib. 2. *Nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis, quàm possidere diuitias.* Petrus Chrysolog. Sermo. 28. de Abraham: *Et sic diligeret possidere diuitias, non à diuitiis possideri.* Gregor. Magnus Homil. 36. in Lucam: *Sic tenete quæ huius mundi sunt, vt per ea non teneamini à mundo, vt terrena res possideatur, non possideat.*

Redde te patriæ] i. Lugduno, s. ep. 5. & 17. lib. 5. de Siagriorum stemmate. Vetus historia S. Eugendi Iurensis, & Ennodius in vita S. Epiphanij. Lugdunus autem tunc temporis caput erat regni Burgundionum. ibid. Ennod. s. epist. vlt lib. 4.

Qui iure ponuntur inter affectus] Amici fideliores loco parentum sunt, & vt ait J. Carmine 23. *Non nobis potior parens amico.*

Plinius epi. 12. lib. 1. *Interque tot pignora, veros amicos.* Affectus enim sunt parentes proximiores. s. notatum ep. 4. lib. 2. quibus adde quod aiunt Impp. Diocletianus & Maximianus in lege Dei, de incestis nuptiis: *Id enim pietati nostræ maximè placuit, vt sanctè necessitudinum nomina obtineant apud affectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam charitatem.* vide s. *fidelibus amicis,* s. ep. 7 lib. 1. fideles absolutè. fidi amici Horatio. fidelior amicus Plinio ep. 12. lib. 1. specialis Sidon. ep. 3. lib. 4.

Duc Ercliam] Sic ex mss. emendaui, transposita litera Raciliam vocat Liuius lib. 3. Cicinnati vxorem. J. Carm. 7.

Sed quid debeat esse consideret] In hanc sententiam sententiosè Censorinus de die natali cap. 1. & Cassiodor. ep. 31. lib. 8. quos vide.

Vrtica] nimia cupido. Iuuenalis Sat. 2. *pro prurigine.* Vet. interp.

A trabeis] id est, à consulibus. Trabeæ vestes consulares, s. ep. 6. huius libri. Siagrius autem erat consulis pronepos. s. ep. 5 lib. 5. quam vide. ibidem hæc nota: *Cui proculdubio statuas dederunt literæ, si trabea non dedisset.*

Nobilium studiorum artibus repudiatis] s. de Siagrio ep. 5. lib. 5. *Atqui pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam, & sæpenumero acriter eloquenterque declamasse coram oratore satis habeo compertum.* ibidem postea, illud autem plerumque contingebat. Cassiodor. ep 31. lib. 8. *Pueri liberalium scholarum conuentum quærunt, & mox vt foro potuerint esse digni, statim incipiunt agrestis habitatione nesciri, proficiunt, vt dediscant: erudiuntur, vt negligant: & cùm agros diligunt, se amare non norunt, &c.*

Eboratas curules] Curulem inter insignia consulatus numerari s. notatum. Cassiodorus epist. 1. lib. 1. Symmachus de Siagrio consule, de quo hîc Sidon. ep. 95. l. 1. *Fortunati sellam tuam læto agmine prosequantur.*

Eboratas] Curules enim erant sedes ex ebore. Gell. lib. 3. cap. 18. & lib. 6. cap. 9. Horat. 1. Epist. *eripietque curulem,*

Cui volet importunus ebur. Auson. ep. 20. *Et tua Romæ*
Præcessit nostrum sella curulis ebur.
Pomponius Sabin. 7. Æneid. *sella curulis ex ebore, &c.*

Gestatorias bracteatas] Gestatoriæ, sunt sellæ quibus à baiulis homines portantur. Cœlius Aurelian. lib. 1. cap. 5. Tardar. passion. *Hincmarus propter infirmitatem corporis sella gestatoria portabatur.* Aimoinus lib. 5. cap. 41. id est, sella ferentaria, per carhedrarios seruos. *gestatorium cunarum* in vita Ludouici Pii, id est, cunale gestamen. *sella gestatoria.* 2. Machab. cap. 3. & Ammiano lib. 29. *sella gestatoria.* hoc Sidonii loco pro sede consulari, quæ, vt ait Claudian. in 4. Consul. Honorij

Portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes.

Et Ennodius pro IIII. synodo Romana, in fine, pro sede Apostolica posuisse videtur: *Nunc ad gestatoriam sellam Apostolicæ confessionis, vel admittunt limina candidatos.* Sic lege: quem locum interpolauit Baronius die Ianuarii XVIII. in Martyrolog. *gestatorium* in vet. histor. S. Eugendi Abbatis, feretrum est. Vet. Glossog. ms. *gestatorium instrumentum quo quis portatur.*

Bracteatas] id est, bracteis aureis inductas. 3. epist. 10. lib. 2. in Carmin. *bracteatum lacunar.* vide Notas. Martianus Felix libro 1. de Nuptiis: *Ipsius verò Diui auro tinctam cæsariem, comasque crederes bracteatas.* Marcellin. lib. 17. *Auro imbracteatum lucis incitamentum.* vnde *bractearij* Firmico libr. 8. cap. 28. & cap. 29. eidem *bracteatores* eiusd. lib. cap. 16. & cap. 19. Mathes. Auro autem erant gestatoriæ imbracteatæ, vnde aureæ Claudiano 3. J. Carm. 2.

Sedit & emerito iuuenis veteranus in auro.

Apage trabeatas.

Fastos purpurissatos] id est, fastos consulares. purpurissatos. verbum Plautinum in Truculento, id est, purpurisso illitos. Fasti autem erant purpurissati. Martialis libro 11. Epigramm. 5.

Et iam purpureis dat tertia nomina fastis.

Vt credam purpurissatos fuisse fastos, adducor maximè Sidonii auctoritate, qui in sermonis elegantia & proprietate totus versatur, vt hîc eboratas curules, gestatorias bracteatas, ita fastos purpurissatos dixit: præterea monumenta publica encausto insigniebantur. vnde *encausteria*, l. 9. Cod. de Agricol. cens. & colo. *Et purpureæ membranæ olim Romæ, quæ inficiebantur colore purpureo.* Isidorus lib. 6. cap. 11. D. Hieron. prolog. in Iob: *Habeant qui volunt, veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos,* &c. Persius Sat. 3. ex Lucillio lib. 4. de diuitum luxuria: *bicolor membrana.* Vetus interpres: *quod pars crocea, pars glutinata apud antiquos.* In quibus res gestæ Romanorum scribebantur, vnde prætextæ dictæ sunt. Paulus Epitom. *Prætextæ appellantur, quæ res gestas Romanorum continent scriptas,* quod in Fastorum libris fieri solemne erat. J. Carmine 5.

latiis sunt condita fastis

Facta ducis. Vide Carm. 13. Sic ausim interpretari, non de prætextatis tragœdiis. Nam hæ fabulæ, istæ verò tabulæ purpureæ (saluo magni Scaligeri iudicio) prætextæ enim erant vestes consulares purpureæ. Ausonius in Gratiarum act. in fine: & Claudianus. à quibus prætextæ, fasti consulares dicti sunt, vt volumen Hebræum ab Apostolo 2. ad Timotheum cap. 4. *penula* D. Hieronymo epi. 125. qu. 2. & ex eo vetus interp. Bibliæ.

Sic industrium, quòd latentem] familiaris Sidonio loquendi formula. 3. epist. 24. lib. 4. *humanitas ipsa sic benigna, quòd frugi.* & epist. 2. huius lib. *Iam sinu in medio sic gentis inuictæ, quòd tamen alienæ.* Vide quæ notaui J. epist. 3. lib. 9. *Sic scriptis eloquium suscipimus, quod libenter affectum.*

Latentem] 3. epist. 6. lib. 1. *nobilem latitabundum,* idem: *Non solum inter ista, sed quod*

est turpius, propter ista latuisse. Cassiodorus lib. 8. epist. 31. *Quid prodest tantos viros latere literis defæcatos.* Plautus: *Vt sæpe in occulto latent summa ingenia.*

Non tam honorare censor] Scilicet vt equitem, 5. hac epistola: *Non vt eques, sed vt bubulcus abscondis.* In hanc sententiam Petrus Chrysologus Sermone 166. *Aliud est otio & securitati suæ viuere, aliud est pro omnibus ferre vigilias & labores. simplicitas ciuem bonum facit, non facit militem fortem. Hinc est, quod ille censum soluit, hic stipendia percipit & honores.*

Quàm census onerare] id est, nobilem agricolam: rusticum latitabundum census onerare debet, hominum verò capita stipendio censa ignobiliora. Tertullianus in Apologet. & l. vltima, Cod. quibus non obiic. longi tempor. præscriptio. annominatè dixit & eleganter censor, census, honorare, onerare. idem epist. 17. lib. 7. in Concione, penes initium: & epistola 2. lib. 9. vbi plura. *onerare in dictionibus.* Victor lib. 2. de Persecut. Vvandal.

SIDONIVS LAMPRIDIO SVO S.

EPISTOLA IX.

CVm primùm Burdegalam veni, literas mihi tabellarius tuus obtulit, plenas nectaris, florum, margaritarum: quibus silentium meum culpas, & aliquos versuum meorum versibus paucis, qui tibi solent per musicum palati concauum, voce variata tinnientes, quasi tibiis multiforatilibus effundi. Sed hoc tu munificentia regia satis abutens, iam securus post munera facis, quia forsitan satyricum illud de satyrico non recordaris: Satur est cùm dicit Horatius, heuohe. Quid multis? Meritò me cantare ex otio iubes, quia iam te saltare delectat. Quicquid illud est, pareo tamen, idque non modò non coactus: verumetiam spontaliter facio, tantùm tu vtcumque moderère Catonianum superciliosæ frontis arbitrium. Nosti enim probè lætitiam poetarum, quorum sic ingenia mœroribus, vt pisciculi retibus amiciuntur. Et si quid asperum aut triste: non statim sese poetica teneritudo à vinculo incursi angoris elaqueat. Necdum enim quicquam de hæreditate socruali, vel in vsum tertiæ sub pretio medietatis obtinui. Interim tu videris, quàm tibi sit epigrammatis flagitati lemma placiturum: me tamen nequaquam solicitudo permittit, aliud nunc habere in actione, aliud in carmine. Illud sanè præter iustitiam feceris, si impræsentiarum vicissim scripta quasi compares. Ago laboriosum, agis ipse felicem. Ago adhuc exulem, agis ipse iam ciuem: & ob hoc inæqualia cano, quia similia posco, & paria non impetro. Quod si quopiam casu ineptias istas, quas inter animi supplicia conscripsimus, nutu indulgentiore susceperis, persuadebis mihi, quia cantuum similes fuerint olorinorum, quorum modulatior est clangor in pœnis: similes etiam chordæ lyricæ violentiùs tensæ, quæ quò plus torta,

plus musica est. Cæterùm si probari nequeunt versus otii aut hilaritatis expertes, tu quoque in pagina quam subter attexui, nihil quod placeat inuenies. Iis adhuc adde, quòd materiam cui non auditor, sed potius lector obtigerit nihil absentis auctoris pronuntiatio iuuat. Neque enim post opus missum superest quod poeta vel vocalissimus agat, quem distantia loci, nec hoc facere permittit, quod solent chori pantomimorum, qui bono cantus malè dictata commendant.

Qvid Cyrrham vel Hyanthias camœnas,
Quid doctos Heliconidum liquores
Scalptos alitis hinnientis ictu,
Nunc in carmina commouere tentas,
Nostræ, ô Lampridius, decus Thaliæ?
Et me scribere qui subinde cogis,
Ac si Delphica Delio tulissem
Instrumenta tuo? nouusque Apollo
Cortinam, tripodas, chelym, pharetras,
Arcus, gryphas agam, duplaque frontis
Hinc baccas quatiam, vel hinc corymbos?
Tu iam, ô Tityre, rura post recepta,
Myrthos, & Platanona peruagatus
Pulsas barbiton, atque concinentes
Ora & plectra tibi modos resultant.
Chorda voce, metro stupende psaltes,
Nos istic positos, semelque visos,
Bis iam menstrua luna conspicatur,
Nec multum domino vacat vel ipsi,
Dum responsa petit subactus orbis:
Istic Saxona cærulum videmus
Assuetum antè salo, solum timere:
Cuius verticis extimas per oras
Non contenta suos tenere morsus,
Altat lamina marginem comarum.
Et sic crinibus ad cutem recisis
Decrescit caput, additurque vultus.
Hic tonso occipiti senex Sicamber
Postquam victus es elicis retrorsum
Ceruicem ad veterem nouos capillos.
Hic glaucis Herulus genis vagatur,
Imos Oceani colens recessus
Algoso prope concolor profundo.

Hic Burgundio septipes, frequenter
Flexo poplite supplicat quietem.
Istis Ostrogothus viget patronis,
Vicinosque premens subinde Chunos
His quod subditur, hinc superbit illis.
Hinc Romane tibi petis salutem:
Et contra Scythicæ plagæ cateruas,
Si quos Parrhasis vrsa fert tumultus,
Theudorice tuæ manus rogantur:
Vt Martem validus per inquilinum
Defenset tenuem Garumna Tybrim.
Ipse hic Parthicus Arsaces precatur,
Aulæ Susidis vt tenere culmen
Possit, fœdere sub stipendiali.
Nam quod partibus arma Bosphoranis
Grandi hinc surgere sentit apparatu.
Mœstam Persida iam sonum ad duelli
Ripa Euphratide vix putat tuendam:
Quis cognata licèt sibi astra fingens,
Phœbæa tumeat propinquitate,
Mortalem hîc tamen implet obsecrando.
Hæc inter, terimus moras inanes,
Sed tu, ô Tityre, parce prouocare.
Nam non inuideo magisque miror,
Qui dum nil mereor, precesque frustra
Impendo, Melibœus esse cœpi.

En carmen quod recenseas otiabundus, nostrumque sudorem ac puluerem spectans, veluti iam coronatus auriga de podio. De reliquo non est quod suspiceris par me officij genus repetiturum, etiamsi delectêre præsenti, nisi priùs ipse destiterim vaticinari magis damna, quàm carmina.

LAMPRIDIO] Rhetori Burdegalensi, de quo abundè 7.ep.11.huius lib.& ep.13. lib.9.in Carmine:& Carm.9.

Palati concauum] Idem 7. epist. 7. lib.9. *Per cameram Palati voluta balbutiat antrum palati.* Gregorius Turonensis lib. 4. de miracul. S. Martini cap. 2. & 7. lib.9. epistola 13. in Carmine.

Quibus antra per palati,&c.

Tibiis multiforatilibus] Apuleius 1. Florid. *multiforatilis tibia.* item Apuleius: *iam tibiæ multiforatiles, cantus Lydios dulciter consonant.* Ouid.lib.12. Metamorph.

Longaque multifori delectas tibia bucci.

Munificentia regia] id est, regis Gothorum Euarigis.

Satyricum illud] id est, Iuuen. Satyr. 7.

fatur est cum dicit Horatius Euohe.

Cum dicit Horatius Euohe] Horatius Satyr. 5. lib. 1. *Euohe iam satis est.* bacchantium vlulatus in orgiis.

Quia iam te saltare delectat.] Ꝫ. epist. 25. l. 9. in fine. *Sic curabis ad vicem carminis aut dictare quæ cantem, aut saltare quæ rideam.*

Catonianum] idem e. 14. l. 9. sub finem. *Neque vereare me quospiam indices Catonianos aduocaturum.* Carm. 9. sub finem: *Rugato Cato tetricus labello.*

Superciliosæ frontis] id est adductæ, & contractæ frontis, *supercilia subducere.* Seneca epist. 48. Lampridius autem erat natura superciliosus & iracundus. Ꝫ. epist. 11. huius lib.

Lætitiam poetarum] M. Tull. ad Quintum fratrem, l. 3. epist. 5. *Sed (quod te minimè fugit) opus est ad poema quadam animi alacritate.* Iuuenal. Satyr. 7. v. 56. Ibidem vet. interpres. *Poetam bonum facit, omni sollicitudine, vel tristitia carens animus, vt nihil acerbi patiatur, &c.*

Vt pisciculi retibus] idem. ꝭ. epist. 10. l. 2. *Namque me multò discumbentibus nostris validiora mœroris retia tenent.*

Hæreditate socruali] *munificentia socrualis.* ꝭ. e. 2. l. 7.

Epigrammatis lemma] Plinius epist. 29. l. 4. & Ausonius epist. 15. *Nutricis inter lemmata.* idem in Præf. Parental & aliàs. vide Martialem.

Aliud habere in actione, &c.] Idem epist. 6. l. 7. *Si pariter vnus idémque valeret animus exercere læta, & tristia sustinere.* vide Ꝫ. epist. 3. l. 9.

Ago laboriosum] id est miserum. ꝭ. epist. 13. lib. 5. epist. 11. l. 6. quibus locis plura. ago laboriosum, vt ꝭ epist. 24. l. 4. *agere monachum.* Ꝫ. Car. 2.

Victorem fugitiuus agit. vbi plura.

Ago adhuc exulem] Scilicet Aruerna Euarigi dedita, vide epist. 3. & 10. l. 4. Se enim cum Ecdicio recepit in Liuianum castrum. ꝭ. epist. 34. huius l. atque ita agebat exulem. Ꝫ e. 3. l. 9.

Adhuc] Postea enim Leonis Euarigis consiliarij ope Aruernæ redditus est, vide epist. 3. l. 8. *Cuius incommodi finem post opem Christi tibi debeo.* vitam à me scriptam consule. cap. 8.

Cantuum similes olorinorum] Anonimus auctor.

Sed neque olor moriens imitari posse putatur.

Nec Cyllenaa fila canora lyra.

Auienus de Sirenibus.

Quodque leues calami, quod suauis cantat Aedon,

Quod lyra, quod cythara, quod moribundus olor.

Vide Plinium l. 10. c. 23. & D. Ambros. Hexa. lib. 5. c. 12. Apul. 3. Florid.

Nihil absentis authoris pronuntiatio iuuat] Ꝫ. epist. 9. l. 9. *Nisi forsitan aliquid his addat coram loquentis auctoris vox, manus, motus, pudor artifex.* vbi plura. vide Cicer. ad Attic. l. 2. e 8. & Senec. in procem. controuers.

Vocalissimus] Plinius epist. 7. l. 4. *Scripsit publicè, vt è curionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis, qui legeret eum populo.* Sic Plinium ausim emendare. Martial. in Præf. lib. 2. *Epigrammata curione non egent, & contenta sunt sua. i. mala lingua.* Pollio in Gallienis, per curionem dici iussit, *impostu ram fecit, & passus est.*

Cyrrham] Oppidum Phocidis Apollini sacrum. vnde *Apollinea* Statio. 7. Thebaid. & *Cyrrhæus* vates. i. Apollo. Iuuenal. Satyr. 12.

Hyantias] Ꝫ. Carm. 9.

Tum Phœbum, vel Hyantias puellas

Potatas madidas ab Hippocrene.

Scalptos alitis hinnientis ictu] Fulgentius lib. 1.

Hinnientis & recussu
Quam produxit vngula.

Auitus lib. 6.

Pegasus, vnde leues prauertens motibus vndas
Fingitur assumpto pendens innasse volatu
Dum ferictur equi grauis vngula prapete penna.

Ausonium vide epist. 21. Paulino. & Ĩ. Carm. 14.

Nouusque Apollo] Lampridius orator Sidonium ioco Phœbum vocabat. Ĩ. epi. 11. huius lib. ibid. in Carm. *Dic Phœbus venit, &c.*

Ac si Delphica, &c.] Plini. l. 34. cap. 3. *Ex ære factitauerunt & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur.* Ausonins in Thalete.

Tulissem] id est, abstulissem. Ĩ. in Carm. 13. *Vni tergeminum cui tulit ille caput.* idē. Carm. 7. *Non semel iste mihi ferrum tulit.*

Cortinam] de qua Seruius abundè, l. 3. & 6. Æneid.

Tripodas] Quid essent tripodes variant veteres. Homerus. Iliad. & Helanicus, vas profundum tribns pedibus fultum & ansatum esse traddunt, quibus assentitur Asconius in diuinat. *Alij delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, vt Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes, tripodesque visuntur.* Sunt qui mensam Apollinis corio Pythonis tectam. Seruius Aeneid. 3. & Lutatius 1. Thebaid. idem lauri speciem habentem tres radices, quidam statuam tribus pedibus fusam, propter triplicem Apollinis potestatem. Porphyrius libro de sole. vide Plutarchum in Solone.

Chelym] id est, cytharam & testudinem quæ inter Apollinis insignia nnmeratur, Seruius Eglog. 5. *Vnde etiam tria insignia circa eius simulacrum videmus, lyram quæ nobis cælestis armoniæ imaginem monstrat, &c.* vnde, *Chelys, Phœbeia* Ouidio. *Lateia*, Martiano Felici Ĩ. *Thracia Chelis.* eid. Sido.

Pharetras] Exinde, *rex Pharetriger*, Syllio.

Arcus] Vnde *arcupotens.* Val. Flacco l. 3. Seruius Egl. 5. *Sagittas quibus infernus Deus & noxius indicatur, vnde Apollo dictus, &c.* Ĩ. Carm. 1. & 23. & Manilio passim, *arcitenens.*

Gryphas] id est sphinges, & Gryphes de quibus Ĩ. epist. 7. l. 5. Seruius etiam numerat inter Apollinis insignia. Egl. 5. Grypheneum quod & terrenũ numen ostendit. idem, Egl. 8. hoc genus ferarnm in hyperboreis nascitur montibus: omni parte Leones snnt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infestæ, Apollini consecratæ. vide Probum Ĩ. *Lauro qui Gryphas obuncos*

Docta lupata ligant.

Duplæque frontis] *Dupla sors.* epist. 24. l. 5. *Dupla corona.* epist. 17. l. 7. quas vide. Ĩ. Carm. 23. *dupla machina.* Apul. *Qui verò sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiã prabentibus debet.* Fulgent. 2. mytholog. *Eudimeonem amasse dicitur duplo scilicet modo.* Hoc in transcursu dictum sit.

Tityre rura post recepta] Rectè allusit ad Vergilij Eglogam. 1. historiam tangit, quam Ĩ. epist. 5. Latius enarraui, quibus adde quod ait Seruius. *Cremonensium agros qui contra eum senserant, militibus suis dedit, qui cum non sufficerent Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem, vnde*

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Perdito ergo agro Vergilius Romam venit, & potentium fauore meruit, vt agrum suum solus reciperet. idem antea, *& aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto & aliis nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit.* vide Donat. & Phocam. in Vergilij vita.

Psaltes] qui 5. epist. 17. l. 5. *Psalmicen.* Quintil. lib. 1. cap. 14. *Psalta.* Gloss. vett. ψάλτης. *nablio*, *psalta.* Laodicenæ Synodi can. 15. Et Fulgent. Ferrando in breuiario canonum 131. Vetus Inscript. DECVRIONVM. COCCEI. L. CVRAT STRATONE. COMOEDO IBYCO. PSALTE. CHRESTO, &c.

Isthic positos] id est Burdigalæ. 5. epist. 5. l. 1. *Romæ positus.* Sulp. Seuerus ad Bassulam socrum: *Tholosæ positus, Mediolani positus.* Ennodius in vita Epiphanij, & Paulus Diacon. in Leone. 7. Carm. 5.

Illic te posito pugnabat ponte sub ipso.

Menstrua luna] Verg. 1. Geor. *quid menstrua luna moueret.*
7. Carm. 7. *vixque hoc ter menstrua totum Luna videt.*

Dum responsa petit] id est manum dāt omnes, & victos se fatentur. Horat. Carm. sæculari.

Iam Scytha responsa petunt superbi,
Nuper & Indi. vide Acron.

Subactus orbis] Vide 5. epist. 6. l. 7. & adde, quod ait Ennod. in vita Epiphanij. *Quantum te stupende princeps terrarum, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem, & gladij quibus continua vastitate premis, segetem quandam inimici germinis metant, &c.* Vide Iordanem in hist. Gothor. & Isidorum in Chron. 5. epi. 3. huius lib.

Saxona cærulum] id est, coloris marini & cœrulei, erant enim Saxones amatores pelagi, firmi desertores. 5. epist. 6. huius lib. 7. Carm. 7.

Assuetum ante salo, solum timere] Elegans annominatio. Paulinus ad Cytherium de Iona.

Exul soli, & hospes sali.
7. Carm. 9. *Spretis ebicibus soli salique.*

Cuius verticis extimas per oras.] Saxones iuxta ritum Britannorum tonsi erant, Gregor. Turon. lib. 10. cap. 9. hist. iniurias autem vindicaturi non tondebant comam, sed promittebant, barbam quoque, Gregor. Turonen. lib. 5. hist. cap. 15. & Paulus Diaconus lib. 3. de Gest. Longobardorum, cap. 7. Et vt id obiter de eorum vestitu. Gregorius lib. 10. cap. 9. hist. & Paulus Diaconus l. 4. cap. 23. de Gest. Longobar.

Altat lamina] id est, mucro nouaculæ non solum crinium extrema, sed capillos omnes demetit & radit, victis scilicet Saxonibus.

Decrescit, &c.] Sensus manifestus, cui tenebras offundit Beat. Rhenanus lib. 2. Rerum Germanic. cum legat, *additur*, omninò malè, nam quantum decrescit crinis, tantum additur vultui. idem 5. epist. 2. lib. secundo. *Recedente aluo, pectus accedens.*

Sic tonso occipiti] id est, vt Saxo, sic quoque Sicamber victus est, victi enim Sicambri capillum radebant, vide quæ notaui epi. 2. l. 2.

Imos Oceani colens recessus] supra Histrum Procop. l. 2. de bello Goth. ad Scanziam Insulam, Iordanes in hist. Gotho. c. 1. & 3.

Algoso prope concolor profundo] id est cœrulus, & mari concolor. 5. de Saxone, videtur autem Ausonium imitari. epist. 7. Theoni.

Algoso legitur littore concolor.

Algoso ab alga marina herba. de qua 5. l. 1. epist. 2. Aldhelmus de laudibus virginitatis. *Algosis remorum tractibus.*

Hic Burgundio septipes] id est, procerus mss. sic interpretantur rectè, scilicet in longitudinem septem pedum Romanæ mensuræ, *Qui est summus modus adolescendi humani corporis*, Varro in Hebdomadibus, & ex eo Gellius l. 3. cap. 10. & Solinus ex Plinio l. 7. hist. cap. 16. Idem de Burgundionibus 7. Carm. 12.

Ex quo septipedes videt patronos.

vbi plura.

Flexo poplite supplicat quietem] Euarigem Regem Gothorum Burgundiones subiugasse tradit Iordanes. *Totas Hispanias, Galliasque sibi iam iure proprio tenens, simul quoque & Burgundiones subegit*: Et Sigebertus. An. Domi. 471. *Eoricus Burgundiones sibi subegit, &c.*

Istu Ostro-Gothus] id est Gothus, qui plagam Orientalem habitat. Iordanes in hist. Gothor. ex Ablauio historico, *Pars eorum qui Orientalem plagam tenebant, eisque praerat Ostro-Gotha (incertum vtrum ab ipsius nomine, an à loco Orientali) dicti sunt Ostro-Gothæ, residui verò Veso-Gothæ in parte occidua*. Idem Paulus Diaco. in Leone. Aug. sub finem. *Hi ergo qui cum Frigiderno in Orientali remanserant parte, lingua patria ab Oriente Ostro-Gothæ, id est Orientales Gothi dicti sunt, isti verò qui occiduas petiere regiones, ab Occidente Visi-Gothæ, id est Occidentales Gothi sunt appellati.*

Viget patronis] id est, Vvisi-Gothis, qui suis parentibus (vt aiebat Glicerius) Ostro-Gothis auxiliares fuerunt aduersus Hunnos.

Vicinosque premens subinde Chunnos] Chunnis enim subditi fuere Ostro-Gothi. Iordanes in hist. Gothor. & ex eo Ricobaldus Ferrariensis in pomœrio vrbis Rauennatis, vsque ad Vvalemirem Regem, qui post Attilæ mortem Chunnos à suis sedibus pepulit, & ad internecionem deleuit, hisdem auctoribus adeò vt imposterum Ostro-Gothorum arma Hunnis terrori sint, illos consules, & Diaconus lib. 6. Et sicut Balamir Rex Hunnorum. Ostro-Gothos subdidit, Iornand. cap. 24. ita Balamir Rex Ostto-Gothorum, à ditione Hunnorum liberauit. eodem auctore.

In quòd subditur, hinc superbit illis] *In*, id est, Vvisi-Gothis patronis, *superbit illis*. i. Chunnis subiugatis & victis.

Si quos Parrasis vrsa fert tumultus] id est, gentes quæ sub polo arctico degunt, vnde sæpè gentes feræ & bellicosæ erumpebant. Petrus Chrysologus, Serm. 20. Parrasis autem patronimicè à Parrasia, idem

sub Parrase parturit vrsa.

Theudorice tua manus rogantur] Manus scilicet auxiliares. Theudorice, sic quidam libri, penè omnes Eorice, perperam Balduinus Sidonium hoc loco intelligendum esse de Theodorico primo Gothorum rege fuso in campis Catalaunicis existimat, hæc lectio Theodorice reiicienda esset, nisi Eoricus dictus esset Theodoricus. Hugo Floriac. ms. *Tantas varietates mutationesque Romanorum principum conspiciens, Rex Vese-Gothorum Theodoricus Aruernorum occupauit ciuitatem.* lib. 5. vnde etiam à Theodorico, id est Eorico, epist. 1. l. 2. Theodoricianæ leges, vt docui, quem locum consules, & 3. epist. 6. l. 7. Theudorice causa carminis, vt 3. Carm. 23.

Theudoricus amat, decus Getharum.

1. Carm. 7.

Theudorida fixum.

Vt Martem validus per inquilinum] Mars enim apud Getas natus est, si poëtis fides. Vergil.

Gradiuúmque patrem Geticis qui præsidet aruis.

Stat. 1. Sylu.

Amplexu duro Getici resoluta mariti.

Iordanes in hist. Goth. *Adeò ergo fuere laudati Getæ, vt dudum Martem, quem poetarum fallacia Deum belli pronuntiat, apud eos fuisse dicant exortum, vnde & Vergilius, &c.*

Inquilinum] 3. Pontio Leontio. *Habet & Phœbum quem tibi iure poetico inquilinum factum constat ex numine.*

Ipse hic Parthicus Arsaces precatur] id est, Rex Parthorum, *Arsacis enim memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, vt omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent.* Iustinus

nus lib. 41. sub finem. Ammian. Marcell. l. 23. *Vtque Imperatoribus nostris Augusta nuncupatio amabilis est, & optata, ita Regibus Parthicis abiectis & ignobilibus antea incrementa dignitatum felicibus Arsacis auspiciis accessere vel maxima, quamobrem numinis eũ vice venerantur & colunt, eousque propagatis honoribus, vt ad nostri memoriã nonnisi Arsacides ascitus, qui in suscipiendo regno cunctis anteponatur, &c.* Seruius Aeneid. 6. *Postea Albani omnes reges dicti sunt Syluij, ab huius nomine, sicut hodie Imperatores Romani Augusti vocantur, Ægyptij Ptolemæi, Persæ Arsacidæ, Latini Murrani.* Idem Isidorus, ex Seruio Origin. l. 9. c. 3. adiecit *Athenienses Cecropidæ*, vt id obiter, antequàm Ptolemæi vocarentur Aegyptiorum Reges, post Magni Alexandri occubitus, vet. interpr. Iuuenal. Satyr. 6. Pharaones vocati sunt. Eucherius ad Salonium lib. 2. de nominibus Hebraïcis. Hunnorum Reges *Gagani*, Gregor. Turo. lib. 4. cap. 29. Paul. Diacon. Regino, Sigeb. Longobardorum, *Flauij* Paul. Diacon. l. 3. cap. 16. de Gestis Longob. Aethiopum *Candaces*, Actuum Apost. cap. 8. & Beda. atque etiam Proconsules Africæ, à Scipione *Scipiones.* Capitolinus in Gordianis, *atque à Proconsulibus Scipionibus cœpisset, acclamatum est, nouo Scipioni, verò Scipioni, Gordiano proconsuli.* posteà. *Filiusque legatus patris exemplo Scipionum vt Dexippus Græcæ historiæ auctor est, gladij potestate succinctus est.* Et hæc notanda credidi, vt ad rem. de Arsace idem Strabo lib. 15. & ita accipe in l. 1. C. Th. de anno. & trib.

Aula Susidis] *Ora Susidis.* s. epist. vlt. l. 7. ĩ. Car. 2. *Susa.*

Ripa Euphratide] Euphratis Fluuij Mesopotaniæ, s. epi. vlt. l. 7.

Qui cognata licet sibi astra fingens] Idem Carm. 9.

> *Mox Porum solio patrum superbum,*
> *Cognatosque sibi Deos crepantem*

ĩ. Carm. 23.

> *Qui supra satrapas sedet tyrannus*
> *Ructans semideum propinquitates.*

Phœbea tumeat propinquitate] Am. Marcellin. lib. 17. *Literas ad Constantium dedit, nunquam à genuino fastu declinans, quarum hunc fuisse accepimus sensum, Rex Regum Sapor particeps Siderum, frater Solis & Lunæ Constantio Cæsari fratri meo salutem.* Idem lib. 23. *Deinde ad id tempus reges eiusdem gentis prætumidi, appellari se patiuntur, fratres Solis & Lunæ*, Corrippus in Præfat.

> *Ille etiam Solis qui se subiactat amicum.*

plura. ĩ.

Mortalem tamen implet obsecrando] Mamertinus in Paneg. Maximiani. *Hoc eodem modo rex ille Persarum, nunquam se antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat, &c.*

Mortalem implet] s. epist. 15. lib. 7. *Licet ruri positi strenuos impleatis agricolas.* vide quæ notaui, & adde quod ait Gelasius PP. epistola 1. cap. primo. *Ostiarium implere.*

Sed tu Tytire] id est Lampridi qui ab Euarige ius ciuitatis, & agros recepisti.

Nam non inuideo] Ex Vergil. Eglog. 1. vbi Melibœus.

> *Non equidem inuideo, miror magis.*

Melibœus esse cepi] id est, tempus & operam perdidi, nec quod ab Euuarige Rege postulabam, impetrare potui, id est, nec patriam, nec rura recipere, sicque Melibœus esse cœpi, qui nec idem ab Augusto quod Vergilius obtinere valui. Eglo. 1.

Ocidbundus] s. epist. 18. lib. 4. *Et nunc tu ipse sic multis contra fidem diebus ocidbundus.*

Coronatus auriga] Elegans similitudo ab agitatoribus circissariis, qui ob victo-

riam coronabantur. l. Commodis. de re iudicata. l. 5. quæ res pign. oblig. possunt: Et aliàs passim in Iure. Iul. Firmic. sed qui in sacris certaminibus victor, gloriosa & digna reportat insignia coronarum. ̄J. Carm. 23.

Palmis serica, torquibus coronas coniunge.

De podio] id est de proiecto & mœniano, quod tectum erat & habile ad spectandum. Iuuenal. Satyr. 2.

Omnibus ad podium spectantibus, &c.

Et Sidon. hîc.

Spectans de podio. Vitruuius lib. 5. c. 7. ̄J. Carm. 23.

Totas ad podium ferent habenas.

Vbi plura, nisi malis coronatus de podio, non de podio spectans, sed quòd paradoxi, id est, aurigæ victores, de podio coronas accipiebant: vt Imperatores palmatam tunicam, & togam pictam de Capitolio accipere, vel de Palatio, tradit Capitolinus in Gordianis, *In podio autem locabantur victoriæ gypseæ cum palmis.* Spartianus in Seuero. victoribus præmia ostentantes. ̄J. Carm. 23.

SIDONIVS RVRICIO SVO S.

EPISTOLA X.

ESSE tibi vsui pariter & cordi literas granditer gaudeo. Nam stylum vestrum quanta comitetur vel flamma sensuum, vel vnda sermonum, liberiùs assererem, nisi dum me laudare non parum studes, laudari plurimum te vetares. Et quanquam in epistola tua seruet charitas dulcedinem, natura facundiam, peritia disciplinam, in sola materiæ tamen electione peccasti: licèt id ipsum possit prædicari in voto, quod videris errasse iudicio. Ingentes præconiorum titulos moribus meis applicas. Sed si pudoris nostri fecisses vtcunque rationem, Symmachianum illud te cogitare par fuerat: *Vt vera laus ornat, ita falsa castigat.* Quò loci tamen si animum vestrum bene metior, super affectum quem maximum ostendis, hoc tu & arte fecisti. Nam moris est eloquentibus viris, ingeniorum facultatem, negotiorũ probare difficultatibus, & illic stylum peritum quasi quendam fœcundi pectoris vomerem figere, vbi materiæ sterilis argumẽtum velut arida cespitis macri gleba ieiunat. Scaturit mundus similibus exemplis. Medicus in desperatione, gubernator in tempestate cognoscitur. horum omnium famam præcedentia pericula extollunt: quæ profectò delitescit, nisi vbi probetur, inuenerit. Sic & magnus orator si negotium aggrediatur angustum, tunc amplum plausibilius manifestat ingenium. Marcus Tullius in actionibus cæteris cæteros, pro Aulo Cluentio ipse se vicit. Marcus Fronto cùm reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi prætulit. Caius Plinius pro Actia Variola plus gloriæ de centumuirali suggestu domum retulit, quàm cùm Marco Vlpio incomparabili principi comparabilem Panegyricum dixit. Sic & ipse fecisti,

qui dum vis exercere ſcientiam tuam, non veritus es fore tibi impedimento etiam conſcientiam meam. Quin potiùs ſupplicando meis medere languoribus: neque per decipulam malè blandientis eloquij ægrotantis adhuc animæ fragilitatem gloriæ falſæ pondere premas. Sanè cùm tibi ſermone pulchro vita ſit pulchrior, plus mihi indulges ſi mei cauſa orare potiùs velis, quàm perorare. Vale.

Ruricio] Sidonij amico, viro docto, & ſtudioſo. ſ. epiſt. 16. libro 4. epiſt. 15. lib. 6.

Flamma ſenſuum] idem ſ. epiſt. 13. *Medulla ſenſuum*, ad Ruricium epiſt. 16. l. 4. *Qui magis igneo ingenio, &c.* & e. 6. l. 7. *Quo polleas igne ſenſuum.*

Symmachianum illud, &c.] Cæſarius Arelatenſis Homel 25. *Sed magis illam ſententiam ſecularem quidem, ſed valde vtilem cogitemus, Vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat, & illud quod quidam de ſapientibus dixit, Si vera ſunt laudes tua, præconia ſunt, ſi falſa conuicia.* Auſonius de dictis ſapientum in Thalete.

Cum falsò laudas, tunc & amice noces.

Symmachianum autem illud deſideratur.

Si animum veſtrum bene metior] ſ. epiſt. 2. l. 9. *Sed ſi amplitudinem in vobis pietatis expertæ benè metior.*

Et illic ſtylum peritum] Pacuuius Theucro. *Vbi poeta pro ſua parte falſa conficláque canant, qui cauſam humilem dictu amplant.*

Ieiunat.]

Emeritus iuuenis ſterilis ieiunia terræ
Vomere fœcundans. ſ. Carm. 5. *ſterilia atque ieiuna.* lib. 4. C. de cenſib. & cenſ.

Medicus in deſperatione] Signatè loquitur, æger enim depoſitus & conclamatus, deſperatus dicitur, Nonius cap. 4. *Deponere, eſt deſperare, vnde & depoſiti deſperati dicuntur.* Seruius 12. Aeneid. *Depoſiti, deſperati,* nam *conſuetudo erat, vt deſperati ante ianuas collocarentur, vel vt extremum ſpiritum redderent terræ, vel vt poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquando ſimili laborauerant morbo.* idem ſimia Seruij. Iſidorus lib. 10. in *deſperatus:* & id eſt ex veterrima lege Babyloniorum, de qua Herodotus lib. 1. à qua nec abludit vetus mos Hiſpanorum, de quo Euagrius hiſt. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 10. Quod quidem fiebat poſtquam æger deſperatus erat, & ita Plinius epiſt. 24. l. 6. *deſperauit,* benè dixit. & reliqui.

Gubernator in tempeſtate] Propriè etiam loquitur. Gubernator eſt rector nauis. Cœlius Aurel. tard. paſſ. lib. 1. cap. 5. Gloſſ. vet. *κυβερνήτης gubernator,* vbi de nauigatione. Seneca de Conſol. ad Marciam, cap. 6. *Nec gubernatoris quidem artem tranquillum mare, & ſequens ventus oſtendit, aduerſi aliquid incurrat oportet, quod animum probet.* Plinius epiſt. 26. l. 9. *Ideò nequaquam par gubernatoris eſt virtus, cum placido & cum turbato mari vehitur, tunc admirante nullo illaudatus inglorius ſubit portum, at cum ſtridunt funes, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus.* Petrus Chryſologus, Serm. 20. *Gubernatoris peritiam non probat temperies ſerena, ſed procelloſa tempeſtas, blandiente aura nauim regit vltimus nauta, in confuſione ventorum primi quæritur ars magiſtri.* Caſſiod. epiſt. 5. l. 12. *Ceſſat enim nautarum in tranquillitate peritia, nec nomen præſtat artifici, niſi fuerit vis magna periculi.* vide Iuliani. Aug. epiſt. ad Leuntium.

Mar. Tullius in actionibus cæteris cæteros, &c.] elegans dicendi formula. D. Hieronymus. ep. ad Damaſum PP. 44 *Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit, in canticis canticorum ipſe ſe vicit.* Idem ad Paulinum de inſtitutione monachi. *Cumque in*

primis partibus vincas alios, in penultimus te ipsum superas.

Pro Aulo Cluentio] Oratio suis numeris absolutissima, in qua quantum ingenio posset ostendit Cicero. Plinius epist. 20. l. 1. *Idem pro Cluentio ait se totam causam vetere instituto solum perorasse.* Amm. Marcell. lib. 31. *Tandémque ex præmeditato colludio, per eum qui est in verba fidentior, suaue quoddam principium dicendi exeritur, pro Cluentio, vel pro Ctesiphonte orationum æmula ornamenta promittens.*

Mar. Fronto cum reliquis oratoribus emineret] Paneg. Maximiani. *Itaque Fronto Romanæ facundiæ non secundum, sed alterum decus, &c.* passim in hist. Augusta. vide epi. 3. l. 4.

In Pelopem se sibi pratulit] id est, ipse se vicit. Plinius l. 36. cap. 5. *Qui marmoris gloria superauit etiam semet.* vbi de Praxitele.

Pro Actia Variola] Vide Plinium epist. 33 lib. 6. *Et accipe orationem meam, vt illi arma diuina. Num superbius potui? reuera vt inter meas pulchram, non mihi satis est certare mecum, est hac pro Actia Variola & dignitate personæ, & exempli raritate, & iudicij magnitudine insignis.* vide etiam sub finem eiusd. epist.

Centumuirali iudicio] Plini. ibid. *Sedebant iudices centum & octoginta, &c.*

M. Vlpius] Mar. Vlpius Traianus, Vet. Inscrib.

M. VLPIO TRAIANO. AVG. IIII.
S. ARTICVLEIO. PAETO COS.

Incomparabili principi] Optumus princeps & optumus Imp. in vett. inscript. *optimo meliorem* dixit Plinius in Paneg. *Penè omnium Imperatorum potiorem*, Iordanis de success. regno. ĵ. Carm. 7.

Comparabilem Panegyricum] Opinatissimum Plinij Panegyricum & incomparabilem. numeratur autem hoc loco à Sidonio inter oratores Plinius, vt à Martiano Felice lib. 5. *Post hos tamen in diuersis agminibus oratores emeriti, ac præ se ferentes insignium culmen, meritáque linguarum, Æschinem, Isocratem, Lysiamque conspiceres, tum in togatis agminibus Sosantios, Gracchos, Regulum, Plinium, Frontonémque.* Euseb. & ex eo Cassiod. in Chron.

Sermone pulchro vita sit pulchrior] ĵ. epist. 9. l. 9. in fine. *Cui datum est soli loqui melius, quàm didiceris, viuere melius, quàm loquaris.*

Orare potius velis, quàm perorare] Orare, id est, pro Sidonio precari ad Dominum: perorare, declamare & eloqui. ĵ. epist. 3. l. 9. *Collegarum Sacrosanctorum oratu exoraretur, vt perorares.*

SIDONIVS LVPO SVO
EPISTOLA XI.

QVid agunt Nitiobroges, quid Vesunnici tui, quibus de te sibi altrinsecus vindicando nascitur semper sancta contentio? vnus te patrimonio populus, alter etiam matrimonio tenet. Cúmque hic origine, iste coniugio: melius illud, quod vterque iudicio. Te tamen constat munere Dei inter ista, felicem: de quo diutiùs occupando possidendóque operæpretium est, votiua populorum studia confligere. Tu verò vtrisque præsentiam tuam dispositè vicissimque partitus, nunc Dripanium illis, modò istis restituis Antedium. Etsi à te instructio rhetorica poscatur, hi Paulinum, illi Alcimum non requirunt. Vnde te magis miror quem cottidie tam multiplicis bibliothecæ ventilata lassat egeries, aliquid à me veterum flagitare cãtilenarum.

Pareo quidem, licèt intempestiua videatur recordatio iocorum tempore dolendi, Lampridius orator modò primùm mihi occisus agnoscitur, cuius interitus amorem meum summis conficeret angoribus, etiamsi non eum rebus humanis vis impacta rapuisset. Hic me quondam (vt inter amicos ioca) Phœbum vocabat, ipse à nobis vatis Odrysij nomine accepto. Quod eo congruit ante narrari, ne vocabula figurata subditum carmen obscurent. Huic quodam tempore Burdegalam inuisens metatoriam paginam quasi cum musa prænuia misi. puto hanc liberiùs offerri, quàm si aliquid super decedentis occasu lugubre componens, qui non placebam per eloquentiam, per materiam displicerem.

Dilecta nimis & peculiari
Phœbus commonitorium Thaliæ
Paulum depositis alumna plectris
Sparsam stringe comam virente vitta,
Et rugas tibi syrmatis profundi
Succingant hederæ expeditiores.
Soccos ferre caue, nec (vt solebat)
Laxo pes natet altus in cothurno.
Sed tales crepidas ligare cura,
Quales Harpalice, vel illa vinxit,
Quæ victos gladio procos cecidit.
Perges sic meliùs volante saltu,
Si vestigia fasceata, nudi
Per summum digiti regant, citatis
Firmi ingressibus, atque vinculorum
Concurrentibus ansulis reflexa
Ad crus, per cameram cathena surgat.
Hoc pernix habitu meum memento
Orpheum visere, qui cotidiana
Saxa, & robora, corneásque fibras
Mollit dulciloqua canorus arte:
Arpinas modo quam tonante lingua
Dictat, nunc stylus aut Maronianus.
Aut quo tu Latium beas Horati,
Alcæo melior lyristes ipso.
Et nunc inflat epos tragœdiarum,
Nunc comedica temperat iocosa,
Nunc flammant satyræ, & tyrannicarum
Declamatio controuersiarum.
Dic, Phœbus venit, atque post veredos

Remis veliuolum quatit Garūnam.
Occurras iubet, ante sed parato
Astutum hospitio, Leontioque
Prisco Liuia quem das è senatu.
Dic, iam nunc aderit satis facetum &
Solo nomine Rusticum videto.
Sed si tecta negant vt occupata,
Perge ad limina mox episcoporum
Sancti & Galliciní manu osculata,
Tecti posce breuis vacationem:
Ne si destituor domo negata,
Mærens ad madidas eam tabernas:
Et claudens geminas subinde nares,
Propter fumificas gemam culinas:
Qua serpylliferis olet cathenis
Baccas per geminas ruber botellus,
Ollarum aut nebulæ vapore iuncto
Fumant cum crepitantibus patellis.
Hic cùm festa dies ciere rauos
Cantus cœperit, & voluptuosam
Scurrarum querimoniam crepare,
Tunc tunc carmina digniora vobis,
Vinosi hospitis excitus camœna
Plus illis ego barbarus susurrem.

O necessitas abiecta nascendi, viuēdi misera, dura moriendi. Ecce quò rerū volubilitatis humanæ rota ducitur. Amaui, fateor, satis hominē, licèt quibusdam tamen venialibus erratis implicaretur, atque virtutibus minora misceret. Namque crebrò leuibus ex causis, sed leuiter excitabatur: quod nihilominus ego studebam sententiæ cæterorum naturam potius persuadere quàm vitium: astruebamque meliora quatenus in pectore viri iracundia materialiter regnans, quia næuo crudelitatis fuerat infecta, prætextu saltem seueritatis emacularetur. Præterea etsi consilio fragilis, fide firmissimus erat: incautissimus, quia credulus: securissimus, quia non nocens. Nullus illi ita inimicus, qui posset eius extorquere maledictum: & tamen nullus sic amicus, qui posset effugere conuitium. Difficilis aditu, cùm facilis inspectu: & portandus quidem, sed portabilis. De reliquo si orationes illius metiatis, acer, rotundus, compositus, excussus. Si poemata, tener, multimeter, argutus, artifex erat. Faciebat siquidèm versus, oppidò exactos, tam pedum mira, quàm figurarum varietate: Hendecasyllabos lubricos, & enodes: Hexametros crepantes, & cothurnatos: Elegos verè nunc schoicos,

nunc recurrentes, nunc per anadiplosim fine principiisque connexos. Hìc(vt arreptum suaserat opus) & hìc additionem pro personæ, temporis,&loci qualitate variabat: Idque non verbis qualibuscunque sed grandibus, pulchris, elucubratis. In materia controuersiali, fortis & lacertosus:In satyrica, solicitus & mordax:In tragica, sæuus & flebilis. In comica, vrbanus, multiformisque: In Fescennina, vernans verbis, æstuans votis:In Bucolica,vigilax, parcus, carminabundus: In Georgica sic rusticans multum, quòd nihil rusticus. Præterea quòd ad epigrammata spectat, non copia, sed acumine placens, quæ nec breuiùs disticho, nec longiùs tetrasticho finiebantur:eademque cùm non pauca piperata, mellea multa conspiceres, omnia tamen salsa cernebas. In Lyricis autem Flaccum sequutus, nunc ferebatur in Iambico citus, nunc in choriambico grauis, nunc in Sapphico inflatus. Quid plura? subtilis,aptus, instructus,quaque mens stylum ferret,eloquentissimus prorsus, vt eum iure censeres post Horatianos & Pindaricos cycnos gloriæ pennis euolaturum. Aleæ, sphæræ non iuxta deditus. Nam cùm tesseris ad laborem occuparetur, pila tantùm ad voluptatem fatigabat libenter: quodque plus dulce, libentiùs fatigabatur. Scribebat assiduè, quanquam frequentiùs scripturiret. Legebat etiam incessanter auctores cum reuerentia antiquos, sine inuidia recentes. Et quod inter homines difficillimum est, nulli difficulter ingenii laude cedebat. Illud sanè non solùm culpabile in viro fuit, sed peremptorium, quòd mathematicos quondam de vitæ suæ fine consuluit, vrbium ciues Africanarum, quibus vt est regio, sic animus ardentior, qui constellatione percunctantis inspecta, pariter annum, mensem, diemque dixerunt: Quos (vt verbo matheseos vtar) climactericos esset habiturus, vtpote quibus themate oblato quasi sanguinariæ genituræ schema patuisset, quia videlicet amici nascentis anno quemcunque clementem planeticorum siderum globum in diastemate zodiaco prosper ortus erexerat: hunc in occasu cruentis ignibus inrubescentes, seu super diametro Mercurius asyndetus, seu super tetragono Saturnus retrogradus, seu super centro Mars apocatasticus exacerbassent. Sed de iis qualia, quóque modo sint, quamque sint maximè falsa, ideoque fallentia, si quid pleniùs planiusque, rectiùs cohæret, licet & ipse Arithmeticæ studeas, & quæ tua diligentia Vertacum, Trasibalum, Saturninum solicitus enoluas, vt qui semper nil nisi arcanum celsumque meditere, interim ad præsens nil coniecturaliter gestum, nil per ambages: quandoquidem hunc nostrum temerarium futurorum sciscitatorem; & diu frustra tergiuersantem, tempus & qualitas prædictæ mortis innexuit. Nam domui pressus strangulatusque seruorum manibus, obstructo anhelitu, gutture obstricto, ne dicam Lentuli, Iugurthæ, atque Seiani,

certè Numantini Scipionis exitu periit. Hæc in hac cæde tristia minùs, quòd nefas ipsum cum auctore facti parricidalis diluculo inuentum est. Nam quis ab hominum tam procul sensu, quis ita gemino obtutu eluminatus, qui exanimati cadauere inspecto, non statim signa vitæ colligeret extortæ? Etenim protinus argumento fuêre liuida cutis, oculi protuberantes, & in obruto vultu non minora iræ vestigia, quàm doloris. Inuenta est quidem terra tabo madefacta deciduo, quia post facinus ipsi latrones ad pauimentum conuersa defuncti ora pronauerant, tanquam sanguinis cum superæstuans fluxus exinanisset. Sed protinus capto qui fuerat ipsius factionis fomes, incentor, antesignanus, cæterisque complicibus oppressis, seorsumque discussis, criminis veritatem de pectoribus inuitis tormentorum terror extraxit. Atque vtinam hunc finem, dum inconsultè fides vana consultat, non meruisset excipere. Nam quisque præsumpserit interdicta, secreta, vetita, rimari, vereor huiusmodi à Catholicæ fidei regulis exorbitaturum, & effici dignum in statum cuius respondeantur aduersa, dum requiruntur illicita. Sequuta quidem vltio est extinctum, sed magis prosunt ista victuris. Nam quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari. Longiusculè progredi me amor impulit, cuius angorem silentio exhalare non valui. Tu interim si quid istic cognitu dignum, citus indica, saltem ob hoc scribens vt animum meum tristitudine grauem lectio leuet. Namque confuso pectori mœror, & quidem iure plurimus erat, cum paginis ista committerem sola. Neque enim satis mihi aliud hoc tempore manu, sermone, consilio, scribere, loqui voluere libet. Vale.

Nitiobroges] Plinio lib. 4. cap. 19. Nitiobriges Cæsari lib. 7. Cadurcis & Rutenis contermini, postea *Agennum*. Antoninus in Itiner. *ciuitas Agennensium*. Notitia Prouinc. *Agenensis vrbs*. Gregorius Turon. lib. 1. cap. 105. de mirac. corruptè Bedæ in Martyrolog. Prid. Non. Octob. *Aganinum*. & XIII. Kal. Nouemb. *Agannum*. vtrobique legendum *Agennum*, vel *Aginum*, vt idem ait V. Idus Iunii: Ado, & Vsuardus. Vnde rectè mss. melioris notæ in inscriptione huius epistolæ, Lupo, addunt, *Aginnensi*. Caput enim Nitiobrigum Aginnum. Ptolomæus lib. 2 cap. 7.

Vesunnici] Sic mss. Pith. & Lat. necnon Amar. rectè. Sunt autem Vesunnici, Petrogori vel Petrocori. Itiner. Antonini: *Aginnum, Excisum, Traiectus, Vesunna*. Vetustiss. tabula Itineraria: *Condate, x, Sarrum, xx. Vesonna xiij*. Vetus inscriptio in ciuitate Petrocororum.

TVTELÆ AVG.
VESVNNÆ
SECVNDVS
SOTTI D. S. D.

Et adhuc vetusta Petrocororum arx, populariter VISVNE dicitur. Nam Metropolis Petrocororum Vesnnna. Ptolomæus l. 2. c. 7. ὑφ' οὓς Πετροκόριοι καὶ πόλις Οὐεσοῦννα. Sub Petrocoris autem sunt Nitiobriges, eodem Ptolomæo auctore, ibid. & Antonino in Itiner.

Sancta

Sancta contentio] s. ep.4.lib.4. *Sancta semper ambobus quia manente charitate contentio.* Gregor. Turonen.lib.2.hist. cap.3. *Oritur inter eos sancta contentio, quis oculis eius signum beatæ crucis imponeret.* Hilarius Arelatensis in laudatione Honorati: *Hinc iam inter illos certamina grata propositi, cuius mens ad pietatem mollior, cuius esset cibus durior, cuius sermo blandior, cuius amictus asperior*, &c. Vopiscus in Tacito, init. *Hoc post Aurelianum, habito inter senatum exercitumque Romanum, non inuido, non tristi, sed grato religiosoque certamine.* Fulgentii vita cap.15. *Nascitur inter eos noua pugna charitatis.*

Vnus te patrimonio populus, &c.] id est, populus Nitiobrogum: alter, id est, populus Petrocororum. postea: Hic origine, i. Aginnensis iste coniugio, i. Vesunnicus vnde & Lupus Aginnensis rectè dictus est, l. assumptio. §. filius. ad municip. l. vnica. Cod. vbi tuto pet. & l. 3. Cod. de municipib. & colo.

Melius illud quod vterque iudicio] s. ep. 25. lib.5. *Quem creauerunt Euphronius testimonio, Patiens manu, vterque iudicio.*

Dripanium illis] Scilicet Aginnensibus. parum perspectè Baronius, tomo 6. Annal. An.493. & Bibliothecarius index, hunc Dripanium, existimant esse Drepanium Florum hymnographum, qui cum ad Modninum Augustodunensem Episcopum scribat, longè post Sidonium fuit, hic ante Sidonium, & Theodosij Magni coætaneus illi Panegyricum dixit, cuius initio Drepanius ait *non esse fastidio rudem hunc & incultum Transalpini sermonis horrorem*, &c. ex quibus paret prouincia esse Aquitanum, ex Sidonio, patria Aginnensem. Leontij mentione adducor vt credam eum esse ad quem Symmachus epist.58.l.9. de quo Auson. in ludo septem Sapientum & al. honorificè, cui poemata sua dicauit.

Antedium] Petrocori scilicet. Sidon. ad Leontium, *illum Phœbum Antedij mei perfamiliarem*, &c. idem. Car.9. sub finem. *dulcem Antedium*, &c.

Hi Paulinum] id est, Petrocori. Paulinum. Vranius presbyter, Burdegala oriundum tradit, male quidam Roma, D. Ambr.e.36. ad Sabinum. *Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum*, &c. eloquentissimum autem fuisse Rhetorem constat ex Hier.e.13. Aug.ep.31. Gennadio de viris Inlust. & Greg. Turon. de gloria Confess. c.107. vide. s.e.5.l.4. multi autem cognomines fuere. Auson.

Illi Alcimum] i. Nitiobriges. Ausoni. de profess. Burdig. Car.3. qui vixit Iuliano Imperatore. Tollendus non tolerandus error Baronij, Annal. tom.6. An. Do.516. & in Martyr. Nonis Februarij, qui hunc Alcimum tradit esse Alcimum Auitum Viennensem, qui post Sidonium fuit.

Recordatio iocorum tempore dolendi] Vide s.ep.12.l.2. & ep.7.lib.7.ep.9.hu.lib. & j. epist.3.lib.9.

Lampridius orator] Burdegalensis. s.e.9. hui. lib. j.e.13.l.9. in Car.

Etiam si non eum] tropicè & eleganter, maximè doluissem Lampridium etiam propria morte functum, quantò magis occisum, nam vt ait Plin.ep.12.lib.1. *Est enim luctuosissimum genus mortis quæ non ex natura, nec fatalis videtur. nam vtcumque in illis qui morbo finiuntur, magnum ex ipsa necessitate solatium est, in his verò quos accersita mors aufert, hic insanabilis dolor est, quòd creduntur potuisse diu viuere.* Germanicus apud Tacitum. 2. Annal. *si fato concederem iustus mihi dolor etiam aduersus Deos esset, quod me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam, præmaturo exitu raperent, nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus*, &c.

Phœbum] s.e.9. hui. lib. in Carm. j. paulò post: *Dic Phœbus venit*. &c.

Metatoriam paginam] i. quæ aduenienti amico metatur hospitium, vide e.16.l.5. ad hæc, *literas aduentus sui præuias misit*, & adde, *scripta prænuntia*, a Symmach.e.11.l.5. dicti

Commonitorium] Zozimus PP. ad Clerum Rauennensem. *commonitorium presbyteris.* Vincentius Lyri. *Commonitoria duo Catholicis.* Gregorius Magnus *commonitorium Joanni.* Orontius *commonitorium fidelibus heroico carmine* Sigebert. c.34. de viris inlustribus, Concilij Africani. can.18. Innocentius PP. Alexandro Episcopo, *commonito-*

rio vestro. Gloss. vett. ὑπομνηστικὸν, *commonitorium*. ὑπομνηστικὸν Sudas, Est autem epistola qua quis officij admonetur. eodem Suda auctore.

Phœbus] id est, Sidonius figuratè, vt antea dixit.

Alumna] i. Musa. 5. ep. 17. l. 5. *alumnas suas ad secreta sollicitas.*

Et rugas] i. sinus & varios flexus, sinuosæ enim erant Musarum vt & matronarum vestes. Vitru. l. 4. c. 1. *truncoque toto strias, vti stolarum rugas matronali more dimiserunt*, D. Hiero. ep. de vitando suspecto contu. *vestis ipsa vilis & pulla, animi tacentis indicium est, si rugam non habeat*. Idem, *vestis pulla & sine ruga.* Sidon. j. ep. 9. l. 9. de Dialectica *amputatosque peruenustarum vestium rugis*. idem in Paneg. Anthemij: *pars extima pepli*

Perfert puniceas ad crura rubentia rugas. idem de Pallade Car. 15.

Crispato rigida crepitant in syrmate rugæ.

de Musis, idem, scilicet Thalia & Melpomene. Carm. 23. Rugæ autem illæ vestium non casu, sed arte formatæ erant. Tertull. de pallio. *adeone artifice opus, qui pridie rugas ab exordio formet*. & Macrob. lib. 3. cap. 13. vbi de effœminato Hortensio. *togam corpori sic applicabat, vt rugas non forte, sed industria locatas artifex nodus adstringeret*, &c.

Syrmatis profundi] vestis Tragicæ sinuosæ & oblongæ. Valerius. in Phorm. *quid hic cum tragicis versis, & syrma facis.* qua Tragœdi vestiebantur, Martial. 12.

Aptasti tragicum tu quoque syrma tibi.

Vopiscus in Carino, sub finem, de iunio Messala, *pallio aurato atque* purpurato, pro Syrmate Tragœdus vteretur. j. Carm. 23.

Hic si syrmate cultus, & cothurno. &c.

Profundi] id est, ad terram demissi. Prudent. in Psychomachia.

Vt tener incessus vestigia syrmate verrat.

vnde *insanum* Martiali. lib. 1. Epigr. 129.

Succingant edera] Fulgentius in Astronomicis: *vt crinem frondea Phœbi*

Succingant, ederæue comas augustiùs vmbrent.

Soccos ferre caue] quibus comœdia sustinetur, Plin. epistol. 7. libr. 9. Thalia enim Musa comica est. Verg.

Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.

Laxo pes natet altus in cothurno] Ouid lib. Amo.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

D. Hieron. ad Eustochium. omnia his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat, 5. epistol. 13. libr. 4. *tensus cothurnus*, vbi de Germanico homine lauto, illauti enim & incurij indicium est, si pedes folleant, & natent in laxa pelle, decorum autem duxit antiquitas si strictim calcearentur, Festus in, *tentipellium*.

Ferre caue] *poeticè, & Græca figura Serui. Aeneid. 1. facere non* debemus vt duo verba *iungantur, nisi in poemate.* postea *ligare cura.*

Qualis Harpalice] Verg. 1. Aeneid.

vel qualis equos Threissa fatigat

Harpalice, volucremque fuga præuertitur Ebrum. ibid. Seru. & Sabin.

Si vestigia fasceata] 5. epistol. 2. lib. 2. *tu endromidatus exterius, intrinsecus fasceatus*, vide quæ notaui. j. Carm. 2. *sed fascea primos*

Sistitur ad digitos. Histor. S. Eugendi. *constrictus ocreis crura, fasciolisque plantas.*

Concurrentibus ansulis] j. *Quæ stringant crepidas, & concurrentibus ansis,*

Vinclorum pandas texant per crura cathenas.

Innom. Glossog. ad mentum corrigia lanæ. quæ est ansula ad iactandum. genus autem illud calcei *obstrigilus* est dictus. Vet. Glossog. ms.

Per cameram] j. Carm. 2. *retinacula bina cothurnis*

Mittit in aduersum vincla de fornice pollex. sic emendandum ex hoc loco puto, reclamantibus mss. qui fornite legunt.

Orpheum] id est Lampridium qui à Sidonio figuratè nomen Odrisij vatis accepit. S. hac epist.

Saxa, & robora.] vt Orpheus saxeos & efferatos hominum mores emollijt, sic Lampridius Regis Gothorum Euarigis & Gothorum mores ligneos & saxeos delinit atque demulcet, Ennodius in vita. S. Epiphanij. *post Glicerium ad regnum Nepos accessit, tunc inter eum & Tolosa alumnos Getas, quos ferrea Euricus Rex dominatione gubernabat, orta dissensio est.* Gothi quoque rupices erant & indolatites. vide Orosium. lib. 7. & Iordan. in hist. Goth.

Corneasque fibras.] Persius saty. 1. *nec enim mihi cornea fibra est*, S. e. 1. li. 4. *corda cornea.*

Mollit.] e. 1. li. 4. *bestiarum, rigidarumque nationum corda cornea, fibraque glaciales procul dubio emollirentur, egelidarenturque.*

Tonante lingua] *Surgentes animi musis formantur, & illo.*

Quo Cicerone tonat. S. Car. 2. *vide notas.*

Martianus Felix. lib. 5. *inter vtrumque verò culmen sectatorum, praeniteat Tullius meus qui non solùm in foro, senatu, rostrisque grandiloquae facultatis maiestate tonuerit.*

Comaedica.] id est comoedias. figuratè à comoedo. Festus. li. 3. ex Plauto. *iocosa.* S. e. 1. li. 4. *Comicus lepidum.* vide Donatum. de Comoedia. Fulgent. in prooemio mytholog. *Comaedica solitus vernulitate mulcere*, Ibid. *aut comaedico phasmate delectabam.*

Flammant Satyrae.] S. e. vlt. l. 1. *Peonius exarsit, cui satyricus ille, morsum dentis igniti auidiùs impresserat.* Ennius Satyr. l. 3. *Enni poeta salue, qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus.* id est mordaces & satyricos. Sesenus. l. 2. *non dignus, in quem debeam satyram calente vi ad ingerere*, fortè Sisenna. leg. Iuuenal. Saty. *Venusina digna lucerna.* Vet. Interp. *lucernam dicit, quia satyrici ad omnium vitia, quasi lucernam admouent, & vt adurant, & vt ostendant crimina, &c.*

Et tyrannicarum declamatio controuersiarum.] Petron. init. Satyrici. *& tyrannos edicta scribentes quibus imperent filijs, vt patrum suorum capita praecidant.* vide Senecam. lib. 9. Contro. 4.

Veredos.] S. e. 5. li. 1. *non veredorum paucitas*, idem. e. 7. l. 5. *viatica veredarijs.* veredi, sunt equi cursuales. Procopius de bello Persi. vide. S. e. 5. l. 1.

Sed parato actutum hospitio.] & ideò dixit. S. *Metatoriam paginam*, quae hospitium parat & metatur. Gloss. vett. *ἑτοιμάζω, paro, meto, ἑτοιμασία praeparatio, metatio.*

Leontioque.] Origene Burdegalensi. Fortunatus, lib. 1. cap. 15. poematum. vbi de antiquo Leontiorum stemmate.

Prisco Liuia quem dat è senatu.] Fortunatus in epitaphio Leoncij Burdegalensis episcopi.

Nobilitas altum ducens ab origine nomen.

Quale genus Romae fortè senatus habet.

Solo nomine Rusticum videto.] id est vrbanum, non rusticum, nisi nominetenus; Paulinus de S. Martino. lib. 1.

Non opere adstrictum, sed solo nomine seruum.

Post. *Iam meritis monachus, sed solo nomine miles.*

Lib. 6. *Perpetuus Domini non solo nomine cultor.*

de Rustico. S. e. 11. lib. 2. quem Baron. putat Patienti in Episcopatu successisse, cui non assentio. Rusticij Lugdunensis. Ennod. in vita S. Epiph. & Ado. XIIII. Kal. August. meminere.

Perge ad limina mox Episcoporum.] qui maximè hospitales erant, & peregrinos iure hospitalitatis excolebant. S. l. 7. in Conc. recipiebantque in metatoria.

Theodoritus in collectaneis. Histo. Ecclesiast. vide Scalig. in Auson. lib. 1. cap 24.

Sancti Gallicini manu osculata] Episcopi Burdegalensis. Manus autem episcoporum osculari mos fuit. D. Ambrof. de dignit. sacerdot. cap. 2. *quippe cum videas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum, & exosculata eorum dextera, se credant communiri.* Iuo. par. 5. c. 378. Paulinus presbyter in vita D. Ambro. Ennodius, Areoiaminæ, Grego. Turo. histo. lib. 2. cap. 1. *Nec Deus nos diutius sinit manus tuas indignas osculando pollui.* Vita Fulgentij Ruspensis, cap. 4. *ad hæc ille iuuenis magis ac magis inflammatus, repellentis manum suppliciter osculatus,* &c. Fausti scillicet episcopi.

Ad madidas eam tabernas] Clerici enim non nisi coacti ad tabernas ibant. Sextæ Synodi in Trullo. cap. 9. ibid. Balf. can. Apostol. 54. Syn. Laodiceenæ can. 24. Carthag. 3. can. 27. Rhemens. 26. Turonensis. 21. & aliàs passim.

Propter fumificas gemam culinas] Ausonius in Ephemeride.

fumosis conuiua accumbo popinis.

Idem Mosella.

Feruet fumosis olido nitore popinis.

Et eoeus in somniis lacrimas portendit, propter fumum quem in culinis excitare solet. Artemidorus, lib. 3 c. 55. 3. ep. 9. li. 2. *culina fumaret.*

Gemam] propter tetrum odorem quem culinæ vt plurimùm exhalant, Palladius de re rust. tit. 37. *ab apium castris longè sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquina, sufferia.* Plautus in Mostellaria, de vetulis incrustatis & inter polibus.

Vbi se sudor cum vnguentis consociauit,

Itidem olent quasi quom vnà multa iura confuderit coquos.

Exinde videtur Petronius initio Saty. dixisse *qui inter hæc tantum nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm bene olere qui in culina habitant,* de culina, id est, de priuato, & sella familiarica viri docti interpretati sunt, qua notione. Gloss. vetus ἀπόπατος *culina,* & als passim.

Qua serpyllifera] id est, serpyllo fartis, serpyllum autem bene olet. J. Car. 2.

Fragrat odor, violam, citisum, serpilla, ligustrum.

Et Car. vlt.

Serpillum, casiam, crocum, atque caltam.

Cathenis] cathenatus enim erat ordo botulorum per baccas geminas vtrinque, quod eleganter expressum est.

Ruber botellus] caue referas ad botellos cruore distentos, vt loquitur Tertulianus in Apologet. atque ita rubros, scilicet sanguine, à quo Christiani omnimodo abstinebant, nefasque ducebant non solum fartis sanguine botellis ventrem farcire, sed primoribus labris attingere, hoc enim lege Dei pro hibitum fuit Leuitici 7. & 17. Iosephus lib. 1. cap. 4. & lib. 3. cap. 10. Antiq. & in Agone Machab. atque etiam lege Gratiæ confirmatum, Actuum, cap. 15. Can. Apostol. 63. Tertull. de Monagam, *& sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit.* idem de pudicit. *interdictum enim sanguinis, multo magis humani intelligemus.* in Apologet. *erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum botulos etiam cruore distentos admouetis,* &c. D. Cyprianus de cœna Domini. Clemens Alexand. Pædag. lib. 3. cap 3. Minutius in Octauio. Synodi Gangræn. can. 2. Synodi sextæ in Trullo. can. 67. quo extremo canone botelli farti sanguine prohibentur expressè, vt & Nouella Leonis 58. pœna fustium & exilij, qui mos postea apud Latinos exoleuit, vt Balsamo notat. Can. Apostol. 63. & sextæ Synodi. 67.

Botellus] id est, lucanica fuillæ carnis bolis farta, vnde botulus dicta. Festus. *Botulus genus farciminis propter connexionem à bolis sic appellatur.* Gloss. vett. *Botulus φύσκος*, item. *Lucanica ἀλλᾶντα.* qui etiam carni concolor rubet, vnde & ruber dictus. Apicius de re culinaria. l. 2. cap. 5. & 6.

Hic autem festa dies] Notat Aquitanorum conuiuiales & popinarias lasciuias, de quibus Saluianus. lib. 7.

Scurrarum] Lasciuientium deliciæ conuiuiorum, veteribus scurræ erant, qui conuiuiis admouebantur. s. epist. 2. l. 1. quam consule.

Vinosi] Nigidius apud Gellium l. 4. c. 9. *Signat copiam quandam immodicam.*

O necessitas] Vide præter cæteros. Plin. c. 14. l. 5. & Eucher. Hom. de S. Genesio.

Naturam potius persuadere] Sueto. in Tiberio. cap. 68. *Professus naturæ esse vitia, non animi.*

Næuo crudelitatis] id est, labe & macula. s. epist. 3. l. 5. *Næuus suspicionis*, & epist. 11. l. 11. *Næuus loquacitatis*, vide quæ notaui, & adde quod ait Cassian. Collat. 23. cap. 7. *Næuus peccati, næuus corruptionis.* Eucher. lib. 3. Reg. cap. 6. *Næuus seruitutis.* Petrus Chrysologus Serm. 72. Et Diacono de Gestis Longobard. l. 1. c. 12. *Næuus falsitatis.* Ionæ Aurelia. lib. 1. de cultu Imag.

Incautissimus, quia credulus] Petronius

Nunquam rectè facit, qui citò credit.

Ecclesiast. cap. 19. *Qui credit citò, leuis corde est.* Calixtus ad Episcopos Galliæ, *Innocẽs dum credit facilè, citò labitur.* Petr. Chrysologus Serm. 79. *Altè dubitat, qui altius credit, decipi non potest quo non est facilis auditui.*

Conuicium] Amicalis obiurgatio, Plinius epist. 12. l. 6. Cicero l. 12. epist. *Iustissimo honestissimóque conuicio.* Seneca in Præf. l. 1. contro.

Lubricos & enodes] s. teretes, vide quæ notaui. Plinius epist. 17. l. 5. *Fluentibus, & teneris, & enodibus.* D. Ambrosio lib. 3. de virginibus *Enodis assertio.* Gloss. vett. ἀσόζευμα ἔχων ὄζους. *enodis* item *enodus* s. epist. 5. l. 1.

Sthoicos] id est, recto ordine & serie porrectos, non recurrẽtes in omnibus mss *Eschoicos.*

Recurrentes] id est, retrogrados, hi autem sunt versus recurrentes, quod metro stante, neque literis loco motis, vt ab exordio ad terminum, sic à fine releguntur ad summum, vt ait. s. epist. 14. l. 9.

Per anadiplosim, &c.] id est, per *replicationem*, sic Aquila, *duplicationem*, Iulius Rufinianus.

Lacertosus] id est, neruosus. Isidor. in Gloss. mss. *Musculosus, lacertosus.* s. epist. 16. huius lib. *torosa oratio.* Marc. Comes in Chroni. ex Gennadio. *Prosper homo Aquitanica regionis, sermone scholasticus, & assertionibus neruosus, &c.*

In satyrica mordax] s. epist. vlt. l. 1. *Versum plena satyricorum mordacium.* & epist. 8. l. *Piperata facundia.* de satyrico Carmine.

Vernans verbis, æstuans votis] Vernans à verno tempore, vt æstuans ab æstiuo, s. epi. 3. l 4. *Vernat vt Hortensius, æstuat vt Cethegus*, D. Ambros. epist. 82. *Non frangebat glacialis plaga frigiditas, quibus feruenti spiritu vernabat deuotio.*

Vigilax] s. epist. 2. l. 5 *Vigilax lector.* vide notas.

Sic rusticans multum, quòd nihil rusticus] sic ex mss. emendaui, elegans lectio & Sidonio amica, vide epist. 2. huius lib. & epi. 8. *Sic industrium, quòd latentem.* s. epist. 3. l. 9. *Sic disertè in scriptis eloquium suscipimus, quod libenter affectum.*

Piperata] id est, mordacia s. epi. 8. l. 5. *Piperata facundia*, D. Hiero. ad Eustochiũ. *Itaque vt te aliquid piperis mordeat.*

Omnia tamen salsa] s. epist. 8. l. 5. *Deus bone quid illic inesse mellis, leporis, piperataque facundia* posteà, *& eloquij salsa libertas.* Plinius epist. vlt. lib. 3. *Et qui plurimum in scribendo & salis haberet & fellis.* vbi de Martiale,

Post Horatianos & Pindaricos Cygnos] Ex Pythagoræ dogmatica metampſicoſi, Tertull.lib. de anima. *Age nunc vt poetæ in pauos, vel in cygnos transeant.* ℑ.Carm.23.

Ille ad Pindaricum volare cygnum.

ℑ. epiſt. 15. in Carm.

Iapigiſque cygnus verna Aufidi. vbi de Horatio.

Alea] viri docti æuo Sidonij hoc genere exercitij paſcebant animum, & exercebantur. ℑ. epiſt. 2.l.1.& c.2.l.2.& epi.8. huius lib. atque aliàs paſſim. Et notandum quod ait Firmicus lib.8.cap.25. *Nona pars Libræ ſi in horoſcopio fuerit inuenta, aleatores faciet populari notione perſpicuos. hæc quoque pars in literis quoque & doctrina peritiſſimos reddit.*

Scripturiret] ℑ.epiſt.vlt. l.7. *Quanquam incitatus ſemel animus necdum ſcripturire deſineret.*

Cum reuerentia antiquos, ſine inuidia recentes] vide ℑ.epiſt. 8.l.3.init & adde Horati. lib. 2.epiſt.1. Phædrum in Præfat. lib. 5. Martialem l. 5. Epigram.10.& lib. 8. Epigr. 69. Ingenia enim hominum, ſicut vina probãtur. D. Hieronym. procemio Pentatheuchi, ex Plauto in prol. Caſinæ ab inuidis ſcilicet.

Peremptorium] Zeno Veronenſis. Serm. de Spiritu & corpore: *Ecce peremptorius aliquis morbus totam machinam lecto proſternit.* Caſſian. Eremita Collat. 16. Abbatis Ioſeph. *Generale vitiorum omnium peremptorium, non dubium eſt, vt ſe de hoc mundo credat cottidie migraturum.*

Mathematicos] id eſt, Chaldæos. Gellius lib. 1. cap. 9. *Vulgus quos gentilitio vocabulo, Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit.* vnde Iuris tit. de malef. & math. *Chaldæi.* itidem Gellio. l.3.cap.10. Apuleio.1. Florid. *Chaldæus*, qui 8. Aſini, *Mathematicus. Chaldæa ars*, Firmico lib.8.cap. 25. Math.

De vita ſua fine conſuluit] Apul. 1. Florid. *Chaldæi ſideralem ſcientiam, numinum vagantium ſtatus, ambitus, vtrorúmque varios effectus in genituris hominum oſtendere, &c.* Ammian. Marcellin. libro 22. ſub finem. *Super his viam callent, qua fatorum vias oſtendit.*

Vrbium ciues Africanarum] Plinius epiſt. 27.lib. 7. init. *Africam ſe futurorum prænuntiam dixit.* Genethliacam rationem Theutis Ægyptius inuenit. Arnob. l.2. & Caſſiod.l.3.epiſt.52. Ælianus de Varia. hiſt.l. 8. cap. 15. vide etiam Iul. Firmi. in Præfat.l.1.lib.2.& lib. 5. Et Gellium lib. 11.cap. 18. l.14.cap.1. Spartianus in Anto. Geta. *De hoc eodem Seuerus gnarus genituræ illius, cuius vt plerique Afrorum peritiſſimus erat.*

Quibus vt eſt regio, ſic animus ardentior] Vitruuius lib. 6. cap. 1. Iul. Firmic. lib. 1. Matheſ.cap.1. Caſſiodor. lib. 3. epiſt. 52. *Hanc poſt Ægyptij non diſſimiliter animi feruore calentes.*

Conſtellatione] Adhelmus de laud. virg. cap.15. *Fato & geneſi gubernari futura iuxta Mathematicorum conſtellationem arbitratur. geneſis & conſtellatio*, Capitoli. in Gordianis ſub finem. Iſidor. l. 8. Origin. cap. 9.

Climatericos] Verbũ Matheſeos Tertull. de Idolo. *Ipſa te de periculo tuo inſtrueret, quæ aliorũ climaterica præcauit.* Climaterica, id eſt, pericula vitæ Gellius l. 3. c. 10. *Pericula quoque vitæ, fortunarúmque hominum, quæ climacteras Chaldæi appellant, &c.* Quod ex Tertulliano clarum eſt. ℑ. & ex Iul. Firmico lib. 8. cap. 26. *Anno autem ætatis ſuæ xxvij, xlij. & lvij. clymateras & pericula ſortientur, quæ ſi ad annum ſexageſimum ſextum extendentur penitus interibunt.* Cenſorinus de die Natali. cap. 14. *Ita per omnem vitam ſeptimum quemque annum, periculoſum & velut criſimon eſſe, & climactericum vocari. climaterici anni*, eid. & *climatera.* cap. 15. Periculoſi autem ſunt climaterici, propter vim & facultatem quæ inſita eſt numero ſeptenario. Iul. Firmic. lib. 4. cap.14. Varro apud Cẽſorinum cap. 14. & Gellium lib.3.cap.10. Gellius lib.15. cap.7. D. Ambroſ. epiſt. 39. Exinde libri Varronis de Hebdomadibus. *libri fatales* vocantur à Cen-

sorino, & climatera siue pericula, quæ dies hebdomatici decernunt, *fatalis*, cap. 4. *Climatericum tempus* Plinio l. 2. epist. 20.

Themate oblato] Verbum etiam Matheseos Iul. Firmicus lib. 2. cap. 29. in fine. *Quicunque in themate secundus fuerit inuentus*, idem l. 4. cap. 1. *Si Luna feratur ad Solem, & ei se partili radiatione coniungat, in qualicumque themate faciet periculosos, miseros, &c.* Sueto. grauis scriptor in Aug. cap. 29. *Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit.* id est, genesim, genituram. Zonaras tom. 3. in Constantino.

Genitura] Verbum Matheseos. Iul. Firmic. passim, id est rhematis. Iul. Firmic. l. 3. cap. 1. *Mundi thema*, postea, *& ne quis putet à prudentissimis viris genituram istam sine causa esse compositam.* paulò post, *non fuit ista genitura mundi.* Spartianus in Antonino Geta. *Seuerus gnarus genituræ.* ille Seuerus, de Geta, *cuius nihil imperiale in genitura video.* idem Spartianus in Seuero. Eutropius in Vaspasiano. *Fata natalitia* interpretatur lib. 30. Am. Marcellinus, qui has inquirunt, *genethliaci*. Gell. l. 14. c. 1. D. Ambros. Hexam. l. 4. cap. 4. August.

Schema] verbum etiam Matheseos Iul. Firmic. lib. 4. cap. 9. de Decretis Lunæ. *Lunaticos autem tunc facit, si figura Lunæ vel schema similitudine Saturno comparetur.* Idem lib. 7. cap. 1. *Si verò Sol & Luna diametra se radiatione respiciant, aut si quadrati fuerint, ita tamen vt hæc schemata in cardinibus faciant.* Censorinus de die natali cap. 8. *Stellarum motus, schematáque, & affectus à sole crebrò immutari.*

Patuisset] Sic constanter omnes mss. Suetonius in Augusto cap. 95. *Ictinora implicita intrinsecus, ab ima fibra patuerunt.* vbi Casobo. & Torrentius paruerunt emendant, & hoc loco Sidonij paruisset, reclamantibus mss. & vulgatis, quæ Sidonij lectio, Suetonij veterem lectionem asserit.

Planeticorum siderum] In his enim tota versatur Astrologia, quæ à Chaldæis esse omnium rerum *fatalia* dicuntur. Gell. l. 14. cap. 1. Censorin. cap. 13. *Septémque stellas inter cælum & terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur.* Dialogus Hadriani & Epicteti. *Quid sunt stellæ? E. fata hominum.*

Diastemate] Spatio & interuallo, verbum Matheseos. ȷ. ad Polemium. Carm. 14. *Videris autem aures quorundam per imperitiam temerè mentionem centri, proportionis, diastematum, climatum, vel mirarum Epithalamio conducibilem non putent.* vbi plura.

In occasu] Seneca epist. 87. *Hoc scire quid proderit, vt sollicitus sim, cum Saturnus & Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius vespertinum faciet occasum, vidente Saturno.*

Asyndetus] id est disiunctus & iniugis, Diomedes libro 3. *Iniuges sunt quos Græci ἀσυνδέτους nuncupant*, vbi de metris.

Tetragono] i. quadrato. Firmicus. Saturnus retrogradus. Seruius Georg. lib. 1. *Alij verò dicunt Saturnū in progressu nihil nocere, quum retrogradus est esse periculosum, ideóque eum falcem habere in tutela, quod & ipsa protenta nihil valet, retroacta quicquid ei occurrit, secat.* Iul. Firmic. lib. 6. cap. 32. quem vide. & c. 34.

Apocatasticus] id est, redintegratus, Iul. Firm. l. 3. cap. 1. *ἀποκατάστασις. Hoc est redintegratio.*

Quanquam sint maximè falsa, ideóque fallentia.] Vide Catonem de re Rust. cap. 6. Phauorinum apud Gellium l. 14. c. 1. Plinium l. 28. cap. 7. Valerian. l. 1. exemplo 2. cap. 4. Columellam l. 1. cap. vlt. D. Ambros. Hexam. l. 4. cap. 4. Martianum Felicem lib. 2. *Verùm illud quod nascenti ab ipso Ioue, siderea nuncupatione compactum, ac per sola Ægyptiorum commenta vulgatum fallax mortalium curiositas asseuerat, &c.* Marius. Victor. lib. 4.

Quosdam infelices qui decipit, incitat error,
Dum causam inquirunt rerum astrorúmque meatus.

Arithmeticæ studeas] ȷ. Polemio post Carm. 13. Martian. Felix lib. 7. Claudian.

Mamerc. lib. 1. cap. 25. & Cassiodor. lib. 1. epist. 10. Pars Matheseos. vide 7. epist. Pontio Leontio post. Carm. 21.

Vertacum] ms. optim. & notæ melioris Iuliom. notat, Iulianum Vertacum. idem, & ms. Amar. Peta. in epist. ad Polemium ante Carm. 22. *Vt videatur mihi Iulianum Vertacum, &c.* Iulianum numerat Arnob. l. 1. inter eos qui principatum Matheseos tenent.

Trasibulum] Sic mss. ms. Iulio. *require Trasibulum.* Galenus ad Trasibulum scripsit de optima secta. fortè emendandum, Trasyllum, Mathematicus peritissimus fuit. Tacitus Annal. lib. 6. Sueton. in Tyberio, cap. 62. & vet. interpr. Iuuenalis Satyr. 6.

Saturninum] ms. Iul. Phollonium Saturninum. item 7 ad Polemium. mss. A. & Put. Follonium Saturninum. fortè Apollonium. Arnob. lib. 1. de Magiæ principibus: *Armenius Hosthanis nepos & familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius, Damigero, & Dardanus, Velus, Iulianus, & Babulus.* Apuleius. *Ego ille sim Carmondas, vel Damigeron, vel Hismoses, vel Ioannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem & Hostanen inter magos celebratus est.*

Seruorum manibus] Vide similis argumenti, epist. 14. l. 3. Plinij, & epist. 19. l. 2. Variar. Cassiod.

Lentuli, Iugurthæ, atque Seiani] Seneca de tranquillitate animi cap. 11.

Scipionis] Vide Valerium l. 4. c. 1. Velleium Pater. lib. 2. Am. Marcell. lib. 25. sub finem. *Cúmque huic & Æmiliano Scipioni vitæ exitus similis euenisset, super neutri morte quæstionem comperimus agitatam.* Iul. Firmic. l. c. cap. 3. *Scipio post tot triumphos, post deletam Carthaginem Numantiámque prostratam, pòst peragratam Græciam, Asiam, Bithiniam, Syriámque lustratam, post dictatura irreprehensibiles actus, intra priuatos parietes domesticorum insidiis, acerbo mortis cruciatu, & nefarius frangentium gulam manibus oppressus, priuata quodammodo animaduersione confectus est.*

Non minora iræ vestigia] Paulin. lib. 1.

Elisos oculos, & siccas sanguine fauces,

Lumina torua nimis, vultúmque in morte minacem, &c.

Vnde vir erudit. Iuret. rectè sentit *informem* dici *laqueum*. Vergil. lib. 6. Egesippo. l. 3. cap. 17. & *informem mortem* Iuuenco l. 4. eorum qui suspendio vitam finiunt.

Pronauerant] epist. 17. l. 5. *Nunc per catastropham sæpè pronatus,* Apuleius lib. 1. *In genua approuat se.*

Complicibus] Isidor. lib. 10. *Complex qui vno peccato alteri est applicatus.* Prosper Aquit. de prædict. parte 2. cap. 6. *complices.* Saluian. lib. 2. ad Eccles. Cathol. *complices pœna.* Cassiodorus epist. 4. l. 1. *Quis enim vereatur scelus, cuius in suggestu gremij complicem videt.* & epist. 34. l. 2. *Ne vos aut delicta complices facerent.* Theodoricus edicti c. 17. *Raptores cum suis complicibus.* Concilij Toletani. 3. can. 2. *Anatamatiso Arrium cum omnibus dogmatibus & complicibus suis.* Concilij Meldensis can. 10.

Veritatem de pectoribus inuitis, &c.] M. Tull. in Topicis. *Nam & verberibus torti, & in igne fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere.* D. Hiero. Asellæ. *Veritatem magis exprimunt tormenta, quàm risus.* l. edictum de quæst. & l. sicut autem Cod. eod. tit. homines tamen in tormentis plerique mentiuntur. Quintil. 269. in fine. & 379. L. 7. Cod. Theod. Quorum appell. non recip. D. Hieron. ad Innocentium de muliere septies icta.

Inuitis.] Gregor. Turo. l. 7. cap. 32. *Et si aliquid doli intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorum extorqueret inuitis.*

Tormentorum terror] Occiso enim domino de familia quæstio habéda est ex Sillaniano Senatusconsulto, de quo Seneca epist. 77. *Et indicauit tunc familiam periculum adire, cum incertum esset an mors domini voluntaria fuisset, &c.* Præter Plini. epi. 14. lib. 8.

lib. 8. Tacitum l. 13. & 14. Paulum 1. cap. 3. sentent. tit. 6. ad Syllanianum. & titul. Cod. quibus vt indignis. Quintilianus declam. 312. *Frequenter iudicia huiusmodi exercentur, vt si res in notitia dicitur esse seruulorum, torqueri mancipia videamus.* Pet. Chrysologus. Serm. 78. *Creatoris iniuriam tota fugerat creatura, necem domini sui mundus euitare contendit, sciens ad totam domum pertendere, in qua fuerit seruorum scelere dominator occisus.* Adrianus non totam familiam, sed familiam consciam, & quæ domino opitulari poterat. Spartianus, *Si dominus in domo interemptus esset, non de omnibus seruis quæstionem haberi, sed de his qui per vicinitatem poterant sentire, præcepit.*

Interdicta secreta] id est, vitæ terminum qui soli Deo notus est, Marc. Victor. lib. 4.

> *Quæque Deo tantum sunt nota, recondita cunctis,*
> *Scire volunt (heu grande nefas) & scire videntur*

Quæ etiam publicis legibus interdicta fuerunt. Am. Marcell. lib. 26. *Vixdum pubescentem filium suum; veneficio traddidisse docendum secretiora quædam legibus interdicta,* l. 12. Cod. Theodos. de Pagan. sacrif. & templ. *Sufficit enim ad criminis molem natura ipsius leges velle rescindere, inlicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, &c.*

In statum cuius respondeantur aduersa, dum requiruntur illicita] Aurea sententia, in quam vide Augustinum de Ciuit. Dei. Plautus comicè Pœnulo. philosophatur, *Eheu quos ego habui ariolos aruspices, qui si quid boni promittunt, pro spisso venit, si quid mali, præsentaneum est.* vide 4. Regum cap. 1. & Pet. Damiani de Instit. Ecclesiast. cap. 9.

Secuta quidem vltio est extinctum] Lampridium à seruis interemptum, quia ex Sylaniano quicunque à familia sua occisus fuerat, hæreditas illius ab hærede adiri non poterat, nisi prius de familia quæstio fuisset ventilata, & mors occisi vindicata. Anianus lib. 3. Sentent. Pauli tit. 6. vindicabatur mors capite totius familiæ reæ, Plin. l. 3. epist. 14. l. 8. e. 14. argumento l. 9. de iurisdict. & l. si plures serui. 34. de iniuriis. Cassiodor. l. 2. epist. 19.

Sed magis prosunt ista victuris] 5. epist. 12. lib. tertij. *Super ipsum senis nostri opertorium torsi latrones, quantum sufficere posset superstitum curæ, mortuorum securitati.*

Nam quoties homicida punitur non est remedium, sed solatium vindicari] Exempla enim in noxios eduntur ad solatia superstitum, l. 28. §. vltim. de pœnis, *& solatio sit cognatis & adfinibus interemptorum, &c.* Corn. Tacit. lib. 20. init. *Solatio fuit seruus Verginij Capitonis patibulo adfixus.* Apuleius lib. 3. *Misereminì indignè cæsorū iuuenum nostraque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date.* Plinius epist. 14. l. 3. *Non sine vltionis solatio decessit, ita viuus vindicatus, & occisi solent.*

Solatium vindicari] Malè Opt. Cod. *solatium indicatur*, Elegantius est solatium vindicari. Pacuuius Hemiona. *Dij me & si perdunt, tamen esse ad vitam expetunt, quod priusquàm interream, solatium vlciscendi danunt.* Apuleius libro secundo *Non obnitimur nec terræ rem suam denegamus, sed ad vltionis solatium exigua vitæ spatium deprecamur.* Lactantius lib. 2. cap. 4. in fine. *Diis videlicet prouidentibus, vt sacrilegus ac prædo ille religionum suarum, non ante moreretur, quàm solatium de vltione cepisset.* Seneca 1. de Clementia cap. 21. *Vltio duas res præstare solet, aut solatium adfert ei qui accepit iniuriam, aut in reliquum securitatem,* Quintilian. declamat. 11. *Vltionis solatium.* Tertullian. de anima. *Conuersus ad veritatis expugnationem quasi pro solatio vltionis.* eodem lib. penes initium, *solamen iniuriæ* vocat vindictam. & libro de patientia. *Vltio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam redarguitur malignitatis.* Egesippus lib. 1. cap. 1. *Mater tamen parata ad tormenta tendebat manus obsecrans non salutis auxilium, sed vltionis solatium.* D. Ambrosius epist. 70. *Cupiens ergo tantam contumeliam vel vltione solari.* Salisber. Policratici, libro 6. cap. 14.

Magni namque muneris loco est, satiari vltione, & dispendium vitæ vindicta solatio compensari. nihil igitur immutandum est.

Tristitudine grauem] Tristitudo vt Glossis vett. σκυθρωπία, *teditudo*, item ἀθυμία, *languitudo*. Apuleius li. 3. *Omnem igitur de tuo pectore præsentem tristitudinem mitte, & angorem animi depelle*; idem Apolog. *Nec tam letum quin possit ad tristitudinem intelligi.* Zeno Veronensis Serm. 1. de pascha. *Quo discussa conuolutæ hiemis tristitudine.* Idem in Genesim Serm. 2. *Vultus momentis omnibus demutatur, labore, ætate, langore, ira, gaudio, tristitudine, &c.* Idem Serm. 4. eadem penè verba insigit. Symmach. epist. 21. l. 3. *Fortasse etiam vestram hilaritatem mea tristitudo contraheret.*

Namque confuso pectori, &c.] Pliniana imitatio epist. 23. lib. 8. in fine. *In tantis tormentis eram cum scriberem hæc sola, neque enim nunc aliud aut cogitare, aut loqui possum.*

SIDONIVS TRIGETIO SVO S.

EPISTOLA XII.

TAntúmne te Vasatium ciuitas, non cespiti imposita, sed pulueri? tantum Syrticus ager, ac vagum solum & volatiles ventis altercantibus arenæ sibi possident: vt te magnis flagitatum precibus, paruis separatum spatiis, multis expectatum diebus, attrahere Burdegalam, non potestates, non amicitiæ, non opimata viuariis ostrea queant? An temporibus hybernis viarum te dubia suspendunt? & quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia confundere, quoddam vereris in itinere terreno pedestre naufragium? Vbi, quæsumus, animo tam celeriter excessit, vestigiis tuis nuper subacta Calpis? vbi fixa tentoria in occiduis finibus Gaditanorum? Vbi ille Trigetio meo idem qui Herculi quondam terminus peregrinandi? Tantúmne à reipso ipse tu discrepas, vt totus in desidiæ iura concesseris? Quo peragrante secreta regionum fabulosarum priùs defuit actio laboris, quàm fatigationis intentio? Post & post hæc portum Alingonis tam piger calcas, ac si tibi nunc esset ad limitem Danubinum contra incursaces Massagetas proficiscendum: vel si nunc etiam tuæ naues stagna Nilotidis aquæ per indigenas formidata crocodilos transfretarent. Et cum nec duodecim millium obiectu sic retarderis, quid putamus cum exercitu Marci Catonis in Lepticana Syrte fecisses? Sed quamlibet sola hyemalium mensium nomina tremas, tam clemens est facies cœli, tam tepida, tam suda, & sic auras mage quàm ventos habet: vt te non valeat enixiùs retinere tempus, quàm inuitare temperies. Sed si epistolam spernis euocatoriam, credo vel versibus non reluctaberis, impulsoribus blandis, & desiderii mei, quantum suspicor strenuis executoribus quorum in te castra post biduum commouebuntur. Ecce iam Leontius meus facilè primus Aquitanorum, ecce iam parum inferior parente Paulinus, ad locum quem supra dixi per Garunnæ fluenta refluentia, non modo tibi cum classe, verumetiam cum flumine occurrent. Hîc

tuas laudes modificato celeumate, ſimul inter tranſtra remiges, gubernatores inter apluſtria canent. Hîc te ædificatus culcitis thorus, hîc tabula calculis ſtrata bicoloribus, hîc teſſera frequens eboratis reſultatura pyrgorum gradibus expectat: hîc ne tibi pendulum tinguat volubilis ſentina veſtigium, pandi carinarum ventres, àbiegnarum trabium textu pulpitabuntur: hîc ſuperflexa crate paradarum ſereni brumalis inſida vitabis. Quid delicatæ pigritiæ tuæ plus poterit impendi, quàm vt te perueniſſe inuenias, cùm venire vix ſentias? Quid muſſitas? Quid moraris? Ipſe mihi tuum videntur aduentum reptiles cocleæ cum domibus natiuis anteceſſuræ. Eſt præterea tibi copioſiſſima penus aggeratis opiparè referta deliciis, modo ſit euentilando par animus impendio. Quid multa? Veni vt aut paſcaris, aut paſcas: imò, quod gratius, vt vtrumque. Veni cum mediterraneo inſtructu ad debellandos ſubiugandosque iſtos Medulicæ ſupellectilis epulones: hîc Aturricus piſcis Garunnicis mugilibus inſultet, hîc ad copias Lapurdenſium locuſtarum, cedat vilium turba cancrorum. Tu tametſi cæteris eris in hoc genere pugnandi dimicaturus, ſi quid iudicio meo cenſes acquieſcendum (neque enim iniuſtum eſt credere experto) ſenatorem noſtrum hoſpitem meum conflictui huic facies exſortem, cuius ſi conuiuio tectoque concedas, dapes Cleopatricas & loca Latia putes. Nam quamuis ſuper hoc ſtudio tam ipſe quàm patria confligant, olim lata ſententia eſt, quòd ille tranſeat cæteros ciues, licet & illa cæteras ciuitates. Vale.

Vaſatium ciuitas] Vaſates ſ̄. epiſt. 6. l. 7. vide quæ notaui, & adde quod ait Gregor. Turon. lib. 6. cap. 16. *Mutatáque veſte apud Vaſatenſem vrbem.* & cap. 21. *Sed & Vaſatenſis ciuitas incendio concremata eſt. Vaſatenſis vrbs*, eidem lib. 1. de miracul. cap. 12. & 13. & *Vaſatenſis Epiſcopus*, lib. 7. hiſt. cap. 31. in fine. Nouempopulanæ ciuitas. vide ſ̄. & Auſon. Edil. 2. Paulinus in Encha.

Vaſatis patria maiorum ipſa meorum.

Malè Baron. tom. 6. Ann. 442. Vaſates & Vaſiones confundit. vide ſ̄. epi. 6. l. 5. & 4. lib. 7.

Non ceſpiti impoſita, ſed pulueri] Paulinns Auſon. epiſt. 3.

Conſul arenoſas non dedignare Vaſatas.

Syrticus ager] Syrtis propriè eſt anguſtia ſiue tribulatio. Philo Iudæus de nominibus Hebraïcis, interprete Hiero. qui de ſuo addit, *melius autem ait Saluſtius à tractu nomen impoſitum*, ſed hîc ſunt loca inhoſpita & inuia propter arenas, quæ itinerum indicia confundunt, Clandian. in Panegyt. 1. Stilic.

ſtant puluere Syrtes Getulæ

Snlpic. Seuerus dialog. 1. Iſidorus in Gloſſ. *Syrtes riui rapaces, ſinus maris, vel loca arenoſa.*

Erat autem in tractu Bigerronum Syrticus ager, Paulinus Auſonio. epiſt. 2.

Dignáque pellitis habitas deſerta Bigerris.

Paruis ſeparatum ſpatiis] Sex leugarum interiectu. ĩ. hac epiſt. Vet. Itiner. *Ciuitas Burdigala, Stomatas, Sirione, Vaſatas.*

Potestates] Burdigalæ erat Senatus & Consules, passim apud Ausonium, Edyl. 2.
Curia me duplex, & vterque senatus habebat
Muneris exortem nomine participem.
Idem. Mosella.
Municipum vidit proceres, propriúmque senatum.
Idem in Burdigala. *insigni procerúmque senatu.* 5. epist. 11.

Non opimata] Vopiscus in Tacito. *Mensam denique suam nunquam nisi agrestibus opimauit,* Apuleius de mundo. *Non solùm ad educandos fœtus suos opimatur.* Marti. Felix lib. 9. *Atque opiment victimis.* Optatus lib. 2. *Olim Ecclesia non hominum sanguine & carnibus opimabatur.* Auson. epist. 3. Hesperio. & 15. idem epi. 7. de ostreis Medulorum,
refluì maris æstus opimat.
Paulinus ad Aprum. 1. & ad Ausonium epist. 2.

Viuariis ostrea] Burdigalæ erant viuaria ostreorum. Ausonius epist. 13. De quibus etiam Ausonius epist. 7. Theoni.
Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum
Dulcibus in stagnis, refluì maris æstus opimat.
vbi de viuariis ostreorum. 7. Carm. 18.

Bigerricus turbo] id est, ventus flans à Bigerronibus, Bigerrones Cæsari, Aquitaniæ populi, *Bogorra, castrum Turbensis territorij, prouinciæ Nouempopulanæ.* Notit. Prouinc. *Begorra ciuitas,* Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. hist. *Beorretana vrbs.* lib. 1. de miraeul. cap. 74. & de glor. Confess. cap. 49. Frigidus ventus ille Bigerricus, quia ninguidæ Pireni adiacet Bigerra, vnde Bigerrones manstrucis & villosis vestibus amiciuntur. Paulinus ad Auson. epist. 2.
Dignáque pellitis habitas deserta Bigerris.
Qui & huiusmodi vestibus nomen dederunt, nam dictæ sunt Bigerricæ. Sulpicius Seuerus dialogo. 1. cap. 1. *A proximis tabernis Bigerricam vestem, breuémque atque hispidam quinque comparatam argenteis rapit,* Fortunatus lib. 3. cap. 1. de S. Marti.
Induitur sancto hirsuta Bigerrica palla.
Vestem grossam Glossæ interpretantur rectè, & indigenæ MARLOTAS vulgò vocant, id est, villosas vestes ex Græco, vel hirtas vellere. vnde vetus Glossarium ms. *Bigerra, vestis grossa, id est, vellata.*

Quoddam veretis in itinere terreno, &c.] Præter Salustium in Iugurtha, vbi de Cyrenensibus, Sulp. Seuerus. dialog. 1. cap. 2. vbi de Syrtibus Cyrenorum. *Nulla ibi semina, germina nulla proueniunt, quippe instabili loco, arentibus arenis, ad omnem motum ventorum cedentibus.* paulò antea. *Sed quod ventorum ea vis est, vt si quando vel clementiori cælo, aliquantulus spirare flatus cœperit, maius in illis terris, quàm in vllo mari naufragium sit.* Iunilius Episcopus Africanus in Genesim. *Sed & excepta annotatione templorū, sunt luminaria insignia huius vita vsibus necessaria, quæ vel nautæ in gubernando, vel in desertis Æthiopiæ arenosis, quique viantes obseruant, vbi cum leuissimo venti impulsu, cuncta mox qua inuenta fuerint, itinerantium vestigia complanantur, ideóque non minus illis in regionibus euntes, quàm qui in mari nauigant, nocte diéque signis egent siderum.* Eadem de causa terrestre naufragium in Vasatium Syrtibus arenosis à Trigetio timebatur, quòd flante Bigerrico turbine itinerum indicia confunderentur.

Calpis] Vsitatius Calpe, mons Hispaniæ freto imminet, Vibius, scilicet Gadidano, Calpis Æthici interpreti non semel. idem de Mauritania. *Hac habet ab Oriente flumen Maluam, à Septentrione mare nostrum, vsque ad fretum Gaditanum, quod inter Abylena & Calpis duobus promontoriis coartatur, &c.* Vide Strabo lib. 3.

In occiduis finibus Gaditanorum] 7. in Paneg. Anthemij
& occiduam texere cadauera Calpen.
Æthicus. *Cui Europa in Hispania Occidentalis Oceanus terminus est, apud Gades insulam.*

Idem qui Hercul] Vnde columnæ Herculis, Abytena & Calpis montes, præter Æticum & alios Auienus in ora mariti.

Hic Gadir vrbs est, dicta Tartessus priùs,
Hic sunt columnæ pertinacis Herculis
Abila, atque Calpe, &c.

Portum Alingonis] *portus Alconis*, Antonino, vt credo, à quo *Alingonenses* Paulino epist. ad Amandum 2 in fine. *vnum de Alingonensibus dignamini mittere cum epistolis vestris, quibus littera nostra inuentur.* Idem de dedicatione *Alingonensis Ecclesiæ*, c. 2. ad Delphinum.

Incursaces] ab incursando incursax, vt à currendo *currax* in l. 18. de Ædil. edicto. & Glossis vett. Τρόχαξ. *currax.* incursaces autem Messageras dixit, ex Genes. cap. 16. ad quod Eucherius. *Significauit Saracenos vagos, incertisque sedibus, qui vniuersas gentes, quibus desertum ex latere iungitur, incursant, & impugnantur ab omnibus.*

Per indigenas, &c] vnde Martiali dicuntur *Nabaci*. vide Plini. Solin. Strabo. Am. Marcelli. & reliquos.

Cum exercitu M. Catonis] Lucanus toto li. 9.

Vidit arenivagum surgens venientque Catonem.

præter cæteros, Sulpicius Seuerus dial 1. c. *deserto illi contigua, quod inter Ægyptum & Africam interiacet, per quod olim Cato Cæsarem fugiens duxit exercitum.* Ennodius in Paneg. Theodorici. *quid Catonem extulisti prisca monimenta, quod per Lybicas Syrtes duxit exercitum, dum humanas neces ludibria faceret esse serpentum? vel cum sine virtutis precio, educatum cæli vaporibus venenis frigus expertus est*, &c.

Leptitana Syrte] vide Lucanum lib. 9. duplex Leptitana Syrtis, maior & minor, vide Æthicum, Ptolomæum, & Antoninum in Itinerario. præter Plin. & Strab. lib. 17. *Leptitanorum ordo*, Plinio, epist. 11. lib. 2. *præpositus limitis Montensis in castris Leptitanu* Notit. Imper. sub dispoſit. V. S. Comitis Africæ.

Hiemalium mensium nomina tremas] hiemales menses sunt,

Ianus, Februarius, atque December.

vt ait Ausonius, ninguidi menses. supra. epist. vlt. l. 2.

Tam clemens est facies cæli] *facies cæli* Isidoro. lib. 3. cap. 40. tropicè, vt *mundi facies*, Manilio. *terræ facies*, psalmistæ. Psal. 1. Ausonius de Burdigala. *clementia cæli Mitis.*

Et sie auras mage, quàm ventos habet] Plini. c. 6. li. 5. *æstatis mira clementia, semper aer spiritu aliquo mouetur, frequentius tamen auras, quàm ventos habet.* Nonius, *aura est lenis ventus*, sic ex Nonio refert vet. Glossographus, vulgò *aura est ventorum*, aliàs, *vis ventorum*. Tertull. lib. 2. aduersus Marcio. *nam & vento aura rarior, & si de vento aura, non tamen ventus aura*, vide Isidorum, lib. 13. cap. 11. a qua sententia recedit Apuleius lib. de mundo.

Tempus,] scilicet hiemale. s. *an temporibus hibernis viarum te dubia suspendunt*, verùm vt ait Ausonius de Burdegala. *Ver longum, brumæque breues*, &c.

Temperies [quia & si sit hibernum tempus, temperata tamen est aeris facies & tepida, nec ventis aspera, & agitata Bigerrico turbine. Est autem *temperies ventorum*. Agrætius.

Epistolam euocatoriam] quæ te ad Burdigalam inuitat, & euocat. Epistolam euocatoriam dixit vt s. epistolam formatam, cùm frequentius formata, & euocatoria dicatur sine adiectione, passim in Iure alij notarunt, quibus addes quod ait Iornandes de rebus Geticis sub finem. *Theodoricum verò suæ gentis regem audiens ordinatum Imperator Zeno graue suscepit, eique euocatoria destinata, ad se in vrbem venire præcepit.*

Leontius meus] s. de Burgo, Pontio Leontio De Leontiorum nobili stemmate. Fortunatus lib. 1. poematum c. 15.

Nobilitate potens præcellis Papa Leonti, .

Clarus ab antiduis si numerentur aui.
Nam genus & pro auis vel quicquid in ordine dicam,
Per proceres celsos currit origo vetus.
idem lib. 4. in Leuntij Episcopi Burdegalensis epitaph.
Facilè primus Aquitanorum] idem Fortunatus de Leontio 13. Burdegalensi Episcopo, lib. 1. poem. ca. 15.
Inter quos genuit radians Aquitanicus axis
Egregijs meritis culmina prima tenes, &c.
Postea, *Inferiora velut sunt flumina cuncta Garounae*,
Non aliter vobis subiacet omnis apex.
Paulinus parum inferior parente] Paulino scilicet de quo 5. ep. 11. hu. lib. & 7. Car. 9.
Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque.
Caue vero accipias parentem hoc loco, pro patre, nam Paulino soboles nulla erat, cum ad Nolam secessit. D. Ambros. epist. 36. li. 6. ad Sabinum. Sicque Paulinus ille, non erat istius pater, sed patruus vt credo, qui parens etiam dicitur.
Paulinus] Is est, quantum suspicor, Benedictus Paulinus, qui ad Faustum Regiensem Episcopum scripsit, cuiue Faustus rescripsit, de variis quæstionibus, homo, vrait Faustus, *gemina eloquij & fidei luce præfulgidus*, postea ob fidei meritum, splendorem generis, & Paulini nomen, Nolanus episcopus, si tamen Gregorio Turo. & veteri ms. quem Magno Pithoeo debemus fides habẽda sit, caue credas Paulinum qui de vita B. Martini libros sex scripsit, eundem esse cum Paulino Nolano Beati Martini coætaneo, is enim ad Perpetuum sextum à B. Martino Turonensem episcopum scripsit, ille Beato Martino vixit, quod ex eodem Paulino Benedicto perspicuum est, sub finem lib. 2.
Quin & Paulino similis medicina salutem
Reddidit, insignis fidei quem gloria latè Extulit, &c.
Ad quem locum scholiastes, in elogiis, & in toto opere, in hunc errorem decliuis est, verùm vt nullus restet dubitandi locus, ex Benedicto Paulino in fine lib. 2. claro clarius est diuersum esse à Paulino Nolano, & longè eo posteriorem, vbi de B. Martino qui Paulini oculos nube superductos sanauit,
Atque vtinam nostri tenebras contingere cordis
Tali luce velit, sancti medicina patroni,
Reddat vt antiqui rursum mysteria facti,
Nomen idem, medicus idem, par causa medellæ.
Vbi clarè Benedictus Paulinus precatur & optat, vt B. Martinus suos ægros oculos sanet, sicut sui cognominis Paulini scilicet & Nolani sanauit: sanationem antè quã Paulini Nolani oculis admouit Martinus, vocat *antiqui mysteria facti.* postea addit sibi nomen idem esse, seque eadem ægritudine laborare. idem lib. 1. ad S. Martinum. *vultus mihi redde salutem.*
Paulinus] Cur credam Benedictum Paulinum hunc esse, præter ea quæ notaui, non reiiciendum omnino argumentum erit, quod affectatè Paulinus in opere suo ad Perpetuum de S. Martino benedicti epithetum vsurpat, vt sub finem lib.
2. *vicino benedicta munere dextra.*
in fin. 3. *Cum tenuem efflaret benedicto pectore vitam.*
lib. 4. *benedicti liminis hospes.*
ibid. *benedicti stramine lecti.*
lib. 5. *benedictum adsumpsit amicum.*
ibidem mox. *benedicti contigit oris.*
lib. 6. *Fidens quòd tanti benedictio iuncta patroni*
Atque aliàs. Idem ad Faustum epist. *sine fastu Faustus*, nisi referas ad Pontium

Paulinum, de quo in Burgo. *Quem generis princeps Paulinus Pontius olim, &c.*

Garumnæ fluenta refluentia] Qua pulsus ab æstu.

Oceanus refluum spargit per culta Garumnam
In flumen currente mari, transcendit amarus.
Blanda fluenta latex, fluuiique impacta per alueum.
Salsa peregrinum sibi nauigat vnda profundum.

idem Car 23. *Ipse Garumna suos in dorsa recolligit æstus,*
Præcipiti fluctu raptim redit, atque videtur.
In fontem iam non refluus, sed defluus ire.

Modificato celeumate] s̄. e. 10. lib. Paulinus de Nicetiæ reditu.

Nauita læti solitum celeusma
Concinent versis modulis in hymnos, &c.

D. Hiero. ad Heliodorum, *lætantium more nautarum epilogi celeum a cantandum est* vide s̄.

Aplustria] Nauium ornamenta. Festus. Gloss. vett. *Aplustra, πτερὰ χλίσι, ἄφλαστος.* vetus interpres Iuuenal. Saty. 10. *aplustra, tabulatum, ad decorandum superficiem nauis adpositum, &c.*

Ædificatus culcitis thorus] s̄. e. 12. li. 2. *misisti tu quidem lembum, mobilem, solidum, lecti capacem*, vide quæ notaui.

Tabula] s̄. e. 2. li. 1. *quibus oris viro tabula cordi est.* idem epist. 17. li. 5. *profertur hic pila, hic tabula*, vide quæ notaui. Lucan. in paneg. ad Pisonem.

Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, et vitreo peraguntur milite bella.

Tabula lusoria Martiali lib. 14. epig. 17. Prosper Aquit. de glor. Sanctor. in fine. *nam sit te fortassis tabula lusus inuitat.*

Calculis strata bicoloribus] Lucanus in Paneg. ad Pisonem. *vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos*, Martial. lib. 14. epig. 17. tabula lusoria.

Hac mihi bisseno numeratur tessera puncto,
Calculus hic gemino discolor hoste perit.
Discolor ancipiti sub iactu calculus adstat.
Decertantque simul candidus atque proneus lib. 4. epig. vett.

In Petronio legimus *aureos & argenteos*, in Prospero. lib. de gloria Sanctorum *candidos & purpureos*, alludens ad tabulam lusoriam.

Eboratis] ex ebore. Martialis. lib. 13. epig. 1.

Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Resultatura] tessera enim in pyrgum coniecta per gradus pyrgi, et cochlidem deuoluta resultabat, vide quæ notaui s̄. epist. 9. lib. 2. e. 17. li. 5. vide. j̄. Narbone.

Hic talos crepitantibus fritillis. vbi plura.

Pyrgorum] Pyrgi sunt turriculæ, & ita Martialis interpretatur. li. 14. epig. 16. in formam pixidis, vnde pixides dictæ. Iuuenal. saty. 13.

partos gladio, vel pixide nummos.

Pixide j. veneno vet. interp. malim cum Cuiacio accipere pro pyrgo aleatorio, & fritillo. vet. interpres Iuuenal. satyr. 14. *fritillus, pixis cornea, qui fimus dicitur Græcè*, Paulo post. *aut fritillum pyrgum dixit.* Acro saty. 7. lib. 2. *pyrgus pixis sine fundo*, idcirco gradilis. quod Sidonius postea adiecit.

Gradibus] Pyrgi, siue pixides sine fundo erant, vt per posticum siue foramen tesseræ in pixidem iacerentur, & per eburneos vel corneos gradus deuoluerentur in alueolum, Auson. *Alternis vicibus quos præcipitante rotatu,*
Fundunt excisi per caua buxa gradus.

Vide ex Agathia lib. 1. epig. vett. Iul. Scaligerum in Ausonium. lib. 2. c. 19.

Pulpitabuntur] Id est pluteis & pulpitis struentur abiegnis.

Paradarum] Paradas Scaliger interpretatur naues voluptarias & cubiculatas, vndique tectas, Ausonius Theoni epist. 5.

Expositum subter paradas, lectoque iacentem
Corporis vt tanti non moueatur onus.

In quam sententiam non facilè descendo, & quid verè paradæ sint nescio, paradas tamen legunt mss. omnes & vet. libet, quidam liber & Basil. *Plancarum*, non ineptè. plancæ sunt latæ tabulæ. Festus. Plini. li. 8. ca. 42. *nec pontes transeant per raritatem plancarum translucentibus fluuijs.* vet. hist. S. Marcelli *vt plancæ sternerentur* vet. interp. *id est, tabulata.* Damasus P P. in Marcello lib. de Romanis Pontificibus. *Lusit Maxentius in eadem Ecclesia interim plancas externi, vt ibidem animalia catabuli congregata starent*, obiter nota parasiam dici veteri Iuuenal, interpreti pro nauis tutela. Saty. 4. vide Turneb. li. 22. cap. 10.

Quàm vt te peruenisse inuenias, cùm venisse vix sentias] Plinius lib. 8. epist. 20. *mox quo tulerit ventus egressa, non magis se descendisse sentire, quàm senserint ascendisse.* idem Plinius de cliuo molliter assurgente. e. 6. li. 5. *ita leniter & sensim cliuo fallente consurgit, vt cùm ascendere te non putes, sentias ascendisse.* idem D. Hilarius de Trinit. li. 1. *Arduum hoc intelligentiæ iter, cliuo quasi molliore lenissimus, non iam gradibus incisum, sed planicie subrepente deuexum, vt prope sine scandentium sensu, euntium possit proficere cōscēsus.*

Reptiles coclea, &c. Alludit ad prouerbium *coclea tardior.* Plautus Pœnulo *vicisti cocleam tarditudine.*

Cum domibus natiuis] Symphosius Ænigmate 18.

Porto domum mecum semper migrare parata.

Ea de causa Pacuuio *testudo domiporta.* dicitur.

Copiosissima penus] propriè locutus est, & ex mente Mutij, Gell. l. 1. c. 4. *magna penus*, Lucilio. quod adnoto vt miserè detrūcatus Nonij locus restituatur ex hocce Gellij loco, cap. 1. Nonius ait *pietatem docti veteres hanc esse voluerunt, &c.* vbi legendum, ex mss. Ios. Mer. *peni & penoris ita veteres declinarunt, proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt*, &c.

Pascuas, pascaris] de proprietate huius nominis supra e. 4. huius libri & lib. 7. in Concione.

Medulicæ supellectilis] Id est, Medulicorum ostreorum, de quibus Ausonius Theoni. e. 7. *Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum*
Dulcibus in stagnis reflui maris æstus opimat.
Sed mihi præ cunctis ditissima, quæ Medulorum
Educat Oceanus. idem. e. 9. Paulo.

De Medulis Vitruuius lib. 8. c. 3. de architec. in fine, in Alpibus. Auson. Theoni. epist. 4.

Aturricus piscis] ab Aturro fluuio, de quo Auso. in parent. Car. 5.

Tum profugum in terru per quas erumpit Aturrus,
Tarbellique furor perstrepit Oceani.

idem in Mosella. *Tarbellus ibit Aturrus.*

A quo piscis Aturricus, & Aturres. E. e. 1. lib. 2. quam vide. vulgò *l'Adou.*

Mugilibus] Gloss. vet. κεστρεὺς de quo genere piscis, Pollux. li. 6. c. 9. vulgo. *Mulet.* vide Apicium. li. 9. e. 10.

Lapurdensium] à Lapurdo Nouempopulanæ oppido Notit. Imperij *in prouincia Nouempopulana. Tribunus cohortis Nouempopulanæ Lapurdo.* Exemplar pactionis pactæ inter Gunthramnum & Childebertum reges, apud Gregor. Turon. l. 9. c. 20. *vicum Iuliensem, cum Sorannis, Lapurdo, & Albige*, hodie *Baiona*, Baionensis Episcopus, dicitur Lapurdensis episcopus in veteribus Episcopij chatis, & hodie Baionensem tractum Basques vocant *Lapour*, veteres chartæ, *in terra dicta Lapord*, vulgo

vulgò *Labourd*, vnde quidam mss. *Laburdensium*.

Locustarum] Locustæ sunt pisces marini è genere cancrorum ab illis cauda distantes. Plinius. l. 9. c. 31. vbi *carabi* dicuntur ex Græco Gloss. vet. *Locusta κάραβος* Arist. de natura animal. l. 8. c. 2. Petron. in Saty. *super Sagittarium odopetam, super Capricornum locustam marinam*, vt id obiter, quia viri docti in his hærent, odopeta Petronio est, quæ lampetra vocatur, aurita enim est lampetra, & auribus foraminata, vnde odopeta Petronio. Glossar. vet. *ὠτωτὶς* auritus.

Credere experto] Adagium. Serenus de mammis sanandis.

Mista dabunt miras experto crede medelas.

D. Hier. ad Gaudentium: *si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor*. Cassiod. epist. 21. l. 5. & l. 1. de ventre insp. s̄. c. 9. l. 1. *si quid experto credis*.

Senatorem nostrum] Leontium, s̄. hac epist. *Ecce Leontius meus*, idem. epi. 11. huius lib. in Car. *Leontioque.*

Prisco Liuia quem dat è senatu.

Vnde Senatorem dixit hoc loco. vide. s̄.

Dapes Cleopatricas] præter cæteros eleganter Athenæus lib. 4. cap. 7. de dapibus Cleopatricis.

Et loca latia putes] Sic omnes mss. & vett. & vulgati, quæ lectio defendi potest, loca latia sunt latiari ritu instructa. Ammia. Marcell. l. 16. *cuncta curatius ritu Romano instructa*. Symmac. epist. 29. li. 8. *sed his quoque gulæ illecebris Romæ positus vtereris*, &c. Si loca lautia legas, nec succenseo. Tit. Liuius lib. 10. decad. 3. *loca lautia legatis decreta*. Apul. l. 3. sub finem. *hospitium, & loca lautia mihi præbiturum*, idem. l. 9. *nouus dominus loca lautia prolixè præbuit*. Symmach. epist. 56. l. 4. *Musis in palatio loca lautiora tu dedisti*. Festus lib. 4. *item dautia, quæ lautia dicimus, & dantur Legatis hospitij gratia*. Liui. l. 8. decad. 3. *locus inde lautiaque legatis præberi iussa*. Glossarium vetus. *ἐνδόμενα. hæc lautia, singulare non habet*, postea *ἐνδομενία, supellex*. Carisius. lib. 1. *lautia, supellex* Isido. ms. in Glossis. *latiæ, munditiæ*. fortè, lautiæ. liber Notarum. ms. ex Biblioth. Put. V. C. M. *Lautie*.

Quod ille transeat cæteros ciues] s̄. ecce iam *Leontius meus facilè primus Aquitanorum*, hoc vero loco intellige, quod Leontius transit cæteros ciues lautitiis & opiparis epulis.

Licet & illa cæteras ciuitates] Illa, scilicet Burdegala, vrbs inclita, & deliciis præ cæteris Aquitaniæ vrbibus affluens. Ammia. Marcell. lib. 15. sub finem. *prima prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodum culta (omissis alijs multis) Burdegala, & Aruerni excellunt*. Auson. ep. 8. Paulo.

Tandem eluctati retinacula blanda morarum,
Burdigalæ molles liquimus illecebras.

Paulinus Ausonio. c. 3. *placeat reticere nitentem*
Burdigalam. vide Auson. de Burdigala.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ NOVETIO S.

EPISTOLA XIII.

MVlta in te genera virtutum, Papa beatissime, munere superno congesta gaudemus, siquidem agere narraris sine superbia nobilem, sine inuidia potentem, sine superstitione religiosum, sine iactantia literatum, sine ineptia grauem, sine studio facetum, sine asperitate constantem, sine popularitate communem. Præterea ijs hoc

præstantissimum bonis fama superaggerat, quòd te asserit hasce tot gratias fastigatissimæ charitatis arce transcendere: Fama, inquam, quæ de laudibus tuis cùm canat multa, plus reticet. Nam longiùs constitutis, actionum tuarum propositum potest assignare, non numerum: Quarum relatione succensus vltrò primus, vt longè inferiorem decet, ad soluenda officia procurro, nec vereor garrulitatis aliquando argui, qui potui taciturnitatis hucusque culpari. Commendo promotum gerulum literarum, nobis quidem iam antè cognitum, sed nostrum nuper effectum vestris orationibus contribulem: qui cùm sit gente Iudæus, fide tamen prælegit censeri Israëlita, quàm sanguine: & municipatum cœlestis illius ciuitatis affectans, occidentémque literam spiritu viuificante fastidiens, pariter hinc iustis præmia proposita contemplans, hinc nisi faceret ad Christum de circuncisione trãsfugium, præuidens sese per æterna secula æquiterna supplicia passurum, patriam sibi maluit Ierusalem potiùs quàm Ierosolymam computari. Quibus agnitis, aduentantem Abrahæ nunc filium veriorem maternis vlnis spiritalis Sarra suscipiat. Namque ad Agar ancillam pertinere tunc desiit, cùm legali obseruantiæ seruitutem, gratiæ libertate mutauit. De cætero quæ ipsi fuerit isto causa veniendi, præsentaneo conducibilius idem poterit explicare memoratu. Nobis verò propter quæ suprà scripsi charissimus habetur, quod eò significo, quia is efficacissimè quemque commendat, qui meras causas iustæ commendationis aperuerit. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Multa in te genera virtutum] Symmachiana imitatio. epist. 74. l. 3. *Multa in te munera virtutum natura congessit*

Agere enim narraris sine superbia nobilem] s. e. 9. huius lib. *ago adhuc exulem, agis ipsi iam ciuem*, &c. vide.

Sine superstitione religiosum] religiosus is appellabatur, qui nimiæ & superstitiosæ religioni sese alligauerat, eaque res vitio assignabatur. Nigidius apud Gell. li. 4. ca. 9.

Sine studio facetum] contra s. *affectato lepore plus rusticus.*

Sine popularitate communem] s. in concione lib: 7. j. e. 11. li: 9. communis eadem significatione qua hoc loco dicitur Aurelio Victori, in Antonino: *patiens, communis, tranquillusque.*

Fastigatissime] Fastigatissimi consulares. s. e. 9. li. 1. *fastigatissima felicitas.* epist. 4. l. 2.

De laudibus tuis cùm canat multa, plus reticet] j. e. 14. huius lib. *Facilè agnosco antistitem suprafatum de vobis cùm magna dixerit, maiora tacuisse.*

Commendo promotum] sic omnes mss. quidam addiderunt ad baptismum, rectè & ita can. 58. Concil. Tolet. 4. promoti, qui initiantur baptismo.

Sed nostrum nuper effectum.] Id est Christianum. idem. s. e. 5. li. 4. de Gozola Iudæo: *Gozolas vester (Deus tribuat vt noster.)*

Israelita] Figuratè pro fideli & Christiano, vt s. e. 6. li. 7. *Ordinis res est, vt dum in hac allegorica versamur Ægypto, Pharao incedat cum diademate, Israelita cum cophino.*

Iſraelita enim Deum videns interpretatur. D. Hier. & Caſſiod. in Pſalmos.

Æquiterna ſupplicia paſſurum] Sic omnes mss. id eſt, æquè æterna ac ſæcula, Claudian. Mamer. l. 2. de ſtatu animæ. c. 3. & 6. s̄. de Iudæis. c. 2. l. 6. *non quòd mihi placeat error per quem pereunt inuoluti.* vide que notaui.

Ieruſalem] *caleſtem Ieruſalem.* s̄. dixit. c. 6. l. 7. *caleſtem ciuitatem*, hac epiſt. de qua tractatores conſule.

Aduentantem Abrahæ] vide Geneſ. cap. 17. & Eucherium in Geneſim, cap. 16. & 17. atque Adonem in Chron. qui hoc myſterium myſticè interpretantur. præter cæteros Anaſtaſius Anthio. anagogicarum contemplationum. l. 10. init.

Præſentaneo] *Præſentanea Pliniicopia* Symmacho, c. 18. li. 1. *præſentanea ruina*, Nouella Theodoſij, de Iudæis & Samarit. *præſentanea ſedulitas*. c. 14. li. 7. *præſentaneum memoratus.*

Is efficaciſſimè quemque commendat, &c.] Pliniana imitatio. ep. 13. li. 2. *rogat enim & quidem efficaciſſimè qui reddit cauſas rogandi.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ PRINCIPIO SALVT. EPISTOLA XIIII.

IAM diu nobis Papa venerabilis, & ſi necdum veſter vultus aſpectus, tamen actus inſpectus eſt. Namque ſanctorum diffuſa laus meritorũ ſtringi ſpatijs non eſt contenta finalibus. Hinc eſt quòd quia bonæ conſcientiæ modus non ponitur, nec bonæ opinionis terminus inuenitur. Quæ loquor falſa cenſete, niſi profeſſioni meæ competens aſtipulator acceſſerit ſatis in illo quondam cœnobio Lirinenſi ſpectabile caput, Luporum concellita Maximorúmque, & parcimoniæ ſaltibus conſequi affectans Memphiticos, & Palæſtinos archimandritas, is eſt epiſcopus Antiolius: cuius relatu, qui pater vobis, quíque qualéſque vos fratres, qua morum prærogatiua pontificatu maximo ambo fungamini, ſolicitus cognoſcere ſtudui, gaudens cognouiſſe me memini: cui patri quondam videlicet vos habenti, vix domus Aaron pontificis antiqui meritò compararetur: quem licet primum in medio plebis eremitidis, ſanctificationis oleo legiferi fratris dextera perfuderit, filios eius in ſimilis officij munia vocans, tamen ipſius ſuper Ithamar, & Eleazaro felicitatem, Nadab & Abiu fulminibus afflati decolorauêre: quorum quamlibet interemptorum credamus abſoluendas animas, punitas tamen ſcimus eſſe perſonas. Vos verò tacturi paginam altaris, nihil, vt audio, offertis ignis alieni, ſed comitantibus victimis, charitatis, caſtitatíſque fragrantiſſimum incenſum in thuribulis cordis adoletis. Ad hoc quoties iugum legis ceruicibus ſuperbientium per vincula prædicationis aſtringitis, tunc Deo tauros ſpiritualiter immolatis. Quotiens conſcientiæ luxuriantis fœtore pollutos, ad ſuaueolentiam pudicitiæ, ſtimulis correctionis impellitis, hircorum vos obtuliſſe virulentiam Chriſtus ſibi computat. Quotiens hortantibus vobis in quocunque compuncto culpas ſuas anima lacri-

maliter recordata ſuſpirat: quis vos ambigat paria turturum, aut binos pullos columbarum, qui duplicem ſubſtantiam vtriuſque hominis noſtri tam numero quàm gemitu aſſignant myſtico litaſſe ſacrificio? Quotiens veſtro monitu obæſum quicunque corpus, æſtuantémque turgidi ventris aruinam, crebro ieiuniorum decoquendus igne torruerit, nulli dubium eſt vos tunc ſimilam frictam in quadam continentiæ ſartagine conſecraturos. Quotiens aliquem mentis perfidæ figmenta ponentem, ſanam reſpondere doctrinam, fidem credere, viã tenere, vitam ſperare ſuadetis: quis vos dubitet in huius emendatione conuerſi, qui iam ſit liber ab hæreſi, liber ab hypocriſi, liber ab ſciſmate, purgatiſſimum propoſitionis panem, cum ſinceritatis & veritatis azymis dedicaturos? Poſtremò quis neſciat quicquid Legis diebus figuraliter immolabatur in corporibus, quòd totum id gratiæ tẽpore manifeſtè vos offeratis in moribus? Atque ideo grates vberes Deo refero, quòd ſecundum veſtræ paginæ qualitatem, facilè agnoſco antiſtitem ſuprafatũ de vobis cùm magna dixerit, maiora tacuiſſe. Quapropter nemo dubitauerit, qui bonus es cum indicaris, & melior cum legeris, te eſſe optimum cùm videris. Megetius clericus veſtri gerulus eloquij, rebus ex ſententia geſtis, quia tuorum apicum detulit munera, meorum reportat obſequia: quem ſaltem iuuimus voto, quia re forſitan non valemus, per quem obſecro impensè vt ſitim noſtram frequenter literis literatis, ambo germani, tu frequentiùs, irrigetis. Sed ſi difficultas itineris interſiti reſultat optatis, vel aliquoties pro ſupplicibus ſupplicate. Maius eſt autem ſi nobis tribuere dignemini raris interceſſionibus ſalutem, quàm ſi crebris affatibus dignitatem. Vale. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.

Papæ Principio] Id eſt epiſcopo Sueſſionenſi, S. Remigij germano, qui Concilio Arauſicano 2. & Carpentoratenſi ſubſcripſit, acta Conciliorum. Sigebertus in Chro. 486. *Clarent in Galliis Remigius Remenſis, & Patricius frater eius Sueſſionenſis Epiſcopus.* lege Principius. Vide Hincmarum, & ex eo Floardum, in vita. S. Remigij. patruus fuit Lupi Sueſſionenſis, ſuique ſucceſſoris. Hincma. ibid. non pater, nec Lupum illum ſecum in Lirinum duxit, vt ex hac epiſt. non intellecta, Baronius commentus eſt. An. Do. 463. to. 6.

Namque ſanctorum diffuſio meritorum] ſ. l. 7. in Concione, ſub finem. *plurima notitiæ dantur & ex opinione compendia, quia non tam paruos terminos poſuit natura famæ, quàm patriæ.* vide quæ notaui.

Cœnobio Lirinenſi] de quo ſ. e. 1. li. 6. *poſt deſudatas militiæ Lirinenſis excubias.* j. e. 3. li. 9. *& de ſenatu Lirinenſium cellulanorum.* Idem. Car. 16. ad Fauſtum.

Luporum concellita] Concellitam vocat concellaneum Anatolium, id eſt cum Lupo & Maximo Lyrinenſium cellularum cohabitatorem, de quibus Hilarius Arelatenſis in vita S. Honorati, Eucherius de laudibus Eremi. j. Car. 16. à quibus *cellulani* Lyrinenſes monachi vocantur e. 3. l. 9. concellitam verò dixit, vt concellaneos. Ennodius. *vel quem ſubſtantiæ exilitas non permiſerit habere conſortẽ, ipſe concellaneus fiat alterius. Et Lucil.* lib. 10. Saty. conſellas.

jj

Consellas quoque validis in funibus aptas. Non. cap. 4.
Concellita autem Lupi & Maximi Anatolius intelligendus est, non Principius, vt malè Baronius traddidit. vbi ∫.

Luporum, Maximorũ] Id est Lupi Tricassini, de quo ∫. e. 1. 4. & 9. lib. 6. & ∫ e 11. l. 9. quas vide. Maximorum, id est Maximi Regiensis episcopi de quo plura ∫. Car. 16. idem. e. 8. l. 3. *non idcirco Brutos Torquatosque non pariunt secula mea.* e. 14. li 4. *Cornelios oratores, & Ausonios poetas.* l. 7. in Conc. *Paulis, Antonijs, Hilarionibus.* e. 8. huius lib. *quid Serranorum æmulus & Camillorum* & ne videatur in leges regularum commisisse, de quibus Seruius in arte. lib. 2. *Illud scire debemus, quod si proprium est, quod vnius est, numerum tantum recipit singularem, neque enim potest res vnius in pluralem cadere.* Idẽ tamen Tertulli. in Apolog *vnde qui armati palatiũ irrumpant, omnibus Stephanis atque Partheniis audaciores.* Cassiod. l. 8. epist. 12. *mittit & Liguria Tullios suos.* vide quæ notaui s̃d. ep. 14. l. 4. quæ loquendi ratio Cæsarem Baronium virum magnum, in maximum errorem induxit, qui ex hocce Sidonij loco collegit in Martyrologio Romano VII. Kal. Octob. duos fuisse huius nominis Lirinenses anachoretas, vnum Tricassinum, alterum Lugdunensem episcopum Lupi Tricassini successorem, quæ res à verò longè aberrat, quod tamen vt adstruat Sidonij verba in Eucharistico citat, quæ prima fronte errori patrocinari videntur.

Vita senis, Iuuenisque Lupi.

Illa tamen bene atque integrè dispuncta expungent omnem errorem, & illud cõmentum explodent vt absonum omnino, & prorsus erroneum,

Qua sancta Caprasi
Vita senis, iuuenisque Lupi.

Vbi loquitur de sene Caprasio (vt pluribus ∫. docebimus, etsi res manifesta respuat interpretem) & Lupo iuuene scilicet Tricassino, qui æuo senis Caprasij iuuenis erat, quodque tollit omnem dubitationem Lupus Lugdunensis non numeratur in albo episcoporum qui ex Lirinensi eremo ad episcopatus peruenerunt, longéque post Lupum Tricassinũ fuit, quod ex eius historia, & Catalogo Lugdunensis Ecclesiæ episcoporum liquet.

Parsimoniæ saltibus] De parsimonia Ægyptiorum Monachorum, hist. Eccles. Palladius, Pratum spirituale, Hiero. & ex professo Cassianus cum in lib. Instit. tum in Collatio. & Sulpicius Seuerus in dialog. & diuinorum Apophtegmatum. libri. 18.

Memphiticos & Palæstinos.] Id est Ægyptios à Memphi Ægyptia vrbe celebri. ∫. Car. 5.

Archimandritas] Id est Abbates & præfectos monasteriorum August. Psal. 99. Iustinianus Nouel. 123. cap. 34. Iulian. Nouel. 111. & 115 Hormisdas PP. *archimandritis in secunda Syria constitutis*, & Act. 1. Synodi. 5. Constantinop. Photius in Nomocano. titul. 11. cap. 1. & 2. Prosper in Chronico. *heresis nefaria à quodam archimandrita commota sub Honorio.* A. Leo Papa epist. 84. *archimandritis Constantinopolitanis.* Constantius in vita. S. Germa. c. 16. in fine *vt defuncto archimandrita Alogio.*

Is est episcopus Antiolius] Sic mss. ∫. sub finem epist. vocatur *antistes.* mss. Iur. & Pit. Antaolus.

Qui pater vobis] Hincmarus in hist. de Cilinia matre, idem & Sigeb. 6. Chron. 449. & Pet. Equilinus. l. 9. c. 9.

Quique qualesque vos fratres] Scilicet Remigius de quo ∫. e. 7. l. 9. & Principius Remigij frater.

Pontificatu maximo] Id est episcopatu Remensi, & Suessionensi: Remigius Remensi, Principius Suessionensi.

Sanctificationis oleo legiferi fratris] id est Mosis qui Aaronem oleo vnxit & conse-

crauit. Leuitici cap. 8.

Filios eius in similis officij munia vocans] Vide Exod. c. 28. & 29. & Leuit. c. 8. & 10.

Nadab & Abiu] Leuitici cap. 10. Numeri cap. 3. & 1. Paralip. c. 24. vide s̄. epi. 1. l. 6. in fine.

Vos verò tacturi paginam altaris] Allusit ad veterum morem quia sacrificaturi aras tangebant. Vergil. 4. 6. & 12. Aeneid. Horat. Ode 23. l. 3. Iuuenal. Satyr. 13.

Atque ideò intrepidi, quacunque altaria tangunt,

Terentianus *Aras tangite supplices.*

Valer. Max. l. 9. cap. 3. de Annibale. *Et ob id sacrificante altaria tenens iuraret, &c.* Lex Numæ, *Pellex aram Iunonis ne tangito, &c.* Seruius Aeneid. 6. *Rogabant enim Deos ararum ansas tenentes.* Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 2.

Nihil vt audio offertis ignis alieni] Alienum ignem offerre quid sit. s̄. docui epist. 3. l. 6. Vide Isichium lib. 4. in Leuit. Paulinum epi. ad Aprum 3. & epist. ad Delphinũ 2. Petrum Chrysologum, Serm. 26.

Tunc Deo tauros spiritualiter immolatis] Quando scilicet superbientibus & ceruicosis iugum legis imponitis, s̄. epist. 7. l. 5. *Ad superbiendum tauri*, vide quæ notaui, & adde quod ait Iul. Firmicus lib. 8. cap. 20. Matheseos, *Vicesima nona pars Tauri si in horoscopo fuerit inuenta, superbos faciet, & qui superioribus inani quadam arrogantia dominari cupiant.*

Paria turturum] Leuitici cap. 1. similam, &c. Leuitici 3. & 6. Propositionis panem cum azimis. Leuit. cap. 2. & cap. 7.

De vobis cùm magna dixerit, maiora tacuisse] s̄ epist. 13. l. 8. *Fama inquam quæ de laudibus tuis cùm canat multa, plus reticet.*

Megetius clericus] s̄. epist. 3. l. 7. Megetij Episcopi meminit. vide quæ notaui.

Literis literatis] s̄. epist. 17. l. 4. *Obtulit mihi literas literatas.*

Resultat optatis] e. 2. l. 7. *Veritati resultantia tamen & diuersa connexui*, Gregorius Mag. lib. 1. epi. 20. *Sed quia diuinis iudiciis non poteram resultare.* Concilij Toletani 4. can. 23. *Præceptis resultauerit.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ PROSPERO, EPISTOLA XV.

D. Cardinal. Baro. annal. tom. 6. ann. 451. 52 et 53.

DVm laudibus summis sanctum Anianum maximum consummatissimúmque Pontificem, Lupo parem, Germanóque non imparem, vis celebrari: fideliúmque desideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: cui etiam illud non absque iustitia gloriæ datur, quòd te successore decessit: exegeras mihi vt promitterem tibi Attilæ bellum stylo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis vrbis obsidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio: & illa vulgata exaudiri cœlitus sacerdotis vaticinatio, continebatur. Cœperam scribere, sed operis arrepti fasce perspecto, tæduit inchoasse. propter hoc nullis auribus credidi, quod primùm me censore damnauerã. Dabitur vt prospero precatui tuo, & meritis antistitis summi, quatenus præconio suo sub quacunque & quidem celeri occasione famulemur. Cæterùm tu creditor iustus, laudabiliter hoc imprudentiæ temerarij debitoris indulseris, vt quod mihi insolubile videtur, tibi quoque vidéatur inreposcibile. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Papa Prospero] Aurelianensi Episcopo, Martyr. Rom. & Beda 4. Kal. Augusti tabulæ Aurelianensis Ecclesiæ Concilius Vasionensi,& Carpentoratensi subscripsit, & Aniano successit.

Sanctum Anianum] Aurelianensem Episcopum, & Diuum Tutelarem. vita S. Aniani,& Petrus Equilinus lib. 8.cap. 48 Qui ob vitæ sanctitatem Diuis adscriptus est. Martyrolog. Roman. & Beda xv. Kal. Decemb. Gregor. Turon. lib. 2.cap. 7. hist *Erat autem eo tempore beatiss. Anianus, in supradicta vrbe Episcopus, vir eximiæ prudentiæ,ac laudabilis sanctitatis,&c.*

Consummatissimum] Plinius epist. 7. l. 2. *Amaui consummatissimum iuuenem, tam ardenter,quam nunc impatienter requiro. consummata felicitas*. c. 2. l. 1. 3. *consummatissima gloria*.epist. 1. l. 5.

Lupo parem] Tricassium Episcopo conclamatissimo,de quo c. 14. hui.lib. 3. epist. 11. l. 9. & Car. 16. vbi plura, dicit autem parem,quia Lupus sanctitatis merito, Tricassinam vrbem, vt Anianus Aurelianensem, ab Hunnorum irruptione liberauit. Hymnus. *Dum bello cuncta perderent Orando Trecas muniit*. ex eo Beda & Ado. 111. Kal. Augusti.& Pet. Equilin.l. 6. cap. 1. Quod addo, ne Baronius ambigat qui auctorem veterem se non inuenisse tradit.

Germanoque non imparem] Episcopo Antissiodorensi , Lupi non quidé Germano, sed sororio,genere,fide, doctrina & miraculorũ gloria clarissimo. Martyr. Rom. Ado. Vsuardus, Beda. Cuius vitam eleganti stylo descripsit Coustantius ad Patientem,& ex eo Herricus ad Carolum,qui alleluia clamans Saxonũ cateruas profligauit.hisdem auctorib. Bedæ hist. Diacon.l. 5 & Freculph.l. 5. c. 16. tom. 2.

Attila bellum] *Et iam terrificis diffuderat Attila turmis*
In campos se Belga tuos. 3. Car. 7. vbi plura.

Aurelianensis vrbis] Gregor. Turon. lib. 5. cap. 33. hist. *Aurelianensis vrbs*. de Gloria Confess. cap. 99.& Aimoinus lib. 1. cap. 6. *Aureliana ciuitas* , Iordani de rebus Get. *Ciuitas Aurelianorum*. Notit. Prouinc.& in Præf. Concilij Aurelianensis. t ab Aureliano Imp sic dicta. Otho Frisingensis lib. 4. c. 41. à quo ciuitas *Aurelianis* veteribus dicta est, Idacius. *Non procul ab Aurelianis confligit certamen*. Beda xv. Kal. Decembr. *Aurelianis ciuitate Galliæ depositio S. Aniani Episcopi & Confessoris*. Vsuard. v11. Id. Sept. *Ciuitate Aurelianis depositio S. Euurtij*, nã antea Genabus, Cæsar in Ephem, Herricus.

Obuius adueniens vrbem cui Genabus olim
Nomen erat,noto quod deinde recessit ab vsu,
Diuersúmque illi nunc Aurelianis habetur.

Aimoinus. lib. 1. cap. 5. *Gennabus vbi nunc Aurelianis*. Idem Chronicum Hugonis Floriac ms. *Aurelia* Gregorio Turo. l. 2. c. 7. hist.& in Histor. S. Galli.& S. Aniani.

Obsidio.] Aimoinus l. 1. cap. 6. *Aurelianensem quoque adeuntes vrbem obsidione claudũt*, vita S Aniani. Petrus lib. 10. cap. 71. *Post hoc Aurelianensis ciuitas ab Attila Gothorum Rege obsessa est*. Sigebert. An. 453. *Postremò Aurelianis vrbem eis obsidentibus, &c.* Vide Historiam S. Genouefæ.

Oppugnatio] Gregor. Turo.l. 2. cap. 7. *Attila verò Chunorum Rex , à Metensi vrbe egrediens,cum multas Galliarum ciuitates opprimeret , Aureliam adgreditur, eámque maximo arietum impulsu nititur expugnare*, ab historia recedit Iornandes, cap. 37.

Irruptio] Hunni enim irruperunt in vrbem. hist. S. Aniani.& Petr. Equil.l. 7. cap. 71. *Dum autem Episcopus ad eos exiuisset, & pro populo intercedens, ab Attila nihil penitus obtinere potuisset, sed die sequenti aduersarij vrbem violenter intrantes plaustra eorum spoliis onerarent*.

Nec direptio] Superuenientes enim Aethius Patricius, Meroueus, & Theodoricus Gothorum Rex. Hunnos fugarunt,& ab Aurelianis recedere relictis spoliis adegerunt, Grego. Turo.l. 2. c. 7.& gesta S. Aniani. Aimoin. Sigeb. Petrus.& reliqui.

Et illa vulgata exauditi cælitus sacerdotis vaticinatio] Gregor. Turon. aspicite de muro ciuitatis si Dei miseratio iam succurrat, suspicabatur enim per domini misericor-

diam Aetium aduenire, ad quem & Arelatem abierat, prius suspectus futuri, &c. Vita S. Aniani. *Tandemque ad exploranda auxilia, armatus Christo proficiscitur in partes Arelatensium, ciuitatis ad Æthium patricium, &c.* Petrus ait, *Anianum per spiritum Arelatem delatus.*

Sed operis arrepti fasce perspecto taduit incoasse] Sic de Attilæ bello Euagr.l.1.cap.17. *Bellum prolixam narrationem requirens, &c.*

Meritis Antistis summi] id est, Episcopi Aniani cuius meritis Aurelianis obsidione liberata fuit. Idacius in Chr.ms. *Ciuitas Aurelianis orationibus beatissimi Aniani liberata est.* & numerosi in campis Cathalaunicis Chunorum exercitus fusi. Gregor. *Itaque liberata obtentu beati Antistitis ciuitate, &c.* posteà. *Nam nullus ambigat Chunorum exercitum obtētu memorati Antistitis fuisse fugatum.* Aimoin. *Cuius meritis & orationibus immanissimas Hunnorum phalanges omnipotentia Christi ita protriuit, vt quibus profugi habitent in terris hucusque sit incognitum.* histor. S. Aniani.

Irreposcibile] Apuleiana vox in Apolog. *Vidua autem qualis nuptiis venit, talis diuortio digreditur, nihil affert irreposcibile.*

SIDONIVS CONSTANTIO SVO S.

EPISTOLA XVI.

SPoponderam Petronio illustri viro præsens opusculum, paucis me epistolis expediturum: cuius auribus non peperci, dum tuis parco. Malui namque vt illum correctionis labor, te honor editionis aspiceret, perueniretque in vestras manus volumen istud alieno periculo, obsequio meo. Peracta promissio est: nam peritia tua si coactorum in membranas inspiciat signa titulorum, iam copiosum te (ni fallor) pulsat exemplar, iam venitur ad margines vmbilicorum, iam tempus est, vt Satyricus ait, Orestem nostrum vel super terga finiri. Non hic ego commentitiam Terpsichorem more studij veteris asciui, nec iuxta scaturiginem fontis Aganippici per roscidas ripas, & pumices muscidos stylum traxi. Atque vtinam hic nil molle, nil fluidum, nil de triuiis cōpitalibus mutuatum reperiretur. Siquidem maturo (vt es ipse) lectori, non tantùm dictio exossis, tenera, delumbis, quantum vetuscula, torosa, & quasi mascula placet. Sed referuentur ista potioribus. mihi sufficit, si citò ignoscas, quòd sumus tardi. Præterea si vir illustris aliquid insuper ampliusculè scribi depopoposcisset, in moras grandes incidissemus. Nam per armariola & zotecnlas nostras non remanserunt digna prolatu. Vnde cognosce, quod etsi tacere necdum, cœpimus certè taciturire, duplici ex causa: vt si placemus, pauca lecturis incitēt voluptatem: Si refutamur, non excitent multa fastidium: quippe in hoc stylo cui non vrbanus lepos inest, sed pagana simplicitas. Vnde enim nobis illud loquendi tetricum genus ac perantiquum? Vnde illa verba Salia-ria, vel Sibyllina vel Sabinis abusque Curib⁹ accita, quæ magistris plerunque reticentibus promptiùs Fœcialis aliquis aut Flamen, aut veternosus legalium quæstionum ænigmatista, patefecerit? Nos opuscula

sermone

ſermone edidimus arido, exili, certè maxima ex parte vulgato: Cuius hinc honor rarus, quòd frequens vſus: hinc difficilis gratia, quia facilis inuentio eſt. Sanè profiteor audenter, ſicut iſtic nil acre, nil eloquens: ita nihil inditum, non abſolutum, non ab exemplo. Sed quid hæc pluribus? Dictio mea (quod mihi ſufficit) placet amicis. In quibus tamen vtrunque complector, ſiue non fallunt examine, ſeu charitate falluntur: Deúmque (quod reſtat) in poſterum quæſo, vt ſecuturi aut fallantur ſimiliter, aut cenſeant. Vale.

Conſtantio] Lugdunenſi presbytero de quo paſſim honorificè. s̄. epiſt. 1. l. 1. Vide quæ notaui.

Spoponderam, &c.] s̄. epiſt. 1. huius lib. quam vide, Petronio ſcripta eſt, quem ex aduocato præfectoriano ad illuſtratus dignitatem perueniſſe crediderim, vt ex his verbis colligere licet, *illuſtri viro.* & j̄. *vir illuſtris.* hac epiſt.

Iam venitur ad margines vmbilicorum] Martialis l. 4. Epig. vlt.

Iam peruenimus vſque ad vmbilicos.

Horat. Epo. Ode 14 *Ad vmbilicum ducere.*

Adagium, quod ſignificat venitur ad rei finem. s̄. epi. 1. huius lib. *Opus videlicet explicitum quodam quaſi ſui marginis limbo coronatura.*

Iam tempus eſt vt Satyricus ait, &c.] Iuuenal. Satyr. 1.

Scriptus & in tergo necdum finitus Oreſtes.

Nil molle, nil fluidum] Fluidum quandòque laſciuum. Seruius Aeneid. 2. *Fluere* τὸ μίσειν. Caſſiod. epiſt. 10. l. 7. *Prouidit antiquitas vt in totum, non effluerent*: hîc verò pro dictione exoſſi, tenera, delumbi. Sulp. Victor. de compoſitione. *Sed aptè & leniter defluat, in quo ſanè exhibēdus eſt modus, ne quid nimio opere luxuriæ nimium molliatur.*

Nihil de triuiis] Sulp. Victor. *Adhibendus eſt nitor, quem quarto loco poſuimus, vt ſcilicet verba non ſordida, & vulgaria, & de triuio quod dicitur, ſumpta ſint.*

Maturo vt es ipſe lectori] Ennodius cognomini Conſtantio, *quia ætati adhuc debeo indocilem feſtinationem, vos maturitas & pondus decent.*

Exoſſis] *Exos* Lucretio lib. 3. dicitur *ſine oſſe.* Nonius cap. 1.

Thoroſa] s̄. epiſt. 11. huius libri. *In materia controuerſiali fortis & lacertoſus.* Sulpicius Victor. *Tertium robur eſt, vt non ſolùm purus & manifeſtus, verùm etiam robuſtus & fortis, validuſque ſit ſermo.*

Maſcula] Ennodius Auieno. *Vos prætermiſſo laudis ſapore, maſcula dictio & humanæ laudis ſupercilium ſic adhortatur, &c.* Idem in vita Epiphanij. *Vox ſonora, ſucco virilis elegantiæ condita, nec tamen agreſtis ac ruſtica, nec infracta gradatimque à maſcula ſoliditate depoſita.* j̄. epiſt. 13. l. 9. in Carm.

Laſciuire vetat maſcula dictio. vbi plura.

Per armariola] s̄. epiſt. 9. l. 2. *Aut armaria extructa bibliopolarum*, vide quæ notaui. hic pro ſcriniis. s̄. epi. 1. huius libri. *Scrinia Aruerna petis euentilari.*

Zothecula] Gothecula mss. j̄. epiſt. 11. l. 9. *Qui ſupradicto tandiu potes vti libello, vt eū non amplius Zothecula tua, quàm memoria includat.* Vtrobique emēdare auſim zothecula, & -la. Vet. inſcrib. HERCVLI SAXANO. SACRVM SER. SVLPICIVS. TROPHYMVS AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM. PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT.

Non excitent multa faſtidium] *Quòd prolixior pagina videtur parere faſtidium.* Conſtant. de vita S. Germani, lib. 2. cap. vlt. s̄. epiſt. vlt. l. 7. *Si quoniam te ſenſuum ſtructurarúmque leuitas poterat offendere, membranarum certè faſcibus minùs onerarere.* Plinius e. 2. l. 7. *Interim abundè eſt ſi epiſtola non ſunt moleſta, ſunt autem, & ideò breuiores erunt.*

Verba Saliaris] M. Fabius l. 1. cap. 11. *Et Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta, sed illa mutari vetat religio, & consecratis vtendum est.* Arnobium vide lib. 7. Symmachus lib. 3. epist. 44. *Pari studio in verba prisca redeamus, quibus Salij canunt,* Isidorus l. 9. cap. 1. *Prisca vt habent carmina Saliorum.* Fortunatianus l. 3. *Antiqua verba quæ affectabo? quæ non adeò sunt abolita, vt sunt in 12. tabulis, & Saliari carmine, &c.* De quo Festus, & Scaurus. Horat. l. 2. epist. 1. *Iam Saliare Numæ carmen.*

Veternosus legalium quæstionum, &c.] epist. 1. lib. 4. *Iurisconsultus obscurum.* vide quæ notaui. Ius enim adeò incertum, vt totum versetur in quæstionibus, quæ ex verborum obscuritate nascuntur, & diuersis sententiis Iuris conditorum. *legum ambigua.* Aurel. Victor. in Vero.

Ænigmatista] *Ænigmatistes.* D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinianum. legum ænigmata dixit ille.

Vulgato] Sidonij scilicet æuo, *vtendum planè sermone vt numo, cui publica forma est.* M. Fabius lib. 1. cap. 10. Fortunatianus lib. 3. *Vir perfectissimus dixit verbis vtendum, vt numis publica moneta signatis.* Ibid. *Aperta quemadmodum erit elocutio? Si vtemur verbis propriis, vsitatis, publica moneta signatis.*

Siue non fallunt, &c.] Symmach. l. 1. epist. 72. *Mihi in alterutra conditione æquè summus est honor: siue ita de me magnificè iudicas, vt gratificatus esse videaris: siue es ita mei diligens, vt secus iudicare non possis.*

Deúmque quod restat, &c.] Illud ab exemplo. Plinius epist. 4. l. 7. in fine. *Et tamen non de meo sed de aliorum iudicio loquor, qui siue iudicant, siue errant, me delectant: vnum precor, vt posteri quoque aut errent similiter, aut iudicent.*

(

V. C. PET. DV LAC
IVRISCONSVLTO, S.

SI cum viro serio iocari licet, libet equidem seriò iocari cum populari meo, quo cum mihi seria & ioci, non noua mea dignitate, sed veteri sua dignatione. Ne mirere (vir consultissime) cur hic nonus Epistolarum liber, qui à Sollio nostro peculiariter est Firmino Inlustri Aruerno dictatus, dicatus tibi sit à contribuli tuo, patrio, non Latio nomine, quod ne temerè & inconsultò factum putes, boni ominis ergo id feci, veritus ne Gallicum candorem nomẽ Latiare fuscaret. Qui te Latium prædicant, actum agunt, Aruerni enim omnes Latij sumus, & fratres P. R. si nigram & feralem literam expungant, & adpingant. K. ne tuum nomen denigrent, in id quod euitant, impingunt: hæc simul infelix est litera, qua capitales rei condemnantur. Si hæc argutula respuis, per me quidẽ licet, dummodò Latij Laciiq; nomẽ respuas, nõ enim lactariis sermonibus litigantes lacis, vt te consulant, non inuitos inuitas, & captas pellaci cara, vt cara verba vendas: igitur vt auertas omen, nõ ita Latiè vertas nomen. Tu non ex eorum grege es, qui ad dimensum verba statera aurea pendunt, sed iustitiæ lance negotiorum momenta diligenter expendis, & expandis secreta causarum: non quid sacculi tinniant, sed quid iuris intus teneant sagaciter indagas ho-

norario solo contentus, temerè litigantium non tam cogitas vota, quàm commoda: non illis effugia, vel offucias quæris, quibus veritatis luminibus officiant. Quòdque litigatoribus improbis difficilè tui copiam concedis, indicium est benè consulturi, este ergo, & procul este Lacij, Lyciique nomina malè nominata. At quia causarum laqueos, quibus simplices à callidis illaqueãtur, dilaqueas, vel de lacu forensis abyssi liberas, hinc tibi verius natum est nomẽ. Ne quis verò caussetur quòd te inlustribus adnumerandum censuerim, etsi tantùm priuilegio clarus, merito tamen illustris es, causari desinet, vbi scierit, quòd olim decurso aduocationis campo, causidicis palmatibus palmata blandiebatur, quòd ex primoribus aduocatorum adlegebãtur assessores præfectorum, qui vt illi rerum rectores regebant, ita consilio regebantur aduocatorum, quòdque Imperatorum amici, ab ipsis Imperatoribus appellati sunt. Insuper Petronius patronus celebris, à Sidonio, titulo viri inlustris honoratus est. Illustrem honorem cùm non appetas, hinc te petit honos illustrior, qui fugaces sequitur, sequentes fugit: accedat quòd in locũ tuum sufficis liberos bene institutos, atque etiam generos adeò ex causidicorum albo delectos, vt dubium sit vtrum iudicio, an institutione superaueris. Si quid autem omninò, hoc certè iudicio fecisti, quòd Mauguinum conciuem meum bene moratum, & exercitum Iurisperitum, in tuam familiam admiseris, hic liber nonus tibi Aruerno, & Aruernensi genero, tuisque sacer esto. Vale. Aruernæ. Kalend. Decembris.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

EPISTOLARVM LIBER IX.

SIDONIVS FIRMINO SVO S.
Epistola I.

Exigis, domine fili, vt epiſtolarum priorum limite irrupto, ſtylus noſter in vlteriora procurrat, numeri ſupradicti priuilegio non contentus includi. Addis & cauſas quibus hic liber nonus octo ſuperiorum voluminibus accreſcat, eo quòd Caius Secundus, cuius nos orbitas ſequi hoc opere pronuntias, paribus titulis opus epiſtolare determinet. Quæ iubes non ſunt improbabilia, quanquam & hoc ipſum, quod piè iniungis arduum exiſtat, ac laudi quantulæcunque iam ſemel partæ non opportunum: primùm, quòd opuſculo priùs edito præſentis augmenti ſera coniunctio eſt. Deinde quòd arbitros ante quoſcunque (niſi fallimur) indecentiſſimum eſt, materiæ vnius ſimplex principium, triplices epilogos inueniri. Pariter & neſcio qualiter fieri veniabile queat, quod coërceri noſtra garrulitas, nec poſt denuntiatum terminum ſuſtinet, niſi quia forſitan qui modus paginis, nō poteſt poni ipſe amicitijs. Quapropter eſſe te in quadā contuendæ opinionis meæ quaſi ſpecula decet, curioſiſque facti huiuſce rationem manifeſtare: quíd ve ad hoc ſentiant optimi quíque, reſcripto quàm frequentiſſimo mihi pandere. Porrò autem ſi me garrire compulſo, ipſe reticere perſeueraueris, te quoque ſilentij noſtri talione ad vicem plecti non periniurium eſt. Itaque tu primus, tu ma-

ximè ignosce negotio quod imponis, ac ministerio. Nos verò si quod exemplar manibus occurrerit, libri marginibus octaui celeriter addemus. etsi Apollinaris tuus cùm in cæteris rebus, tum est in hac certè negligentissimus, quippe qui perexiguum lectione teneatur, vel coactus, vel voluntarius, quantum tamen mihi videtur, qui patribus ijs iungi non recusauerim, quorum studio, voto, timori, laudabile aliquid in filijs, licèt difficile persuadeatur, difficilius sufficit. Vale.

Firmino] ex illustri Familia Firminorum, qui Præf. prætorio fuerunt, & Patricij, vt ex Nouellis Valentiniani & Marciani perspicere licet, Aruerna oriundi. Firmini Comitis Aruernæ meminit Grego. Tur. lib. 4. c. 13. & c. 30. quem Sigebertus rex ad Iustinianum Imperatorem legatum misit, & pacis obsidem. Gregor. lib. 4. c. 41. ȷ. e. vlt. hu. lib.

Domine fili] ep. vlt. huius lib. Firmino. *Si recordaris domine fili*, filium vocat, quia tunc Sidonius erat episcopus, vt liquet ex his, *nam peragratu fortè diocesibus*, &c. atque ita iure Ecclesiastico filius Firminus vocatur. e. 17. l. 7.

Eo quòd Caius Secundus] Id est Plinius, cuius imitator est & æmulus Sidonius in hoc epistolari opere, s̄. e. 1. l. 1. & e. 22. l. 4. Plinius autem nouem libros epistolarum scripsit, nec est quod ingeniosi verba Sidonij captent, & argutentur, decimum Epistolarum librum ad Traianum, spurium & suppostititium esse, Plinio asserunt, Iust. Martyr, Tertulianus, Eusebius, Orosius, & reliqui, verùm vt longè diuersi argumenti librum singularem reliquis adnumerare frustra duxit, nam quod ait Cataneus Sidonium sui sæculi eruditione contentum fuisse, nec Plinij librum habuisse intra armaria Bibliothecæ suæ, hoc ineptissimum est, passim enim Plinium imitatur, vt notatum est suis locis accuratè.

Triplices epilogos] e. vlt. l. 7. ep. vlt. l. 8. & ep. huius. lib.

Veniabile] venia dignum, ȷ. e. 15. *sed tamen scribis tu quod errauerim veniabile fore*, Saluianus. l. 4. ad Eccles. Cathol. *scio quidem quod omnes rei veniabiles putant semper reatus suos.*

Silentij nostri talione] s̄. e. 3. l. 5. *Par quidem erat garrulitatem nostram silentij vestri talione frenari.* Vide quæ notaui, & adde quod ait Symmachus. ep. 13. l. 5. *Jampridem nihil scribis, æquum esset huic culpæ talionem reponi*, Idem. e. 98. l. 7. & id quidem figuratè ex vetere lege Talionis. Martial. l. 12. Epig. 64. Balsamo Synodi Laodicenæ. can. 4.

Libri marginibus octaui] id est, fini. s̄. e. 1. l. 8. & e. vlt. *iam venitur ad margines vmbilicorum.* Iuuenal. Saty. 1.

plena iam margine libri.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ EVPHRONIO SALVTEM EPIST. II.

ALbiso antistes, Proculúsque Leuites ideo nobis morum magistri pronuntiandi, quia vestri merentur esse discipuli, literas detulerunt: quarum me sacrosancto donastis affatu: quæ tamen literæ plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt. Vnde & ipsarum sic benedictione lætor, quòd iniunctione confundor: quippe qui ex asse turbatus vel ex parte non pareo. Iubetis enim tam diuersa quàm mi-

nima, explicaríque decernitis opus, quod ab extremitate mea tam difficilè complerur, quàm impudenter incipitur. Sed si amplitudinem in vobis pietatis expertæ bene metior, plus laborastis, vt affectus cordis vestri, quàm nostri operis effectus publicaretur. Neque enim cùm Hieronymus interpres, Dialecticus Augustinus, Allegoricus Origenes, grauidas tibi spiritualium sensuum spicas doctrinæ salubris messe parturiant, num scilicet tibi partibus meis arida ieiunantis linguæ stipula crepitabit? Hoc more tu & olorinis cantibus, anseres rauos, & modificatis lusciniarum querelis, improborum passerum fringultientes susurros iure sociaueris. Quid quod quoque arroganter fieret, indecentérque, si negotij præcepti pondus aggrederer, nouus clericus, peccator antiquus, scientia leui, graui conscientia? videlicet vt si scriptum quodcunque misissem, persona mea nec tunc abesset risui iudicantium, cùm defuisset obtutui. Ne quæso, domine Papa, nimis exigas verecundiam meam, qualitercunque latitantem, cœpti operis huiusce temeritate deuenustari: quia tantus est liuor derogatorum, vt materia quam mittis velocius sortiatur inchoata probrum, quàm terminata suffragium. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Euphronio Papæ] Id est Episcopo Augustodunensi. Vide ep. vlt. l. 4. & ep. 8. li. 7.

Sacrosancto donastis affatu] j. epist. 8. *igitur affatu secundo, vel potius benedictione donatus.*

Honoris, oneris] Elegans paronomasia. s. in Concio. lib. 7. e. vlt. l. 7. in Car. & e. 8. l. 8. Vide quæ notaui. & adde quod ait Innocentius, ad Alexandrum Episcopum, *Et onus & honor nobis à tua fraternitate impositus, necessarij tractatus causa induxit,* &c. non absimili sententia, qua Sidonius hoc loco.

Bene metior] s. e. 10. l. 8. *quò loci tamen si animum vestrum bene metior.*

Affectus, effectus,] Eadem paronomasia s. e. vlt. l. 3. & e. 1. l. 7.

Hieronymus interpres] plurima enim ex Græco, & Hebræo, in Latinum transtulit & interpretatus est, vt ipse testatur pluribus locis, Sigebertus in Chron. An. 395. & vita Hieronimi, Cassiod. Psal. 140. *Hieronymus translator.* Beda de computo. *diuinæ interpres historiæ Hieronymus,* &c. Si verò interpretem accipias pro tractatore, vt s. e. 17. l. 4. Cla. Mamer. l. 2. c. 10. *D. Hieronymus potissimus tractatorum.*

Dialecticus Augustinus] Sermo qui de Ambrosij nomine circunfertur, de baptismo S. Augustini. *Augustinus Afer Carthaginensis Philosophus acutissimus.* postea. *verum etiam Augustinus tanta nos interdum pertinacia, & disputationis suæ acrimonia ac vehementia nos vrgebat, vt inter supplicationes nostras, quòd Deus ab eius captionibus nos auerteret, rogare coacti simus,* &c. Cl. Mamercus, de statu animæ, lib. 2. c. 10. *Aurelius Augustinus & acumine ingenij & rerum multitudine, & operis veluti quidam Chrysippus argumentandi virtute.* Paulo post. *sophista.*

Origenes allegoricus] totus enim versatur in allegoriis, & idcirco à monachis reiectus, vide s. e 9. l. 2.

Hoc more tu & olorinis cantibus] Adagium Vergil. Egl. 9.

uideor inter strepere anser olores.

Symmachus, epist. 1. l. 1. *Liceat inter olores canoros, anserem strepere.* Ennodius Pastinio, *quasi post olores, anser strepui.* Fortunatus Gregorio PP. *apud quos nihil dif-*

parat, aut stridor anseris, aut canor oloris. ꝧ. Leontio post Carmen. 21. *coram canoro cygno, raucum anserem profitemur.*

Modificatis lusciniarum querelis] Varro. l. 4. de lingua. *Lusciola quod luctuosè canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta auis.* ꝧ.

Seu vestros Philomela torua planctus.

Fringultientes susurros] s̄. c. 9. l. 7. *Presbyterorum sanè paucis angulatim fringultientibus,* vide notas.

Scientia leui, graui conscientia] Greg. Tur. de vita patr. c. 9. *quia sicut nos recognoscimus scientia tenues, ita nouimus conscientia peccatores.*

Tantus est liuor derogatorum] non defuerunt Sidonio derogatores & inuidi, s̄. e. vlt. l. 3.

Latitantem] s̄. c. 8. lib. 8. *& iam latere cupientibus*, s̄. c. 12. l. 4. ꝧ. c. 11. l. 9.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ FAVSTO S. EPIST. III.

SEruat consuetudinem suam tam facundia vestra quàm pietas: atque ob hoc granditer quòd sic disertè in scriptis eloquium suscepimus, quòd libẽter affectum. Cæterum ad præsens petita venia priùs impetratáque, cautissimum reor ac saluberrimum per has maximè ciuitates quæ multum situ segreges agunt, dum sunt gentium motibus itinera suspecta, stylo frequentiori renunciare: dilatáque tantisper mutui sedulitate sermonis, curam potiùs assumere cõticescendi, quod inter obstrictas affectu mediante personas asperrimum quamquam atque acerbissimum est, non tamen causis efficitur qualibuscunque, sed plurimis certis & necessariis: quæque diuersis proficiscuntur ex originibus: quarum ista calculo primore numerabitur, quod custodias aggerum publicorum nequaquam tabellarius transit inrequisitus: qui etsi periculi nihil, vtpote crimine vacans, plurimum sanè perpeti solet difficultatis, dum secretum omne gerulorum peruigil exploratur indagat: quorum si fortè responsio quantulumcumque ad interrogata trepidauerit, quæ non inueniuntur scripta, mandata creduntur: ac per hoc sustinet iniuriam, plerúmque qui mittitur, qui mittit inuidiam: plúsque in hoc tempore, quo æmulantum inuicem sese pridem fœdera, statuta regnorum denuo per conditiones discordiosas ancipitia redduntur. Præter hoc ipsa mens nostra domesticis hinc inde dispendiis saucia iacet. nam per officij imaginem, vel (quod est verius) necessitatem, solo patrio exactus, hîc relegor variis quaqua versum fragoribus, quia patior hîc incommoda peregrini, illic damna proscripti. Quocirca soluere modò literas paulò politiores aut intempestiuè petor, aut impudenter aggredior, quas vel ioco lepidas, vel stylo cultas alternare felicium est. Porrò autem quidam barbarismus est morum, sermo iocundus, & animus afflictus: quin potiùs animam malè

malè ſibi conſciam, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita cõtremiſcentem, frequentiſſimis tuis illis & valentiſſimis orationum munerare ſuffragiis, precum peritus inſulanarum, quas de palæſtra congregationis eremitidis, & de ſenatu Lyrinenſium cellulanorum, in vrbem quoque (cuius eccleſiæ ſacra ſuperinſpicis) tranſtuliſti, nil ab abbate mutatus per ſacerdotem: quippe cùm nouæ dignitatis obtentu, rigorem veteris diſciplinæ non relaxaueris. Iis igitur, vt ſupra dixi, precatibus efficaciſſimis obtine, vt portio noſtra ſit Dominus: atque vt aſcripti turmis contribulium Leuitarum, non remaneamus terreni, quibus terra non remanet: incoëmúſque, vt à ſæculi lucris, ſic quoque à culpis peregrinari. Tertia eſt cauſa vel maxima exinde, ſcribere tibi cur ſuperſederim: quod immanè ſuſpicio dictandi iſtud in vobis tropologicum genus ac figuratum, limatíſque plurifariam verbis eminentiſſimum: quod veſtra quam ſumpſimus epiſtola oſtendit. licet enim prædicationes tuas, nunc repentinas, nunc cùm ratio popoſciſſet elucubratas, raucus ploſor audierim, tunc præcipuè, cùm in Lugdunenſis eccleſiæ dedicatæ feſtis hebdomadalibus collegarum ſacroſanctorum rogatu exorareris, vt perorares. ibi te inter ſpiritales regulas, vel forenſes medioximum quiddam concionantem (quippe vtrarumque doctiſſimum diſciplinarũ) pariter erectis ſenſibus, auribúſque curuatis ambiebamus: hinc parum factitantem deſiderio noſtro, quia iudicio ſatisfeceras. Hiſce de cauſis temperaui ſtylo, temperabóque, breuiter locutus vt paream: longùm taciturus, vt diſcam. Sunt de cætero tuæ partes, domine Papa, doctrinæ ſalutaris, ſingularíſque, victuris operibus incumbere ſatis. Neque enim quiſquis auſcultat docentem te, diſputantémque, plus loqui diſcit, quàm facere laudanda. Nunc verò, quod reſtat, donate venia paginam ruſticantem, vobis obſecundantem: cui mequoque auctore ſi veſtris literis cõparetur, ſtylus infantiſſimus ineſt. Sed iſta quorſum ſtolidus allego? Nam nimis deprecari ineptias ipſas eſt ineptiſſimum, in quibus tu merus arbiter, ſi rem ex aſſe diſcingas, ridebis plurima, plura culpabis. Sed & illud amplector, ſi pro charitate, qua polles, non fueris vſquequáque cenſendi continentiſſimus, id eſt, ſi ſententia tua quippiam ſuper his apicibus antiquet, Tũc enim certiùs te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero. Memor noſtri, &c.

Fauſto] Regienſi epiſcopo. Gennadius. c. 85. e. 9. ĵ. Car. 16.

Facundia] ĵ. c. 9. *cuncta moraliter, lectè, potenter, eloquentiſſimè.* paulo poſt. *nil in facundia ceterorum, nil ingenuis facilè perſpexi iuxtà politum.* Claud. Mamercus de ſtatu animæ, l. 2. c. 8.

Granditer] c. 13. l. 3. *granditer ſibi videntur facetiari.*

Sic in ſcriptis eloquium ſuſcepimus, quòd libenter affectum] Sic emendaui ex mſs. quam lectionem fruſtra Lugdunenſes interpolant, ea Sidonio amica eſt, 3. e. 1. li.

8. & e. 11. *Sic rusticans multum, quòd nihil rusticus*, Vide quæ notaui.

Ciuitates] Id est Ciuitas Regensium Viennensis, III. Notit. Prouin. & Burdigalensium metropolis, ciuitas Aquitaniæ. II.

Segreges] e. 12. l. 5. *hoc solium tamen liberè gemo, quòd turbine dissidentium partium segreges facti*, &c. vide que notaui, & adde Auson. in parent. Car. 9.

Ipse tuo viuens segregus arbitrio.

Martianus Felix, l. 9. *ha igitur modò dispares numero, nec disgrega venustate eruditionis*, cuius contrarium est congreges, Tertull. de pœnitentia, in fine. Solinus de Diomedis auibus, *congreges volitant*, Gloss. vett. ὁμόφυγος *congrex, gentilis*. Ausonius. Paulo. ep. 10. & ed. Illio ternarij numeri.

Gentium motibus itinera suspecta] s. e. 12. l. 5. vide quæ notaui, & adde Ennodium in vita Epiphanij. J. hac ep. & e. 6. l. 7. & e. 9. l. 9.

Aggerum publicorum] Id est, stratarum, & viarum publicarum, s. e. 5. l. 1. & 24. l. 4. vide quæ notaui, & adde quod ait Gregor. Turo. de glor. Confess. c. 72. & 81. Constantius in vita, S. Germani.

Nequaquam tabellarius transit irrequisitus] Cæsar. lib. 4. de more Gallorum. *Est autem hoc Gallica consuetudinis, vt & viatores etiam inuitos consistere cogant, & quod quisque eorum de quaque re audierit, aut cognouerit, quærant*, &c. Car. Magnus, lib. 4. c. 50. variarum rerum. *Sicut consuetudo fuit sigilla & epistolas prendere, & vias vel portas custodire, ita nunc sit factum.*

Æmulantium inuicem, &c.] s. e. 10. l. 7. & Epitaph.

Domesticis hinc inde dispendijs saucia] s. e. 9. l. 8. vitæ e. 8.

Nam per officij imaginem] &c. Aruerna scilicet Gothis dedita Burdegalam sub specie legationis missus est, s. e. 9. l. 8. ad Lampridium, seu verius relegatus. Autor de viris inlust. c. 64. *Nasica vt inuidia subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est.* Vetus interpres Iuuenalis in eius vita, & ad illa Saty. 4.

Vltimus & Caluo, &c.

Propter quod Iuuenalis sub specie honoris relegatus est, ad cohortis curam in Ægypto Hoasa, vbi mortuus est.

Solo patrio exactus] Id est Aruerna, & Aruernia nostra. quod inculco ne quis morosus imposterum obtundat aures & acclamet alienigenam. vitam consule, s. e. 10. l. 4. *postquam me solis patrij finibus eliminatum peregrinationis aduersa fregerunt*, vide 4. 3. & 9. lib. 8.

Hic relegor] Id est ad Burdigalam. s. e. 9. l. 8.

Nos isthic positos, semelque visos,
Bis iam menstrua Luna conspicatur.

Variis quaqua versum fragoribus] Sic omnes mss. quæ lectio germana est & Sidoniana, Lugd. *frangor angoribus*, vel ex sua, vel alterius coniectura.

Patior hic incommoda peregrini] s. e. 10. l. 4. *peregrinationis aduersa fregerunt.*

Illic damna proscripti]. i. per officij imaginem seu verius necessitatem relegati, Cassiod. lib. 1. e. 15. *permiæ sunt enim semper iniuriis facultates absentium, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, qua non potest animum peruadentis de resultatione terrere.*

Barbarismus est morum, sermo iocundus & animus afflictus] Elegans dictum, s. e. 9. l. 8. *me tamen nequaquam sollicitudo permittit, aliud nunc habere in actione, aliud in carmine.* ep. 11. eiusd lib.

Precum peritus insulanarum] quibus scilicet in insula Lirinensi institutus est Faustus Regiensis, de quibus. J. Car. 16. & Hilarius Arelat. in vita, S. Honorati, Eucherius de laudibus eremi, Faustus in Homel. de natali, S. Maximi, & Cæsarius Arel. Homel. 25. *insulanæ preces.* Faustus, vbi s. *& quia superius memorauimus quàm magnifice insulano illo stadio perfectionis viam cucurrit.* Eucher. ad Salonium, lib. 1.

Cum te illic beatiss. Hilarij insulani tyronis sediam nunc summi Pontificis doctrina formares. Insulam monachi. Fulgentij vita. c. 15.

Qua de palæstra congregationis eremitidis] Id est Eremi Lirinensis. Eucherius de laudibus Eremi, id est Lirinæ, idem. ad Salonium, *qui vixdum decem natus annos Eremum ingressus.* Faustus, *ambiebant illum diversa patriæ, sed vel maximè proxima eremi ciuitas.* Hilarius & Cæsarius Arelat. non semel, *Eremitidis.* idem. s. c. 14 l. 8. *in medio plebis eremitidis.* in hac autem palæstra exercebantur, *ut hæc essent inter illos certamina grata propositi, cuius mens ad pietatem mollior, cuius esset cibus durior, cuius sermo blandior, cuius amictus asperior, quis loqui rarius, quis orare crebriùs posset.* Paulo post, *cui in oratorio mundus, cui frequentior Christus.* &c. Hilar. Arelat. in vita, S. Honorati.

Congregationis] Hilarius, *hinc illud erat, quod omnis cōgregatio illa, dominicæ cupida seruitutis ad nomen ipsius ex diversis terrarum partibus collecta, tam moribus quàm linguis dissona, in amore illius conspirabat.* Faustus, *itaque dum illa sancta congregatione, beatus magister angelicis studiis scholam Christi imbuit.* Homelia ad Monachos. 4. *non solum ista solitudo nos ad perfectionis necessitatem, sed etiam ipsa congregationis multitudo constringit.*

Senatu] Id est, congregatione. D. Hiero. in proœmio l. 2. ad Ephesios, *de senatu doctorum excludere,* Idem Rustico monacho, *Matronarum cottidie visitetur senatus,* Idem Marcellæ. Pius episcopus Iusto episcopo, *salutat te senatus pauper Christi apud Romam constitutus.* Optatus de gestis Cæciliani & Felicis. *clamat Moyses ad omnem senatum filiorum Israel.* Ennodius in Natali Laurentij, *Senatus ille Syriæ cœlestis accitus est, ibi ex variis prouinciis Episcoporum turba confluxit.* Idem, *iustum erat ut beatus Petrus Apostolus sedis suæ Ecclesiæ, & senatus liberiori per dominum partes debitas reformaret. Senatus cælitum & Deorum,* Martiano Felici, lib. 3. & *Senatus cælestis,* Fortunato.

Lirinensium cellulanorum] s. c. 17. l. 7. Lirinensium Patrum statura, j. Car. 16. Cellulanos vocat monachos & eremitas. Ennod. *preceptum quum visi sunt omnes Episcopi cellulanos habere,* à cellis quibus se concludebant. Eusebius de Eremo Lirinensi, *hæc nūc habet sāctos senes illos, qui divisis cellulis Ægyptios patres Galliis nostris intulerūt,* &c.

In vrbem quoque] Id est Regium. Genna. de viris inlustrib. cap. 85. *Faustus ex abbate Lerinensis monasterij apud Regium Galliæ Episcopus factus.* Idem Honorius, & Pet. Equil. l. 2. c. 91. j. Car. 16. *fuerit quis Maximus ille,*

Vrbem tu cuius monachusque, antistes, & abbas.

Bis successor agis. Rhegiensis vrbs Dinamio, j. c. 9. *Rei.* & Car. 16.

Cuius Ecclesiæ sacra superinspicis] s. c. 1. l. 6. *tota Dei nostri Ecclesiæ membra superinspicis,* vide quæ notaui, & adde quod ait Amalarius Treuerensis, lib. 3. c. 10. de Ecclesia. officiis, *nam ideò altior locus positus est in Episcopis, ut ipsi intendant, & tanquam custodiant populum, nam & Græcè quod dicitur Episcopus, hoc Latinè superintentor interpretatur, quia desuper videt,* &c.

Nihil ab Abbate] Faustus enim Regiensis Episcopus ex Abbate Lirinensi creatus fuit. Gennadius, c. 85. & j. Car. 16.

Mutatus per sacerdotem] Id est Episcopum, idem in Eusebio Vercellensi Episcopo laudat D. Ambrosius, epist. 82. *hac enim primus in Occidentis partibus diversa inter se Eusebius sanctæ memoriæ coniunxit, ut in ciuitate positus instituta monachorum teneret, & Ecclesiam regeret ieiunij sobrietate,* &c. Sulpicius Seuerus in S. Martino, c. 7. *Iam verò sumpto Episcopatu, qualem se quantumque præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere, idem enim constantissimè perseuerabat, qui prius fuerat: eadem in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat, atque ita plenus auctoritatis & gratiæ, implebat Episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret,* &c. Hilarius Arel. in hist. S. Honorati. *Verùm ille tam integram in sacerdotio monachi humilitatem conseruabat, quā plenè monachus sacerdotij merita possederat.* Faustus in natali S. Maximi sui decessoris. *huc insulam ipsam institutis ac studijs suis transtulit. Et qui iamdudum in Abbate Pontificē gesserat, postmodum Abbatē in Pontifice custodiuit,* &c. Idem Paulinus penes initium, libri 2.

Innocentius PP. Victorico Episcopo Rothomagensi, cap. 10. *de monachis qui diu morantes in monasterio, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos à priore proposito deuiare: aut enim sicut in monasterio fuit & quod diu seruauit, in meliori gradu positus amittere non debet.* &c. Carolus Mag. lib. cap. 1. 27. *monachus si ad clericatum proueh atur, propositum monachicæ professionis non amittat*, vide Petrum Aruernum venerab. l. 5. ep. 27.

Adscripti turmis contribulium Leuitarum] Leuitici, cap. 25. Numeri 18. & 23. Deutero. c. 10. & 18. ex quibus paret Leuitis terram non remansisse, atque Leuitarum imitatione episcopis, & clericis, qui perfectionis amore partes hereditarias abdicabant, vt se ex asse Deo dedicarent, can. clericus, & can. duo sunt, 12. quæst. 1. Paulinus. Natali. IIII. D. Felicis.

Diues opum viguit, quamuis non vnicus hæres,
Hermua cum fratre sui cognomine patris,
Terrenas diuisit opes, cœlestia solus
Obtinuit Felix, geminos sententia discors
Diuisit fratres, Hermiam mundus abegit,
Felicem Christus sibi sustulit, ille caduca
Maluit, hic Solida, præsentibus ille cohæsit,
Iste solum cœlo vertit, patrimonia regnis,
Ille hæres tantùm proprij patris, iste cohæres
Christi, &c. Eucherius qui commentaria scripsit luculenta in lib. Genesis. l. 3. cap. 47. *Deinque vis scire quid intersit inter sacerdotes Dei, & sacerdotes Pharaonis? Pharao concedit terram sacerdotibus suis, dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis ego sum pars vestra, obseruate ergo qui hæc legitis omnes domini sacerdotes, & videte quæ sit differentia sacerdotum, ne fortè qui partem habent in terra, & terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam Domini, quàm Pharaonis sacerdotes esse videantur*, &c. vide etiam Prosperum de vita contempl. l. 2. c. 9. & sequentibus. & id quidem nō ex lege Gallica, vt quidam ex hoc Sidonij loco viri docti colligunt, sed ex concilio quod perfectis datur. Prosper. Aquit. lib. 2. de vita contempl. cap. 12. Gloss. in can. clericus 12. quæst. 1. vtrumque liquet ex e. 1. l. 5. vbi Vindicius presbyter patrueli proximior agnatus succedere parat, & Sidonius ipse e. 9. l. 8. de socerualis hereditatis tertia portione nihil se obtinuisse queritur, vide ĵ. ep. 9. l. 9. Eucherius, vbi ŝ. *Confiteor palàm & populo audiente confiteor hæc scripta esse, etiam si mundum implesse me noui*, &c. hæc ergo erant voluntatis atque perfectionis, non legis & necessitatis.

Vt portio nostra sit Dominus] Psal. 15. *Dominus pars hereditatis meæ.* Eucherius, *festinemus transire à sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes Dei quibus in terra pars non est quibus portio Domini est.* D. Ambrosius de fuga sæculi. *Cui portio Deus est, nihil debet curare nisi Deum.* Psal. 118. *Portio mea Domine.* Ibid. Cassiodor. 31.

Vt à sæculi lucris, sic quoque à culpis peregrinari] ĵ. e. 9. *Riochatus antistes ac monachus atque istius mundi bis peregrinus.*

Dictandi] Id est scribendi. ŝ. e. 6. l. 8. *studia [certandi dictandi, lectitandique sibi mutuo vindicauere.* vide quæ notaui, vide ĵ. e. 4. & 9.

Prædicationes tuas] *Seu te conspicuis gradibus venerabilis aræ.*
Concionaturum plebs sedula circumsistit. ĵ. Car. 16.

Gennadius, c. 85. *vitus tamen voce egregius doctor & creditur, & probatur.*

Raucus plosor] Idem ŝ. e. 3. l. 1. *raucus præco*, quòd ad rauim vsque Fausti prædicationes prædicaret, & ad plauderet.

Lugdunensis Ecclesiæ dedicata] de qua. ŝ. e. 10. l. 2. *Ecclesia nuper constructa Lugduni est*, &c.

Collegarum] Id est, episcoporum, e. 5. l. 7. *Prouincialium collegarum deficimur nu-*

mero, vide quæ notaui.

Exorareris] Scilicet à Patiēte Lugdunēsi & reliquis collegis, aliter enim nisi rogatus Episc. in aliena ciuitate publicè prædicare non potest. Balsamo. sextæ Synodi in Trullo. can. 20. quē consule. Faustus Hom. de vidua quæ duo æra misit in gazophylaciū. *Quòd hic verba facturus præcipiente domino meo patre vestro, pro obtēperandi studio, vires meas non interrogo, id rationis & causæ est: quia quod à summo antistite imperari mihi video, posse me credo, miror autem quòd à me officium exigit ac nudi sermonis exposcit, cuius perfectio eruditio, cuius vita doctrina est, &c.* quæ vide.

Vt perorares] 5. epist. 10. l. 8. *Si mei causa orare potius velis, quàm perorare.* Auitus Homel. derogat. *Prius orando animum, quàm perorando molliuit auditum.* perorare ergò prædicare est. Prologus Vet. Historiæ S. Eugendi. *Magisque pura ac iugi obobseruantia Dominum exorare, quàm vana perituráque facundia perorare.*

Spiritales regulas] Quibus non licet pompose & ornatè dicere doctoribus. D. Cyprianus epist. 2. l. 2. ad Donatum. Prosper Aquit. de vita contempl. lib. 1. cap. 17. & 23. l. 3. cap. 14. & cap. vlt. D. Ambros. in Lucam l. 2. cap. 2. distinct. 14. D. Hieron. epi. ad Pammachium in fine. Petr. Chrysolog. Serm. 43. *Populis populariter est loquendum, communio compellanda est sermone communi, omnibus necessaria dicenda sunt more omnium, naturalis lingua chara simplicibus, doctis dulcis, docens loquatur omnibus profutura, &c.* Ennodius Mascatori, *Taceo inter ista quæ principe loco fuerant narranda, Ecclesiasticam humilitatem, quod placere poterat abiurasse, orationem pompam.* Rationem reddit Minutius, Octauio. *Atque etiam quò imperitior sermo, hoc illustrior ratio est, quoniam non fucatur pompa facundiæ & gratiæ, sed vt est recti regula sustinetur.*

Vel forenses] Quibus receptum est facundè causas orare, & eloquenter eloqui, quia *eloquentia in foro, & apud subsellia esse debet*, Gell. lib. 13. cap. 11. D. Cyprianus epi. 2. l. 2. *In iudicij contentione pro rostris opulenta facundia volubili ambitione iactetur.* Arnob. l. 1. *Pompa ista sermonis, & oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro, iudiciisque seruetur detórque, &c.* Symmach. epist. 9. l. 7. *Nam vt in vestitu hominum caeteróque vitæ cultu, loco ac tempori apta sumuntur, ita ingeniorum varietas, in familiaribus scriptis negligētiam quandam debet imitari, in forensibus acuere arma facundiæ:* Vitruuius in Præfat. lib. 3. *Ipsi autem artifices etiamsi polliceantur suam prudentiam si non pecunia sint copiosi, seu vetustate officinarum habuerint notitiam, aut etiam gratia & forensi eloquentia non fuerint præditi, pro industria studiorum auctoritates non possunt habere.* Forenses blanditiæ D. Ambrosio epist. 40. ad Sabinum. Claudian. in Paneg. Theodori. init.

Mox vndare foro victrix opulentia lingua.

Tutarique reos. vnde speciali nota aduocati vocantur eloquentes, Seneca l. 6. de benef. cap. 38. *Miles bellum optat, agricolam annonæ caritas erigit, eloquens captat precium ex litium numero, medicis grauis annus in quæstu est, &c.* Vitruuius de architectura lib. 6. cap. 8. *Forensibus autem & disertis elegantiora & spatiosiora (atria) ad conuentus excipiendos.* Diserti etiam, Quintilia. decla. cclxxxiii. *Cynicus diserti filius*, Idem. cccxxxiii. *Pauper impensis diuitis disertus.* Atque etiam Aemilianum Apuleius increpat, in Apolog. quòd aduocatus ineloquens esset, *At ego illi inquit iustius exprobrauerim, quòd qui eloquentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honesta dicto sordidè blatterat.* vide Symmachum epist. 37. l. 1.

Medioximum] id est, medium inter spiritales regulas & forenses. Nonius cap. 2. *Medioximum, medio actum modo* interpretatur rectè, vnde Dij medij, Dij medioxumi Plauto. Apuleio de dogmate Platonis, & Martiano Felici lib. 2. Claud. Mamercus de statu animæ lib. 3. cap. 14. *Nunc verò medioximum quiddam natura incorporeæ, sed creata sortita, &c.* Marbodeus Redonensis Episcopus de lapidibus preciosis, cap. 21.

Caltedon lapis est hebeti pallore refulgens,
Inter hyacinthum medioximus atque Berillum.

Medioximè Varroni Modio. Fausti autem Regiensis elocutionem vellicat Cl. Mamereus lib. 2. cap. 8. vide.

Vtrarumque doctissimum disciplinarum] id est, spiritualium & secularium. Ī. epi. 9. *Siue in palaestris exerceteris urbanis, siue in abstrusis macerarere solitudinibus, &c.*

Longùm taciturus vt discam] vide Ī. in Concio. l. 7. penes initium, & adde quod ait Plinius epist. 29. lib. 6. *Proinde multùm lege, scribe, meditare, vt possis cum velles dicere, dices cum velle debebis. Oportet enim priùs animas postea linguas fieri eruditas.* Iustinianus ad antecessores.

Nunc verò quod restat] Ī. epist. 2. l. 2. *Quod restat agnosce.*

Donate venia] Ī. epist. 11. l. 3. *Igitur dona venia literas primas.*

Si vestris literis comparetur] Sic ex mss. emendaui malè Lugd. computaretur. Faustus autem Regiensis erat eloquens & gnarus verborum. Claudian. Mamer. de stat. animæ, lib. 2. cap. 8. & Faustus epist. ad Leuntium in Præfat. lib. de gratia Dei.

Stylus infantissimus] Ī. epist. 6. lib. 8. *Quis quoque ad verba non infantissimus erit*, vide quæ notaui, & adde Symmachum epi. 1. & 8. l. 1.

Nam nimis deprecari ineptias ipsas est ineptissimum] Pliniana imitatio, epi. 14. l. 4. *Sed quid ego plura? nam longiore præfatione vel excusare, vel commendare ineptias ineptissimum est.*

Discingas] Vide Ī. epist. 7. lib. 2. in fine. & epist. 9. l. 3. Vide quæ notaui, & adde Symmachum epist. 32. lib. 10. & Ruffinum hist. Eccles. l. 1. cap. 2. & l. 5. Cod de feriis.

Antiquet] id est interlinat, Ī. e. 4. l. 1. *Antiquatus honos, antiquata verba*, eid. *antiquata dilectio*, epist. 9. l. 4. Symmachus epist. 9. l. 3. *Quia memoriam præteritæ intermissionis antiquauit gratia recentis officij.* Idem epist. 29. l. 6.

Tunc vel certius te probasse reliqua gaudeo] Pliniana imitatio, epist. 13. l. 3. *Quin potius illud adnota quæ putaueris corrigenda, ita enim magis credam cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognouero.*

Liturare] Vetus inscriptio. CVM IN RE PRÆSENTI INSPEXERIM LITVRATVM AGR. ET ERASVM, &c.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ GRAECO SALVT. EPISTOLA IIII.

Viator noster ac tabellarius terit orbitas itineris assueti, spacium viæ regionúmque, quod oppida nostra discriminat, sæpè relegẽdo. Quocirca nos quoque decet semel propositæ sedulitatis officia sectari, quæ cùm reliquis commeantibus, tum præcipuè Amantio intercurrente geminare, cum quadam mentis intentione debemus: ne fortè videatur ipse plus literas ex more deposcere, quàm nos ex amore dictare. Domine Papa in Deo vestrorum plus mementote, quos inter præsumimus computari: quíque sicut vestris erigimur secundis, ita deprimimur aduersis. Nam quod nuper quorumpiam fratrum necessitate multos pertuleritis angores, flebili ad flentes relatione peruenit. Sed tu flos sacerdotum, gemma pontificum, scientia fortis, fortior conscientia, minas vndásque mundialium sperne nimborum: quia frequẽter ipse docuisti quòd ad promissa conuiuia patriarcharum, vel ad ne-

ctar cœlestium poculorum, per amaritudinum terrenarum calices perueniretur. Velis nolis, quisque contempti mediatoris consequitur regnum, sequitur exemplum. Quantumlibet nobis anxietatum pateras vitæ præsẽtis propinet afflictio, parua toleramus: si recordamur quid biberit ad patibulum qui inuitat ad cœlum. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Græco] Massiliensi. vide s̃. epist. 6. & 7. l. 7.
Relegendo] *Culpatum relegebat iter.* Stat. 1. Achil. Rufus Festus sub finem Breuiarij. *dextrum iter relegens.* Symmach. epi. 40. lib. 7. Vide Nonium cap. 4. in legere, & Seruium Æneid. 3. *Legimus freta concita terris, id est, præterimus, &c.* Serui.
Amantio intercurrente] s̃. eidem Græco epist. 7. l. 7. *Ecce iterum Amantius nugigerulus noster Massiliam suam repetit.*
Ex more deposcere, quàm nos ex amore dictare] Eadem annominatio s̃. epi. 16. l. 7. *Facis ô vnice in Christo patrone rem tui pariter & amoris &c. moris.* vide quæ notaui.
Dictare] .i. scribere. s̃. epist. 3. huius lib. e. 6. l. 8. ĩ. c. 7.
Flos sacerdotum, gemma Pontificum] s̃. e. 11. l. 4. in Carmine lugubri Cl. Mamerci.
Mirantum vnica gemma Episcoporum.
Quantumlibet nobis anx..tatum pateras] Lactantium vide in Carm. de Passione, & Inonem Carnotensem e. 110. vide s̃. epist. 6. l. 7. Helinandus in Chr. ms. Petauij; V. C. *Memoria passionis, omnem tribulationem dulcescere facit, vnde Sidonius quãtumlibet nobis anxietatum pateras vitæ præsentis propinet afflictio, parua toleramus, &c.*

SIDONIVS DOMINO PAPÆ IVLIANO S. EPISTOLA V.

ETsi plusculum fortè discreta, quàm communis animus optabat, sede consistimus: non tamen medij itineris obiectu quantum ad soluendum spectat officium, nostra sedulitas impediretur: nisi quòd per regna diuisi, à commercio frequentioris sermonis, diuersarum sortium iure reuocamur: quæ nunc saltem post pacis initam pactionem, quia fidelibus animis fœderabuntur, apices nostri incipient commeare crebri, quoniam cessant esse suspecti. Proinde domine Papa cum sacrosanctis fratribus vestris pariter supplicaturas Christo iungite preces: vt dignatus prosperare quæ gerimus, nostríque dominij temperans lites, arma compescens, illos muneretur innocentia, nos quiete, totos securitate. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Iuliano] Sic mss. & vett. Carpentoratensi. Episcop. qui subscripsit Cõcilio Epaunensi, acta Concilij Epaunensis, & Lucidus presbyter in professione fidei. *Prætextato, Iuliano, Amicali,* & Cathologus Episcoporum qui subscripserunt Synodo Lugdunensi. *Iulianus in nomine Christi Episcopus relegi &c. subscripsi.* Doctus Historicus vir seriò Magnus, cardinalis & authenticus scriptor, cum opus retractauerit, hanc lectionem reiicit, & libri Basil quæ *Auliano* habet tuetur, vt ex ea Auxiano reponat.
Et si plusculum fortè discreta, &c.] Ciuitas enim Carpentoratensium est Viénensis

primæ, Notit. Metropol. & Prouinc. Ciuitas Aruernorum Aquitaniæ primæ: atque ita hæ ciuitates situ segreges agebant. vt ipse loquitur epist. 3. hui. l. erátque illa Gothici regni, hæc Romani.

Nisi per regna diuisi] Regna scilicet Romanorum, & Gothorum. idem š. epist. 5. huius lib. *Plusque in hoc tempore, quo æmulantium inuicem sese pridem fœdera, statuta regnorum, &c.* Epitaph. Sidonij, & epist. 22. l. 4.

Diuersarum sortium iure reuocaremur] Quasi forte regna diuisa essent, š. de regno Gothico epist. 6. l. 7. *Populos Galliarum quos limes Gothicæ sortis incluserit, &c.* Legis Gothorum lib. 10. tit. 2. Era. 1. *Sortes Gothicæ & Romanæ quæ intra quinquaginta annos non fuerint reuocatæ nullo modo repetantur.*

Post pacis initam pactionem] Eleganter M. Tull. Philip. 13. *Sed hoc primum videndum est (Patres conscripti) cum omnibus ne pax esse possit, aliquod bellum expiabile, in quo pactio pacis lex sit seruitutis.* Eadem verba vsurpat Lampadius apud Zosimum lib. 5. *pacis pactum*, hist. Tripart. lib. 10. cap. 18. pacem autem à pactione condicionum putat dictam Sinnius Capito. Festus lib. 14. Cassiodorus. Psal. 121. *Pax à parcendo, siue a pascendo dicta est.* legendum putatem, *pax à pactando, siue à pacendo dicta est*, pacere enim pacisci est, Festus. eod. lib. Isidorus lib. 18. cap. 1. *Pacis vocabulum videtur à pacto sumptum*, vnde pacis pactio, & pacis pactum figuratè. Isidorus in Gloss. mss. *Paciscitur, pactum pacis facit.* Marcell. Comes. Indict. XI. Iustiniano III. Conf. *Pax cum Parthis depacta est.*

Initam pactionem] Quia pacem inter Iul. Nepotem & Euuarigem factam, de qua Ennodius, *His dictis initio etiam pactionis vinculo verendus pontifex vale dicto discessit.* Euarix fregerat. š. epist. 3. hui. l. & epi. 6. l. 6. quam postmodum vtriusque partis Episcopi reparauerunt. ĵ. hac epi. *Vt dignatus prosperare quæ gerimus.*

Domini temperans lites] Ennodius. *Hunc vtrinque litium cœperunt fomenta consurgere.* posteà. *nostis in commune quo sit dominiorum antiquitas liminata confinio, &c.*

Illos muneretur] Verbum ambigui generis. P. Consentius de verbo. *Sunt etiam verba incerta significatione, & ambigui generis, inter neutrale genus & deponens, vt tondeo, lauo, fabrico, punio, munero, &c.* Sidonius epist. 3. huius lib frequentissimis tuis illis & valentissimis orationum munarere suffragiis. ĵ. epist. vlt. & aliàs passim.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ AMBROSIO S. EPISTOLA VI.

VIguit pro dilectissimo nostro (quid loquar nomen, personam? Tu recognosces cuncta) apud Christum, tua sanctitas intercessionis effectu: de cuius facilitate iuuenili sæpe, nunc arbitris palàm ascitis conquerebare, nunc tacitus ingemiscebas. Igitur hîc proximè abrupto contubernio ancillæ propudiosissimæ, cui se totum consuetudine obscœna iunctus addixerat, patrimonio, posteris, famæ subita sui correctione consuluit. Namque per rei familiaris damna vacuatus, vt primùm intelligere cœpit, & retractare quantum de bonusculis auitis paternísque sumptuositas domesticæ charybdis abligurisset, quâquam serò resipiscens, attamen tandem veluti frænos momordit, excussitque ceruices, atque Vlyxeas, (vt ferunt) ceras auribus figens, fugit aduersum vitia surdus, meretricij blandimenta naufragij: puellámque (prout decuit)

decuit) intactam vir laudandus in matrimonium assumpsit, tam moribus natalibúsque summatem, quàm facultatis principalis. Esset quidem gloria, si voluptates sic reliquisset, vt nec vxori coniugaretur: Sed etsi fortè contingat ad bonos mores ab errore migrare, paucorum est incipere de maximis: & eos qui diu totum indulserint sibi, protinus totum & pariter incidere. Quocirca vestrũ est, copulatis obtinere quamprimùm prece sedula spem liberorum: & post consequens erit vt filio vno alteróve susceptis (& nimis dixi) abstineat de cætero licitis, qui illicita præsumpsit. Namque & coniuges ipsi, quanquam nupti, nuper, iis moribus, ac verecundia agunt verè, vt agnoscas si semel videris, plurimum esse, quid differat ille honestissimus vxorius amor, figmentis illecebrisque concubinalibus. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Ambrosio Papæ] id est Episcopo, & ita D. Ambrosius Papa dicitur in epi. ad amicum ægrotum de viro perfecto, quæ Diui Hieronymi operibus adsuta est, fortè Senonensi cui successit Agrœcius, de quo s. epist. 5. & in Concio. l. 7. tabulæ Senonensis Ecclesiæ. Cadurcensis Episcopi meminit Vsuardus, sed is Pipino vixit. Ado. & ex eo Petrus in Catholog. lapsus est Baronius. V. Kal. Sept. in Martyrolog. vbi de S. Bibiano. quem ait huic Ambrosio successisse in Episcopatu Santonensi, cum ille Ambrosius Santonensis longè ante hunc Senonensem fuerit, quod ex tabulis Ecclesiæ Santonensis, & ex Baronio pridie Kal. Decembr. vbi de S. Troiano, clarum est.

Propudiosissima] id est, impudicissimæ. *propudium*, Plauto. *propudiosa* Gellio.

Bonusculus] l. 29. C. Th. de petitio. & vlt. dat. *Vno tamen petiterio singulorum bonuscula iubemus adscribi, &c.*

Sumptuositas domesticæ charibdu] id est spurcissimæ meretricis, quæ bona iuuenis illius omnia abliguriebat & absorbebat, meretrices enim, & fœminæ pudicitiæ prodactæ prodigunt omnia, vnde lupæ veteribus dictæ à rapacitate. Euseb. in Chron. & ex eo, Eutropius in Sylnio. & Isidor. l. 18. cap. 42. Donatus Eunucho ad hæc, *accede ad ignem, id est ad meretricem, quia auida & auara est, vt ignis alimentorum. Gallina* Plauto in Pseudolo. quia vt Gallinæ spargunt & perdunt omnia. Fulgent. in mytholog. lib. 2. de Syrenis. *Inde Gallinaceos pedes quia libidinis affectus omnia quæ habet spargit.*

Frænos momordit] Adagium est frænos mordere. Statius 1. Syl. in Epithal. Stellæ & Violantillæ.

> *Fama tace, subiit leges & fræna momordit*
> *Ille solutus amor*, Fortunatus de nuptiis Sigeberti Regis & Brunichildis.
> *Et sibi fræna dedit, sed quòd natura requirit*
> *Lege maritali amplexa est, &c.* Alio tamen sensu. M. Tull. epist. 23. & 24. l.

11. & Seneca in fine de tranquill. animi.

Atque Vlyxeas vt ferunt ceras, &c.] Præter Homerum Odysseæ lib. 10. Vergil. 7. Am. Marcell. lib. 29. *Vt videretur aures occlusisse ceris, quasi scopulos Syrenios transgressurus.* Vide D. Ambros. epist. 28. & Serm. 45. D. Hieron. in vita Pauli. D. Augustinum, l. 18. cap. 17. de Ciuit. Dei. Et Paulinum ad Seuerum epist. 1 ad Iouium, ad Aprum, ad Delphinum, & in Carm. ad Cytherium, & Maximum Taurinensem. de Passione Serm. 1. & reliquos nam id adagio cessit, notarunt alij. Notabis obiter virginibus olim moris fuisse, aures obcerare & obserare (si ita fari fas sit) vt obscenis

verbis occluderent aditum & auditum. Vatro apud Nonium in Returare, atque *etiam sacerdotes aures suas thure replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus, confusa carminum memoria turbaretur.* Cassiod. Psal. 57.

Meretricij blandimenta naufragij] Rectè. nam in mythologicis Syrenum nomine meretrices intelliguntur, quæ in acta Siculi maris merebant, olimque meretrices in acta littoris cellas suas collocabant, vnde expositis Romani imperij auctoribus in Tyberino littore meretrix vbera admouit, Liuius, Florus, & reliqui, quæ Lupa dicta est, à qua & Lupanaria. Lactant. lib. 1. cap. 10. & hist. Miscella. quæ in littore posita erant. M. Tull. de suppliciis. *Tametsi in acta cũ mulierculis iacebat ebrius:* posteà. *Ipsam illam ad partem littoris, vbi per eos dies tabernaculu positis castra luxuriæ collocarat.* Suetonius in Nerone cap. 27. *Quoties Hostiam Tyberi deflueret, aut Baianum sinum præternauigaret, dispositæ per littora & ripas diuersoria tabernæ parabantur, & insignes ganea matronarum institoriæ operas imitantium, atque hinc inde orantium vt appelleret.* ex Seneca clarum est, Controuer. 2. lib. 1. vnde *aquarij*, & *aquarioli*, Festo, Apulcio in Apolog. & Tertull. exinde Gallis adiecta. m. litera, *maquereau*, & *bordeau*.

Puellamque intactam] id est integram, & obsignatam virginem. rectè adiecit intactam, nam puellæ nomen, mulierem notat. Seneca epist. 24. & l. 41. §. testamento de legatis 3.

Esset quidem gloria, &c.] Scilicet si à matrimonio abstineret, vt anteactæ vitæ culpas abstergeret, Gregorius Papa Theoristæ Patriciæ, & Leo Papa epist. 70. cap. 8. vide 3. hac epist.

Ad bonos mores &c.] id est, ad matrimonium ab errore concubinatus, qui licitus erroneè putabatur, quod iure sæculi verum, iure cœli falsum est, D. Hieron. de suspecto conturb. vitando. *Secunda post naufragium tabula est, quòd malè cœperis saltem hoc remedio temperare*, vbi de nuptiis, Leo Papa epist. 70. cap. 6. *Ancillam à thoro abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis, culpanda est talium negligentia, sed non penitus discutienda, &c.*

Et eos qui diu totum indulserint sibi, &c.] Ex aliquo veterum Petrus Aruer. Vener. l. 3. epist. 23.

Obtinere prece sedula] e. 3. l. 9. *Precatibus efficacissimis obtine, &c.*

Vt filio vno alteróue susceptis & nimis dixi] Pliniana imitatio in Panegyr. *Et priores quidem principes, excepto patre tuo, præterea vno aut altero, & nimis dixi, vitiis potius ciuium, quàm virtutibus lætabantur.*

Abstineat de cætero licitis, qui illicita præsumpsit] Hunc Sidonij locum exscripsit Salisberiensis Policrat. l. 8. cap. vlt. *Abstineat à licitis, qui præsumpsit illicita.* Augustinus de pœnitentia. *Abstineat à multis licitis qui per libertatem arbitrij illicita commisit.* Leo Papa epist. 70. ad Rusticum Narbonensem cap. 8. *Sed illicitorum veniam postulantem, oportet etiam à licitis abstinere.* Pet. Chrysologus Serm. 113. *Largiatur sua per gloriam, qui prius turpiter furabatur aliena, & qui carnis exercebat illicita, contemnat etiam licentias corporales.* Ex dictis Gregorij Papæ Burchardus, l. 19. cap. 65. *Qui se illicita meminit commisisse, à licitis etiam studeat abstinere, &c.* Item Gregorius Papa Theoristæ Patriciæ. quem vide.

Illicita] Quia temporibus Christianis concubinas habere nunquam licet, & nũquam licebit. vt ex Augustino refert Burchard. l. 9. cap. 15. & 16. Nouella Leonis 50. & sextæ Synodi in Trullo can. 86. ibid. Balsamo. contra Concilij Toletani primi can. 17. & ex eod. distinct. 34. cap. is qui. & cap. Christiano. & vt ait Saluianus l. 7 *Damnauere meretrices apud Aquitanos, &c.*

Honestissimus vxorius amor] Vide l.. § . 1. de donatio. inter virũ & vxorem. & 3. e. 9 l. 6. & quæ notaui.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ REMIGIO S. EPISTOLA VII.

QVidam ab Aruernis Belgicam petens (persona mihi cognita est, causa ignota nec refert) postquàm Remos aduenerat, scribam tuum, seu bibliopolam, pretio fors fuat officióve demeritum, copiosissimo velis nolis declamationum tuarum schedio emunxit: qui redux nobis atque oppidò gloriabundus (quippe perceptis tot voluminibus) quicquid detulerat quanquam mercari paratis, quòd tamen vt ciuis, nec erat iniustum, pro munere ingessit, curæ mihi è vestigio fuit, hísque qui student, cùm meritò lecturiremus, plurima tenere, cuncta transcribere. Omnium assensu pronuntiatum, pauca nunc posse similia dictari. Etenim rarus, aut nullus est, cui meditaturo par assistat dispositio per causas, positio per literas, compositio per syllabas. Ad hoc opportunitas in exemplis, fides in testimoniis, proprietas in epithetis, vrbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis. Structura verò fortis & firma, coniunctionúmque perfacetarum nexa cæsuris insolubilibus; sed nec hinc minùs lubrica & leuis, ac modis omnibus erotundata: quæ lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passa iuncturas, per cameram palati volutata balbutiat. Tota denique liquida prorsus & ductilis, veluti cùm crystallinas crustas, aut onychintinas non impacto digitus vngue perlabitur: quippe si nihil eum, rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Quid plura? Non extat ad præsens viui hominis oratio, quam peritia tua non sine labore transgredi queat ac superuadere. Vnde & propè suspicor, domine Papa, propter eloquium exundans atque ineffabile (venia sit dicto) te superbire: sed licèt bono fulgeas vt conscientiæ, sic dictionis ordinatissimæ, nos tibi tamen minimè sumus refugiendi, qui bene scripta laudamus, etsi laudanda non scribimus. Quocirca desine in posterum nostra declinare iudicia, quæ nihil mordax, nihil quoque minantur increpatorium. Alioqui si distuleris nostram sterilitatem facundis fœcundare colloquiis, aucupabimur nundinas inuolantum: & vltrò scrinia tua conniuentibus nobis, ac subornantibus, effractorum manus arguta populabitur: inchoabísque tunc frustra moueri, spoliatus furto, si nunc rogatus nō moueris officio. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Remigio Papa] id est, Episcopo Remensi, eximiæ virtutis, eruditionis, & sanctitatis. Hincmarus, & ex eo Floardus lib. 1. Gregor. Turo. hist. l. 2. cap. 31. & de Glor. Confess. cap. 79. Martyrologia. idib. Ianua. & Kal Octobr. A Emilij filio. s̄. c. 14. l. 8. hanc Sidonij epistolam exscripsit Floardus in S. Remigij vita. vide Elogia.

Belgicam petens] Scilicet secundam, Notitia Imperij de dispos. V. Inlust. Comitis sacrar. larg. & Notitia Prouinciarum. Gregorius Turon. de mirac. lib. 2. cap 32. *Quidam apud Belgica secunda Prouinciam, id est, suburbano Remensis urbis.* infrà Carm. 7.

In campos se Belga tuos. id est, in Campaniam.

Fors fuat] Non semel Sidonius. s. notatum. Tertull. lib. altero ad vxorem. Gellius lib. 12. cap 8. Symmach. epi. 14. l. 1. e. 6. l. 3. e. 28. & 29. l. 4.

Schedio] s epist. 3. l. 8. *Victorianus è Nicomachi schedio exscripsit.* J. e. vlt.

Lecturi remus] s. epist. vlt. lib. 7. Vide & adde Donatum, & Sergium in arte lib. secundo.

Dictari] s epist. 3. & 4. hui lib. i. scriptis mandari.

Etenim rarus aut nullus est, &c.] Gregor. Turon. lib. 2. cap. 31. hist. *Erat enim S. Remigius Episcopus egregiæ scientiæ, & rhetoricis ad primè imbutus studiis, &c.* Hincmarus. *Egregius rhetoricus Remigius.* posteà, *Doctissimus ac orator eloquentissimus.* Vide Vsuardum. Idib. Ianua.

Flumen, fulmen] Anti Claud. l. 2.

Ouidij flumen, Lucani fulmen.

Idem 7. *Vel si fortè fluat sermo sub flumine verbi*

Fulminet vberior sententia.

Ac modis omnibus erotundata] Senecæ epist. 115. *circumtonsa*, Gell. l. 11. cap. 13. *Sonum rotunda volubilisque sententia.* Ausonius de Patera.

Doctrina nulli tanta in illo tempore,

Cursusque tot fandi, & rota.

Per cameram palati]

Flexilis arctatur recauo sic lingua palato,

Pressus vt in cameram, pulsantis verbere plectri,

Percusso resonet modulatus in aere sermo. Auitus 4. Fortunatus lib. 4. de vita. S. Martini, init.

Mox resoluta mouet faucis lyra tinnula plectrum,

Atque insueta canit camerati cona palati,

Dente relisa cauo producens verba fritillo.

Lucret. 4. *per caulas omne palati.*

Ibid. *caulas intrare palati.*

s. e. 9. l. 8. Palati concauum. J. epist. 13. in Carm.

Quibus antra per palati, Gemit aura tibialis.

Impacto digitus vngue perlabitur] Commissuræ ita coaluerunt, vt vngue explorari non possint. vnde adagium, *factus ad vnguem.* vide Acronem.

Venia sit dicto] Plinius epi. 6. l. 5. in fine. *Vsque adhuc certè neminem ex his quos eduxeram mecum, venia sit dicto, ibi amisi.*

Te superbire] Illud præfata venia, eloquens enim insolescit plerumq;. Symmach. epist. 57. l. 1 J. epi. 9. *Sed tamen nec ipse frustra superbis, &c.*

Qui benè scripta laudamus, etsi laudanda non scribimus] s. epi. 4. l. 8. *Qui etsi non benè scribo, benè iudico.* Vide quæ notaui. s. reclamat tamen huic sententiæ Tertull. Apologet. *Quantò magis Anacharsis aduotasset imprudentes de prudentibus iudicantes. Quàm non musicos de musicis,* sed musicus Sidonius erat, non amusus.

Inuolantium] id est, latronum. Glossæ vett. κλέπτης, *fur, inuiolator,* κλέπτω *furo, inuolo.* Festus. *Concipilauisti dictū à Næuio pro corripuisti, & inuolasti.* Nonius. suppilare est inuolare tit. C. Th. *Ad legem Fauiam de plagiariis, qui alienos filios inuolant.* & tit. legis. Mosaicæ de abigeatoribus, *Si quis vitulū inuolauerit.* Seneca in vita Vergilij. *tradit Iuliū Montanū solitū dicere inuolaturū se quædā Vergilio, si & vocē posset, & os, & hypocrisin.*

Zeno Veronensis, Serm. in Psalm. 49. ab his *custodiam petere, quos fur non timet inuolare.* Optatus, l. 4. *aut de inuolato gremio.* verbi proprietas à vola, quòd vola manus furtim subtrahitur. Donatus. Æneid. 6. Seruius 3. Noni. & Isidorus in Gloss. mss. *Vola, palma, manuum cauitas, quæ in media manu est, vnde inuolare.*

Effractorum manus arguta] qui sine clauibus obserata reserant, de quibus Seneca. ep. 6. *aperta effractarius præterit,* & Arnob. lib. 6. *obserata pandentes tenebrarum obscuritate canacheni.* Paulus 2. sentent. tit. de furtis, *qui conclaue effregit, vel aperuit,* ab aperiendo apertularij dicti, Gloss. vett. θυρεπανοίκτης, *Apertularius*, Isido. in Gloss. mss. *apercularius, offractor.* item, *offractor, apercularius.* Iocus Claudij Neronis in effractorem, *Solus es cui nihil domi sit nec occlusum, nec obsignatum,* de quo genere hominum Sidonius intelligendus est.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ PRINCIPIO S.

EPISTOLA VIII.

QVanquam nobis, non opinantibus, desiderantibus tamen, literas tuas reddidit gerulus antiquus, idoneus inuentus, cui iure repetita credantur officia, quandoquidem prima sic detulit. Igitur affatu secundo, vel potiùs benedictione donatus, ipse quoque rependo alterum salue, obsequia combinans numeris æquata, non meritis. Et quia, domine Papa, modò viuimus iunctis abiunctísque regionibus, conspectibúsque mutuis frui dissociatæ situ habitationis inhibemur: orate vt optabili religiosóque decessu vitæ præsentis angoribus atque onere perfuncti, cùm iudicij dies sanctus obfulserit, cùm resurrectione agminibus vestris famulaturi, vel sub Gabaoniticæ seruitutis occasione iungamur: quia secundùm promissa cœlestia, quæ spoponderunt filios fidei, de nationibus congregandos, si nos reos venia soletur, dum vos beatos gloria manet, etsi per actionum differentiam, non tamen per locorum distantiam diuidemur. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Principio Papa] id est Episcopo Suessionensi, fratri S. Remigij Remensis s̄. c. 14. l. 8. S. Remigius in testamento suo, *cum fratre meo sanctæ memoriæ Principio Episcopo,* &c. Lupi Suessionensis patruo, & decessori, vide s̄.

Affatu secundò] s̄. c. 2. huius lib. *quarum me sacrosancto dónastis affatu.*

Combinans] Id est duplicans & coniungens. Diomedes l. 3. *pedes duplices, qui et compositi, & combinati,* ibidem, *pedes duplices siue combinati.* *Augustinus* confess. l. 5. c. 10. *& ideò adhuc combinabar cum electis eorum,* idem, l. 8. c. 6. *combinati spatiabantur,* Pet. Chrysologus serm. 28. *Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes, germanitas combinata, imò congeminata paupertas* Cassiodor. lib. de anima, *omnia nobis combinata,* idem, Psal. 140. ad hæc, *non combinabòr cum electis eorum,* sic legendum in hoc versu, ex August. Confess. l. 5. c. 10 & Cassiodoro. hoc loco, vulgò legitur *communicabo.* vbi Cassiod. *combinati dicuntur rei, quando duo simul in vno vinculo colligantur,* &c. Isidorus in Glossis. *Combinatio, coniunctio, compago.*

Iunctis, abiunctisque regionibus] Iunctis scilicet fide & religione, abiunctis situ:

prouinciarum,qui interſitus eſt inter Belhicæ ſecundæ ciuitatem Sueſſionum, & ciuitatem Aruernorum Aquitanicæ primæ, ſ. e. 14. l. 8. ſimilis locutio, ſ. e. 5. l. 7. *quia minimum refert, quod nobis eſt in habitatione diuiſa prouincia, quando in religine cauſa coniungitur*, vide e.7. l. 3. in fine.

Vel ſub Gabaaniticæ ſeruitutis] Ioſue, c. 9.

Filios fidei] ſ. e. 10. l.7 *quem ſi domeſticis fidei deputata humanitate foueatis*, vide quæ notaui.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ FAVSTO S.

EPIST. IX.

LOngùm tacere, vir ſacratiſſime, nos in commune dequeſtus es. cognoſco veſtræ partis hinc ſtudium, noſtræ reatum non cognoſco. Namque iam pridem iuſſus garrire, non ſilui, literis iſtas antecurrentibus: quibus etiam recenſendis cùm Reios aduenerant, qui tunc aptè fuiſtis, aptiſſimè defuiſtis: idque votiuum mihi granditer fuit, ac peroptatum, vt epiſtola iniuncta nec negaretur ſcripta amicitiæ, nec ſubderetur lecta cenſuræ. Iſta omittamus. Mitti paginam copioſam denuo iubes. Parere properanti vota adſunt, cauſæ abſunt. Nã ſalutationi ſi negotiũ aliquod actiua non deportet materia, ſuccincta eſt, quam qui porrigit verbis non neceſſariis, à regula Salluſtiani tramitis detortus exorbitat, qui Catilinam culpat habuiſſe ſatis eloquentiæ, parum ſapientiæ. Vnde aue dicto, mox vale dicimus, orate pro nobis. Sed bene eſt, bene eſt, quia chartulam iamiámque complicaturo res fortis accurrit, de qua exprobranda, ſi diutius vel lætitia ſeſe mea, vel ira cohibuerit, ipſe me accepta dignum contumelia iudicabo: Veniſti magiſter in manus meas, nec exulto tantùm, verùm inſulto veniſti: & quidem talis, qualem abhinc longo iamdiu tempore deſideria noſtra præſtolabantur. Dubito ſanè vtrum & inuitus, at certè ſimilis inuito, quippe quo prouidente, vel (ſi tamen hoc nimis abnuis) adquieſcente, ſim tuis libris inſalutatus, úſque (quod multo eſt iniurioſius) territorium Aruernum cùm præterirent, non ſolùm mœnia mea, verumetiam latera radentibus. An verebare ne tuis dictis inuideremus? Sed Dei indultu vitio nulli minùs addicimur: cui ſi ita vt cæteris, à mea parte ſubiaceretur, ſi quoque auferret congrediendi æmulationem deſperatio conſequendi. An ſupercilium tanquam difficilis ac rigidi ploſoris extimeſcebas? & quænam eſt cuiquam peritiæ ceruix tanta, quíve hydrops, vt etiam tepida veſtra, non feruentiſſimis laudibus perſequatur? An ideo me faſtidiendum, negligendúmque curaſti, quia contemneres iuniorem? quod parum credo. An quia indoctum? quod magis fero: Ita tamen vt qui dicere ignorem, non & audire: quia & qui Circenſibus ludis adfuerunt, ſententiam de curri-

bus non ferunt. An aliquo casu diffidebamus, vt putaremur iis quos libellis edidiffetis derogaturi? atqui præsule Deo tenues nobis esse amicitias, nec inimici fingere queunt. Ista quorsum? inquis. Ecce iam pando vel quid indagasse me gaudeam, vel quid te celasse succenseam. Legi volumina tua quæ Riochatus antistes ac monachus, atque istius mundi bis peregrinus tuis Britannis pro te reportat, illo iam in præsentiarum Fausto potiùs qui non senescit, quique viuentibus non defuturus, post sepulturã fier per ipsa quæ scripsit sibi superstes. Hîc igitur ipse venerabilis apud oppidũ nostrum cùm moraretur, donec gẽtium concitatarũ procella defremeret (cuius imaginis hinc & hinc turbo tunc inhorruerat) sic reliqua dona vestra detexit, vt perurbanè quæ præstantiora, portabat, operuerit spinas meas illustrare dissimulans tuis floribus. Sed post duos, aut iis ampliùs menses, sic quoque à nobis citò profectum, cum quippiam prodidissent de viatoribus, mysticæ gazæ clausis inuolucris clàm ferre thesauros, pernicibus equis insequutus abeuntem, qui facilè possint itineris pridiani spatia præuertere, osculo in fauces occupati latronis insilui, humano ioco, gestu ferino, veluti si excussura quemcunque, catulorum Parthi collo raptoris pede volatico tigris orbata superemicet. Quid multa? capti hospitis genua complector, iumenta sisto, fræna ligo, sarcinas soluo, quæsitum volumen inuenio, produco, lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defrustãs. Tribuit & quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa, compendium, qui cõprehendebant signis quod literis non tenebãt. Quibus lacrymis sanè maduerimus, mutuò vicissim fletu rigati tunc, cùm ab amplexu sæpe repetito separaremur: longum est dixisse, nec refert, quòd triũphali sufficit gaudio, spoliis onustũ charitatis, & spiritualis cõpotẽ prædæ me domũ retuli. Quæris nũc quid de manibus meis iudicem, nollem adhuc prodere, quo diuturnius expectatione penderes. plus me enim vlciscerer, si quod sensi tacerem. Sed iam nec ipse frustra superbis, vt pote intelligens tibi inesse virtutẽ sic perorandi, vt lectori tuo seu reluctanti, seu voluntario vis voluptatis excudat præconij necessitatem. proinde accipe quid super scriptis tuis & iniuriã passi censeamus. Legimus opus operosissimum, multiplex, acre, sublime, digestum titulis, exẽplisque congestum, bipartitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripartitum. Scripseras autẽ plurima ardenter, plura põposẽ: simpliciter ista, nec argutè illa nec callidè: grauia maturè, profunda sollicitè, dubia constanter, argumentosa disputatoriè, quædam seuerè, quæpiam blandè, cuncta moraliter, lectè, potenter, eloquentissimè. Itaque per tanta te genera narrãdi toto latissimæ dictationis campo sequutus, nihil in facundia cæterorum, nil in ingeniis facilè perspexi iuxta politũ: Quæ me vera sentire

ſatis approbas, cum nec offenſus aliter indico. Denique abſentis oratio (quantum opinamur) plus nequit creſcere, niſi forſitan aliquid iis addat coràm loquentis auctoris vox, manus, motus, pudor, artifex. Igitur his animi literarúmque dotibus præditus, mulierem pulchram, ſed illam, Deuteronomio ſtipulante, nubentem, domine Papa, tibi iugaſti: quam tu adhuc iuuenis inter hoſtiles conſpicatus caterua, atque illic in acie contrariæ partis adamatam, nihil per obſtantes repulſus præliatores, deſiderij brachio vincente rapuiſti, philoſophiam ſcilicet, quæ violenter è numero ſacrilegarum artium exempta, raſo capillo ſuperfluæ religionis, ac ſupercilio ſcientiæ ſæcularis, amputatíſque peruetuſtarum veſtium rugis, id eſt, triſtis dialecticæ flexibus falſa morum & illicita velantibus, myſtico amplexu iam defæcata tecum membra coniunxit. Hæc ab annis veſtra iam dudum pediſſequa primoribus, hæc tuo lateri comes inſeparabilis, ſiue in palæſtris exercereris vrbanis, ſiue in abſtruſis macerarere ſolitudinibus: hæc Athænei conſors, hæc monaſterij, tecum mundanas abdicat, tecum ſupernas prædicat diſciplinas. Huic copulatum te matrimonio qui laceſſiuerit, ſentiet eccleſiæ Chriſti Platonis Academiam militare, téque nobiliùs philoſophari: Primùm, ineffabilem Dei Patris aſſerere cum ſancti Spiritus æternitate ſapientiam: Tum præterea, non cæſariem paſcere, neque pallio, aut claua, velut ſophiſticis inſignignibus gloriari, aut affectare de veſtium diſcretione ſuperbiam, nitore pompam, ſqualore iactantiam, neque te ſatis hoc æmulari, quòd per gymnaſia pingantur Areopagitica, vel Prytaneum, Zeuſippus ceruice curua, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Ariſtoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclius fletu oculis clauſis, Democritus riſu labris apertis, Chryſippus digitis propter numerorum indicia conſtrictis, Euclides propter menſurarum ſpacia laxatis, Cleanthes propter vtrumque corroſis, quin potiùs experietur quiſque conflixerit, Stoicos, Cynicos, Peripateticos, Hæreſiarchas propriis armis, propriis quoque concuti machinamentis. Nam ſectatores eorum Chriſtiano dogmati, ac ſenſui ſi repugnauerint, mox te magiſtro ligati, vernaculis implicaturis in retia ſua præcipites implagabuntur, ſyllogiſmis tuæ propoſitionis vncatis volubilem tergiuerſantum linguam inhamantibus, dum ſpiris cathegoricis, lubricas quæſtiones tu potiùs innodas, acrium more medicorum, qui remedium contra venena cùm ratio compellit, & de ſerpente conficiunt: ſed hoc temporibus iſtis, ſub tuæ tantùm vel contemplatione conſcientiæ, vel virtute doctrinæ. Nam quis æquali veſtigia tua greſſu ſequatur? cui datum eſt ſoli loqui meliùs, quàm didiceris,

viuere

viuere meliùs quàm loquaris: Quocirca meritò te beatissimum boni omnes, idque supra omnes tua tempestate concelebrabu nt, cuius ita dictis vita factisque dupliciter inclaruit, vt quandoquidem tuos annos iam dextera numerauerit, sæculo prædicatus tuo, desiderandus alieno, vtraque laudabili actione decedas, te relicturus externis, tua proximis. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Fausto] Regiensi, vide c. 3. hu. l. & j̄. Car. 16.

Longùm tacere] s̄. c. 7. l. 3. *Longùm à literis temperatis*. similis argumenti est c. 8. lib. 1. Symmachi.

In commune] s̄. c. 14. l. 7. *omnes de te boni in commune senserunt omnia bona*. vide Notas.

Dequestus] Stat. Theb. 1. *Talia dequestus, paulatim sumpserat iras*. Idem. 1.
similesque notos dequestus & imbres.

Qui tunc aptè fuistis aptissimè defuistis] Encher. Homel. 1. de Natiuitate, *& hîc affuit, & inde non defuit.* s̄. c. 7. l. 1. *dum hæc, & qui procerum defuerant, affuerunt.*

Reios] Ita mss. & vett. *Regium* Ciuitas. Gennadius cap. 85. *Regensis ciuitas* Bedæ, & Vsuardo V. Kal. Decemb. *& Faustus Regensis Episcopus.* j̄. Car. 16. Viennensis, III. Nor. prouin.

Exhorbitat] Simili loentione in te dissimili s̄. c. 16. l. 5. *nec animum tuum à tramite communium gaudiorum, vicinæ quoque obsidionis terror exorbitat.* vide.

Qui Catilinam culpat habuisse satis eloquentiæ parum sapientiæ] Initio de Catilinæ coniurat. Salustius, Gellius, l. 1. c. 15. *Salustianum illud, satis eloquentiæ, sapientiæ parum.* Marcell. Comes in Cronico. Indict. XI. Felice & Tauro Coss. *Nestorius Antiochiæ natus, vir satis quidem eloquentiæ, sapientiæ verò parum habens.* Salustiana imitatione, & Æmilius Probus, in Cymone, *habebat enim satis eloquentiæ.* Petr. Aruernus Venerabilis, l 5. c. 35. Salustij verba repetit. sicque mss. mei notæ melioris, quam veterem fuisse lectionem satis agnoscit Gellius, & omnes mss. Sidoniani, quotquot legi, Lug. Valerij Probi emendationem secuti sunt, differẽtiam autem loquentiæ & eloquentiæ traddit Plinius c. 20. l. 5.

Vnde aue dicto, mox vale dicimus] Auson. ep. 16. ad librum.
Et dic hero meo, ac tuo
Aue, atque salue plurimùm.
Ibid. in fine. *Aueque dicto, dic vale.* j̄. Car. vlt. *atque Auito*
Nostro dicis aue, dehinc valeto.

Sed bene est, bene est] Horat. lib. 2. Saty. 2.
Dij melius fecere, bene est.
Vlpianus, l. 15. §. in venditione. de re iud. *quarum precium si suffecerit, bene est.*

Quia chartulam iam iamque complicaturo] s̄. c. 6. l. 8. *sed ecce dum iam epistolam quæ diu garrit, claudere optarem.*

Res fortis accurrit] Ios. Mercerus vir doctus, ingenij acumine quo pollet, peruidit, & intellexit hunc locum alioquin obscurum, res fòrtis, id est fortuita, vt ipse adnotauit in ora libri cum mss. quibusdam collati, quem mihi donauit. Rectissimè *res fortis*, id est, res fortuita & subita, vt s̄. c. 6. l. 8. in simili argumenti, *subitus à Santonis nuntius*, non tamen fortis adiectiuum est, vt sic fortuitum notet, sed est casus secundus à fors fortis vnde *res fortis accurrit*, id est fors tulit, familiari Sidonio loquendi formula, s̄. c. 16. l. 7. *facis rem amoris*, vide quæ notaui, & c. 6. l. 7. *Ordinis res est*, quæ lectio. non intellecta à Lugd. corrupta fuit, vide ibidem. quæ notaui, ita hoc lôco res fortis, fors est, Ennod. in natali Laurentij Mediolanensis.

Superflua scribere res iactantia est, necessaria reticere contemptus, idem. *credentes quod rem studij possint deputare veritati.* idem, Eugenei. *non æstimo rem obsequij frequentius posse rancescere.*

Vel lætitia sese mea] quæ loquax se cohibere intra oris vallum non potest, Symmachus, c. 31. l. 1. Ibid. scholiastes, & ep sequenti. *nam difficilis est patientia gaudiorum.* D. Cyprianus. e. 5. l. 2. *& quoniam semper gaudium properat, nec potest moras ferre lætitia.* D. Hier. ad Innocentium de muliere septies icta in fine. *Cuius ego pro Christo laborem, si arbitrer à me dici posse, non sapiam, si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente non possim.* Ennodius Aureliano. *quia nisi epistolaris concinnatio teneret lege præscriptum, gaudia me in multa verba diffunderent.*

Dignum contumelia] quæ Sidonio illata videtur, vt detractatori, & æmulo, qua dignus videretur, si taceret. Ennod. in natali. S. Laurentij Episcopi. *Manca est sine sermone hilaritas, & simulachrum mœroris est, occultare quod gaudeas, & afflictionis imitatio vocem in lætitia non habere.* j. e. 14.

Mœnia mea] Id est mœnia Ciuitatis Aruernæ, non Auitaci. Cur sua vocet mœnia. s. e. vlt. l. 4. Petrus Venerab. l. 6. ep. 26.

Desperatio] Sic mss. s. e. 4. l. 1. *cum à desperatione crescendi.* &c.

Peritiæ ceruix tanta] s. *ceruices vituperorum, ceruices mentium.* Am. Marcell. l. 14. recte & ex mente Seruij, l. 2. Æneid. *Ceruix cum numero singulari dicitur collum significat, si plurali vtamur, superbiam ostendimus,* hic ceruix superbiæ, pro superbia, j. hac epist. *supercilium scientiæ.*

Quia & qui circensibus ludis, &c.] Vide qui de circo scribseruut. & j. Car. 23.

Tenues nobis esse amicitias, &c.] Amicis amicissimus Sidonius, s. e. 7. l. 1. e. 6. l. 8. c. 2. l. 4. Vitam consule. c. 5.

Istius mundi bis peregrinus] Sic rectè mss. omnes. Lugd. malè, istius enim mundi bis peregrinus est Riochatus, quia antistes, & quia monachus, s. c. 3. huius lib. de antistite ad Faustum, cui terra non remanet, qui à sæculi lucris peregrinatur, vt ipse loquitur, monachus etiam mundo mori dicitur, & peregrinari à sæculo: Sulpic. Seuer. in Dialog. Cassianus, Eucherius, Faustus eleganter, Homel. de S. Maximo. *inter hac stupebat in sinu suo patria ciuem suum peregrinari, & intra fines proprios noua conuersationis legibus exulare.* Euch. Hom. 4. de Epiph. *nos illis laudibiles eremitæ qui extra mundum nos credimus, mundum intra nos inclusum tenemus.* eadem verba reperuntur in Homel. 4. ad monachos.

Per ipsa quæ scripsit, sibi superstites] M. Tull. pro Marcello, & Sallust. in Iugurtha. Fortunatus. ad Gregorium. Aruer. Turon. *quasi sibi postumi viuere creduntur.*

Venerabilis] Riochathus antistes & monachus, vide s. c. 2. l. 3.

Oppidum nostrum] s. *mœnia mea.* oppidū, id est Aruernam, s. e. 12. l. 6. & e. 6. lib. 7. vide.

Gentium concitatarum] s. c. 3. huius. lib. *plusque in hoc tempore, quo æmulantum inuicem sese pridem fœdera, statuta regnorum, denuò per conditiones discordiosas ancipitia redduntur.*

Gazæ] Gaza peregrinum nomen Medorum, Pub. Consentius, quo thesaurus significatur, lingua etiam Persarum. Serui. Æneid. 3. & Isido. l. 15. c. 1. & l. 20. c. 9.

Thesauros] s. c. 4. l. 8. *thesauris bibliothecalibus largè refertus.* vide Notas.

Pridiani] s. c. 17. l. 5. *pridiana squama politum.* &c. vide.

Osculo in fauces occupati latronis insilus] *Latronum more, quos Philetas Ægyptij vocant, in hoc nos amplectuntur, vt strangulent.* Seneca. c. 51. in fine.

Pede volatili] Tigris enim vento concepta, vt ventus velox est. Symphosius Ænigmate. 38.

> *A fluuio dicor, fluuius vel dicitur ex me,*
> *Iunctaque sum vento, vento velocior ipso,*

Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.

Præter Plinium, Solinum & reliquos, vide D. Ambroſ. Hexamer. l. 6. c. 4. Apollonius Collatius. l. 3. *quantum luſtris Hircana peractis*
Dum redit, & raptos Tigris circumſpicit antro,
Audaci furto catulos, furibundaque cautum
Inſequitur raptorem, & peruolat ociùs Euro.

Superemicet] *Hinc fieri vt terram lenior ſuperemicet vnda.* j̄. Car. 15. Cæſarius hom. de Paſcha. 1. *O pulcra lux quæ de candido cœli faſtigio promicaſti. Emicatim,* s̄. c. 13. l. 2. j̄. Car. 15. c. 1. *remicans* quidam mss. pro *remeans.*

Genua complector] Dictis lib. 3. *Igitur ingreſsis ducibus noſtris cum Priamo, rex genua Achillis manibus complexus.* Ibid. in fine: *Complexus Achillis genua orat, vt Philexenam ſuſcipiat,* eſt enim ſupplicis genua complecti. Sidonius j̄. in Paneg. Auiti.
genibus primùm eſt affuſa Tonantis.

Defruſtans] Sic omnes mss. rectè. Defruſtare, fruſtatim excerpere, per fruſta, s̄. c. vlt. lib. 1. de Satyra in Pæonium ſcripta. *Cumque fruſta diuerſa quaſi per iocum effunderent.* quo verbo vtitur Am. Marcell. l. 31. init. *ſed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta, non ante deponitur, aut mutatur, quàm diuturna carie in pannulos fluxerit defruſtata.*

Scribarum] Id eſt, exceptorum & notariorum, s̄. c. 7. huius lib. Idem s̄. de Epiphanio notario. c. 17. l. 5. *nec plus moratus, mox ſuo ſcriba, qui pugillarem iuxtà tenebat ad me vocato.* Pſal. 44. *Sicut calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Firmic. l. 3. c. 6. 8. & 12.

Sequacitas] s̄. c. 11. l. 4. *quod non ſatis ferebat ægrè pigram, in quibuſpiam ſequacitatem,* Seneca. epiſt. 90. *quid verborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur.* j̄. hac pag. Hieronym. Prudent. in Caſſiani paſsio. *verba notis breuibus comprendere cuncta peritus, Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.*

Compendium] rectè. notæ enim ſunt compendia dictionum, & breuiaturæ, vnde *breuiatores,* Nouella. de conſulibus. *furta verborum,* D. Hier. de vitando ſuſpecto contubernio in fine. Ennod. in vita Epiphanij. *notarum in ſcribendo compendia,* &c. vide, c. 17. l. 5.

Qui comprehendebant ſignis] Signa ſunt illa compendia & puncta, quibus notæ ſcribebantur. Gloſſæ vett. σημεῖον, *ſignum.* item σημειογράφος, *notarius.* D. Hiero. de vitando ſuſpecto contubernio, in fine *extemporalis eſt dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, vt notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna ac furta verborum volubilitas ſermonum obrueret.* idem. in conſolatione ad Iulianum. init. *& tamen ille appoſito notario cogebat loqui, quæ velociter edita, velox conſiqueretur manus, & linguæ celeritatem prenderent ſigna verborum,* Prudentius in paſſione Caſſiani literarij magiſtri in Foro Cornelij notas docentis : *agmen tenerum ac puerile gubernat,*
Fictis notare verba ſignis imbuens.

Signa verborum, pro literis. Symmach. c. 17. l. 3.

Quod literis non tenebant] Scribæ comprendebant ſignis, & furtis verborum quod perſeqni & tenere literis non poterant, ſaltuoſo notarum compendio prendebant, qnod gradario literarum ordine nequibant ſcribere.

Spolijs onuſtum] Seruius Æneid. 1. *inter onuſtum & oneratum, hoc intereſt, quod oneratus eſt, qualicunque preſſus pondere, onuſtus cui onus ipſum honori eſt, vt ſi quis hoſtium ſpolia ferat,* &c.

Manubijs] Id eſt hoſtis exuuijs. s̄. c. 16. l. 5.

Nollem adhuc prodere] Symmachiana imitatio, c. 8. l. 1. *velim tacere quid ſentiam, velim iuſto de te ſilentio vindicari.*

Fruſtra ſuperbis] s̄. c. 7. huius lib. *propter eloquium exundans & ineffabile te ſuperbire.*

Seu reluctanti, seu voluntario] ea enim eloquentiæ vis eſt, vt ab inuitis laudis elogium extorqueat. Seneca in præfat. lib. 10. Controuerſ. *magna autem debet eſſe eloquentia, quæ inuitis placeat.* Symmach. e. 25. l. 1. *tibi vni ad hoc locorum, nihil gratia præſtitit, aut dempſit inuidia, in gratiis ſcæuo cuique proboque laudabilis es.* Sic lege, nõ ingratus, & ſi ingratus coactus ſit, interprete Donato, huic tamen Symmachi loco conuenire non poteſt. Ennod. ad Partinium, *facundia ab illo prædicata, præualet fauorem etiam ab inimicis exigere.* Nõ abſimili locutione Caſſiodor. e. 24. l. 9. *derogare cupientes vicit integritas actionis, aduerſarij tui ſæpe locuti ſunt, quod animus non habebat, nam qualibet malitia formidat contra manifeſta bona aliquid profiteri* , &c. Et olim *Grachus ſua probitatis & eloquentia viribus fiſus atteſtabatur vel inimico iudici ſe adprobari poſſe.* Plini. in præfat. vide Plinium, e. 23. l. 9. init.

Vi voluptatis] Plinius in paneg. ait ineſſe gaudio vim eogendi.

Excudat] Sic mss. & vett. rectè. ſ. e, 3. l. 6. in fine. vide quæ notaui, & adde Symmachum, e. 73. l. 2. *Quare decus noſtrum familiari meo deſideratum munus excude.* Tertull. aduerſus Gnoſticos: *dilectio hominem martyrem excudit.*

Opus operoſiſſimum] Id eſt libros de gratia Dei, de quibus Gennadius, c. 85.

Ardenter] ſ. c. 7. l. 1. *hanc epiſtolam læſæ Maieſtatis crimine ardenter Iuriſconſulti interpretabantur*, idem. c. 6. l. 8. *dixit diſpoſitè, grauiter, ardenter*, &c.

Plura pompoſè] ſ. c. 9. l. 4. *pompoſus inceſſus* plurima, plura, ſ. e. 3. huius lib. in fine. *videbis plurima, plura culpabis.*

Dictationis] ſcriptionis, frequenter Sidonio dictare ſcribere eſt, ſ. notatum hac epiſt. & alijs locis. quidam mss. dicationis. & ita in l. 1. & 21. C. Theod. de appellat. & pœn. ear. l. 1. de veteran. & l. 1. de famoſ. lib. C. eod. D. Auguſt. ep. 68. & Caſſiod. l. 11. e. 7. & 9.

Cum nec offenſus alter indico] Symmachiana imitatio, c. 8. l. 1. *nec hoc quoque ad gloriam tuam trahas, quòd te miramur offenſi*, ſ. ead. epiſt. *ſed admiratia ſcriptorum ſenſum frangit iniuriæ*, Sido. ſ. hac epiſt. *proinde accipe quid ſuper ſcriptis tuis paſſi & iniuriam cenſeamus.*

Coram loquentis auctoris vox] ſ. e. 9. l. 8. *his adhuc adde, quòd materiam cui non auditor, ſed potius lector obtigerit, nihil abſentis auctoris pronuntiatio iuuat*, vide Cicer. Atti. l. 2. c. 8. Senecam in procem. Contro. epi. 6. & 33. Plini. e. 3. l. 2. Symmachum, e. 30. l. 3. & l. 5. e. 30. Gelli. l. 14. c. 2. & Mar. Fabium, l. 2. c. 2.

Sed illam Deuteronomio adſtipulantem] Deuteronomij, cap. 21. & D. Hier. Damaſo ep. 146. *& videris in numera captiuorum mulierum pulchram*, &c.

Iugaſti] Signatè à iugo quod imponebatur matrimonio coniugendis. Seru. Æneid. 4. & Iſidor. l. 9. c. 8. quod adhuc eccleſia per ſimilitudinem retinet, *Nec tu damnes fortaſſe iugari.* j. Car. 15.

In acie contraria partis] Id eſt partis aduerſæ, vt ipſe loquitur, e. 1. & 8. l. 3. j. Car. 23. *Pars contraria nil timens tuam vim,*

Sacrilegarum artium] i. ſuperſtitioſarum quæ in idolatria verſantur, ſ. e. 6. l. 8. *& per huiuſmodi non tam ſacrificia purgati, quàm ſacrilegia polluti.* vide quæ notaui, de qua ſacrilega philoſophia, Pet. Chryſologus Serm. 5. eleganter.

Raſa capillo ſuperfluæ religionis] ex Deuteromij, c. 21. *introduces eam in domum tuam quæ radet cæſariem.*

Ac ſupercilio ſcientiæ ſæcularis] D. Irenæus, lib. 2. c. 45. *abſcidens eorum huiuſmodi ſcientiæ ſupercilium.* &c.

Scientiæ ſæcularis] Pet. Chyſologus; Ser. 5. *hinc eſt quod luxurioſus per deſiderium ſæcularis eloquentiæ*, &c. Caſſiodous, Pſal. 23. in fi. & 73. *ſæculares literæ*, & aliàs paſſim, ſ. hac epiſt. *mundanæ diſciplinæ.* Auguſt. de Ciuit. Dei. l. 6. c. 2. *vt in omni eruditione quam nos ſæcularem, illi autem liberalem vocant*, &c.

Amputatisque peruenuſtarum veſtium rugis] Deutero. c. 21. *& deponet veſtem in qua.*

capta est, &c. Martianus Felix lib. 4. & ex eo Anticlaudiani. l. 3.

Tristis Dialectica] Martianus Felix lib. 4. *Qua igitur introgressa est Delio conuocante pallidior paululum fœmina.* posteà. *Ipsa autem fœmina contractioris videbatur corporis, habitusque furui, &c.* Apuleius 4. Florid. *Ego & aliàs crateras Athenis bibi, poetica commentam, Geometrica lympidam, musica dulcem, dialectica amarulam.*

Falsa morum & illicita velantibus] Vide l. in honoribus. §. Philosophis. de vacatione muner. & l. 6. Cod. de muneribus patrimo. Senecam de vita beata, cap. 20. Quintilianus declamat. 268. & 283. M. Fab. in præfat. Institut. *Nostris verò temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt, non enim virtute ac studiis vt haberentur philosophi laborabant, sed vultum & tristitiam & dissentientem ab aliis habitum pessimis moribus prætendebant.* Plinius epist. 22. l. 1. & epist. 11. l. 3. Gellius lib. 13. cap. 8. & cap. 22. Tertullianus in Apolog. distinct. 149. & Lactant. lib. 5. cap. 2. Iul. Firmicus lib. 8. cap. 6. *Aliud ex fronte pollicentur aliud latenter in moribus calant, sunt enim austera facie, prolixa barba, obstinata fronte, ita vt Catonis prorsus institutum imitari videantur, sed totum hoc fucato mentiuntur affectu, sunt enim natura petulantes, lasciuiis semper cupiditatum ac libidinosis voluptatibus implicati, & qui latenter amorum illecebris semper exæstuent.* Eucherius ad Salonium lib. 1. *Struthio in Esaia philosophus, qui quasi cum pennis sapientiæ tamen non euolat.* Idem ad Valerianum. *Si qui apud illos honestiora definiunt, huic iactantiæ deseruiunt, huic laborant, ita apud eos non est vacua vitiis abstinentia vitiorum.* Vide Policrat. l. 8. cap. 21.

Siue in abstrusis macerarere solitudinibus] .i. Lirinensis eremi secretis. s. epist. 3. lib. 9. Eucherius, de laudibus eremi, & Vincentius Lirinensis Commonit. 1. *Locus autem, quòd vrbium frequentiam, turbasque vitantes, remotioris villulæ, & in ea secretum monasterij incolamus.* s. epist. 3. huius lib. & j. Carm. 16.

Athenæi] s. l. 2. epi. 9. l. 4. epi. 8. j. epi. 14. huius lib.

Hæc monasterij] Monasteria olim optimarum disciplinarum scholæ, vide epist. 11. l. 4. in Carm.

Ineffabilem Dei patris, &c.] Quod Faustus asseruit in libello aduersus Arrianos, & Macedonios, in quo coessentialem prædicat Trinitatem. Gennadius cap. 85. de viris inlust.

Non cæsariem pascere] s. epist. 11. lib. 4. de Claud. Mamerco. *Et licet crinem barbámque non pasceret.* vide quę notaui.

Neque pallio, aut claua]] epist. 11. l. 4. *Pallium & clauam nunc irrideret.* de claua Prudentius in Hamartig.

Hinc gerit Herculeam vilis sapientia clauam.

Apuleius lib. 11. *Nec qui pallio, baculóque, & baxeis, & hircino barbitio philosophũ fingeret.*

Discretione superbiam] Concilij Carthaginensis 4. can. 45. *Clericus professionem suam, & in habitu, & in incessu probet, & ideò nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.* Sextæ Synodi in Trullo cap. 27. ibid. Balsamo.

Nitore pompam] D. Hieron. ad Nepotianum de vita clericorum. *Vestes pullas æquè deuita, vt candidas, ornatus vt sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.* Idem, ad Eustochium de custodia virginit. *Vestis nec satis munda, nec sordida, & nulla diuersitate notabilis.* paulò post. *Nec affectata sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano.* Idem in Epitaphio Nepotiani. *Cultus ipse prouinciæ morem sequens, nec munditiis, nec sordibus notabilis erat.* Seneca epist. 5. *Non splendeat toga, ne sordeat quidem.* Vide Cassianum lib. 1. de habitu monachi, cap. 3. Institut. Carol. Mag. cap. 20. in additione. 1. *Monachis vestimenta nec multum vilia, nec multum preciosa, sed mediocria dentur.*

De squalore iactantiam] D. Hieron. ad Nepotianum. *Ornatus vt sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.* Idem ad Rusticum mona. *Sordida vestes candidæ mentis indicia sint, vilis tunica contemptum sæculi probet, ita dumta-*

xat ne animus tumeat,&c. Idem ad Paulinum. *Humilitatem vestium tumenti animo non appetas.* Cassia. Eremita l. 11. cap. 4. de Spiritu Cenodoxiæ. *Nam cui sub specie succincta vestis ac nitidæ, cenodoxia non potuit generari, pro squalida & inculta ac viliore conatur inferri.* Faustus Regiensis (de quo hic Sidonius) ad Magnum Felicem Episc. *De vsu verò indumentorum, paulatim se grauitas ad inferiora submittat, ne ipsa nouitas subita mediocritatis offendat. Obseruandum est etiam ne elatio de nimia humilitate generetur, & vitium de virtute nascatur.* Hæc ex Hieronymo. Eleganter Balsamo can. 12. Synodi Gangrenæ. Et Petrus Aruernus Cluniac. lib. 2. de miracul. cap. 28. & hæc quidem de religiosis dicta sint, de philosophis: Quintil. declamar. 283. *Vos verò nouo genere ambitus, ad orationem miseria captatis.* Tertull. in Apolog. *Ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis thoros, alia superbia deculcat.* vide Ælianum lib. 9. & Laertium l. 6.

Pritaneum] Locus Athenis vbi Pritanes iudicia exercebant, vbique viri bene meriti de Rep. publicè alebantur. M. Tull. de oratore, & Laert. l. 2. in Socrate. idem Cicer. de signis in Verrem. Syracusani Pritanei meminit, *Altera autem vrbs Syracusis, cui nomen Acradina est, in qua forum maximum, pulcherrima porticus, ornatissimum Prytaneum.* Erat & Cõstantinopoli. Regione V. descriptio vrbis Cõstantinopolitanæ. *Cysternam Theodosianam, Pritaneum, &c.* Cyziceni Pritanei Plinius l. 36. cap. 15. mẽtionem facit: vt in his bene meriti de Republ. publicis impensis alebantur, ita statuis donabantur. Cic. 4. in Verrem. *Iam Sappho quæ de Pritaneo sublata est, &c.*

Zeutippus] mss. Cui. Cla. Clu. Iul. Pet. & Vet. quidam Zeusippus. Zeutippi meminit Laertius in fine lib. 9. Zeusippi nullus quod legerim, si locus coniecturæ, Speusippus lego, Platonicæ sororis filius fuit, eiusdémque philosophiæ hæres. M. Tull. Academ. quæst. lib. 1. cuius libros pauculos Aristoteles talentis Atticis tribus emit, Gellius lib. 3. cap. 17.

Ceruice curua] Vel ex more veterum philosophorum, de quibus satyricè Persius Satyr. 3. *ærumnosique Solones*

Obstipo capite, & figentes lumine terram, &c.

Quique Lucillio satyricè *curnicernici* dicuntur, vel quod verius credo, vt Speusippi notetur luxuria, & exprimatur auaritia, qua notatus fuit à Dionysio. Laertius lib. 4. & Athenæus lib. 12. cap. 24. Tertull. in Apologet. c48. quippe qui nihil altum saperet, sed totus terrenis inhæreret.

Aratus panda] Quia scilicet alta cogitet, & cœli scrutetur plagas. Ouid. *Cum Sole & Luna semper Aratus erit.*

Præter cæteros, Iul. Firmic lib. 8. cap. 5. Math. Ꝭ. Carm. 23.

Zenon, fronte contracta] Stoicæ disciplinæ princeps & auctor, cui decreto Atheniensium corona & statua decreta fuit. Diogen. Laert. lib. 7. cur autem adducto supercilio sit, & contracta fronte, Zenodotus Zenonis discipulus:

Ζήνων τὸν πολιῇ σεμνὸν ὀφρύϊ. [Ζήνω τὸν πολιᾷ σεμνὸν ὀφρυΐ?]

Cano spectandus Zeno supercilio.

Propter rigorem Stoicæ sectæ, cuius conditor fuit. Seneca de consola. ad Heluiam cap. 12. *à quo (Zenone) cepit rigida ac virilis sapientia, &c.* Vnde Stoicum supercilium. Ꝭ. Carm. 15. sub finem.

Egregium Polemi decus, ac nunc Stoica tandem
Pone supercilia, &c. Superciliosi philosophi Zenonis Cypriam statuam, in expeditione superciliosum non vendidisse Catonem, tradit Plinius l. 34. cap. 8.

Epicurus cute distenta] Non laxa, sed nitida, deditum enim ventri & saginæ mancipium, cutem curabat, & indulgebat genio, vnde Epicurei pingues, nitidi & benè curata cute Horatio, qui præceptoris sui vultus per cubicula gestabant, circumferebant secum, Natali eius vigesima luna sacrificabãt, feriasque omni mense custodiebant, quas vocabant ichadas. Plinius l. 35. cap. 2. cuique statuas æreas consecrasse Athenienses, refert Laertius lib. 10.

Diogenes barba comante] Quem etiam ciues statuis æneis honorasse scribit Laertius lib. 6. in Diogene sub finem. Barbam autem Diogenes alebat, comámque eodem auctore. Persius in fine. Satyr. 1.

Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.

Mart. 1. Epig. 133.

Cum baculo peraque senem, cui cana, putrisque
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit. &c. I. Catm. 15.

Socrates coma cadente] Sic ms. meus, & vetus liber, reliqui candente legunt malè, & contra Sidonij mentem, vt enim dixit Speusippi ceruicem curuam, pandam Arati: Zenonis frontem contractam, distentam cutem Epicuri, Diogenis barbam comantem, cadentem comā Socratis, & ita totus est in antithetis, vt & sequentia satis demonstrant, quòd si candente legas structura cadit antithetorum. Cadente ergo legendum est, vt stet lectio, & opponas comanti & luxurianti barbæ Diogenis. Notat autem caluitiem Socratis, de qua præter icones, D. Hieronymus aduersus Vigilantium, ex dictis Socratis, *qui de suis vxoribus. Sed is in hunc modum illis inter se iurgantibus perurbanè illudebat, vt à tali improbitate, & conuiciis abstinerent. neque dignum se, vt propter eum disceptarent, qui esset homo tam fœdus ac deformis, quique simus naribus, recaluus fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus, &c.* Athenarum autem celeberrimo loco statua ærea donatum testatur Laertius lib. 2. in Socrate. & lib. 7. in Zenone sub finem.

Aristoteles brachio exerto] Habitu orantis, erat enim egregius orator, & philosophus præcipuus: oratores autem brachium dextrum exerebant in actionibus, vt philosophi in disputationibus, de oratoribus, Curius Fortunat. l. 3. Rhetoricor. vet. Glossarium Benedicti Abbatis Floriacensis, in dialog. 2. *Vt ergo meo loco accessi, sedi, protuli manum dextram, sinistram perpressi ad vestimenta, &c.* Hoc enim gestu agebant expeditius. Amm. Marcell. lib. 26. *Eoque, vt expeditius loqueretur, brachio exertante.* De philosophis Sedulius lib. 1.

Qualiter assueti varias producere sectas,
Impugnant sua dicta viri, qui brachia nudis
Ostendunt exerta humeris, &c. i. Philosophi. Vet. interpres Iuuenal. Satyr. 13. ver. 121. *Cynici absque pallio, exerto brachio.* Nec prætereundum est quod ait Seneca lib. 5. Contro. 6. *Apud patres nostros qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exerere*, idem Arthemidorus. de interpretat. somnio. l. 1. cap. 56. initio. post tyrocinij annum licebat exerere & patrocinari. Tertull. de pallio. *Idem Cato iurisdicina sua in tempore humerum exertus, &c.* Aristotelem statua donatum non legi, eius imaginis meminit Cicero lib. 4. Attico epist. 9. & Iuuenal. init. Satyr. 2. Spirans eius imago, & merito antiquitatis adoranda, marmore sculpta adfabrè, est in Lalario Neronis Claromontensis Electi, quam licet illiteratus in precio habet, & veneratur.

Xenocrates crure collecto] De Xenocrate plurimi veterum, sed quare crure collecto pingeretur, nedum legi, fuit autem Platonicus veteris Academiæ princeps. Censori. de die natali cap. 15.

Heraclitus, &c. Democritus, &c.] Hoc est notissimum. Seneca de tranquillitate animi cap. 15. *Et Democritum potius imitemur, quàm Heraclitum, hic enim quoties in publicum processerat, flebat: ille ridebat, huic omnia quæ agimus miseria, illi ineptiæ videbantur.* Sedulius de sectis philosophorum, lib. 1.

Hic loquitur nimis, ille tacet, hic ambulat, hic stat,
Alter amat fletus, alter crispare cachinnos.

I. Carm. 2. *Quicquid Pythagoras, Democritus, Heraclitus*
Defleuit, risit, tacuit, &c.

Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictu] De Chrysippi statua Cicero 1. de finibus. *Statua est in Ceramico Chrysippi sedentis porrecta manu.* adeò breui & pusilla vt à statua vicini equitis occuleretur. Laërtius lib. 7. erat ergo porrecta manu, sed non expansa, quin imò constricta, vt numeros indicaret, Martianus Felix, lib. 7. init. *Qua mox ingressa septingentos decem & septem numeros, complicatis in eos digitis Iouem salutabunda surrexit,* s. epist. 3. l. 4. *cum Chrysippo numeros.* idem Carm. 23. vbi plura.

Digitis propter numerorum, &c.] Digitis antiqui numerabant, Seneca epist. 88. *Numerare me docet Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos.* Idem lib. 3 de ira. cap. 33. *Valetudinarius fænerator distortis pedibus ac manibus ad computandum modò relictis.* Plinius epist. 20. l. 2. *Agitat digitos, computat nihil.* Sueton. in Claudio, cap. 21. *Digitisque numeraret, &c.* Martianus Felix lib. 2. de nuptiis, init. *In digitos calculúmque distribuit.* idem, l. 7. *Mihi verò solus numerus adprobatur, qui digitis coercetur, &c.* Tertull. in Apolog. dist. 90. *Cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est.* D. Ambrosius de Tobia cap. 7. *Ambobus in digitis vsurarum repetitur sæpius calculatio.* D. Augustin. de Ciuit. Dei. lib. 18. cap. 53. *Omnium verò de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet.* plura Hieron. in Euangelicæ tractatu sententiæ. vide j. in fine epist. vbi plura. nota quod de Iani statua refert Plinius l. 34. cap. 7.

Euclides propter mensurarum spatia laxatu] s. epist. 3. lib. 4. *cum Euclide mensuras.* j. Carm. 23.

Cleanthes propter vtrumque corrosis] j. Carm. 2.

arroso quiquid sapit vngue Cleanthes.

Stoicos, Cynicos, Peripateticos] Quos omnes Tertull. Patriarchas dicit hæreticorum lib. de anima. penes init. Petrus Rauennas. Serm. 5. *Hinc est quod luxuriosus per desiderium sæcularis eloquentiæ, per scholarum lupanaria, per trinia sectarum dissipauit Dei patris dementi disputatione substantiam, &c.*

Vernaculis implicaturis] Eucherius l. 1. Reg cap. 18. *Conuenit etiam & hoc illi viro, qui recta fide plenus, quæ affert, testimonia colligit, & erroris eius pertinaciam inde conuincit. contra nos namque dum sacra legis testimonia apportant, secum nobis afferunt vnde vincantur.* posteà, *Sed eundem Goliam Dauid superans, suo occidit gladio: quod nos quoque agimus, qui præmissi Dauid membra, & eius fieri dignatione meruimus, nam cùm superbientes hæreticos, & sacræ scripturæ sententias deferentes, eisdem verbis atque sententiis quas proferũt vincimus, quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus, &c.*

Implagabuntur] Sic mss. omnes rectè, à plagis, id est retibus, vt à plagis, id est, vulneribus, plagare. Constantius in vita S. Germani, cap. 16. *Ipsis iratis plagatus fuissem.* Vet. interp. Iuuen. Satyra 13. versu 113. *Mars cum plagatus est à Diomede.* Id est vt Arnobius ait lib. 4. *Mortalium manibus vulneratus*, Legis Salicæ tit. 10. de vulneribus. Legis ripuariæ titul. 4. Allemannorum titul. 66. & aliàs passim in his legibus.

Volubilem linguam] .i. disertam & facundam. *verborum volubilitas* M. Tull. lib. 1. de oratore, & ex eo Claudiano Mamerco, de statu animæ lib. 2. cap. 8. *Cicero scribit, Galbam oratorem in dicendo concitatissimum lingua volubilem & vehementissimum. Volubilitas linguæ.* Valer. Maximo lib. 2. cap. 1. & D. Hieron. ad Nepotianum. *Indoctam concionem linguæ volubilitate decipere. verborum volubilitas* Petronio in Satyra, & Sueton. in Augusto cap. 86. & Plinio epist. 20. lib. 5. Am. Marcell. lib. 17. *Vtque inueniri solent quidam inter armatos. verborum volubilitate conspicui.* idem 25. *Sabinus genere & fortuna inter municipes clarus ore volubili,* D. Cyprian. epist. 2. l. 2. ad Donatum, *opulenta facundia volubili ambitione iactetur,* Nonius. *volutiloquentia, volubilis locutio,* Glossæ vett. εὔγλωσσος *volubilis lingua. lingua volubilis,* Cassiod. de anima c. 7.

Inhamantibus] Hamata hæreticorum verba dixit Aponius lib. 2. in Cant. s. epi. 3. l. 4. *hamata syllogismorum puncta.*

Nam

Nam quis æquali vestigia tua, &c.] Symmach. epi. 10. l. 4. *Vt fando comperi proximus facundia calcibus vrget parentem.*

Viuere meliùs quàm loquaris] *Sanè cum tibi sermone pulchro, vita sit pulchrior, &c.* epi. 10. l. 8.

Beatissimum boni omnes] s. l. 7. in Conc. *Scitote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis.* epist. 14 l. 7. *Omnes de te boni in commune senserunt omnia bona.* vide quæ notaui.

Tuos annos iam dextera numerauerit] Ex Iuuen. Satyr. 10.

> *Felix nimirum qui per tot sæcula mortem*
> *Distulit, atque suos iam dextera computat annos.*

Digitis veteres computasse s. docui, dextræ autem manus digitis centensimus numerus indicabatur, D. Irenæus aduersus hæreses lib. 1. cap. 13. *Quapropter & figuræ eos per agnitionem xcix. locum, hoc est deminorationem typum sinistræ manus sectari, quiautem vnum quod additum super xcix. in dexteram eos manum transtulit.* Cassian. Collat. 24. cap. 26. *Centenarius enim numerus de sinistra transfertur in dexteram, & licet eandem in supputatione digitorum figuram tenere videatur, nimium tamen quantitatis magnitudinem supercrescit.* & hoc est ex D. Hieroymo, in Euangelicæ tractatu sententiæ, *porrò centesimus numerus de sinistra transfertur in dexteram, &c.* Atque etiam ex eo Beda. tractatu de computo, vel loquela per gestum digitorum, quem consule: per hæc verò notat Sidonius Faustum centesimum vitæ annum attigisse.

Te relicturus externis] Quia scilicet vt ipse ait s. hac epist. Faustus *viuentibus non defuturus, post sepulturam fiet per ipsa quæ scripsit sibi superstes*, quæ relicturus est externis.

Tua proximis] id est bona hæreditaria, quæ tua sunt, & non Ecclesiastica, proximis relicturus es, can. Apostol 40. ibid. Zonaras, & Balsamo. Synodi Antiochenæ. can. 14. l. Sacrosancti. C. de Episcopis, can. Episcopi 11. quæst. 1. Photius in Nomocan. tit. 10. cap. 5. quem consule.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ APRVNCVLO SALVT. EPISTOLA X.

Reddidit tibi epistolas meas, quem mihi tuas offerre par fuerat. nam frater noster Cælestinus, nuper ad te reuersus de Biterrensi, quoddam mihi super statu Iniuriosi nostri vinculum cessionis elicuit. Quod quidem scripsi non minùs tua verecundia fractus quàm voluntate. Namque nos vltrò vestro pudori quasi quibusdam pedibus obsequij decuit occurrere. Quocirca me quoque volente posside indultum, sed liberaliter, nec enim, vt suspicor plus aliquid hoc genere solatij vel ipse quæsisti. Quem literis non commendatoriis minùs quàm refusoriis iam placatus insinuo, sic tamen vt tibi assistat, tibi pareat, te sequatur, atque vt si permanserit tecum, neutri nostrum iudicetur famulus, si fortè discesserit, quæratur vtrique fugitiuus. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Aprunculo Papæ] Sic omnes mss. id est, Episcopo Lingonicensi. Gregor. Turon. lib. 2. hist. cap 23. in fine. *Sanctus Aprunculus Lingonicæ ciuitatis Episcopus*, quem sibi successorem Sidonius elegit, ibid. Origine Diuionensi. Gregorius lib. 2. cap. 36. vel quòd Episcopi Lingonicenses Diuionense castrum habitarent. idem auctor. lib. 5.

cap. 19. & lib. 2. cap. 23. in fine de Aprunculo, plura mss. Claromontensis Ecclesiæ, *Lingona autem ciuitas est Lugdunensis primæ.* Notit. Prouinc. *Lingonica ciuitas*, Gregor. lib. 2. cap. 23. *Ligona vrbs.* eid. lib. 3. cap. 19. Beda, Vsuardus, Ado in martyrologiis passim. lingona, vulgò *Langres.* Quo modò autem ab Episcopatu Lingonicensis Ecclesiæ, ad Aruernensem transierit, docet idem Gregorius, causa scilicet salutis, Gothi enim ei minabantur exitium, quo casu licet à ciuitate in ciuitatem migrare. Balsamo. can. Apostol. 14. Synodi Nicenæ. can. 15. Carthaginésis. 74. & in epi. Ephesinæ Synodi, ad Synodum in Pamphilia. Socrates hist. Ecclesiast. l. 7 cap. 36. Burchardus decreti lib. 1. cap. 77. 79. & vlt. Iuo Carnot. decreti, l. 3. cap. 69. & epist. 171. Petrus Aruernus Venerabilis. lib 3. epist. 28. idem Quintiano Rutenensi, contigit. Gregorius lib. 2. hist cap. 36. & mss. Aruernensis Ecclesiæ, malè Lugdunenses Aumiculo, malè etiam Baronius, hunc Aprunculum putat esse Aprum de quo s̄. 21. lib. 4.

Reddidit tibi epistolas meas, quem mihi tuas offerre par fuerat.] Symmachum imitatus est, epist. 32. lib. 2. *Reddet tibi literas meas, qui tuas mihi debuit exhibere, &c.*

Biterrensi] Subintellige ciuitate, *Ciuitas Biterrensium.* Notit. Prouinc. vide. s̄. epi. 4. lib. 8.

Iniuriosi nostri] Senatorum Aruernensium familia fuit hoc nomine, de qua Gregor. Turo. l. 1. cap. 47. hist. hic verò de seruo Ecclesiæ Aruernensis loquitur.

Vinculum cessionis elicuit] ms. meus id est dimissionis, ego verò interpretor ex iure nostro, cuius peritissimus erat Sidonius, translationis dominij, cessio enim est propriæ rei concessio, præter iuris auctores, Isidor. l. 5. cap. 25.

Me quoque volente possideindultum] Aliter enim non licebat Episcopo, nisi volente aut concedente collega, hominem de plebe aliena sibi vsurpare. Concilij Carthaginensis i. can. 6. Burchardus. l. 2. cap. 43.

Commendatoriis literis] *Commendatitiæ literæ*, Concilij Chalcedon. can. 11. & 13. Aurelianensis primi. can. 8. *Commendatitiæ epistolæ.* Concilij Antiocheni. can. 27. Concilij Carthagin. can. 36. & 37. *commendatio.* Conc. Turon. can. 12. i. formata. s̄. epist. 2. lib. 7. & epist. 8. l. 6.

Refusoriis] id est literis munerariis, & liberalibus, quæ tibi seruum liberaliter refundunt.

Insinuo] s̄. epist. 10. l. 1. epist. 15. l. 5. epist. 10. l. 7. & aliàs.

Neutri nostrum iudicetur famulus] paulò ante possideindultum, sed liberaliter, nam serui Ecclesiæ liberti quidem fiebant, sub ea tamen lege vt nunquam ab obsequio Ecclesiæ recederent, Concilij Toletani. IIII. can. 69. & 71. Toletani. VI. can. 9. Toletani IX. can. 13. & can. 15.

Si fortè discesserit, quæratur vtrique fugitiuus] Fugitiui liberti, qui ab Ecclesiæ patrocinio recesserant, libertatem seruitute mutabant, Concilij Toletani. IIII. can. 70. Tolet. VI. can. 9. Toletani. IX. can. 14. quia vt ait canon, *per obedientiæ contemptum, ingrati actione tenentur.* Ingrati autem actio ea patrono competebat, vt libertum ingratum in seruitutem reuocaret. Donatus. Andria. actu. 1. scena. 2. ad hæc. *Haud muto factum. An secundum ius quod aduersus libertos ingratos est, vt in seruitutem reuocentur*, ex Claudiano. SC. de quo Sueton. in Claudio. cap. 25. l. 1. & vlt. C. Theod. de libertis &c. Iulianus. Nouella. 62. cap. 259. Concilij Spalensis. 2. can. 6. Formula autem huiusce actionis ea erat, *abi & esto seruus, quoniam liber esse nescisti.* Valerius, Maximus, lib. 2. cap. 1. in externis. de Areopago, de his nimis.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ LVPO S. EPISTOLA XI.

PRopter libellum quem non ad vos magis quàm per vos missum putastis, epistolam vestram non ad me magis quàm in me scriptam recepi. Ad exprobrata respondeo pro æquitate causæ, non pro æqualitate facundiæ: quanquam quis nunc ego, aut quantus qui agere præsumam vobis imputantibus innocentem? Quocirca delicto huic (quantulumcunque est) inter principia confestim supplico ignosci, diffidentiæ tantùm & non superbiæ falsus errorem. Nam cùm mihi rigor censuræ tuæ in literis æquè vt moribus sit ambifariam contremiscendus, fateor tamen in voluminis ipsius operisque reseratu illam mihi fuisse plus oneri, quàm prætenditis charitatem: Nec citra iustum ista coniicio, quandoquidem mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest, vt si quid perperam fiat, minus indulgeant plus amici. Scripseram librum sicut pronuntiatis, plenum onustúmque vario causarum, temporum, personarúmque congestu: facturus rem videbar impudentissimam, si tantum mihi cuncta placuissent, vt nulla tibi displicitura confiderem: huc item quisquis iudicij euentus foret, vidi partibus meis nequaquam pietatis ex solido constare rationem, si non saltem vobis esset anterius allatum volumen, & si non videretur oblatum, sub hoc scilicet temperamento; vt si fortè placuissem, non vos arrogantia præterisse; si secus, non vos improbitas expetisse iudicaretur. Nam sanè multo labore me credidi deprecaturum vitatas causas erubescendi. Pariter illud nosse vos noueram, quòd auctores in operibus edendis pudor potius quàm constantia decet: quódque tetricis puncta censoribus, tardiùs procacitas recitatoris, quàm trepidatio excudit. Alioqui si quis est ille, qui cum fiduciæ prærogatiua, thematis antè inauditi operam peruulgat: incipit expectationi publicæ, quamuis soluerit multa, plura redhibere. Præterea quicquid super huiusce scripti tenore censueris, malui factum confiteri simpliciter, quàm trebaciter diffiteri. Dixisset alius, neminem tibi prætuli, nullas ad vllum peculiares literas dedi: quem prælatum suspicabare, vnius epistolæ forma contentus abscessit, atque ea quidem nihil super præsenti negotio deferente. Tu qui te quereris omissum, tribus loquacissimis paginis fatigatus, potius in nauseam concitaris, dum frequenter insulsæ lectionis verbis inanibus immoraris. Adde quia etiam in hoc quod forsitan non notasti, reuerentiæ tuæ meritorúmque ratio seruata est: quod sicut tu antistitum cæterorum cathedris, prior est tuus in libro titulus. illius nomen vix semel tantùm, & sibi ascripta pagina sonat:

tuo præter tibi deputatas frequenter illustrantur alienæ. Illud iis iunge, quod si quid ibi vel casualiter placet, tu per consilium meum lectitas: ille quandoque per beneficium tuum, qui munusculi mei incassum pressus inuidia, necdum ad facultatem legendi (vt suspicor) venit, cùm iamdiu ipse perueneris ad copiam transferendi. Aio, tanquam non sit autographas membranas arbitraturus, si tamen quod ante percurras, vel exemplar acceperit. neque enim in iis quæ tractaueris vlla culpabitur, aut distinctionum raritas, aut frequentia barbarismorum. Nempe ad extremum palàm videtur etiam tibi transmissa proprietas, cui vsus absque temporis fixi præscriptione transmissus est, qui supradicto tandiu potes vti libello, vt eum non ampliùs zothecula tua quàm memoria includat. hæc & his plura fors aliquis. Ego verò cũcta prætereo, & malo precari veniam, quàm reatum, si hoc esse creditur, deprecari: præsentum quoque negligentiam literarum nunc nec excuso: primùm, quòd etsi cupiam, parum cultiùs scribere queo: dein, quòd libellari opere confecto, animus tandem feriaturus, iam quæ propalare dissimulat, excolere detrectat. Attamen cùm satis tibi, & quidem meritò (quidnam enim simile?) in omnibus cedam (quippe in alio genere virtutum, iam per quinquennia decem, non æquæuis sacerdotibus tantùm, verùm & antiquis, quoties collatus antelatúsque sis) noueris volo: quamuis questibus quatias astra, atque maiorum cineres, fauillásque in testimonium læsæ charitatis implores, pedem me conflictui tuo, si mutuo super amore certandum est, non retracturum: quia cùm in cæteris rebus, tum fœdissimum perquàm est in dilectione superari: Quæ velis nolis certa professio conuitiis tuis illis cuncta blandimentorum mella vincentibus non præter æquum respondeatur. Ecce habes literas tam garrulas fermè, quàm requirebas: quanquam sunt omnes (si quæ vspiam tamen sunt) loquacissimæ. Namque in audentiam sermocinandi quem non ipse compellas? qui omnium (de me enim taceo) literatórum, licet occuli affectent, sic ingenia producis, vt solet aquam terræ in visceribus absc̃oditam per atomos bibulos radius extrahere solaris. Cuius lucis aculeo non sola penetratur aut arena subtilis, aut humus fossilis: sed si saxei m̃otis oppressu, fontium conditorum vena celetur, apperit arcanum liquentis elementi secretorum cœlestium natura violentior. Ita si quos, vir sacrosancte, studiosorum senseris, aut quietos, aut verecundos, aut in obscuro iacentis famæ recessu delitescentes, hos eloquij tui claritas, artifice confabulatu, dum compellat, & publicat. Sed quorsum quam moris est? Redeamus ad causam, super cuius abundante blateratu, quia pareo, precor vt errata confessum veniæ clementis indultu placatus impartias, licèt quæ lætitia tua sancta quæque communio,

copiosiùs hilarêre, si meæ culpæ defensio potiùs tibi scripta ferretur, quàm satisfactio. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

Papa Lupo] Tricassino, s̄. c. 1. l. 6. c. 14. l. 8. j̄. Car. 16.

Facundia] Lupus facundo ore hereticos ad sanam fidem reduxit. Constantius in vita. S. Germani, l. 1. c. 19. & 20.

Vobis imputantibus] Sic mss. omnes, malè Lugdd. nobis putantibus, pro libitu lectionem effingunt, imputantibus id est non putantibus, in, hoc loco vim habet abnuitionis. alias docui. s̄.

Minus indulgeant, plus amici] Iulianus. Aug. Basilio, & Gennadius ad Anastasium consulendi sunt, Symmachus. c. 31. l. 1. *amor fiduciam nutrit, quid tam liberum, quàm amicitia,* post, *cassa fide sunt qui iugiter blandiuntur,* Prosper. Aquit.

Libera sit potius vox correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca venena sinat.

Et exeo Adhelmus de laudibus virginit. c. 28. vbi illi versus inemendatè leguntur. j̄. Car. 8.

Districtus semper censor qui diligit extat,
Dura fronte legit mollis amicitia.

Vario causarum, temporum, personarumque congestu] c. 1. l. 1. *si quæ litera paulò politiores varia occasione fluxerunt, prout eas causa, persona, tempus elicuit.*

Euentus] s̄. c. 9. l. 1. *& si non iudicium, certè euentum bonum operis accepit*, est autem iudiciorum anceps alea, & habent sua fata libelli.

Quod auctores in operibus edendis pudor potius, quàm constantia decet] Pliniana imitatio. *Etenim nescio quo pacto magis in studijs homines timor, quàm fiducia decet. Eruditio enim timorem creat, imperitia confidentiam.* Hieron. Damaso. Epist. 26.

Puncta] Id est suffragia, s̄. c. 6. lib. 8. j̄. c. vlt. in Car.

Quàm trepidatio excudit] s̄. c. 6. l. 8. *cum quodam prologo pudoris vultum honestè demissus erubuit, atque ob hoc illi maximum sophos, non eloquentia prius, quàm verecundia dedit.* j̄. c. 14. in fine.

Excudit] s̄. c. 9. huius lib. *vis voluptatis excudat præconij necessitatem.*

Trebaciter diffiteri] Conijcio legendum tribaciter, & s̄. c. vlt. l. 1. *tribatissimus* id est (vt ipse notaui) vir maximè tritus, vt hoc loco tribaciter diffiteri, id est non semel, sed iterum atque iterum, hanc verò veram & idoneam esse interpretationem, contrarietas vocabulorum ostendit, confiteri, diffiteri; simpliciter, tribaciter, id est tritè, & sæpe. vide s̄ d. epist.

Tribus loquacissimis paginis] Id est epistolis, l. 6. e. 1. 4. & 9.

Quod sicut antistitum cæterorum cathedris. c. 1. l. 6. *quod tu pater pa[illegible], & Episcopus episcoporum, & alter tui sæculi Iacobus,* &c. & c. 17. l. 4. *prothomysta[illegible] princeps Pontificum Gallicanorum.* c. 13. l. 7.

Præter tibi deputatas] Scilicet. 1. 4. & 9. l. 9.

Illustrantur aliena] Epist. 17. l. 4. c. 13. & 15. l. 7. c. 14. & 15. l. 8.

Autographas membranas] mss. Clar. & Put. atque etiam vett. libri olographas legunt, non inscitè *holographa scriptura*, Nouella Theodosij & Valentiniani de testamentis, & ibid. *si holographa manû testamenta condantur, & holographum testamentum.* Isidor. l. 5. c. 24. reliqui, *autographas* habent, *autographa epistola*, Sueto. in Augusto. Theodosius. Aug. Ausonio. *familiaremque sermonem autographum ad te transmittere.* &c. quod prorsus idem est, *diographas.* mss. iur. Pet. Pit. vide Gell. l. 9. c. 14.

Præscriptione] Verbo iuris vsus est, s̄. c. 6 l. 8.

Zothecula] Got. omnes mss. s̄. c. vlt. l. 8. *nam per armariola & Zothecculas nostras.*

non remanserunt digna prolatu.

Fors aliquis] Sic ex mss. emendaui. Lugd. fortè quod idem est. Priscianus, *fors & fortè euentus sunt, fortassis & fortasse temeritatis.* Seruius lib. 11. Æneid. *fors id est forsitan.*

Precari veniam, reatum deprecari] Agræcius, *precari est rogare, deprecari est purgare & excusare.* &c.

Reatum deprecari] Idem Agræcius, Cicero. *quid faciet Hortensius auaritiane crimina frugalitatis laudibus deprecabitur.* j. e. 21. lib. 4. *nihil impudenti excusatione deprecatus errorem.* j. e. 15.

Excolere detrectat] s. e. 10. l. 4. *quia post terminatum libellum, qui parum cultior est, reliquas denuò literas vsuali (licet accuratus mihi melior non sit) sermone contexo.*

Iam per quinquennia decem] s. e. 1. l. 6. *et in apostolica sede nouem iam decursa quinquennia,* quinquennio posteà hæc epistola scripta fuit, Lupum autem Tricassinum cathedram sedisse decem lustris, præter Sidonium, Beda & Vsuardus. & Ado. IIII. Kal. Augusti. *quinquaginta duobus annis sacerdotio functus est.* idem vet. hist. S. Lupi.

Pedem non retracturum] adagio est. s. e. 7. l. 3. *vt tandem à continuati silentij proposito pedem referas.*

Quia cum in cæteris rebus, tum fœdissimum perquàm est in dilectione superari] Plinius e. 1. l. 4. *nam vinci in amore turpissimum est,* vide M. Tull. e. vlt. lib. 15. Symmachum. e. 20. l. 4. e. 52. & 65. l. 7 & e. 22. lib. 8. *literis vincimur, amore certamus.* D. Hiero. ad Principiam. ep. & Petr. Venerab. e. 30. l. 5.

In audentiam] Plinius. e. 4. l. 8. *Cur tibi similis, audentia præsertim non delicata, sed necessaria negetur* vide Nonium. cap. 5.

Sic ingenia producis] Seneca *insita sunt nobis omnium artium & ætatum semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia ex seminibus scilicet insitis:* refert. Tertull. de anima, cap. 20.

Vt solet aquam. &c] vide Vitruuium. lib. 8. c. 1. de architectura, & Senecam, lib. 3. natur. quæst. vnde Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quòd veluti Lupi pecora rapiunt, ita ipse quoque humorem eripit radiis. Macrob. lib. 1. c. 17. Cassiod. e. vlt. l. 3.

Saxei montis] Frontinus *cum oppugnaret castellum, in saxeo monte situm.* D. Hiero. in Paulo. *tandem repetit saxeum montem.* Plinius, l. 36. c. 12. s. *terreni colles,* e. 2. l. 2.

Quietos] De se loquitur, ad quem Lupus post auspicia Aruernensis episcopatus scripsit. s. e. 1. l. 6. erat autem Sidonius natura quietus, s. e. 14. l. 7. Epitaph.

Eloquij tui claritas] s. hac ep. Constantius in vita. S. Germani. l. 1. c. 23. *deinde antistites venerandi torrentes eloquij sui, cum Apostolicis & Euangelicis tonitruis profuderunt.* Vet. historia. S. Lupi. *eius (Alistachij) opera scholis adhibitus Rhetorum studiis est imbutus: deinde iam adprimè eruditum, florentis eloquij fama per regiones diuulgauit.*

SIDONIVS ORESIO SVO S.

EPISTOLA XII.

VEnit in nostras à te profecta pagina manus, quæ trahit multam similitudinem de sale Hispano in iugis cæso Tarraconensibus. Nam recensenti lucida & falsa est, nec tamen propter hoc ipsum mellea minùs, sermo dulcis & propositionibus acer. Sic enim oblectat eloquio, quod turbat imperio; quippe qui parum metiens, quid ordinis agam, carmina à nobis, nunc noua petat. primum, ab exordio religiosæ professionis, huic principaliter exercitio renuntiaui, quia nimirum facilitati posset accommodari, si me occupasset leuitas versuum,

re D. Card. Baron. an- tom. 6. anno 484. cap et seq.

quem respicere cœperat grauitas actionum. Tum præterea constat omnem operam, si longa intercapedine quiescat, ægrè resumi. Quisnam enim ignoret cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vsu venire? Cúmque studia consueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescere in artibus. Vnde est & illud, quod serò correptus aut raro, plus arcus manui, iugo bos, equus fræno rebellat. Insuper desidiæ nostræ verecundia comes ad hoc sententiam inclinat, vt me postquam in silentio decurri tres olympiadas tam pudeat nouum poëma conficere quàm pigeat. hoc item nefas, etiam difficilia factu tibi negari, cuius affectum tantò minùs decipi decet, quantò constantius nil repulsam veretur. Tenebimus igitur quippiam medium: & sicut epigrammata recentia, modò nulla dictabo, ita literas (si quæ iacebunt versu refertæ scilicet, ante præsentis officij necessitatem) mittam tibi, petens, ne tu sis eatenús iusticiæ prævaricator, vt me opineris nunquam ab huiusmodi conscriptione temperaturum. Neque enim suffragio tuo minùs augear, si forte digneris iam modestum potiùs, quàm facetum existimare. Vale.

Oresio] Sic vulgati omnes mss. Baronius An. 481. Annal. putat hunc, esse Orétium Tarraconensem Episcopum qui Concilio Tarraconensi interfuit dequo Sigeber. c. 34. de Vir inlust. Malè. Tarraconensis enim synodus habita fuit. An. 517. Anno Anastasij. Aug. 27.

Multam similitudinem de sale Hispano, &c.] in Hispania sal fossicius est. Solinus. *non coquunt ibi sales, sed effodiunt.* Veget de re veteri. lib. 3. c. 1. *Salis fossilis Hispani, &c.* idem. l. 4. c. 27.

In iugi caso Terraconensibus] Cato in libris originum. de Hispanis Alpinis. *sunt in his regionibus ferrariæ, argentifodinæ pulcherrimæ mons ex sale mero magnus, quantum demas, tantum accrescit, &c.* refert Gellius. l. 2. c. 22. ad quæ respexisse videtur Isidorus. lib. 16. c. 2. *sunt & montes natiui salis, in quibus ferro ceditur vt lapis, renascens maius, &c.*

Nam recensenti lucida & salsa est.] Petrus Aru. Venerabilis, lib. 1. de Sacramento altaris, de Hispania. *extant in regionibus illis, salsa (vt ita dicam) vel salsa montana, quæ pro saxis vel rupibus lapideum sal continent, sicque perlucidum, vt quia gemmeam pretiosorum lapidum claritatem æmulatur, salis gemma vocetur, &c.* ex quo collyria mulomedicinæ componebantur. Veget. l. 3. c. 1. & l. 4. c. 27.

Quippe qui parum metiens] mss. Latinij & Pith. meminens, reliqui metiens s. *vestrarum si benè metior partium,* s. c. 10. l. 8. & c. 2. l. 9.

Religiosæ professionis] s. c. 13. l. 7. & c. 14. l. 8. & al.

Exercitio renunciaui] vide. c. 4. l. 8. *modò tempus est seria legi, seria scribi, deque perpetua vita potius, quàm memoria cogitare.* & ĵ ep. sequenti.

Facilitati] quæ vitio proxima est. Pub. Mimus. *Facilitas animi in partem stultitiæ rapit.* s. c. 2. l. 7. sub finem, c. 9. l. 5.

Occupasset] c. 4. l. 8. *Sed quod fatendum est talibus studiis anterior ætas iustè vacabat, seu quod est verius occupabatur, &c.* c. sequenti huius libri. *prosario loquendi genere districtus, occupatusque.*

Omnem operam, &c.] in hanc sententiam, vide Plinium, c. 20. l. 1. c. 9. l. 8. Apuleius. 3. Flor. *profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginat, ita vox in vagina silentij con-*

dita diutino torpore hebetatur, desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit, Cassiod. e. 39. l. 1. in fine. & in proemio. lib. 11. vide epist. sequentem, singularis est in id Ennodius. Deutericio. p. 327. & 349. hunc Sidonij locum Cassiodoro tribuit. Nanus in florilegio. in dictione. *exercitum*. lib. 5. malè.

Pigrescere] Plinius in hist. *segnescere*, lib. 2. acutor morbor. cap. 18. Cœlius Aurel.

Plus arcus manui, iugo bos, &c.] ex Claudia. in paneg. Theodosij.

Nec me quid valeat natura fortior vsus
Præterit, aut quantum neglecta defluat arti,
Desidis auriga non audit verbera currus,
Nec manus agnoscit quem non exercuit arcum.

Tres olympiadas] quas in episcopatu decurrisse Sidonium, ex hoc loco notaui in eius vita. c. 10.

Suffragio tuo minus augear] pro augebor, mutata coniugatione. ẽ. 14. l. 7. in fine quam vide, & adde Hieron. in proem. lib. 1. ad Ephesios.

Modestum] Adeo modestus Sidonius fuit, vt à moribus cognomen acceperit, nam dictus est Modestus mss. Clun. Clar. Amar. Put. Pit. Iur. Bong. & inscribtio Epitaphij.

SIDONIVS TONANTIO SVO S.

EPISTOLA XIII.

EST quidem, fateor, versibus meis sentẽtia tua tam plausibilis olim tam fauoribilis, vt poëtarum me quibusque lectissimis comparandum putes, certè compluribus anteponendum. Crederem tibi, si non vt multum sapis, ita quoque multùm me amares. Hinc est quod de laudibus meis charitas tua mentiri potest, nec potest fallere. præter hoc poscis, vt Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam, quibus, inter bibendum pronuntiandis exerceare, transmittam. Pareo iniunctis, licet si vnquam, modò maximè prosario loquendi genere districtus occupatúsque. Denique probabis circa nos, plurima ex parte, metrorum studia refrigescere. Non enim promptum est vnum eundémque probè facere aliquid & raro.

IAm dudum teretes hendecasyllabos,
Attrito calamis pollice lusimus,
Quos cantare magis pro Choriambicis
Excusso poteras mobilius pede.
Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis vt nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frænis flexit equos plectripotentibus,
Dum metro quatitur chorda glyconio.
Necnon alcaico, vel pherecratio
Juncto Lesbiaco, siue anapæstico,
Vernans per varij carminis eglogas,

Ver-

Verborum violis multicoloribus.
Istud (da veniam) fingere vatibus
Priscis difficile est, difficile & mihi,
Vt diuersa sonans os epigrammata,
Nil crebras titubet propter epistolas,
Quas cantu ac modulis luxuriantibus
Lasciuire vetat mascula dictio.
Illud vix Leo, rex Castalij chori,
Vix, hunc qui sequitur. Lampridius queat,
Declamans gemini pondere sub styli
Coram discipulis Burdegalensibus.
Hoc me téque decet, parce precor iocis,
Quæso pollicitam seruet ad extimum
Oratoris opus cura modestiam:
Quo nil deterius si fuerit simul
In primis rigidus, mollis in vltimis.

QVinimò quoties epulo mensæ lautioris hilarabere, religiosis (quod magis approbo) narrationibus vaca. ijs proferendis, cōfabulatio frequens: ijs redicendis solicitus auditus inseruiat. Certè si saluberrimis auocamentis, vt qui adhuc iuuenis tepidiùs inflecteris, à Platonico Madaurensi saltē formulas mutuare cōuiualium quæstionū: Quóq; reddaris instructior, has solue propositas, has propone soluendas, ijsque te studijs & dum otiaris exerce. Sed quia mētio conuiuiorū semel incidit: túque sic carmen nobis vel ad aliam causam personámq; cōpositum sedulò exposcis, vt me eius edendi diutius habere nō possis hæsitatorem: suscipe libens quod temporibus Augusti Maioriani cùm rogatu cuiusdam sodalis ad cœnam conueniremus, in Petri librum magistri epistolarum subitò prolatum, subitus effudi, meis quoque contubernalibus (dum rex conuiuij circa ordinandum moras nectit oxygarum) Dumnulo, Seueriano, atque Lampridio paria pangentibus (iactanter hoc dixi, imò meliora) quos vndique vrbium ascitos imperator in vnam ciuitatem, inuitator in vnam cœnam, fortè contraxerat. Id more tantum, dum genera metrorum sorte partimur. Placuit nàmque pro charitate collegij, licet omnibus eadem scribendi materia existeret, non vno tamen epigrammata singulorum genere proferri, ne quispiam nostrum qui cæteris dixisset exiliùs, verecundia primùm, pòst morderetur inuidia. Etenim citiùs agnoscitur in quocunque recitante, si quo cæteri metro canat, an eo quoque scribat ingenio. Tu verò tunc oportuniùs subiecta laudabis, cùm totum te socio indulseris. Non enim iustum est vt censor incipias cum seueritate discutere, quod non potuit amicus cum serietate dictare.

religiosis: *religiosis* ... D. Cardinal. Baron. tom. 6. anno 472. cap. [illegible]

Age conuocata pubes,
Locus, hora, mensa, causa
Iubet, vt volumen istud,
Quod & aure & ore discis
Studijs in astra tollas.
Petrus est tibi legendus,
In vtraque disciplina
Satis institutus auctor.
Celebremus ergo fratres
Pia festa literarum.
Peragat diem cadentem
Dape, poculis, chorais
Genialis apparatus.
Rutilum toreuma bysso,
Rutilásque ferte blattas,
Recoquente quas aheno
Melibœa fucat vnda,
Opulentet vt meraco
Bibulum colore vellus.
Peregrina det supellex
Tisiphontis ac Niphatis
Iuga texta, beluásque
Rapidas, vacante panno,
Acuit quibus furorem
Bene ficta plaga cocco,
Iaculó que seu forante
Cruor incruentus exit.
Vbi toruus, & per artem
Resupina flexus ora
It equo, reditque, telo
Simulacra bestiarum
Fugiens, fugansque Parthus.
Niue pulchriora lina
Gerat orbis, atque lauris,
Hederisque, pampinísque
Viridantibus tegatur.
Cytisos, crocos, amellos,
Casias, ligustra, calthas
Calathi ferant capaces:
Redolentibúsque sertis
Abacum, thorósque pingant.

Manus vncta succo amomi
Domet hispidos capillos:
Arabúmque messe pinguis
Petat alta tecta fumus.
Veniente nocte necnon
Numerosus erigatur
Laquearibus coruscis
Cameræ in superna lychnus.
Oleúmque nescientes,
Adipésque glutinosos,
Vtero tumente fundant
Opobalsamum lucernæ.
Geruli caput plicantes
Anaglyptico metallo
Epulas superbiores
Humeris ferant onustis.
Pateræ, scyphi, lebetes,
Socient falerna nardo.
Tripodasque, canthar ósque
Rosa sutilis coronet.
Iuuat ire per corollas
Alabastra ventilantes:
Iuuat & vago rotatu
Dare fracta membra ludo:
Simulare vel trementes
Pede, veste, voce Bacchas.
Bimari remittat vrbe
Thymelen, Palénque doctas
Tepidas ad officinas
Citharistrias Corinthus:
Digiti quibus canentes
Pariter sonante lingua
Vice pectinis fatigent
Animata fila pulsu.
Date & æra fistulata
Satyris amica nudis.
Date rauulos choraulas
Quibus antra per palati
Crepulis reflanda buccis
Gemit aura tibialis.
Date carminata socco.

Date dicta sub cothurno,
Date quicquid aduocati,
Date quidquid & Poëta
Vario strepunt in actu.
Petrus hæc & illa transit.
Opus editum tenemus,
Dimetra quod arte texens
Iter asperum, viasque
Labyrinthicas cucurrit.
Sed in omnibus laborans
Et ab omnibus probatus,
Rapit hinc & inde palmam,
Per & ora docta fertur
Procul hinc & Hippocrenen,
Aganipicosque fontes,
Et Apollinem canorum,
Comitantibus Camœnis
Abigamus & Mineruam,
Quasi præsulem canendi.
Remouete ficta fatu:
Deus ista præstat vnus.
Stupuit virum loquentem
Diadematis potestas,
Toga, miles, ordo equester,
Populusque Romularis:
Et adhuc sophos volutant
Fora, templa, rura, castra.
Super hæc, fragorem alumno,
Padus atque ciuitatum
Dat amor ligusticarum.
Similis fauor resultat
Rhodanitidas per vrbes:
Imitabiturque Gallos
Feritas Ibericorum.
Nec in hoc moratus axe
Citò ad arua perget Euri,
Aquilonibusque, & Austris,
Zephirisque perferetur.

ECce dum quæro, quid cantes, ipse cantaui. Tales enim nugas in imo scrinij fundo muribus perforatas, post annos circiter viginti profero in lucem, quales pari tempore absentans cùm domum redijt

Vlyſſes inuenire potuiſſet. Proinde peto vt præſentibus ludicris libenter ignoſcas. Illud verò nec verecundè, nec impudenter iniungo, vt quod ipſe de familiaris mei integro libro pronuntiaui, hoc tu quaſi ſolicitatus exempli neceſſitate de meo ſentias. Vale..

Tonantio] De cuius patre. s̄. epiſt. 7. l. 1. & j̄. Carm. vlt.

Hic docti inuenies patrem Tonanti.

Hîc verò de filio Magni illius Tonantij. j̄. hac e. *Vt qui adhuc inuenis trepidius, &c.*

Sententia tua tam plauſibilis] Omnium præcipuéque doctorũ iudicio, bonus poëta habitus eſt, Sidonius. vide vitam cap. 1. in fine, quibus adde. epi 1. l. 1. in fine.

Horatiana incude] s̄. epiſt. 4. l. 8. *Certè quoties mihi tui verſus à meditationis incude, tanquam adhuc calidi deferebantur.* vide.

Inter bibendum] s̄. epiſt. 9. l. 2. *Inter bibendum narratiunculæ, quarum cognitu hilararemur,* j̄. hac epiſt.

Proſario loquendi genere diſtrictus] epi. 3. l. 4. *Nam dũ impacta profeſsionis obtẽtu nouum ſcribendi morem gradatim appeto, & veterem ſaltuatim dediſco, de bono oratore nihil amplius habeo, quàm quod malus poeta plus eſſe cepi,* nam Epiſcopus creatus poëticæ renuntiauit. s̄. epiſt. 12. huius lib.

Probè facere aliquid, vel rarò] epiſt. 11. l. 4. *Quis faceret dictandi deſuetudo difficultatem.* vide quæ notaui. & s̄. epiſt. 12. huius lib. j̄. epiſt. 15. *Nam metrum diu infrequentatum durius texitur.*

Teretes hendecaſyllabos] s̄. epiſt. 4. lib. 8. *Elegos acutos, ac rotundatos hendecaſyllabos* vide.

Attrito pollice] *Et tenuare rudes attrito pollice lanas.* Stat. Achil. 1. s̄. epi. 8. l. 8. *Quandiu attritas teſſerarum quondam iactibus manus.*

Sed tu per Calabri tramitis aggerem] id eſt, Horatij. Martial. 8. epiſt. 18.

Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci.

Vis vt noſtra dehinc curſitet orbita] epiſt. 15. huius libri in Carm.

Leonis aut ſecutus orbitas

Ibidem. *Homericæque par & ipſe gloriæ,*

Rotas Maronis arte ſectans compari.

Orbita autem & rota ipſa intelligitur, & veſtigium rotæ. Aſcon. 3. Verrina.

Qua flaccus Lyricos, &c.] Flaccus poëta Lyricus, s̄. epi. 11. l. 8.

Aut quo tu Latium beas Horati

Alcæo melior lyriſtes ipſo.

Pindari ſimia, ſeu verius latiaris Pindarus, idem s̄. *Poſt Horatianos & Pindaricos cygnos, &c.* Martialis l. 8. epiſt. 18.

Pindaricos poſſet cum ſuperare modos.

Glyconio] Diomed. l. 3. *Glyconicum ex iambico dimetrum in Horatio tale eſt:*

Non ebur neque aureum, &c.

Terentianus ſub finem operis. de reliquis pedibus & metris, de quibus hîc Sidon. videndi Terentianus, Cenſorinus, Diomedes & reliqui.

Maſcula dictio] s̄. epiſt. vlt. l. 8. Ennodius Olybrio.

Nonniſi per campos diſcurrit lingua patentes.

Maſcula nec litui dicta feram grauibus.

Idem de Fauſto. *Maſcula, Rhetorico ſtemmate lingua tonet.*

Idem, *oratoriam pompam ſectando, maſculæ dictionis brachiis æqualis, ad certamen eduxit,* , *fortis & virilis.* Senecæ epiſt. 114.

Leo rex Caſtalij chori] vide epiſt. 3. l. 8. j̄. epiſt. 15. in Carm.

Leo, Leonis aut ſecutus orbitas, &c. j̄. Carm. 23.

Siue ad doctiloqui Leonis ades, &c.

Lampridius] vide s. epist. 9. & 11. l. 8. & ea quæ notaui, Rhetor & poëta Burdegalensem cathedram sedit.

Epulo mensa lautioris hilarabere] s. hac epist. & epist. 2. l. 1. epi. 9. l. 2. vide quæ notaui, & adde, Gell. lib. 6. cap. 13. Macrob. lib. 7. cap. 3. & Symphosium in fine Ænigmatum. Varro. Eumenidibus. *Dum sermone cœnulam variamus.*

Platonico Madaurensi] Platonicū Græca & Latina lingua nobilem vocat August. lib. 8. de Ciuit. Dei, cap. 19. *Huius autem philosophi Platonici, copiosissima & disertissima extat oratio, &c. Medaurensis Apuleius.* Cassiod. de Arithmetica.

Conuiualium quæstionum] De conuiualibus quæstionibus scripsit Apuleius, qui liber desideratur.

Petri librum magistri epistolarum] j. Carm. 5.

Quid loquar hic Petrum, qui scrinia sacra gubernat, &c.

Magister epistolarum legationes ciuitatū, & cōsultationes, & preces tractabat. Notit. Imperij. de Magistro scriniorum. vide j. Carm. 3. & 5. sub finem.

Dum rex conuiuij] id est dominus cōuiuij, qui ad cœnam inuitauerat, Macrobius lib. 1. Satur. cap. *Hic video excepto rege conuiuij, tot nos esse, quot sunt Musæ, &c.* Idē, lib. 2. c. 1. *Nam ipse rex mensæ, nec in moribus Socrate minor, & in Rep. Philosopho efficacior, &c.* Auson. Ephemeride. *Sex enim conuiuium cum rege iustum.* vnde etiam regna Horatio lib. 1. Ode 4.

Nec regna vini sortiere talis.

Sortitò enim reges conuiuij creabantur, iactu scilicet Veneris. Horat. l. 2. Ode 7. vnde *Basilicus iactus*, ab antiquis dictus est.

Moras nectit] s. epist. 18. l. 4. *Si moras nectis*, vide, & adde quod ait Florus, lib. 4. cap. 2. *Pompeius aduersus hac nectere moras, &c.* Hilarius Arelatensis in vita S. Honorati. *Hunc Thuscia veneratur, amplectitur, & blandissimas per sacerdotes suos moras nectit.* Gregor. Turon. l. 6. cap. 18. hist. *Nam & legatis hae causa nexuit moras*, j. epi. ad Leontium. *moras necto.* Collatio Carthaginensis. 2. 68. *Nulla morarum impedimenta nectantur*, & Collat. 3. 64. *Partem aduersam moras toties innectere.* Sic emendo, pro moratoriæ innectere plura j.

Oxigarum] Apicius l. 1. cap. 6. *Oxigarum (quod sonat garum siue liquamen acetosum)* &c. Gloss. vett. ὀξύγαρον *acetarium*, quod in primo missu apponebatur. Martial. l. 5. Epig. 97. ex hoc loco clarum est.

Dumnulo] De quo s epist. vlt. lib. 4. j. epist. 15. huius libri. *Afer vaferque Dumnulus politus.* j. Polemio post carmen. 15.

Seueriano] *Seuerianus ista Rhetor altius.* j. epist. 15. in Carm. 9.

Præstantémque tuba Seuerianum.

Lampridio] s. in Carm. hac epist. j. Carm. 9.

Acrem Lampridium, catum Leonem. Idem Narb.

Seu nos Lampridij lares habebant.

Ciuis magnifici, virique summi.

In vnam ciuitatem] Scilicet Arelatensium s. epist. vlt. lib. 1. *Inter hæc fremere Arelatenses, quò loci res agebatur, &c.* vbi Maiorianus Aug. *Sua quinquennalia celebrauit.* Ibidem.

Cum totum te socio] Sic mss. quidam mss. Cla. Pit. Iur. Pet. Lat. vet. & Basil. *cum totus otio indulseris.* V in. *cum totum te otio*, quæ postremæ lectiones alienæ sunt à Sidonij mente, socio, intellige oxigaro, garum enim est liquor sociorum. Ausonius Paulino. epist 21. eodem sensu idem Auson. Symmacho, & simili locutione. *Sed in quoque hoc ipsum paulò hylarior & dilutior lege, namque iniurium est de poëta malè sobrio, lectorem abstemium iudicare.* j. in fine Carm. 22.

Serietate] epi. 9. l. 1. *Tandem reditum est in publicam serietatem.* j. Carm. 23.

Risus, serietas dicacitates.

Satis] Pro nimis 3. epist. vlt. l. 1. & aliàs passim, Plinius epi. 22. l. 6. *Nec cuiquam satis fidas, &c.* J. Narbone. *Et te multimoda satis verendum.*

Rutilum toreuma bysso] epist. 2. lib. 1. *Toreumatum peripetasmatúmque modò conchiliata profertur suppellex, modò bissina*, epist. 13 l. 2. *Aureo lecto, sericatóque toreumati imponit.*

Blattas] id est purpuram. Paul. Diacon. in Glossis. *Blatta, genus purpureum vermis.* & l. 10. Cod. de murilegulis. à qua *blattea tunica*, Capitolino, & Vopisco, & *blatteus color*. Isidor. lib. 12. cap. vlt. lib. 19. cap. 28. & *blattifer senatus*. J. Carm. e. vlt. l. 9.

Meliboea fucat vnda] Vergil. 5.

Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

Fucat, 3. epist. 6. l. 8. *Sarranus ebriam fucus.*

Opulentet] 3. epist. 1. l. 5. *Centuplicatis opulentare muneribus.*

Meraco] id est puro & immixto, Gell. l. 1. cap. 18. vnde *meraca potiones*, lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 30. & l. 5. cap. 26. *Vinum meracum, & meraca potio.* Cœlio Aurel. lib. 3. cap. 6. tard. passio.

Bibulum vellus] 3. epist. 17. l. 5. in Carm.

Migret vt in bibulum vellus ab ore liquor.

Niphatis] Armeniæ montis in Perside. Vibius. & Plinius l. 5. cap. 27. Id autem intellige de babylonicis.

Iuga texta, beluásque] Sunt babylonica, & tapetia beluata. Plauto. Pseudolo. J. Carm. 15. vers. 134.

Vacante panno] Non est quod legas vocante, id est prouocare, & putes Sidonium innuere tauros purpura prouocari, vel panno rubro, quod traddunt, Cicero in diuinat. Seneca lib. 2. de ira. cap. 12. & lib. 3. cap. 30. Vlpian. l. 50. §. 3. de furtis. Legis Burgundionum tit. 73. & ex ea Papianus lib. responso. tit. 20. sed intellige, in vacante panno, rapidas videri beluas, id est, in panno quod vacat, & non rapitur, quod referendum est ad babylonicorum elegantiam, quæ tam benè efficta erant, vt non ficta in eis viderentur animalia, scilicet Tygrides & reliqua id genus, quibus est ferax Babylonia, & Parthia, non tauros; sequentia satis adstruunt, vide J. Carm. 22. in Burgo. vers. 160. perperàm Lugd. hoc loco.

It equo redditque, &c] Auersi enim Parthi iaculantur, & versis equis. Horat. Ode 17. lib. 1.

Et versis animosum equis
Parthum dicere.

Carm. 7. *Vel cum diffugiunt, fugiendos tum mage Persas.*

Lina] Sic mss. & Iul. mappas rectè interpretatur. mappæ ex lino. Plin. l. 19. cap. 1. & Isidor. lib. 19. cap. 27. 3. epist. 17. l. 5.

Gerat orbis] id est, mensa orbiculari forma, Martial. lib. 9. Epigram. 23.

Vt Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes,

Id est, mensæ citreæ ex Mauritania, de quibus Plinius l. 13. cap. 15. & Tertull. lib. de pallio sub finem. idem, Mart. Epigram. 60.

Inde satur mensas & opertos exuit orbes.

lib. 14. Epigram. 138.

Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Mar. Tull. *Quingentis millibus, non vnum orbem citri emit.* Tertullian. de pallio. sub finem, qua forma scilicet orbiculari erant cillibæ mensę. Festus. lib. 3. & Varro. lib. 4. vbi *cibilla* legitur.

Citisos, &c.] Vide J. Carm. 2. & Carm. vlt.

Abacum] epist. 2. l. 2. *In hac stibadium & nitens abacus.*

Hispidos capillos.] epist. 2. l. 2. *Hispidus superciliorum coronat arcus.*

Cameræ in superna lychnus.] Vergil.

dependent lychni laquearibus aureis

Incensi. lucerna bilychnis de camera pendebat. Petron.

Opobalsamum lucernæ] Luxuriem conuiuij lasciuientis describit, Lamprid. Heliogabalo. *In lucernis balsamum exhibuit.*

Geruli caput plicantes] epist. 2. l. 1. *Non ibi impolitam congeriem liuentis argenti mensis cedentibus suspiriosus minister imponit.*

Anaglyphtico metallo] id est signis aspera, Plinius. l. 33. cap. 11. *Nunc anaglypha, in asperitatemque excisa*, Vergil. *aspera signis.* Serm. & Gloss. vett. *anaglypha*, Eucher. lib. 3. Regum. cap. 17. *Anaglypha Græcè, dicuntur Latinè exlaturæ, coelata sunt autem vasa aurea, vel argentea, signis eminentioribus extrà intusque expressa, hæc & alio nomine sculpta vocantur, anaglypha vasa dicta quod superius sunt sculpta. Signis caraxata vasa.* Gregor. Turon. lib. 9. cap. 5. hist. vt id obiter, caraxare veteri Gallico idiomate *caraxer*, est, id est sculpere, inducere, vel pingere, verbum latiare. à quo *caraxatura.* in testa. c. Bertichramni, & S. Remigij. Prudentius in hymno Romani martyris.

Caraxat ambas vngulis scribentibus

Genas, cruentis & secat faciem notis.

Anianus lib. 2. sentent. Pauli tit. de furtis, *caraxata tabula*, Paulo, *cancellata.* Isidor. in Gloss. *inducit, caraxat.* Aldhelmus de laudibus virginitatis. cap. 10. *Flexu literarum apicibus, in quadrata parietis pagina caraxatu, id est scriptu*, postrema hæc glossema sūt, idem. cap. 25. *Cuius mentionem infrà caraxauimus.* cap. 26. *Rusticis saltem schedarum apicibus caraxentur.* Gregorius Turon. lib. 1. de miracul. cap. 53. *Parietes domorum atque Ecclesiarum signarentur, atque caraxarentur.* idem lib. 7. hist. cap. 37. *Tunc es pictorille, qui tempore Chlotharij regis, per oratoria parietes atque cameras caraxabas?* Id est pingebas: signis ergò caraxata vasa sunt anaglypha, vnde anaglypharij, vetus interpres Iuuenalis Satyra. 9. in fine. versu. 145. *Curuus calator*, &c. *Id est opifices serui argentarij, laboriosi anaglypharij*, tropicè *anaglypharij vsurarum.* D. Ambrosio. de Tobia. c. 13.

Seriet falerna nardo] 5. epist. 13. l. 2. *Spumarent falerno gemmæ capaces, inque cristallis calerent vnguenta glacialibus.* vide, & adde quod ait Lampridius in Heliogabalo. *Bibit cum omnibus suis caldarium de nardo exhibens.*

Cantharosque] Non pro labris & aquariis cantharis, sed poculis potoriis accipe, Plautus sæpè. Arnob. lib. 6. *Aut in Liberi dextera pendens potorius cantharus*, paulò post. *ingentes cantharuli*, vide Pollucem. l. 6. Onomastici. cap. 16. Valerium. lib. 3. c. 6. de C. Mario. *Cantharo semper potauit, &c.* Liberi poculum cantharus. Macrob. l. 5. c. 21. qui ex eius humeris dependebat. D. Hieron. aduers. Vigilantium.

Rosa sutilis] Martial. l. 5. Epigr. 65.

Lassentúrque rosis tempora sutilibus.

l. 9 epist. 95. *Sutilis aptetur deceas rosa crinibus.*

Iuuat & vago rotatu] id est, choreas Liberi celebrare, quæ Vergilio, Eglo. 5. *thyasi*, id est saltationes, *chorea liberi, liberalia*, interprete Seruio.

Trementes] id est ebrias Gloss. vett. *μέθη trementura, ebrietas*, sic ex mss. Clu. Cla. Put. Am. Iur. & reliquis omnibus rectè, malè Lugdunenses tremente. 7. Carm. 9.

& tremulas furore festo

Ire in Bassaridas, &c.

Thymelen] id est ludiam cytharistriam, quæ in thymele, id est, orchestræ parte, artem ostentabat, Iuuenal. Satyr. 6. vnde nomen famosæ gesticulatrici & lyristriæ quæ in deliciis Neroni fuit, *Thymele*, Vetus interpres Iuuenal. Satyr. 6. Martial. l. 1. Epigr. 5. *thymelica*. l. 5. C. Theod. de Scenicis. & l. 21. de Pistoribus. Cod. eod quæ cōmunis adhibebatur. l. 10. C. Th. de scenicis 5. epist. 2. l. 1. sub finem, atque etiam thymelici. Laodicenæ Synodi. can. 54.

Palenque] 7. *Cannas, plectra, iocos, palen, rudentem.* Carm. 23. Palen hic accipe pro

psaltria

psaltria saltitabunda, antiquis enim saltitabundi canebant. Gell.l.20. c. 2. J. Carm. 1.5.epist. 2.l.1.

Vt pectinis fatigent] pag. 230.epi.13.l.9.in Carm.ver. 25.i. recreent, fatigare hic recreare est, vt 5.epi.17.l.5. *verba fatigatoria*. quæ fatigant.i. recreant. Gloss. vett. *fatigare, titillare*. Horatius. Ode 4.l.3. *Ludo fatigatúmque somno*. nam somnus non fatigat sed recreat. Tertull de anima.& Am. Marcelli. Auson. Mosel.

Intentos tamen vsque oculos errore fatigant

Interludentes examina lubrica pisces

5.epi.11.l. 8. *Pila tantum ad voluptatem fatigabat libenter, &c.*

Choraulas] *Quid dicam cytharistrias choraules*. Carm.23.5.epi.2.l.1.

Digitis quibus canentes] J. Carm.2. *Qui cantu flexit scopulos, digitisque canoris*.

Antra palati] Cameram palati, vt loquitur. 5. e. 7. huius lib. vide, & adde, quod ait Gregor. Turon.lib.4.de miracul.S.Martini. cap. 2. *Et totum palati impleuerat antrum, antra narium*. epist. 2.lib.1.

Carminata] 5.epi.9. l.1. *Vetinum quidpiam vel tumultuariis fidibus carminantem*. J. e.15.in Carm. *Quot tesque verba Graia carminaueris*.

& 5.e.6.l.8. *carminabundus*. & epi.9.l.1.

Diadematis potestas] *cuius dignatur ab ore*,

Cæsar in orbe loqui, &c. J. Carm.5. de Petro.

Toga] Pro togatis & aduocatione. 5.epist. 13.l.2. vide, & adde Aurel. Victorem in Hadriano. J. Carm. 5.de Petro.

Qui cum ciuilis dispenset partis habenas.

Miles] *Sustinet armati curas, &c.* J. Carm. 5. de Petro.

Sophos volutant] 5.e.9.l.1. *ad sophos meum*. e.6.l. 8. *Atque ob hoc illi maximum sophos*. J. Carm. 5. *Exultans Europa sophos*. Carm.8. *Ad nostrum reboat concaua Roma sophos*.

Alumno] Carm.9. *Non quod Corduba prepotens alumnis*. idem Narbone.

Miratis minus Atticos alumnos.

Ennodius. Pomerio. *Et latiaris vnde venā, alumnus Rhodani perquirebas*. vide. J. id est, incolæ & habitatori Liguriæ.

Simulis fauor resultat, Rhodanitidas per vrbes] id est vrbes, quas Rhodanus alluit, vt Lugdunus, ex qua Petrus exegit Gothos, qui eam occupauerant J. Carm. 5.

Obside percepto, nostræ de mœnibus vrbis,

Visceribus miseris insertum depulit hostem. quæ *Rhodanusia*. 5.e.5. l.1. necnon Araria. à qua in lib. ms. de notis. 9 H. *Arariacus*. *Rhodanusdísque ripas percurrens*. Gregor. Turon.l.1.cap.32.

Feritas Ibericorum] Lucan. l.2.

Quique feros mouit Sertorius exul Iberos.

In imo scrinij fundo] Sic mss. Vergil. 2. Æneid. 2. *Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo*. Fundum pro profundo. 5. epist. 5.l. 1. *Foraminato fundi glutino*, epi. 8. l.4. *à rota fundi sensus cauatur striaturis*. Cato. de re rust.cap. 68. Columella.l. 12.c.19.

Scrinij] 5.epi. 1.l.8.& epi. 7. huius lib. id est armarij.

Absentans] D. Cyprianus de singularit. Clerico. *Optanda semper cognatis, absentatur adfinitas proximorum*. ibid. *Sed pro tuendis paribus votis semota vnanimitate absentari charitas persuasit*, idem de cœna domini. *Sacramenta quidem quantum in se est, sine propria esse virtute non possunt, nec vllo modo se diuina maiestas absentat mysteriis*. Claudian.3. de raptu Proserp. *patriis procul absentauerit oris*.

Faustus Regiensis de creaturis. *Illuc vnde se absentauerat, euocata remeauit*. posteà. *Et rursum intrà hospitium vnde se absentauerat restitutam vides*. Idem. Homel. de vidua. *De qua absentabit omnis miseria*. Homel. de latrone beato. *De ligno crucis clamat, sed ad tempora retributionis absentat*. Concilij Aruernensis can. 15. *Quisquis autem Episcoporum, excepta ineuitabili causa, vel necessitate, de peragendo se concilio absentauerit*. Concilij

Cæsaraugustani. can. 2. *Nec dubus quadragesimæ ab Ecclesia se absentet*, & can. 4. *nulli liceat se absentare.*

Vlysses] Homerus, & ex eo Iulianus August. epi. 1. & reliqui. J. Carm. 9.

SIDONIVS BVRGVNDIONI SVO SALVT. EPISTOLA XIIII.

DVpliciter excrucior, quòd nostrum vtérque lecto tenetur. Nihil enim est durius quàm cùm præsentes amici diuiduntur communione languoris, quippe si accidat, vt nec intra vnum conclaue decumbant, nulla sunt verba, nulla sunt solatia, nulla denique mutui oratus vicissitudo. Ita singulis mœror ingens, ísque plus de altero. Nam parum possis, quanquam & infirmus, periclitante quem diligas, tibi timere. Sed Deus mihi, fili amantissime, pro te pauenti validissimum scrupulum excussit, quia pristinas incipis vires recuperare. Diceris enim iam velle consurgere, quódque plus opto, iam posse. Me certè taliter consulis, & solicitudine propè præcoqua quæstiũculis literarum, iam quasi ex asse vegetus exerces, audire plus ambiens (etsi adhuc æger) Socratem de moribus, quàm Hippocratem de corporibus disputantem: dignus omnino, quem plausibilibus Roma foueret vlnis: quoque recitante, crepitantis Athenæi subsellia cuneata quaterẽtur. Quod proculdubio consequebare, si pacis locíque conditio permitteret, vt illic senatoriæ iuuentutis contubernio mixtus erudirère, cuius te gloriæ pariter ac famæ capacem, de orationis tuæ qualitate coniecto, in qua decentissimè te nuper pronũtiante, quæ quidem scripseras extemporaliter, admirabantur beneuoli, mirabantur superbi, morabantur periti. Sed ne impudenter verecundiam tuam laudibus nimiis vltrò premamus, præconia tua iustiùs de te quàm tibi scribimus. Hoc potius vnde est causa sermonis intromittamus. Igitur interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus, vt celer explicem, sed sub exemplo. Ii nimirum sunt recurrentes qui metro stante, neque literis loco motis, vt ab exordio ad terminum, sic à fine releguntur ad summum. Sic est illud antiquum:

Roma tibi subito, motibus ibit amor.

Et illud:

Sole medere pede, ede perede melos.

Necnon habentur pro recurrentibus, qui pedũ lege seruata, etsi nõ per singulos apices, per singula tamen verba replicantur, vt est vnum distichon meum; (qualia reor, & quidem legi multa multorum) quod de riuulo lusi, qui repentino procellarum pastus illapsu, publicúmque aggerem confragoso diluuio supergressus, subdita viæ culta inundauerat, quanquam depositurus insanam mox abundantiam, quippè quam

pluuiis appendicibus intumescentem, nil superna venæ perennis pondera inflarent. Igitur istic (nam viator aduceneram) dum magis ripam quàm vadum quæro, tali iocatus epigrammate, per turbulenti terga torrentis, his saltem pedibus incessi:

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen,
Tempore consumptum iam citò deficiet.

Hos si recurras, ita legitur.

Deficiet citò iam consumptum tempore flumen,
Tramite decurrit quod modò præcipiti.

Et, *Musa mihi causas memora, quo numine læso.*

En habes versus, quorum syllabatim mirere rationem. Cæterum pompam, quam non habent, non docebunt. Sufficienter indicasse me suspicor, quòd te requirendum existimasti. Simile quiddam facis & ipse, si proposita restituas: Eque diuerso, quæ repeteris expedias. Namque eminet tibi thematis celeberrimi votiua redhibitio, laus videlicet peroranda, quàm edideras Cæsaris Iulij: Quæ materia tam grandis est, vt studentum, si quis fuerit ille, copiosissimus, nihil amplius in ipsa debeat cauere, quàm ne quid minùs dicat. Nam si omittantur, quæ de titulis Dictatoris inuicti scripta Parauinis sunt voluminibus, quis opera Suetonij, quis Iuuenci, Martialis historiam, quísve ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquauerit? Sed tuis ceris hæc reseruamus. Officij magis nostri est auditoribus scamna componere, præparare aures fragoribus intonaturas. dúmque virtutes tu dicis alienas, nos moliamur tuas dicere: neque vereare, me quospiam iudices Catonianos aduocaturum, qui modò inuidiam, modò ignorantiam suam fictæ seueritatis velamine tegant, quamquam imperitis venia debetur: cæterùm quisquis ita malus est, vt intelligat bene scripta, nec tamẽ laudet: hunc boni intelligunt, nec tamen laudant. Proinde curas tuas hoc metu absoluo, fauentes audiunt cuncti, cuncti fouentes: gaudiisque, quæ facies recitaturus, vnà fruemur. Nam plerique laudabunt facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem. Nõ enim minùs laudi feretur, adolescentem, vel (quod est pulchrius) penè adhuc puerum, de palæstra publici examinis tam morum referre suffragia, quàm literarum. Vale.

Et si adhuc æger, Socratem, &c.] Ciceron. 1. Tuscul. *Et si quem tuorum affectum mœrore videris, huic accipenserem potius, quàm aliquem Socraticum libellum dabis.*

Crepitantis Athenæi] De Athenæo ĩ. epist. 9. huius lib. & epi. 9. l. 2. vide, & adde, quod ait Acron. Satyr. vlt. l. 1. ad hæc *hæc ego ludo*
Quæ nec in æde sonent.

In athenæo, id est, ea scribo quæ nec recitentur in athenæo, D. Hieron. ad Pammachium. epi. 26. *Quando omne athenæum scholasticorum vocibus consonabat.*

Subsellia cuneata] s. sicque olim theatra Vergil. *cuneatis hunc lata theatri Seditio.* Auson. de sept. sapientibus.

Cuneata crescit hæc theatri immanitas.

Qua conformatione id fieret Vitruu. l. 5. cap. 6. docet

Subsellia quaterentur] s. epi. 10. l. 5. *Hunc olim perorantem & rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem*, vide & adde Persium Satyr. 1. *Nec puteum cedit.*

Contubernio mixtus] s. epist. 17. l. 5. *Qui contubernio mixtus æqualium*, Plinius epist. 27. l. 7. in fine.

Admirabantur, mirabantur] epi. vlt. lib. 1. *Gestusque eorum miror, nec admiror equidem.* Ægratius, *miramur opera, admiramur virtutes.*

Verecundiam, &c.] epi. 2. l. 7. *Oneras consummatissime pontificum verecundiam meam multifaria laude cumulando.* vide.

Quos recurrentes asseram versus] epist. 11. l. 8. *Elegos verò nunc schoicos, nunc recurrentes*, & ita Diomedes lib. 3. *Hic & in currentibus & in recurrentibus versibus priores hexametri sunt, reciproci versus.* Seruio. Aeneid. 7. Diomedi lib. 3. & Mario Victorino l. 3. quos inuenisse ocia curiosa tradit. Diomedes. l. 3.

Cæsaris Iulij] De quo s. epi. 6. l. 8. initio.

Scripta patauinus] Symmachus epist. 18. l. 4. *Reuolue Patauini scriptoris extrema, quibus res. C. Cæsaris explicantur, &c.* J. Carm. 9. & 23.

Suetonij opera] i. vitam Iulij Cæsaris, & libros de bello Gallico, quos Suetonio asserit. Orosius lib. 6. cap. 7. ita visum est Lodoico Caduceo, mihi propter eruditionem & humanitatem amicissimo, in cuius commilitio multum me profecisse liberè fateor.

Quis Iuuenci] Fortè Iuuencij de quo Lampridius, vel vt alij legunt Viuentij historiæ scriptoris, Cœlij Iuuencij, Fulgosius non semel quem, vide.

Martialis historiam] Gargilij Martialis historiæ scriptoris meminit Vopiscus in Probo, initio, Seueri temporibus vixit, Lampridius in Seuero. *Et ne sit longum omnia inserere, quæ Gargilius Martialis eius temporibus scriptor singulatim persecutus est.* Vel quod verius crediderim Fenestellæ annales intelligit, cuius fragmenta passim leguntur apud probos auctores, qui Fenestella Martialis dictus est, & ita laudatur à Fulgentio lib. 3. Mytholog. de Perdice. Gargilij Martialis etiam rei rusticæ scriptoris meminit. Seruius. 4. Georg. Palladius. l. 2. tit. 15. & 16. & Cassiod. lib. 11. diuinar. Institut.

Balbi Ephemeridem] Suetonius in Iulio cap. 81. *Cuius rei ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris.* Gellius l. 17. cap. 9. *Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res eius absentis curabant.* Iul. Capitolinus in Maximo. & Balbino. à *Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompeium ciuitatem meruerat, cum esset sua patria nobilissimus, idemque historiæ scriptor.* Ephemeridem, i. diarium Sempronius Asellio apud Gellium. l. 5. cap. 18. *Ephemeris. C. Cæsaris.* Symmachus lib. 4. epist. 18. & ita laudatur à Seruio passim.

Scamna componere] id est subsellia. s. epist. 3. l. 1. *Scamnis tamen amicabilibus deputantur.* vide.

Iudices Catonianos aduocaturum] s. epi. 9. l. 8. *Vtcunque moderere Catonianum superciliosæ frontis arbitrium.*

Ignorantiam suam ficta seueritatis, &c.] J. in Carm. in fine.

Rugato Cato tetricus labello,
Narem Rinocheroticam minetur,
Non te terreat hic nimis peritus,

Verum si cupias probare tanta,
Nullus scit mihi crede, quanta nescit.

Vide Plinium, c. 17. l. 6. & Am. Marcell. lib. 31.

Quisquis ita malus est, &c.] Varro de re rust. lib. primo. cap. 2. sub finem. *tu inquit inuides tanto scriptori, & obstringilandi causa siglinas reprehendis, cum praeclara quaeque ne laudes praetermittas*, &c. Plinius, epist. 16. lib. primo sub finem. *At hoc prauum malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum*, &c. vide Symmachum. c. 8. 10. 19. lib. 1. Arnobius. l. 4. *Si rerum momenta pendantur, nullum repertas tam inuidum iudicem, qui non criminosius existimet, maledictis insignibus, cuiuspiam famam carpi, quàm a quoquam silentio praeterire* ex quibus paret famã alicuius praeterire criminosũ esse. Ennodius in natali Laurẽtij Mediolanẽsis episcopi. *Superflua scribere, res iactantiae est, necessaria reticere contemptus, saepe & imporationis nostrae mater est, doctoris occultata laudatio*, crimen est famam alicuius silendo violare, nam[illegible]m mentiri turpe est, tam vera reticere. Seruius. 1. Æneid. Boetius. lib. 1. prosa. 4. *Nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror, vel occuluisse veritatem, vel concessisse mendacium.* Ausoni. in Epicedio ad Patrem Edylio. 2. *Falsum autem me morte eius obita dicere, & verum tacere eiusdem piaculi existimo.* idem Paulino epist. 25.

vt diuersa sibi, vicinaque culpa est,
Multa loquens, & cuncta silens. s. c. 9. hui. l. & j. Cat. 21.
Quisque tamen tantos non laudans ore penates,
Inspicis, inspiceris, resonat sine voce voluntas,
Nam tua te tacitum liuere silentia clamant.

Toti pudorem] Toti id est omnes, passim apud Sidonium, quoad sententiam. s. c. 6. l. 8. & c. 12. huius lib. *quodque tetricis puncta censoribus, tardius procacitas recitatoris quàm trepidatio excudit.*

Penè adhuc] s. c. 6. l. 8. *audiui eum adolescens atque adhuc nuper ex puero.* vide & adde, quod ait. M. Tull. epist. ad Brutum. *cum me pro adolescentulo ac penè puero Resp. accepisset vadem.* &c. Plini. e. 1. l. 4. *quòd me penè adhuc puerum patronum cooptauit.* D. Hiero. ad Nepotianum. init. *dum essem adolescens, imò penè puer, & primos impetus lasciuientis aetatis eremi duritia refrenarem:* penè pueri sunt, qui nundum adolescentiae annos attigerunt, id est, qui nedum dicimum septimum annum emensi sunt, Tubero apud Gellium. l. 10. c. 28. & Censorinus de die natali. c. 14. Iordanes de reb. Get. *Theodoricus iam adolescentiae annos contingens, expleta pueritia, octauum decimum peragens annum. aetates enim Varro sic diuidebat, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam.* Serui. Æneid. 5.

SIDONIVS GELASIO SVO S.

EPIST. XV.

PRobas, neq; deprecor me deliquisse: deliqui quippe, qui necdũ nomine tuo vllas operi meo literas iunxerim. Sed tamen scribis tum quod errauerim, veniabile fore: si quod & ipse decantes mittam ab exemplo, quia scilicet Tonantio meo, ad parem causam futuras vsui literas bimetras miserim. Praeter hoc quereris paginam meam, si resoluatur in lusum, solis hendecasyllabis frequentari. Qua de re trochaica garrulitate suspensa senariolos aliquos plus requiris, seruio iniunctis tu modò placidus accipias, siue odam hancipsam mauis vocare, siue eglogam. Nam metrum diu infrequentatum durius texitur.

Iubes amice nostra per volumina
Modis resultet incitatioribus.
Ferox Iambus, & Trochaus hactenus,
Pigrasque bigas, & quaterna tempora
Spondaus addat, vt moram volucripes
Habeat parumper insita trimetra
Resonétque mixtus ille pes celerrimus.
Bene nūcupatus quondā ab arte Pyrricha
Loco locandus vndecunque in vltimo,
Spondam daturus & subinde versui
Modo in priore parte, nunc in extima
Anapæstus, ipse quanquam et absolutiùs
Pronuntietur cum secuta tertia.
Gemina breuique longa adhæret syllaba,
Quæ temperare vix valet gregarius
Poëta, vt ipse cernis esse Sollium.
In pectine errat, nec per ora concaua
Vaga lingua flexum competenter explicat
Epos, sed istud, aptius parauerit
Leo, Leonis aut sequutus orbitas
Cantu in Latino, cùm prior sit Attico,
Consentiorum qui superstes est patri
Fide, voce, metris, ad fluenta Pegasi
Cecinisse dictus omniforme canticum,
Quotiésque verba Graia carminauerit,
Tenuisse celsa iunctus astra Pindaro
Montémque victor isse per biuerticem
Nulli secundus inter astra Delphica,
At vterque vatum si lyra Poëtica
Latiare carmen aptet absque Dorico,
Venusina Flacce plectra ineptus exeras.
Iapygisque verna cycnus Aufidi,
Atacem tonare cum suis oloribus.
Cana & canora colla victus ingemas.
Nec ista sola sunt perita pectora,
Licet & peritis hæ peritiora sint.
Seuerianus ista Rhetor altius,
Asser, vaferque Dumnulus politiùs
Scholasticúsque sub rotundioribus
Petrus camœnis dictis asset acriùs,
Epistolaris vsquequaque nec stylus

Virum vetaret, vt stupenda pangeret,
Potuisset ista semper efficacius,
Humo atque gente cretus in Ligustide
Proculus, melodis insonare pulsibus
Limans faceta quæque sic poemata
Venetam lacessat vt fauore Mantuam:
Homericaque par & ipse gloriæ
Rotas Maronis arte sectans compari.
Ego corde, & ore, iure despicabilis
Quid inter hosce te rogante garriam,
Loquacitatis impudentiam probans,
Animique vota distent vt à literis?
Sed quid negabo, nec pudore territus?
Amor timere nescit, inde paruit.

IGnosce desueta repetenti, atque ob impleta, quæ iusseras, nihil amplius quàm raritatis indulgentiam præstolaturo. Cæterùm mihi similia pòst (si iusseris) quò queam fieri magis obsequens, sic curabis ad vicem carminis aut dictare quæ cantem, aut saltare quæ rideam. Vale.

Deprecor] s. e. 11. huius libri. *reatum deprecari.*

Veniabile] s. e. 1. huius l. *pariter nescio, qualiter fieri veniabile queat.*

Tonantio meo] De quo s. e. 13. huius lib. Iuueni Senatorio & magni illius Tonantij filio.

Siue odam, &c. [Plini. e. 14. l. 4. *proinde siue epigrammata, siue edylia, siue eglogas, siue vt multi poëmata, siue quod vocare malueris, licebit voces.*

Nam metrum] s. e. 12. huius lib. & 13. j. hac epist. *ignosce desueta repetenti.*

Modis incitatioribus] Terentianus de pedibus.

Erit iambus, pes virilis, acer, & raptim citus.

de metris. *Adesto iambe præpes, & tui tenax*
Vigoris, adde concitum celer pedem.

Ferox iambus] *Truces iambi* Catullo. Terentianus.

Adusta felle qualis ante carmina
Dabas amarus vltor impotens tui. quia malo carmini, & versui maledico habilis. Diomed. 3. & Martianus Felix, lib. 9. & ex eo ad verbum Isidorus. l. 1. c. 16.

Volucripes] id est iambus, e. 4. l. 8. citos iambos, *cursor* Ruffino.

Pigrasque bigas, & quaterna tempora] id est duos pedes, longos & pigros, non præpetes, spondeus autem quatuor temporum est, Censorinus de metris, c. 13. Diomedes. *Spondeus constat ex duabus longis, temporum quatuor.*

Insita trimetra] Sic mss omnes. rectè, Terentianus.

Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur

idem. *Hic fit trimetrus, qui fuit senarius.*

Resonetque mixtus ille pes celerrimus] *Pyrrichius, celeripes,* Cēsorino. cap. vlt. *bibrenis,* Diomedi. lib. 3. *citus,* eidem.

Nuncupatus ab arte Pyrricha] Martia. Felix. l. 9. Pyrrichius verò, id est proceleumaticus, quia hic assiduus vel in certamine, vel in ludo quodam puerili, hæc ille.

Marius Plotius. lib. de metris. *pyrrichius à pyrricha lusus genere, nomen accepit,* &c. Cuiac. obser. lib. 13. c. 10. vide Diomed. l. 3. & Priscianum. & Isidor. l. 1. c. 16. Orig.

Gregarius] è grege, non egregius. M. Tull. Apul. reliqui.

Leo] s̄. c. 3. l. 8. e. 13. l. 9. in Car, Car. 9. ad Felicem, & Narbone. vide s̄.

Consentiorum] s̄. e. 4. l. 8. & Car. 23. ad Consentium, quod vide, item Narbonæ.

Carminauerit] s̄. ep. 13. Fortunatus. ad Siagrium Augustodunensem.

Venusina plectra exeras] s̄. c. 9. l. 1. *exeras volo in obsequium noui consulis veterem musam.* Venusina à Venusia oppido, patria Horatij. Iuuenalis.

Venusina digne lucerna.

Iapygisque Cygnus verna Aufidi] Id est Horatius poeta Apulus, Iapygis verna Aufidi, ab Aufido fluuio Apuliæ, Venusiæ proximo. Antoninus in itiner. Ponte Aufidi. Venusia. M. P. X I X.

Ptolomæus. lib. 3. c. 1.

Barion, ante Iapix, à Dædali filio, Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium præfluens. Plinius. lib. 3. c. 11. Vibius. *Aufidus Apuliæ, proximus Canusio,* Sicque Iapigis Aufidi erat verna Horatius.

Cygnus] s̄. c. 11. l. 8. *post Horatianos, & Pindaricos cygnos.*

Aufidi verna] s̄. e. 8. lib. 1. *Cesenatis furni potius quàm oppidi verna.* j̄. c. 16. sub finem. *Mitilenæ oppidi vernulas*, id est incolas, & vt Sidonius loquitur, alumnas.

Atacem tonare cum suis oloribus] id est Leonem & Consentium poetas Narbonenses, quos olores vocat. i. poetas. Seruius Eglo. 9. Atacem verò pro Narbone, vt Aufidum pro Venusia posuit, Atax enim fluuius est Narbonensis. s̄. e. 4. l. 8. j̄. Narbone, à quo Varro Atacinus. c. 3. l. 4. simili formula in Narbone de Leone.

At si dicat epos, metrumque rithmis
Flectat commaticis, tonante plectro
Mordacem faciat silere Flaccum. malè Lugd. Atagen.

Seuerianus ista Rhetor] s̄. c. 13. huius lib. j̄. Car. 9. vide num is sit Iulius Seuerianus, qui libellum de arte dicendi ad Desiderium scripsit, qui nupera editione auctior & emendatior prodijt.

Rhetor] quia Rhætoricæ artis præcepta tradidit. Seuerianus Desiderio suo. *cum possis aduertere nihil me Rhetorum præceptis adiunxisse,* &c. Si quidem *Rhetor est, qui docet literas, atque artis traditor est eloquentiæ.* Marius Victorinus. s̄. c. 10. l. 5.

Affer vaferque Domnulus] de quo s̄. e. 13. huius libri, & e. vlt. l. 4.

Affer vaferque] Affri enim vafri sunt, & astuti. Mar. Tull.

Callidus Affer eris semper, Romane disertus.

Affri subdoli. Iul. Fir. lib. 1. Math. c. 1. & cap. vlt. *Afrorum subdolæ mentes.* s̄. c. 11. l. 8.

Rotundioribus camœnis] quòd rotatim & volubiliter fluant, s̄. c. 9. l. 9. & j̄. Narbone.

Petrus] s̄. c. 13 huius libri, ibid. in Car.

Epistolaris stylus] Petrus enim erat magister epistolarum. s̄. c. 13. & j̄. Car. 4.

Melodis pulsibus] Ausonius de professoribus. Car. 16.

Liquit canente qui melodas virgines. Citer: Sidonius.
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.

Et *commelodando* dixit Higinus lib. fabul. c. 165. sic legendum puto. vulgò *commelotando.*

Rotas] *Vis vt nostra dehinc cursitet orbita.* s̄. c. 13. l. 9.

Aut dictare, quæ cantem, &c.] c. 9. l. 8. *merito me cantare ex ocio iubes, quia iam te saltare delectat.*

SIDONIVS

SIDONIVS FIRMINO SVO S.
EPISTOLA XVI.

SI recordaris, domine fili, hoc mihi iniunxeras, vt hic nonus libellus peculiariter tibi dictatus, cæteris octo copularetur, quos ad Constantium scripsi, virum singularis ingenij, salutaris consilij, certè in tractatibus publicis cæteros eloquentes, seu diuersa siue paria decerdat, præstantioris facundiæ dotibus antecellentem. Sponsio impleta est, non quidem exactè, sed vel instanter. Nam peragratis fortè diocesibus, cum domum veni, si quod schedium temerè iacens chartulis putribus, ac veternosis continebatur, raptim coactimque translator festinus exscripsi, tempore hiberno nil retardatus, quin actutum iussa complerem, licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina & calamo durior gutta, quam iudicasses imprimentibus digitis non fluere, sed frangi. Sic quoque tamen compotem officij priùs agere curaui, quàm duodecimum nostrum (quem Numæ mensem vos nuncupatis) Fauonius flatu teporo, pluuiísque natalibus maritaret. Restat, vt te arbitro non reposcamur res omnino discrepantissimas, maturitatem celeritatémque. Nam quotiens liber quispiam scribi citò iubetur, non tantum honorem spectat auctor à merito, quantum ab obsequio. De reliquo quia tibi nuper ad Gelasium virum sat benignissimum missos iambicos placuisse pronuntias, per hos te quoque Mitylenæi oppidi vernulas munerabor.

Iam per alternum pelagus loquendi
Egit audacem mea cymba cursum.
Nec bipertito timuit fluento
Flectere clauum.
Soluit antennas, ligat alta vela,
Palmulam ponit manus, atque transtris
Littori iunctus petit osculandam
Saltus arenam
Mußitans quanquam chorus inuidorum
Prodat hirritu rabiem canino,
Nil palam sanè loquitur, pauétque
Publica puncta.
Verberant puppem, quatiunt carinam,
Ventilant spondas laterum rotundas,
Arborem circa volitant sinistræ
Sibila linguæ.
Nos tamen rectam comite arte proram,

Nil tumescentes veriti procellas
Sistimus, portu gemina potiti
Fronde coronæ.
Quam mihi indulsit populus Quirini,
Blattifer vel quam tribuit senatus,
Quam peritorum dedit ordo consors
Iudiciorum.
Cum meis poni statuam perennem
Nerua Traianus titulis videret,
Inter autores vtriusque fixam
Bibliotheca.
Quamque post visus, prope post bilustre
Tempus, accepi capiens honorem,
Qui patrum ac plebis simul vnus olim
Iura gubernat.
Præter heroos, ioca multa multis
Texui pannis, elegos frequenter
Subditos senis pedibus rotaui
Commate bino.
Nunc per vndenas equitare suetus
Syllabas, lusi celer: atque metro
Saphico creber cecini citato
Rarus iambo.
Nec recordari queo quanta quondam
Scripserim primo iuuenis calore,
Vnde pars maior vtinam taceri
Possit & abdi.
Nam senectutis propiore meta
Quicquid extremis sociamur annis,
Plus pudet si quid leue lusit ætas
Nunc reminisci.
Quod perhorrescens ad epistolarum
Transtuli cultum genus omne curæ,
Ne reus cantu petulantiore,
Sim reus actu.
Neu puter solui per amœna dicta
Schema sic artis phalerasque iungam:
Clerici ne quid maculet rigorem
Fama poëtæ.
Denique ad quoduis epigramma posthac
Non ferar pronus teneroque metro,

Vel graui nullum citò cogar exhinc
Promere carmen.
Persequutorum nisi quæstiones
Forsitan dicam meritosque cælum
Martyres, mortis prètio parasse
Præmia vitæ.
E quibus primùm mihi psallat hymnus
Qui Tolosatum tenuit cathedram,
De gradu summo capitoliorum
Præcipitatum.
Quem negat orem Iouis ac Mineruæ,
Et crucis Christi bona confitentem
Vinxit ad tauri latus iniugati
Plebs furibunda.
Vt per abruptum boue concitato
Spargeret cursus lacerum cadauer,
Cautibus tinctis calida soluti
Pulte cerebri.
Post Saturninum, volo plectra cantent,
Quos patronorum reliquos probaui
Anxio duros mihi per labores
Auxiliatos.
Singulos quos nunc pia nuncupatim
Non valent versu cohibere verba.
Quos tamen chordæ nequeunt sonare,
Corda sonabunt.

REdeamus in finem ad oratorium stylum, materiam præsentem proposito semel ordine terminaturi, ne si epilogis musicis opus prosarium clauserimus, secundùm regulas Flacci vbi amphora cœpit institui, vrceus potius exisse videatur. Vale.

Firmino] s̄. e. 1. huius lib. quam vide.
Ad Constantium] e. 1. l. 1. e. 18. l. 7. 16. l. 8.
Singularis ingenij, salutaris consilij] vide, e. 1. l. 1.
Nam peragratis forte diocesibus] s̄. e. 13. l. 4. initio. ex can. de quo Greg. Aruernus. Turo. lib. 5. c. 5. & de gloria confess. c. 106. Concilij Tolet. IIII. can. 35. Toletani. VI. can. 4. Tarraconensis. can. 8. Burchardus. l. 3. cap. 33.
Schedium] s̄. e. 3. l. 8. initio. è *Nicomachi Schedio exscripsit*, & e. 7. huius lib.
Carthulis putribus, ac veternosis] s̄. e. 13. huius libri. in fine *nugas in imo scrinij fundo muribus perforatas, veternosa ramalia.* Cassiod. e. 38. l. 11.

Translator festinus exscripsit] translator non pro interprete, sed pro transcriptore & exemplatore accipiendus est, ita *translatio*. ī. e. 3. l. 8. init. ibidem *exscripsit*, vide quæ notaui.

Licet antiquarium, &c.] antiquarij sunt, qui vetustate obsoletos libros reparant, & summo nitore transcribunt, Gloss. vett. *antiquarius* ἀρχαιογράφος, χαλκογράφος, l. 2. C. Th. de studiis liberalibus vrbis Romæ, & l. 10. C. de proximis sacro. scrinior. ad quam vide Cuiacium, & adde Cassiodorum. de diuinis lectionib. cap. 15. & cap. 30. quò loci scitè describit antiquarios. & l. 2. hist. tripart. c. 16. *quinquaginta membranaceos codices, benè confectos & ad vsum habiles, ab artificibus antiquarijs & perfectè artem scientibus scribi præcipias*, &c. Isidorum vide. l. 6. c. 14. *antiquare* etiam in Glossis vett. χαλκογραφεῖν.

Numæ mensem] *Iani Numæque ninguidos menses*, dicit e. vlt. l. 2. vide.

Fauonius flatu tepero] ī. e. vlt. l. 2. *Zephyrus enim ver incheat, & illo flante virescentia maritantur*. Plinius.

Maritaret] Plinius de Fauonio, *hoc virascentia maritantur*, Claudian 2. de raptu.

glebas fœcundo rore maritat

Mar. Victor. l. 3. *quæ dulcibus vndique fusis.*

Rura maritat aquis.

Res omnino discrepantissimas, celeritatem, maturitatemque] Sic mss. rectè, Gellius. l. 10. cap. 11. *vergilius quoque (si quis animum attendat) duo ista verba properare, & maturare, tanquam planè resonantia contraria scitissimè separauit, in hisce versibus*, &c. idem. Macrob. l. 6. c. 8.

Ad Gelasium] ī. e. 15. huius lib.

Mitylenæi oppidi vernulas] id est sapphica Carmina, quæ Sappho poëtria inuenit Mitylene oriunda, est autem Mitylene Lesbi oppidum, à quo lesbos Mitylene dicta est, Ptolomæus. l. 5. c. 2. & Eustatius, vernulas idem ī. *verna Ausidi*. e. 15. huius lib.

Iam per alternum] Id est styli epistolaris, & metrici, eadem similitudo ī. e. 1. l. 1. in Car. 2. sub finem, & ī. e. 1. l. 8.

Bipertito fluento] in versus, & epistolas, sic mss. rectè, ī. e. 5. l. 1. *diuidua fluenta*.

Ligat alta vela] mss. Put. Cui. Am. Iul. Peta. *legit*: verbum nauticum. Donatus. 3. Æneid. *legere aiunt cum colligunt funem, verbum nauticum*. ligat, Lat. & Clar. legat, quæ lectio mihi probatur ī. e. 6. l. 8. *talibus se ligant votis, victimis soluunt*, vide.

Mussitans] ī. e. 9. l. 7. *porrò autem palam ne mussitantibus quidem*, mussitare autem est occultè & pressa voce perstrepere. vide ī.

Chorus inuidorum] ī. e. 2. l. 2. *clientarum loquacissimus chorus*. derogatores autem habuit Sidonius, ī. e. 1. l. 2. e. vlt. l. 3. e. 1. l. 8. e. 2. l. 9. etsi non derogator. Sid. e. 9. huius lib.

Prodat hirritu rabiem canino] Festus. *hirrire genus vocis canis rabiosæ*, ī. e. 3. l. 7.

Nil palam sanè loquitur] ī. 9. l. 7. Claudia. Mamer. de statu animæ. l. 2. c. 10. *quique isti, quique sunt alij, qui vel in magnos viros obloqui, vel de rebus summis deliramenta quædam cum compotatoribus mussitant, aut palam loquantur, aut taceant.*

Publica puncta] id est suffragia. lib. 1. e. 9. videque notaui, ī. e. 11. huius lib. ī. Car. 2.

Te punctis scripsere tribus.

Nos tamen rectam] Seneca. *nunquam hanc nauem nisi rectam*. Ennius.

Vt clauum rectum teneam, nauimque gubernem.

Sistimus portu] ī. e. 2. l. 1. *de qua mihi iampridem in portu iudicij publici, post limdorum latratuum Scyllas enauigatas, sufficientis gloriæ anchora sedet.*

Gemina corona] Vet. Inscriptio. CORONATVS EST INTER OETAS LATINOS, &c. Iul. Scaliger, in Ausonium. & de emendat. temp.

lib. 5. consulendus est.

Blattifer] id est, purpuratus ordo senatorum, qui statuas decernebat. Statius 4. Syluarum. *Purpureique patres.* 3. Carm. 8.

Vel quod adhuc populo, simul & plaudente senatu
Ad nostrum reboat concaua Roma sophos.

Vetus inscript. CLARITATE INGENII CORONATVS EST INTER POETAS LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM.

Statuam perennem] Statua donatus est Sidonius in foro Traiani. Carm. 8.

Vlpia quod rutilat porticus aere meo. vbi plura.

Nerua Traianus] Sic in vett. inscriptionibus, & numismatis, Nerua Traianus per adoptionem scilicet.

Vtriusque bibliothecæ] id est Græcæ & Latinæ, de quibus inscriptiones veterum.

Quámque post visum-accepi] Visus scilicet iterum Neruæ Traiano, in sua bibliotheca, quando præfectus vrbi statuam accepi, ab Anthemio. A. decennio post primam statuam, qua vt poëta honoratus fueram, à Maioriano, & hæc est mens Sidonij, quam Baron. non intellexit in Annal. tom. 6. qui hos versus, ad Leonis & Maioriani consulatum adaptat, malè.

Propè post bilustre tempus.] Rectè, propè, nam ob Panegyricum dictum Maioriano, Aug. Leone & Maioriano Coss. Sidonij statua inter poëtas collocata fuit, Anthemio verò II. Coss. statua iterum, vt præfecto vrbi decreta: si consules numeres, anni sunt decem peracti, vt tamen non sit superflua dictio, dicendum est Sidonium non statim post Maioriani & Anthemij. AA. consulatus, statuis donatum fuisse. Petronium Maximum Præf. Vrbi statua donatum ex vetere inscriptione clarum est, quam lubet exscribere.

DDD. NNN. INVICTISSIMI. PRINCIPES. HONORIVS
THEODOSIVS. ET. CONSTANTIVS CENSORES
REMVNERATORESQVE. VIRTVTVM
PETRONIO. MAXIMO. VV. C. PRÆF. VRB. OB. PETITION. SENATVS. AMPLISSIMI. POPVLIQVE ROMANI STATVAM MERITORVM. PERENNE. MONVMENTVM. IN. FORO VLPIO. CONSTITVI IVSSERVNT. &c.

Bilustre tempus] i. decenium. Fasti consulares, & ita ad illa Sidonij. 3. epist. 24. l. 4. *Quæ per bilustre producta tempus modò sortis ad duplam adduxit*, interpretatus sum, refragante Magno Scaligero, vt postea vidi. lib. 5. de emend. temporum. lustrum (inquit) est tempus quadriennij. Sidonius ad Turnum. lib. 4. &c. Lustrum quidem quadriennij tempus esse, ille me docuerat in Auson. lib. 2. cap. 13. & doctor meus doctiss. Cuiacius. lib. 11. Cod. de lustrali auro. sed lustrum à Sidonio, semper pro quinquennio positum est, & bilustre tempus hoc loco, pro decennio, vt dixi. 3. Carm. 23.

Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.

Id est, vt idem interpretatur. Carm. 9. versu. 121.

Sed nec Pergama, nec decenne bellum.

Ibid. ver. 144.

Quartum post Ithacam redire lustrum.

id est, *viginti annos* ipso interprete epist. 13. lib. 9. in fine. Statius lib. 3. ad Claudiam vxorem. præterea. Carm. 15. versu. 51.

Asserit hæc Samius, post docta silentia lustri.

id est, quinquennij. Sido. in Conc. init. vbi de Pythagoræ consectaneis. *mutum sustinuisse quinquennium.* item. Carm. 15.

Sic lustro imperij perennis acto,
Quinquennalia fascibus dicentur.

Quò loci agnoscit Scaliger, lustrum pro quinquennio dici. addam quòd quinquē-nio non duplatur vsura centesima. vide. s. epi. 14. l. 4. & hæ sunt causæ quæ me impulerunt, vt bilustre tempus interpretarer decennium.

Capiens honorē] Sic mss. Iul. Pith. Pet. Amar. rectè, reliqui cupiēs, capiens scilicet honorem præfecturæ vrbanæ, Plautus Bacchide. *Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio, &c.* Capere magistratum. Cic. vide 6. epi. l. 1. & epi. 6. l. 3. Symmach. epi. 16. l. 10. de præf. vrbana. *Ante capere magistratum, quàm exspectare voluisti.*

Qui patrum ac plebis simul vnus olim iura gubernat] id est, honorem Præfecti Vrbi, qui senatui præfectus erat, vt Sidonius loquitur, epi. 9. lib. 1. vide quæ notaui, præfectura enim vrbana donatus fuit ab Anthemio, vt ex hoc loco & ex epist. 9. lib. 1. clarum est, & vt nemo dubitet, de hac interpretatione, pari titulo ab eiusdem æui auctoribus Præfecti Vrbani honorantur, Ausonius Mosella. versu. 406.

Aut Italûm populos, Aquilonigenásque Britannos,
Præfecturarum titulo tenuere secundo:
Quìque caput rerum Romam, populúmque patrésque,
Tantum non primo rexit sub nomine, quamuis
Par fuerit primis, &c.

Rutilo Numatianus Itinerario 1. de Vrbana Profectura, quam Romæ gessit,

Si non displicui, regerem cum iura Quirini,
Si colui sanctos, consulnique patres.
Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum,
Non sit præfecti gloria, sed populi. Am. Marcell. l. 26. *Apronianus regens vrbem æternam, &c.* Idem. l. 27. *Regente Claudio Romam.* Ibidem posteà, *adueniens post hunc vrbis moderator Lampadius.* qui omnes præfecti vrbi fuere. Symmach. e. 17. l. 10. *moderator vrbis libera, &c.* Secūda quippe ab Imperatore dignitas erat, Vrbana Præfectura Romæ, in continentibus, & intra centesimum lapidem, Iuuenalis Satyr. 10. de Seiano *deinde ex facie toto orbe secunda.*

Vet. interpres. *Quia præfectus vrbis fuit venerabilis, secundus à Cæsare Tyberio.* Cassiod. hist. Tripar. l. 4. cap. 18. *Philippus tunc habebat maximam inter alios iudices potestatem, & post principem secū lus appellabatur,* id est, Præf. vrbi & ita rectè Nicephori interpres. l. 9. cap. 9. ὕπαρχον præfectum vrbi transtulit, malè Socratis interpres. lib. 2. cap. 16. Præsidem prouinciæ. ea enim præfectura Romæ superior erat cæteris. Symmach. epi. 36. lib. 10 ita etiam nouæ Romę Igitur nihil in vet. Iuuenal. interprete emendandum est. Corippum vide lib. 4. Lugdunensium commentis aures obstrue.

Iura gubernat] j. Carm. 7. de Auito præf. præt.

Intemerata mihi præfectus iura regebat,

paulò post. *Iura igitur rexit,* quibus locis plura.

Textus pannuelegos.] Alludere videtur ad veterem in linteis textis scribendi morē, de quo Symmachus epi. 34. l. 4. Ausonius Paulino. epi. 23. vnde *libri lintei,* Liuio. l. 4. & Vopisco. Claudian. de bello Get. *Custos Romani carbasus æui.* & *carbasina volumina.* Martiano Felici. l. 2. de nuptiis. *fabana.* in Collat. Carthag. 11. c. hij. in miscellaneis limitum. *mappa.* vide Plinium. l. 13. cap. 11.

Equitare suetus] s. e. 13. huius libri. de spondæo.

Pigrásque bigas, & quaterna tempora.

& e. 13. *Qua Flaccus Lyricos Pindarum ad melos*
Frenis flexit equos plectripotentibus.

Citato rarus Iambo] epi. 4. l. 8. *citos iambos.* s. e. 15. huius libri in Carm. *volucripes.*
Primo calore] Symmach. e. 9. l. 7. *Decet enim loqui exultantius iuuenilem calorem,* D. Hiero. ad Nepotianum. *Sed in illo opere pro ætate tunc lusimus, & calentibus adhuc rhetorum studiis, &c.* j. Carm. 9. *Quid nugas temerarius amici*

Sparsit, quas tenera iocus iuuenta.

Nam senectutis propiore meta.] Vide Senecam de breuitate vitæ, cap. 10. & Prudentium in præfat. καθημερινῶν.

Tum lasciua proteruitas
Ac luxus petulans (heu pudet ac piget)
Fœdauit iuuenem nequitiæ sordibus, ac luto.

Ne reus cantu petulantiore, sim reus actu.] s̄. epi. 13. l. 3. in fine. *Denique facilius obtingit, vt quispiam seria loquens viuat obscœnè, quàm valeat ostendi, qui pariter exultat improbus dictis, & probus moribus.* vide.

Schema sic artis] Cl. Mamercus contra vanos poëtas.

Nunc animis grauior, quantum prouectior annis,
Aspernare velis maturo corde camœnas,
Et qualem castu iam congrua moribus ætas
Atque tui specimen venerabile postulat oris,
Suscipe materiam, & diuinos concipe sensus.

vide Prudentium. vbi s̄.

Mortis precio parasse, præmia vitæ] Fortunat. l. 2. poëmat. cap. 7. de S. Saturnino. *Vt de morte sua præmia lucis emant.* Vide Gregor. lib. 1. hist. cap. 30.

Qui Tolosatum tenuit cathedram] id est, Saturninum Tolosatum Episcopum. de quo Gregor. Turon. l. 1. hist. cap. 30. & ex eo Petrus Aruernus Venerab. l. 1. de Ecclesiis. *Saturninus Tolosæ, Austremonius Aruernis*, idem Gregor. lib. 10. cap. 29. & lib. 1. de miracul. cap. 31. & 48. l. 2. c. 30. Fortunatus lib. 2. cap. 7. poëmatum. idem cap. 8. Martyrologia. III. Kal. Decemb. & Vet. hist.

Tolosatum] Sic mss. idem. s̄. epi. 21. l. 4. *Nuper vrbe cum rediit è Tolosatium.* Notitia Prouinciarum. *Viennensis secunda Ciuitas Tolosatium: vrbs Tolosatium.* Gregor. Turo. l. 1. de miracul. cap. 8.

Tenuit cathedram] Scilicet Episcopalem. idem in Concio. l. 7. epist 11. huius lib. & aliàs. Sidonij Epitaph. *Summi pontificis sedens cathedram.* vide notas, supra. Et adde martyrologia. xv. Kal. Februarij. *Cathedra S. Petri, id est, Episcopatus.* Gregor. Turo. l. 10. in S. Perpetuo. Collatio Carthaginensis. 1. cap. clxxxv. *Aliquantas etiam nunc cathedras esse viduatas,* & ccxvii. *Et iam cathedras viduatas, quibus Episcopi ordinandi sunt,* ibid. *viduatis cathedris,* Et aliàs passim, id est, Episcopatibus. tribus autem annis Tolosatium cathedram Saturninus sedit, nam Decio & Grato. Conss. primum ac summum Tolosana ciuitas. S. Saturninū habere ceperat sacerdotem. Gregor. l. 1. c. 30. & sub Decio. 7. persecutione passus est. eod. aucto. Martyr. Rom. Bedæ, Vsuardi, Adonis. quod dictum volo quia aliter habetur, in mss. quos mihi Icciodoro & Briuati vidisse contigit, & quia cathedræ nomine falsus Iul. Vir putat Saturninum Tolosæ Rhetoricam docuisse l. 1. in Auso cap. 12.

De gradu summo capitoliorum præcipitatum] Gregor. Turo. l. 1. de miracul. c. 48. *Per gradus capitolij præcipitatus,* lib. 1. histor. cap. 30. *Ac de capitolio præcipitatus.* Beda. *à summa capitolij arce per omnes gradus præcipitatus est.* Idem Vsuardus, & Ado. in martyrolog III. Kal Decemb.

Capitoliorum] Pro capitolij, ratione carminis, vt Fortunatus de Saturnino. l. 2. poëm. cap. 7.

Comprendit malesana virum, ad capitolia duxit.

Gregor. Turon. Vet. histor. & martyrologia. *Capitolij.* Capitolij, id est, arcis Tolosanæ, sicque olim arces, capitolia vocabantur, D. Hieronymus de locis Hebraïcis, *arx Babyloniæ capitolium vocatur*, idem. lib. 1. in Isaiam cap. 14. de Babylone, *arx autem id est capitolium illius vrbis, est turris ædificata post diluuium.* vnde *Vrbis Constantinopolitanæ capitolium,* in VIII. Regione. Vetus Constantinopoleos descriptio, & breuiarium eiusdem vrbis. de quo lex vnica. C. de stud. liber. Vrb. Romæ. l. 12. C. de ædif. priuatis. Corippus lib. 3.

Alta triumphali terret capitolia pompa.

capitolium Carthaginis. De quo D. Cyprianus epi. 55. ad Cornelium Papam & lib. de lapsis. *capitolium Treuirorum.* Faustus & Simpronianus in actis S. Andochij, & sociorum, Narbonis etiam. J. Carm. 23.

Delubris, capitolis, monetis. vbi plura. Isidorus in Gloss. mss. *Arx, capitolium.* item. *capitolium summum, caput regionis.* item. *in arce, in excelso, in capitolio.*

Quem negatorem Iouis] Vide Fortunatum. L. 2. poëm. cap. 7. Bedam, & Adonem in martyrolog.

Ac Mineruæ] Quidam ex hoc loco colligunt, Tolosam à veteribus Palladiam dictam, quod Tolosæ Pallas Dea Tutelaris coleretur, quod non facilè credo, vide J. Carm. 7.

Vinxit ad tauri latus iniugati] Vinxit mss. omnes, rectè, Gregorius, *alligatus*, Beda. & Ado. *funibus religatus.* Fortunatus, *subligat.* Vet. hist. *Tauróque illo, qui fuerat victima praparatus, fune lateribus circumacto &c. post terga dimisso, ad ministerium sua crudelitatis vtuntur, postrema enim parte funis eius qui ad posteriora tauri ipsius diffluebat, sancti viri pedes alligabant.*

Ad tauri latus iniugati] Fortunatus.

Subligat indomiti sanctum ad vestigia tauri.

Ibid. posteà *Nec tauri indomiti sufficit ira tibi.*

Gregorius. *tauri furentis vestigiis alligatus*, idem. hist. mss. *tauro ad victimam praparato.* Ado. Vet. hist.

Pleps furibunda] Ex eo quòd Saturnino præsente Dij sacrificantibus responsa non darent. Ado. Vet. hist. Fortun.

Sed vitiata malis, & pleps infecta venenis
Curari fugiens, agra iacere volens.

Comprendit malesana virum, &c. Vet hist. *Omnis ille sacrilega multitudinis tumultus incanduit, &c.* Pleps etiã illa furoris oestro percita, Capitolij Tolosani arcem (proh nefas!) euertit, & senatus principem crudelissimè confodit. Virum Catholicum & Romanum, vt scripta postuma fidem faciunt.

Boue concitato] Vet. hist. *Actúmque stimulis acribus taurum de superiori capitolij parte in plana pracipitant.* Fortunat.

Et stimulat, fieret ne fuga tarda feri.

posteà. *Natura rabida feritatem adiungere nosti,*
Quod per se nescit, te stimulante furit.

Beda. & Ado. *Quò vehementius stimulato, &c.* hist. ms. in Eccl. Iciodorensi.

Spargeret cursus] Fortunat.

Hinc ferus impatiens mox curua per auia raptus
Passim membra pij fudit in vrbe viri.

Cautibus tinctis calida solutis pulte cerebri] Beda. Ado. & Vet. hist. *Capite colliso, excussóque cerebro, & omni corpore dilaniato, &c.* Hoc supplicij genus Decianam persecutionem in Christianos exercuisse, præter Sidonium hoc loco, docet Sulpicius Seuerus epist. 2. ad Aurelium Diaconum. *Quod si ei Neronianis Decianisque temporibus, in illa que tunc extitit, dimicare congressione licuisset, &c.* posteà. *ac si pracisis rupibus, abruptisque montibus, agere felicem furor impius maluisset, &c.* de quo genere supplicij Prudentius.

Illisa ceruix cautibus
Spargit lacteum cerebrum.

Idem in Passione Hippolyti martyris, & ex eo. Venerab. Beda. Idib. Augusti. *Roma S. Hippolyti, qui tempore Decij ligatis pedibus ad colla indomitorum equorum, &c. sic per carduos & tribulos tractus emisit spiritum.* Ado. *super cardetum* legit, saxa, & scopulos addit Prudētius, idem supplicij genus Vvandalica persecutio prosecuta est. Victor

Vtic.

Vtic. l. 1. & l. 1. Beda. & Ado. IIII. Eid. Octo. & XXI. Kal. Octob.

Patronorum] Idem. e. 1. l. 7. in fine de S. Iuliano *quia vobis hinc rediit pars patroni.* & e. 17. eiusd. lib.

Auxiliatos] idem ꝟ. e. 1. l. 7. in fine, & Car. vlt. Vet. historia. S. Saturnini. in fine. *Amicos Dei, ac dilectos Deo, non negligamus vt mortuos, sed honoremus vt viuos: quia non dubia fide certum est: quòd si eorum fideliter suffragia postulemus, feliciter patrocinia sentiemus.*

Nuncupatim] in Concione. l. 7. *quod cum nullum proferam nuncupatim*, vide quæ notaui.

Quos tamen, &c.] *Horum nomina cum referre versu*
Affectus cupiat, metrum recusat. ꝟ. Car. 13.

Quos tamen chordæ, nequeunt sonare, corda sonabant] Tropica annominatio, si Cassiodoro fides, l. 1. e. 40. *Hinc etiam appellatam existimamus cordam, quòd facilè corda moueat*, & Isidoro qui eandem proprietatem nominis, sed alia de causa traddit, lib. 2. cap. 21. origi. enim ex græco est, Cælius Aurelianus acuto. morborum. l. 3. cap. 17. *alij hanc passionem chordapsum vocauerunt, quòd non aliter quàm chorda intestina tendantur. Nam veteres græci intestina chordas vocauerunt.* chordæ pro fidibus hoc loco, Cœlio, & præter eum. Iulio Firmico. l. 3. Math. cap. 7. *faciet chordarum, & instrumentorum, musicaque disciplinæ auctores.* sæpè Martiano Felici, & Sidonio. vide ꝟ. e. 9. lib. 8.

Secundum regulas Flacci] de arte poëti.

amphora cœpit.
Institui, currente rota cur vrceus exit?

Quod adagio cessit. D. Hiero. Marcellæ *verumne Flaccus de nobis rideat amphora cœpit.*

Institui, currente rota cur vrceus exit.

Idem ad Lætam de institutione filiæ. *Penè lapsus sum ad aliam materiam, & currente rota dum vrceum facere cogito, amphoram finxit manus.* &c. & si, *Græci vascula testea vocent amphoras*, Cœli. Aurelianus acut. morb. l. 3. c. 17. Horatio tamen est aliud amphora, & aliud vrceus qui longè minor amphora est. Isido. l. 20. c. 6.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

A

D

E

Gal-

HHHh

Secare

T

V

INDEX AVCTORVM QVI IN HOC COMMENTArio lib. laudantur, explicantur, emendantur.

A

D. Chryso-

D

E

F

G

H

L

M

N

Q

R

S

T

Z

LECTORI.

Nescio quo fato libri, qui in lucem prodeunt, produnt incuriam typographorum, que in hoc opere deprehendi potest, ex hisce mendis, qua tralatitij styli acumen effugere non potuerunt, reliquos errores velut errones tibi persequendos relinquo. Quod si Græcarum vocum deprauatam editionem doleas, doleo dolorem tuum, per auctorem non stetit, quin cuderentur emendatius, sed officiosus cui mandata erat huiusce rei cura, cum in typographeio relinqueret authographas chartas, & ex illo, in satu remotum iret, vt typis alienis (quos domi non habebat) dictiones græcas componeret, si qua litera inter eundum excidebant, alias ex ingenio sufficiebat, inde malslabes: hoc scire te volo, vt hæc breuis, præbiaque maleuolentiæ fascinum auerruncent, & monitus lector non impingas.

Pagina xix. v.13. deterrimis v. 15. medicamenta pag. xx. v. 15. ms. p. 21. v. 28. post habueris adde (lector) p. 8 v. 36. γλαυκώπιδας, p. 9. v. ij. μυάκιοι. v. 36. i. Gothus. pag 10. v 33. φοίχαλος. *p. 15. v. 25. trudere. p. 12. v. penult.* πλατύχυς *pag. 16. v. 25.* ὀφθαλμοί *p. 19. v. 28.* θωραχὶς. *p. 20. v. 31. imitatio. p. 452. v. 45. imitatio. p. 29. v. 37.* δηλώσας δ᾽ ἐπίτες *p. 37. v. 34. profectionem p. 41. v. 40. Isidor. p. 48 v. 36. patheticum p. 61. v. 47. strategici p. 95. v. antepe. quem p. 97. v. 27.* μελάθεοι *p. 112. v. 10. sacerdotis p. 116. v. 20. facimus p. 134. v. 18.* ἐπιτάφιος. *p. 149. v. 43. Claudius p. 155. v. 34. cui. p. 162. v. 47. glacialibus p. 172. v. 9 sua p. 185. v. 31. mirum p. 234. v. 4. post,* similitudine, *adde sæpe* cum hoc seria *pag. 236. v 6. vis p. 252. v. 1.* χεδῆναι. *pag. 258. v. 32. abutuntur p. 276. v. 32.* Βαπλὰ *p. 281. v. 8.* σαςάζομαι. *p. 291. v. 5.* χαμαιλεπτίω. *296. v. 1 post Attico adde Plin. l. c. 298. v. 25. villis 300. v. 1. Iurensis monasterij] v. 47. Tacitus 304. v. 16. misi. v. 29. contrastantium 313. v 13. contractibus 330. v. 3. lemma 333. v. 5* αὐτοῦ. *356. v. 19. Gloss. vett. dato dictū hac expunge 370. v. 14. prystes 372. v. 40. Lucidus 368. v. 25. sollicitatores 415. v. 19. Foroiuliensis pro Burdigalensis 525. v. 45. post hist. de adde* Æmilio *557. v. 8. Quintilianum 566. v. 43. falsa 576. v. 9. Seruius 552. v. 26. cadente 575. v. 23. qui.*

CARM.

Pag. 5. v. 24 loquitur 26. v. 7. futtilis 63. v. 20. Acceptis 88. v. 33. Prosperi 109. v. 26. qua 115. v. 2. Consulem dele 123. v. 24. Terentianus 143. v. penul. parentent. 166. v. 19. serors. 173. v. 29. crure 184. v. 4 timidis.

Commissa vel omissa.

Pag. 9. v. 43 (emendo cantionibus) hæc dele: Gothi enim maiorum suorum fortia facta cantionibus celebrabant. idem auctor c. 4. in fine, quemadmodum & in priscis eorum carminibus, penè historico ritu in commune recolitur. idem c. 5. ante quos etiam cantu maiorum facta modulationibus cytharisque canebant. item cap. 41. p. 12. v. 7. post pilosa, *adde, Isidor. in Gloss. mss.* barba sterili, duribuccius. *Vet. Glossog. ms,* Barbisterilis, durum os barba. *p. 37. v. 36 post* affusus est. *Ado VII. kal. Iulij:* reuertens itaque Galbcanus, non prius ingressus est Romam, quàm ad sacra. B. Petri Apostoli limina pertexisset. *81. v. 7. pro Sigeberto in Chro. lege, Errico Monacho lib. 1.* Celtica Roma dein voluit, cœpitque vocari. *Et hæc adde, Stephanus in hist. S. Maurini.* Colonia Agrippina secunda (si dignatur dici) Roma. *84. v. 6 post* fecit. *Marcel. Comes Leone. A. IIII. & Probiano Coss.* Asparprimus patriciorum, &c *Idem Iornand. c. 45. p. 85. v. 40. post* inuentoribus *ex Isidoro l. 5. orig. c. 1. & Iuone l. 4. c. 170. 186. v. 12. officiis exequialibus] Iornand. c. 41. p. 312. v. vlt. post an. 451. vel quod in Galliis dominarentur Gothi, Romani, Burgundiones & Franci. Sido. c. 5. & 7 l 5. Carm. 5. & 7. & aliàs 321. v. penult. post fugaces Euseb. in Chro.* Cornificius poëta à militibus destitutus interiit, quos sæpè fugientes galeatos lepores appellabat, &c. *p. 330. v. 41. post professoribus ad Magnum oratorem Romanū eripsit. D. Hieron p. 352. v. 33 post potestate, vulgò* Vvier. *ibid. v. 15. post c. 7. Constantio de vita S. Germani l. 1. c. 2* Heduam profectus est, vbi Iulius Reip. rector ac Galliæ gubernator præsidebat. *idem Erric. Monach. l. 1. p. 447. v 5. post Ciuitati. Martyr. Vencienſis Eccles.* In Galliis Ciuitate Venciensi, depositio B. Verani Episcopi

Vencienſis qui fuit Monachus inſulæ Lyrinenſis, diſcipulus Beati Hilarij Abbatis dictæ inſulæ & poſtea Epiſcopi Arelatenſis. Qui B. Veranus ſepultus eſt in eadem Eccleſia Vencienſi, in ſarcophago marmoreo, in pariete defixo, qui multis virtutibus & miraculis claruit, ac de nobili proſapia ortus in pace quieuit. IIII. Id. Sept. *p.* 278. *v.* 12. *poſt bullas*, Eo quo comebantur ornatu, muniebantur] *D. Hieron. ad Nepotianum.* Ex omni parte decoraris, cingeris, atque protegeris, & ornamento tibi ſunt & tutamini, gemmæ vertuntur in ſtagna, &c. *pag.* 504. *v.* 41. *Elias de Iehans in Petrocororum Præſidatu Primicerius Conſiliarius ſic legit,*

AVGVSTÆ VESSVNÆ
SOTER LIBERTVS. D. S. D.

Pag. 506. *v.* 44. *poſt plantas. quarum vſus in calceis. Varro Cato vel de lib. educ.* mihi puero modica fuit tunica, & toga, ſine faſceis, calceamenta.

FRANCISCO FRATRI.

OMITTO illa Frãcisce Frater, nõ mediocria amoris incitamenta, quòd in hisdem cunis primos vagitus edidimus, eũdẽ larẽ fouimus, & ab ineunte pueritia, Aruernæ, Biliomagi, Parisiis, sub iisdem magistris, iisdem artibus instituti sumus, posteaque Biturigis legitimum quinquennium, in iuris vtriusque studio, stadioque, magno Cuiacio auspice, & aspice decurrimus: in patriam reduces, eadem die, Causidicinæ sacris initiati sumus, & quia ea demum firma amicitia est, idem velle, atque idem nolle, his posteris temporibus, quibus fratres studiis discordibus in mutuam necem armabantur & animabantur, idem animus, eadem voluntas, regias partes fouere, pro statu publico fortiter facere, vt pro virili fecimus, cumque iam anni votorum appeterent, puellas, (prout decuit) intactas, hasque sorores, sperauimus, expetiimus, petiimus, petitis potiti sumus, eædem nuptiales tabulæ cõscribuntur, eadem dos dicitur, iisdem condicionibus paciscimur, sub eodem iugo iugamur, vna nuptiarum festiuitas, & in vnã domum, vna deductio, in qua sine bile, sine lite (facessat fascinum) concorditer ad inuidiam vsque conuiximus, donec ianitrices inuitas, nosque reluctantes honorarij codicilli

disiunxerunt, duorumque adhuc stadiorum interstitio, corpore disiungunt, animorum stipulo conunctos. O mitto etiam illa, huiusce coniugij vincula, quibus dupliciter adstringimur, cum germanæ fraternitati, sororia fraternitas accesserit, ita vt sororij, & germani fratres simus, vxores nostræ sorores, atque fratrissæ, vterque nostrum inuicem leuir, liberi patrueles, atq; cōsororini. Omitto etiā quod Blasius Albiat' V. opt. verè Thius, cui post Deū, nos nostraq; debemus, Ioānæ Albiatæ sororis suæ dilectissimæ, lectissimę fœminę, & singularis exempli, recordatione, & propenso in eam eiusque affectus, affectu, hereditatis honore dignatus est, nosque quos amabat præcipuè, cum præcipuo coheredes instituit. Prætereo, quòd nullum inter nos patrimonij, atque matrimonij dissortium interuenit, etsi tu Antonij patris, viri docti, probi, & æqui senatoris in supremo indictionum senatu, natu maior, iure primigenio maiorem doctrinæ, & probitatis hereditariæ portionem, titulo præcipui præcepisti, & præcerpsisti laudis domesticæ lauream, quam ille teneris & lactantibus animis inseuit, quamue hinc abiens, veriusquàm obiens, vt insitiuam excoleremus, tantopere iussit, hocce postremum silere nefas duxi, cum ob id maximè, ex laureto Apollinaris nostri carpserim ramusculos, quibus tibi corollam necterem, nam ob id vnum es (mi cōcors, & consors frater:)

LAVREA DONANDVS APOLLINARI.

Montisferrandi Aruernorum: Idibus. Decembris.

CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII

CARMINA.

PRÆFATIO IN PANEGYRICVM DICTVM Anthemio Augusto bis Consuli.

CARMEN I.

CVm iuuenem super astra Iouem natura locaret,
Susciperetq; nouus regna vetusta Deus.
Certanêre suum venerari numina numen,
Disparibúsque modis par cecinenêre sophos.
5 *Mars clangente tuba patris præconia dixit,*
Laudauitque sono fulmina fulmineo.
Arcas, & Arcitenens fidibus strepuêre sonoris,
Doctior hic cithara pulsibus, ille lyra.
Castalidúmque chorus vario modulamine plausit,
10 *Carminibus, cannis, pollice, voce, pede.*
Sed post cælicolas etiam mediocria fertur
Cantica semideûm sustinuisse deus.

1 *Cum iuuenem super astra Iouem.*] præter Minutium in Octauio, Arnob. Lactant & Iul. Firmicum, de errore profan. religion. Apollodor. 1. Biblioth.
7 *Arcas.*] id est Mercurius Statius. 1. syluar. *Deus Arcadiæ* Ouidio. ĩ. non semel.
8 *Arcitenens.*] id est Apollo, ĩ. Narbone.
Tanquam si Arcitenens, nonéque musæ. Statius. 4. Syluarum.
Sed vocat arcitenens aliò pater, &c.

10 *Cannis.*] Iul. Firmicus l. 7. Mathes. cap. 25. *item qui officia canna, vel lingua, seu oratione pertractent.* Citerius Sidonius.
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Calphurnius egl. 1 & 4 vide ĩ Narbone.
Cannas, plectra, iocos, palen, rudentem.
10 *Pede*] olim enim canentes saltabant s̃. ep. 13. l. 9. Martian Felix passim.
13 *Aptæ.*] sic mss aptè & rectè, aptæ, id est iunctæ vide Nonium. cap. 4. Seruium. 4. Æneid. Mimallo nes. i. est Bacchæ.

Tunc Faunis Dryades, Satyrisque Mimallones aptæ,
Fuderunt lepidum rustica turba melos.
Alta cieuticines liquerunt Mænala Panes, 15
Pôstq; chelim, placuit fistula rauca Ioui:
Hos inter Chiron ad plectra sonantia saltans,
Flexit inepta sui membra facetus equi:
Semiuir audiri meruit, meruit que placere,
Quamuis hinnitum dum canit ille daret. 20
Ergo sacrum diues & pauper lingua litabat,
Summâque tunc voti victima cantus erat.
Sic nos, ô Cæsar nostri spes maxima sæcli,
Post magnos proceres paruula thura damus,
Audacter docto coram doctore canentes, 25
Aut Phœbi, aut vestro qui solet ore loqui:
Qui licèt æterna sit vobis quæstor in aula,
Æternum nobis ille magister erit.
Ergo colat variæ te princeps hostia linguæ,
Nam noua templa tibi pectora nostra facis. 30

15 *Cireuticines*] id est cicuta canentes, fortunatus l.3. ad Auitum Aruernensem episcop.
Stridente cicuta.
Ĵ. Car. 23. *Cantum impendere pauperis cicutæ, pastorales & Arcadiæ cicutæ.* Mart Felici, à cicuta cicuticines, vt s̄ psalmicines. ep. 17. l. 5. Mænala. i. montem Archadię.
20 *Semiuir.*] id est Chiron. & ita Vergilio, quidam mss. semifer, & ita Statio. l. 2. Syluar. fingitur enim semihomo, & semiequus. Arati Phænon. Apollodor. l. 1. Bibl.
24 *Post magnos preceres.*] qui Anthemio. A. 11. Consuli panegyricos dixerunt, vide ep 9. l. 1. & ep. 6. l. 8 *primoribus aduocatorum &c.*
26 *Aut Phœbi.*] vates enim Phœbi diuino spiritu afflari dicuntur, *qui vaticinantes Deum accepisse videntur.* Cœlius tard. pass. l. 1. c. 5.
26 *Aut vestro qui solet ore loqui.*] quæstores enim dicuntur Principis ore loqui, Rutilius.

Huius facundæ commissa palatia linguæ,
Primanus meruit principis ore loqui.

vide Ĵ. Car 5. sub finem.

Panegyricus, quem Romæ Sidonius dixit Anthemio Augusto bis Consuli.

CARMEN. II.

AUspicio & numero fasces, Auguste, secundos 1
Erige, & effulgens trabealis mole metalli
Annum pande nouum, consul vetus, ac sine fastu,
Scribere bis fastus: quanquam diademate crinem

1 *Auspicio & numero &c*] s̄ ep. 9. l. 1. *Ecce & Kal. endæ. Ianuariæ, quæ Aug. Consulis mox futuri repetendum fastis nomen operiebantur.* vide Nouel. Anthemii, de mulieribus, quæ se propriis seruis &c.
3 *Fastos Auguste secundos erige*] Aethicus, in Cosmographiæ præfat. *cum consulatus sui fasces erigeret, &c* Nouella maioriani de ortu & imperio D. Maioriani. *suscepto feliciter consulatus ereximus fasces.*
2 *Effulgens trabealis mole mettali.*] id est trabeatus vide s̄. ep. 6. l. 8. trabea autem est vestis consularis, aureis liciis, & phrigio opere intertexta.
3 *Annum pande nouum.*] s̄. ep. 6 l. 8. *Consul Asterius anni sui fores votiuum trabeatus aperuerat,* vide, & adijce quod annum cōsules dicũtur aperire, quia ab illis numeratur annus. Seneca de breuitate vitę. cap. 19. Claudianus in paneg. Probi & Probinæ.

5 Fastigatus eas, humerósque ex more priorum
Includat Sarrana chlamis, te picta togarum
Purpura plus capiat, quia res est semper ab aeuo
Rara, frequens consul. Túque, ô cui laurea Iane
Annua debetur, religa torpore soluto
10 Quamuis fronde comas, subita nec luce pauescas
Principis, aut rerum credas elementa moueri,
Nil natura nouat, sol hîc quoque venit ab ortu.
Hîc est, ô proceres, petiit quem Romula virtus,
Et quem vester amor. cui se ceu victa procellis,
15 Atque carens rectore ratis, respublica fractam
Intulit, vt digno melius flectenda magistro,
Nec tempestates, nec te pirata timeret.
Te prece ruricola expetiit, te fœdere iunctus
Assensu, te castra tubis, te curia plausu,

Felicemque vocant, qui nomina parturit anni Pacatus in Paneg. Theodosij. *consul creatus, habiturus est nomen annus.*

4 *Scribere bis fastis*] fastis enim consules dabant nomina, s̄ ep.6 & 8.l.8. quas consules, bis, quia II. Consul.

4 *Quanquam diademate crinem*] s̄. ep.13.l.51 in Car. *diadematis potestas*, id est augusta.

5 *Fastigatus.*] id est coronatus diademate, quod caput fastigat, & ita crescit, s̄ ep ij l.8 dixit caput decrescere crinibus excisis, ita hic diademate crines fastigari, quique somniãt se maius caput habere, portẽduntur illis coronę & diademata. Arthemid. lib. 1.c. 18 illis enim, maius fit caput & fastigatur. Claudian. in 4. Conf. Honorij.

Squameus, & rutilus cristis, & casside maior.

6 *Sarrana chlamis*] id est purpurea, & sarranis ebria fucis, vt ipse sequitur ep.6.lib. 8. Hîc chlamis pro veste imperatoria, vt s̄. ep. vlt. l. 1. pro senatoria. vide.

6. *Te picta togarum purpura,*] s̄. ep.7.l.8. Auson Edylio.5 ad Nepotem.

Vt trabeam, pictamque togam, mea præmia Consul Indueret.

Auson. in Gratiarum actione. c. 15 *palmatam tibi misi, in qua D. Constantius parens noster intextus est, me beatum, cuius insignibus talis cura praestetur, haec plane haec est picta, vt dicitur vestis, non magis auro suo, quàm suis verbis,* &c. vide Vospicum in Gordianis, & Isidorum.l.19.c 24.

7. *Res est Rara, frequens Consul.*] Ennod. simili locutione, *vbi est illa quae rara putabatur, frequentalucrarum.* vide s̄.

8 *Tuque o cui laurea Iane, annua debetur.*] primis enim anni auspicijs, Ianus noua laurea coronabatur, Ausonius de Cæsaribus.

Ter dominante Tito, cingit noua laurea Ianum. atque olim Kal. Martiis, à quibus annus incipiebat, *tam in regia, Curijsque atque flaminum domibus, laureæ veteres, nouis laureis mutabantur.* Macrob. l 1 c 12. j̄. Car, 7. init.

12 *Sol hic quoque venit ab ortu*] id est Imp. Anthemius, qui á Leone Orientis Imperatore ad Italiam missus est. Casiod. in Chronico. & Ennodius in vita epiphanii, Marcellinus Comes. indice. v. Pusio & Ioanne Cons. *Leo imperator, Anthemium patricium Romam misit, imperatoremque constituit.* Vetus Chronographus ms. *Anthemius imperator occidentis à Leone mittitur.*

15 *Atque carens rectore ratis.*] Seuero enim diẽ functo, vacauit imperij sedes anno vno, mensibus septem, diebus viginti septem. Innominatus Chronographus. *Hermenerico & Basilisco Coss. defunctus est Imp. Seuerus Romae. XVIII. Kal. Septembris. Leone. III. & Tatiano Conss. Pusio & Ioanne Conss Leuatus est imperator dominus Anthemius, Romae, pridie Idus Aprilis.* à quo malè dissentit Marcellinus Comes. Qui Leone Aug III. & solo Cons. Seuerum Romæ interiisse traddit vide. j̄. Car. 5.

16 *Vt digno melius, &c.*] Eadẽ figura vtitur Imp. Anthemi⁹. Nouella de mulieri-

Te punctis scripsere tribus, collegaque misit 20
Te nobis, regnumque tibi. suffragia tot sunt,
Quanta legit mundus, fateor, trepidauimus omnes,
Ne vellet collega pius permittere voto
Publica vota tuo, credet ventura propago
In nos vt possint, princeps, sic cuncta licere, 25
De te, non totum licuit tibi. Facta priorum
Exuperas, Auguste Leo: nam regna superstat
Qui regnare iubet melius respublica vestra
Nunc erit vna magis, quæ sic est facta duorum.
Salue sceptrorum columen, regina orientis 30
Orbis Roma tui, rerum mihi principe misso,
Iam non Eoo solùm veneranda Quirinis
Imperij sedes, sed plus pretiosa, quòd extas

bus, &c. *Humano generi & fluctuātibus rebus mortalium, vnus post Deum ratione consulitur, si aduersorū ingruentium procellis occurrat sæpius nostra serenitas.*

17 *Nec te pyrata timeret.*] Gensericum intelligit, qui Romano imperio crebris excursibus infensus erat. j. dicetur, ad hæc.
Pyratam per rura vagum,

18 *Te prece ruricola, &c.*] Legatus enim ad Leonē missis petitus fuit, & expetitus, Euagrius. l. 2. c. 16. *Anthemius autem per legationem occidentalium Romanorum, Imperator Romanus promulgatur.* Paulus Diaco. in Leone Aug. *deinde totius consensu militiæ, post Seueri mortem iura imperij Anthemius accepit.* vide Niceph. lib. 15. c. 11.

20 *Te punctis scribsere tribus,*] id est suffragiis s. e. vlt. l. 9. in Car. c. 6. l. 8, & alias passim. vide. e, vlt. l. 1.

20 *Collegáque misit, Te nobis.*] id est Leo. Aug. vide. s. & adde Iordanem de success. regnorum *Tunc Leo Anthemium D. Marciani generum ex patricio Cæsarem ordinans, Romæ in imperio destinauit.*

21 *Regnumque tibi,*] id est imperium. Nouella Leonis, de bonis vacantibus. *Pius ac triumphator semper Augustus, filius noster Anthemius, licet diuina maiestas & nostra creatio, pietati eius plenam imperij commiserit potestatem, &c.* Marcell. Comes. *Romam misit, imperatoremque constituit.*

22 *Fateor trepidauimus omnes.* j. Car. 5. in paneg. Maioriani.
fateor, trepidauerat orbis.
Pet. Pictauensis in paneg. Petri Venerabilis
O quoties electe Deo, trepidauimus omnes.

23 *Ne vellet, &c.*] id est ne tui electionem, tuo arbitrio & optioni relinqueret. Leo.

25 *In nos vt possint, princeps, sic cūcta licere.*] sic dispūge ex ms. Clu. Pet. Put. Iur. reliquí cusam à me lectionem habent, vincuntque numero, sed hæc rectior est, vt ex lege Regia, cuncta in nos (ô princeps) liceant tibi, id est in nos habeas ius potestatemque summam. Spartianus in Caracalla. *Si libet, licet, an nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere.*

26 *De te, non totum licuit tibi.*] id est quod libebat, non licuit, libebat enim imperium reiicere, sed Leonis imperio non licuit resistere. atque ita hæc perspicua sunt. idem. j Car. 5. initio.
Nam regna superstat.] id est superat. j. hoc paneg. *melius Pythona superstans.* regno autem maior est, qui consortem imperij adlegit, quia vt ait Seneca. *Nec regna socium ferre nec tædæ sciunt.*

31 *Orbis Roma tui.*] id est Constantinopolis, quæ Roma dicitur, passim in constitutionibus Impp. Socrati Hist. Eccles. l. 5. c. 8. Coripρo, Prisciano, Marcellino Comiti, & Zonaræ sæpe.

31 *Rerum mihi principe misso.*] id est rerum domino, & Imperatore Anthemio, j. Paneg Maioriani *mea Gallia rerum*

Imperij genitrix. Rhodopen quæ portat & Hemum,
35 *Thracum terra tua est, heroum fertilis ora.*
Excipit hîc natos glacies, & matris ab aluo,
Artus infantum molles, nix cinica durat.
Pectore vix alitur quisquam, sed ab vbere tractus,
Plus potat per vulnus equum, sic lacte relicto,
40 *Virtutem gens tota bibit. Creuêre parumper:*
Mox pugnam ludunt iaculis, hos suggerit illis
Nutrix plaga iacos. pueri venatibus apti,
Lustra feris vacuant, rapto ditata iuuentus,
Iura colit gladij: consumatámque senectam,
Ignoratur adhuc dominis.

32 *Quirini imperij sedes.*] sic ex mss. rectè, male cum vulgatis Lugdd. Quiriti, Constantinopolis enim est Quirini, id est Romani imperij sedes, quia Romanũ imperiũ Cõstantinus Aug. Bizantium transtulit. hoc notum est, ex hist.

34 *Imperij genitrix*] pl⁹ preciosa & veneranda est Constantinopolis, quòd est genitrix imperij, scilicet Romani, Imperatores enim Constantinopolitani Romanos imperatores creabant, J. Car. 7. *Quod timui incurri, sum tota in principe tota Principis*

Rhodopen quæ portat & Hemum] Sic ex mss. emendani rectè, Hemus & Rhodope, montes Sunt Thraciæ, Vibius. malè Lugdunenses cum vulgatis potant. vide J. in paneg. Maioriani & Notit. Imper. Orient.

35 *Thracum terra tua est*] callido scilicet Procopij commento. Iulio Comite per Thracias, Constantinopolim accito. Am. Marcellinus l. 16. Qui Thracias copiis militaribus opprimebat, quemue Procopius accitum Constantinopolim strictius tenebat, hacque (vt ait ille) callida fraude bellatrices Thraciæ gentes sine cruore adquisitæ adminicula ausis tumultuariis maxima compararunt, &c. vel quia Bizantium, quod postea Constantinopolis. vrbs esset nobilissima Thraciarum. præter cæteros. Sozomenus l. 2. c. 3.

36 *Excipit hic natos glacies, &c.*] de veteribus Italis. vergil 9 Æneid.

Durum à stirpe genus, natos ad flumina primum
Deferimus, sauoque gelu duramus, & vndis,

De Laconibus. Seneca. Controuers. 1. *Athenæ eloquentia inclita habebantur, Thebæ sacris, Sparta armis, ideo Eurotas amnis hanc circumfluit, qui pueritiam induras, ad futuræ militiæ patientiam.* Vibins de fluminibus. *Taygeta Laconices, vbi filios suos moris habent durare frigore aquæ*, idem Thraces fecerunt, Laconum instituto, apud quos Laconum διαμαστίγωσις inualuit. Athemidorus l. 1. c. 9.

37 *Nix cinica durat*] Sic ex mss. notæ melioris, emẽdauit Vinet⁹ rectè, J. Car. 9. init.

Non hic Memnonios canemus Indos,
Aurora, face cinica perustos.

39 *Plus potat per vulnus equum*] J. de Gelonis. ep. 1. l. 4. J. in paneg. Auiti de Getis

solitosque cruentum.
Lac potare Getas, & pocula tingere venis

idem de Sarmatis Martialis ad Domitianum. epig. 3. & Plin. l. 18. c. 10. de Scithis & Nomadibus Clemens Alexandri. Pœdagogi. lib. 3. c. 3. sub finem Sunt autem hi populi scilicet Getæ, Sarmatæ, Scythæ, Thraciæ populi, & Hemo insident, Mela, Solinus, idem de Bulgis Ennodius in paneg. Theodorici.

41 *Mox pugnant, &c.*] vergil. l. 9. de Italis

Venatu inuigilant pueri, Syluasque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

43 *Rapto ditata iuuentus.*] vergil.

semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

45 *Non ferro finire pudet. tali ordine vitæ*
Ciues Martis agunt. At tu circunflua ponto
Europæ atque Asiæ commissam carpis vtrinque
Temperiem, nam Bistonios Aquilonis hiatus
Proxima Calchidici sensim tuba temperat Euri.
50 *Interea te Susa tremunt, ac supplice vultu*
Flectit Achæmenius lunatum Persa tiaram.
Indus odorifero crinem madefactus amomo,
In tua lucra feris exarmat guttur alumnis:
Vt pandum dependat ebur, sic trunca reportat
55 *Bosphoreis elephas inglorius ora tributis.*
Porrigis ingentem spatiosis mœnibus vrbem,

Illud etiam ex Laconũ instituto, quo *pueri decipere discebant*. M. Tull. 4. de Rep.

46 *Ciues Martis agunt*] Vide s. epist. 9. lib. 8 in Carm. Et adde Vegetiũ de re militari lib. 1. e vlt quem ... *Spartanum fuisse Epicharmus tradit*. Arnobius lib. 4 j. Car. 9. *Martem Thracibus, ac Scythis Dianam*.

47 *Circumflua ponto Europæ atque Asiæ*] Id est, Cõstantinopolis in Euripo Asiæ, Europæque posita. Zonaras ex Dione tom 3.

48 *Commissam temperiem*] id est, simul coeuntem & coalitam, & ita committi flumina & maria dicuntur Seneca Medea:

Geminο Corynthus littore opponens moras
Cremata flammis, maria committat duo.

Plinius libro 10. epist. 40. & 64. Sueton. in Nerone, cap. 31. Q. Curtius lib. 3. 8. 9. Mela lib. 1. cap. 1. & 7 Curtius de Syluis lib. 5. *Amplexosque arborum ramos syluas committere*. Idem 4. *Sed anteiacienda moles erat, quæ vrbem continenti committeret*. Florusque lib 1. cap. 11 *Et inter fluentem vrbi Tiberinum ponte commisit*.

48 *Aquilonis hiatus*] Festus Auienus in orbis ter descrip.

Inspitus hic prona protendens dorsa Propontis,
Flatibus ex Boreæ tepidum procumbit in Austrum.

50 Idem de Europa posteà, & Zosimus lib. 2. de situ Bizantij.

Susa] Regia sedes Persarum, s. epist 9. lib. 8.

Ipse hic Parthicus Arsaces precatur
Aulæ Susidis vt tenere culmen
Possit. Vide.

Flectit Achæmenius lunatum Persa tiaram] j. Narbone *Lunatum tibi flecteret tiaram*. *Reges tiaratos*, s. epist. 3. lib. 8. pro regibus Persarum. Bararames enim Persarum rex bello victus, pacem iniit cum Honorio & Theodosio AA. Eisdemque Coss. Honorio XIII Theodosio XI. Vide j. paulò post.

52 *Indus odorifero, &c.*] s epist 3 lib. 8. *Inter satrapas regum tiaratorum mitratos, pumicatos, malobatratos* Notit. Imp. Orientalis.

54 *Vt pandum dependat ebur*] j. Carm. 5. penes init.

fert Indus ebur, Chaldæus amomum.

56 *Porrigis ingentem, &c.*] Constantinus enim, Constantini Magni filius, ad amplitudinem vrbis longè maximæ tam feliciter auxit, vt plerique post eum principes ibidem constituta domicilia habuerint. Zosimus lib. 2.

56 *Spatiosis mœnibus vrbem*] Ibidẽ Zosimus. Quapropter & muris longè capacioribus, quam essent hi, quos Constantinus struxit, eam circumdederunt, quamue etiã postea Anthemius Procopii socer huius Anthemij. Aug. auus muro maximo circumdedit, Socrates histor. lib. 7. cap. 7. Histor. Tripartitæ Cassiodorus libro 11. cap. 1. Nicephorus libro 14. cap 1. Habebat autem longitudo vrbis à porta aurea, vsque ad littus maris directa linea, pedum quatuordecim millia septuaginta quinque Latitudo autem pedum sex millia centum quinquaginta. Vetus ciuitatis Cõstantinopoleos collectio.

57. Quam

57 *Quam tamen anguſtam populus facis, itur in æquor*
Molibus, & veteres tellus noua contrahit vndas,
Namque Dicarchea tranſlatus puluis arena
60 *Intratis ſolidatur aquis: duratáque maſſa*
Suſtinet aduectos peregrino in gurgite campos,
Sic te diſpoſitam, ſpectantémque vndique portus,
Vallatam pelago terrarum commoda cingunt,
Fortunata ſatis, Romæ partita triumphos.

57 *Quam tamen anguſtam populus facis,*] Ibidem Zoſimus, *& ædificia tam eſſe contigua permiſerunt, vt habitatores eius ſiue domi ſe contineant, ſiue in compitis ſint, artentur: nec ſine periculo propter ingentem hominum & animalium copiam incedant.* vndique enim gentes Conſtantinopolim confluebant, eodem auctore. vide Conſtantinopoleos veterem deſcriptionem.

57 *Anguſtam.*] ſic ex mss. emendaui. malè Lugd. cum vulgatis Auguſtam, quod ex Zoſimo ſuprà clarum eſt, & ita Statius lib. 11. Thebaid.

Vrbem armis opibuſque grauem, & modò ciuibus arctam.

Et ſimili locutione S. epiſt. 12. l. 6. *vidimus anguſtas tuis frugibus vias.* ij. Paneg. Auiti.

famulantia currunt
Agmina, & anguſtus pennas non explicat aer.

57 *Itur in æquor, molibus, &c.*[Ibid. Zoſimus. *Nec pars vicini maris exigua ſolo ceßit, vndique defixis palis, & ædificiis in eos impoſitis, quæ ſeorſum ad complendam vrbem amplam ſufficerent.*

58 *Molibus.*] S. *qui ab alueo principali molium publicarum diſcerptus obiectu.* epiſtol. 5. l. 1. vide quæ notaui. molibus, id eſt ſtructuris mari iniectis, Seneca Contr. 1. l. 2. *litoribus quoque moles inuehuntur, congeſtiſque in altum terris exaggerant ſinus,* &c. idem. epiſtol. 70. init. l. 1. de impenſ. in res dotales factis. Caſſiodor. l. 9. epiſtol. 6. vide Brod. l. 1 c. 40. Miſcellan. Dinamius Patricius in hiſt. 5. Maximi Regienſis, *ad latus æquoris, quod vocatur moles.*

59 *Namque Dicarchea translatus puluis arenæ.*] id eſt puluis Puteoli, Dicarchæa enim Silio, & Feſto, Puteolus eſt.

60 *Intratis ſolidatur aquis.*] Vitruuius. l. 2. c. 6. *Eſt etiam genus pulueris, quod efficit naturaliter res admirandas, naſcitur in regionibus Baianis, & in agris municipiorum, quæ ſunt circa Veſuuium montem, quod commixtum cum calce & cemento, non modò cæteris ædificiis præſtat firmitates, ſed etiam moles, quæ conſtruuntur in mari, ſub aqua ſoliteſcunt.* Seneca. l. 3. Natur. Quæſt. c. 20. *Quemadmodum Puteolanus puluis, ſi aquam attigit, ſaxum eſt.* vide Plin l. 35. c. 13. & Iſidó. l. 16. c 1.

62 *Sic te diſpoſitam, ſpectantemque vndique portus.*] Vetus deſcriptio. *Prouidentia ergo diuina, tot futurorum hominum domiciliis conſulente, longo tractu in promontorij qualitatem ſpatioſior terra, faucibus Pontici maris oppoſita, ſinuoſis portuoſa lateribus.* vide Zoſimum. l. 2. de ſitu Bizantij.

63 *Vallatam pelago, terrarum commoda cingunt.*] Eadem vetus deſcriptio, *circumflui maris tutela vallatur*, terrarum commoda cingunt, eleganter, illuc enim vndique terrarum vel militiæ, vel mercaturæ, vel aliorum negotiorum cauſa multitudo hominum confluit. Zoſimus. l. 2. Socrates hiſtor. l. 4. c. 16. S. ep. 5. l. 1. *Sic diuidua fluenta partitur, vt præbeant mœnibus circumfuſa præſidium, infuſa commercium.* de Rauenna ſimili locutione qua hic. Paneg. Conſtantini Aug. Conſtantij, filij de Tyberi. *tu Romæ tua altor copiis ſubuehendis, tu munitor mœnibus ambiendis.*

64 *Fortunata ſatis.*] id eſt nimis. Vetus Conſtantinopoleos collectio. *Vt magnificentiæ vnicum decus non ſolum videatur opere & manu confectum, ſed etiam conſpirantibus elementis, naturæ felicitate munitum.*

Et iam non querimur, valeat diuisio regni. 65
Concordant lancis partes, dum pondera nostra
Suscipis, æquasti. Tali tu ciuis ab vrbe
Procopio genitore micas: cui prisca propago
Augustis venit à proauis, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modò surgat Auerno 70
Qui cantu flexit scopulos, digitisque canoris
Compulit auritas ad plectrum currere syluas:
Cum starent Hebri latices, cursuque ligato
Fluminis attoniti carmen magis vnda sitiret.

67 *Tali tu ciuis ab vrbe.*] Anthemi*, qui erat ciuis Constantinopolitanus, Gelasius. PP. epist. 11.

68 *Procopio genitore micas.*] Procopio scilicet Cõstantinopolitano duce, qui Persarum cuneũ, eorum qui vocabantur immortales, mortalitate mulctauit, Socrates hist. Eccles. l. 7. c. 20. Cassiod. hist. Trip. l. 11. c. 15. dux Socrati, & Cassiodoro, id est magister militiæ per Orientem, sicis Procopius vocatur in l. 36. C. TH. de erogat. milit. annonæ.

69 *Augustis venit à proauis.*] scilicet à Procopio qui Iuliani A. cognatus, clauos summæ rei gerendæ a Iuliano accepit, illoque & Iouiniano eius successore sublato purpuram induit Constantinopoli. Am. Marcell. lib. 25. & 26. Zosimus. l. 3. & l. 4. D. Hiero. ad Heliodorum, de epitaph. Nepotiani. Orosius. l. 7. c. 32. auctores hist. Eccl. & Iornandes in success. regn. qui liberos habuit, vt ex Zosimo initio. l. 4. c'arum est.

69 *Quem dicere digno, &c.*] Ennodius in Natali S Epiphanij, hos versus exscripsit.

Crispinum petit inde libens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modo surgat Auerno
Qui potuit rigidas de rupibus Apennini,
Flumina cum starent, ad plectrum ducere syluas.

73 *Cum starent Hebri latices.*] Orpheus enim Thracius primum conterraneorum suorum fibras glaciales egelidauit. Sido. ep. 1. l. 4. vnde *Rhodopeius heros* dictus est Cassio Parmensi. *cum starent*. Ennod. *Flumina cum starent.*

75 *Huic quondam iuueni reparatio credita pacis.*] eius fortasse quæ inter Theodosium Iuniorem, & Isdigerdem Persarum regem pacta fuit, Isdigerdes enim rupto fœdere quod cum Theodosio Gororanes Rex inierat, cruentum aduersus Romanos bellum mouerat, propter pyreium ab Abda Episcopo euersum. Theodoritus hist. Eccl. l. 5. c. 39. Cassiod. hist. Tripart. l. 10. c. 29. & 30. quod posteà crebris legationibus sopitum fuisse (suppressis tamen præter Marathæ Episcopi, legatorum nominibus) Socrates. l. 7. c. 8. hist. Trip. l. 11. c. 8. tradiderunt. in id non consentit Nicephorus.

75 *Reparatio.*] nam, vt dixi, pacis fœdus dissolutum anteà fuerat, Theodorit. histo. Eccl. l. 5. c. 37. Cassio. histo. Tripart. l. 10. c. 28. quod posteà Theodosius per legatos reparauit, atque reuinxit, nisi malis ad Baranem Regem referre, qui mortuo Isdigerde pacem ruperat, cum quo Theodosius pacem fecit. Socrates. l. 7. c. 20. histor. Tripar. l. 11. c. 15. Nicephorus. l. 14. c. 21. & Procop. de bello Persi, lib. 1. initio. at non Procopius medius & interpres pacis fuit, sed Maximinus hisdem auctoribus, præter Procopium, cui legatus, Anatolius vocatur, hic verò Procopius noster, fuit Persici exercitus profligator, de qua pace Marcel. Comes Indictio. v. Honorio XIII. & Theodosio XI. Coss. *Persæ cum Romanis pacem pepigere.* & Procopius. lib. 1. de bello Persico. cui postremæ sententiæ acquiesco, vtramque testatam volo.

76 *Stupuit primus se Parthus in annis Consilium, &c.*] 7. Paneg. Auiti.

& miratus in annis
Paruis, grande bonum, vel in ore precantis ephœbi
Verba senis, &c.

75 *Huic quondam iuueni reparatio credita pacis*
Assyriæ stupuit primis se Parthus in annis
Consilium non ferre senis. conterritus hæsit
Quisque sedet sub rege Satraps, ita iunxerat omnes
Legati genius, tremuerunt Medica rura,
80 *Quæque Draconigenæ portas non clauserat hosti,*
Tum demum Babylon nimis est sibi visa patêre.
Partibus at postquam statuit noua formula fœdus,
Procopio dictante, magis iuratur ab illis,
Ignis & vnda Deus, necnon rata pacta futura.
85 *Hic diuos testatus auos Chaldæus in extis*
Pontificum de more senex arcana peregit
Murmura, gemmantem pateram rex ipse retentans,
Fudit thuricremis carchesia cernuus aris.
Suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris,

81 *Draconigenæ.*] Thebanos signari credit Baptista Pius hoc loco, pessumè. Draconigenæ id est Alexandro Magno, qui se Dracone genitum existimabat. Victor epitomastes in Galerio Armentario. *is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexãdri Magni creatricis, compressam dracone semet concepisse.*]. paulo post Sido.
Magnus Alexander, necnon Augustus, habentur
Concepti serpente Deo. vbi plura.

81 *Portas non clauserat hosti.*] Alexandro Babyloniam procedenti. *Mazeus cum adultis liberis supplex occurrit, vrbem seque dedens*, &c. Curtius, l. 5. Plutarchus in vita Alexandri, & de fortuna Alexandri, Seneca. quod in sapientem non cadit iniuria, cap. 6. *non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander intrauit*, & hoc quidem fuso Dario Persarumque exercitu, cui etiam ab vltimis Oceani littoribus reuertẽti Babylonia patuit. Curtius l. 10. Iustinus, l. 12. & Seneca Suaso. 4. Orosius. l. 6. c. 21. verùm mens Sidonij ea est, vt dicat more panegyristarum, portas Vrbis Alexandro Babylonios non occlusisse, quòd Alexandri copias non timerent, atque ita interriti portas panderent.

82 *Tum demum Babylon nimis est sibi visa patere.*] Procopio scilicet orante, Babylon præ timore portas vrbis obstruere decreuerat, quia sibi patere nimium videbatur.

85 *Ignis.*] de igne, quem Persæ vt Deum adorabant, Curtius eleganter. l. 4. quò loci Darius ad milites. *Precor vos per Deos patrios, æternumque ignem qui præfertur altaribus, fulgorémque solis intra fines regni mei Oriẽtis*, &c. Socrates hist. Eccl. l. 7. c. 8. Persæ ignem venerantur, illumque in templis cameratis perpetuò colebant. Ibid. Socrates, & Theodor. l. 5. c. 39. hist. Tripar. l. 10. c. 30. Niceph. l. 14. c. 19. quæ templa vocantur pyreia, hisdem auctoribus, quam adorationem à Cham Babyloniæ rege traditam acceperunt. Marius Victor. l. 3 in Genesim.

Cham seruo è semine natus
Mole & mente gigas, Babylonia regna gubernans,
Persarum hic animos capiens venator iniquus,
A veris dominis sacris, traduxit ad ignem.

vide Suidam in Canopus. & Grego. Turo. l. 4. c. 33. Euagri. l. 5. c. 14. Agathiam lib. 2. Strabo. l. 15. vide Brisso. l. 2.

85 *Et vnda.*] vndam etiam vt Deum Persas adorasse, ex hoc loco clarum est, & Magorum sacerdotes aquam & ignem omnium rerum principium profitebantur. Vitruuius in præfat. l. 8. qui quidem sacerdotes *elementa deificabant*, vt loquitur Cassiodo. hist. Trip. l. 10. c. 30. vnde adoratio ignis & aquę apud Persas inualuit. Agath. l. 2. Arnobius. l. 6. *videtis temporibus priscis Persas fluuios coluisse.* Clement. Alexand. ad Gentes.]

Patritius, necnō peditúmque equitúmque magister 90
Præficitur castris, vbi Tauri claustra coërcens,
Æthiopásque vagos belli terrore relegans,
Gurgite pacato famulum spectaret Orontem.
Huic socer Anthemius præfectus, consul & idem,
Iudiciis populos, atque annum nomine rexit. 95
Purpureos fortuna viros cum murice semper
Prosequitur, solùm hoc tantùm mutatur in illis,
Vt regnet qui consul erat, sed omittimus omnes.
Iam tu ad plectra veni, tritus cui casside crinis
Ad diadema venit, rutilum cui Cæsaris ostrum 100
Deposito thorace datur, sceptróque replenda,
Mucrone est vacuata manus, cunabula vestra
Imperij fulsere notis, & præscia tellus
Aurea conuerso promisit sæcula fætu.

86 *Arcana peregit murmura.*] *murmur magicum* Symmacho. l. 1. contra Prudentium, *susurri magici*, Iuliano Patricio. *serale murmur* Apuleio. l. 2. init. *ferale arcanum* Lucano. lib. 6. *diris immurmurata secretis*, l. 6. C. TH. de indulg. crimi. vide Cassiod. epi. 22. l. 4. Ex quibus paret Chaldæos in precationibus, & imprecationibus, mysticos susurros obmurmurasse. Arnob. l. 1. *quicquid virium continet fremor ille verborum, &c.* de hoc autem arcano Persarum ritu. Agathias. lib 2.

87 *Gemmantem pateram.*] regum more Persarum. Plautus Amphut. & Vopisc. Aureliano, *data est ei prætereà cum legatus ad Persas isset, patera, qualis solet imperatoribus dari à rege Persarum, in qua insculptus erat Sol, &c.* qua Diis suis libabant. Claudian. 1. Paneg. Stilicon. *rex ipse micantem inclinat dextra pateram*, Athenæ, l. 11.

88 *Fudit thuricremis carchesia cernuus aris.*] id est thure & vino sacrificauit. Seneca 3 de ira. c. 18. Plin l. 10. ep. 99. Sueto. Augusto c. 35. Apuleius. Apolog. & Tertullia. de muliebri ornatu. Carchesia, *vasa quibus libabant.* Nonius c. 15. Vergil. 1. Aeneid. thure autem Persas Diis suis sacrificasse ex hoc Sido. loco clarum est, & ex Curtio. l. 5 init. quod tamen Brisso se legisse non meminit. l 2. de reg. Pers.

91 *Patricius, necnon peditúmque equitumque magister.*] de patriciatu Procopij nihil legi, de magisteria militari, Honorius & Theodosius A A. *Procopio Magistro militiæ per Orientem.* l. vlt. C. TH. de erogat. milit. annonæ. quæ lex data est Constantinopoli. Victore Cons. Anno post pacem pactam, inter THeodosium August. & Baranem regem Persarum. Marcell. Comes, & Fasti Consulares, quod maxime concinit his Sidonij *Suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris.*

92 *Vbi Tauri, &c.*] Vide Notit. Imp. Orientalis de disposit. V. Inlust. Magistri militum per Orientem. de Tauro, vide Æthicum. in Cosmograph. de Oronte Vibium, de fluminibus.

95 *Huic socer Anthemius præfectus*] de hoc Anthemio Procopij socero, Philippi Constantinopolitanæ vrbis præfecti nepote & Præfecto, Socrates. hist. Ecclesiasticæ. l. 7. c. 1. Nicephor. l. 14. c. 1. hist. Tripartitæ. l. 11. c. 1. ad quem crebræ extant Impp. Archadij Honorij & THeodosij Constitutiones. C. TH. in quibus præfectus prætorio vocatur, in. l 10. C. TH. de famosis libellis. &. l. 14. C. eod. de legat. & dec. legat. Præfecti præt. & patricij honoratur titulo.

95 *Consul.*] Post Honorium VI. & Aristenetum cum Stilicone. II. Cons. annum aperuit, Prosper, Cassiod. Marcell. Comes. in Chronicis. passim in C. TH. vide Chron.

96 *Iudicijs populos.*] vel quia Præfectus præt. diem functo Archadio & Theodosio octenni Imperatore Orientis relicto, summam rerum gubernabat, hisdem quos suprà notaui auctoribus.

105 *Te nascente, ferunt exerto flumina melle,*
Dulcatis cunctata vadis, oleique liquores
Ipse per attonitas bacca pendente trapetas.
Protulit vndantem segetem sine semine campus:
Et sine se natis inuidit pampinus vuis,
110 *Hybernæ rubuere rosæ, spretóque rigore*
Lilia permixtis insultauère pruinis,
Tale puerperium quotiens Lucina resoluit,
Mos elementorum cedit, regnique futuri
Fit rerum nouitate fides, venisse beatos.

96 *Atque annum nomine rexit.*] à consulibus enim annus numerabatur. S. epi. 6. l. 8. & init. Paneg. Seneca. 3. de ira. c. 31. & l. 3. de benef. c. 16. Claudia. 4. Consul. Honorij in fine. Maioriani Nouella. de ortu & Impe D. Maioriani. & Cassiod. l. 2. ep. 1. l. 6. ep. 1. l. 9. ep. 19. & ad Theodoricum in præfat. Chronici.

99 *Vt regnet, qui Consul erat*] *vt regnet*, scilicet Anthemius, *qui consul erat*, cum Valentiniano A. IIII. Consf. quo cum Anthemius consulatum gessit. S. e. 9. l. 1.

106 *Te nascente ferunt. &c.*] Claudianum imitatur in laude Serenæ.

Te nascente ferunt, per pinguia culta tumentem
Diuitiis vndasse Tagum, &c.

vide eundem Claudian. Paneg. 1. & 3. Stiliconis.

107 *Dulcatis.*] S epist. 4. l. 5. vide. & adde Cœlium Aurel. l. 4. Chroniæ. c. 1. in fine & l. 5. c. 2. *obdulcantes.* Fortunatus. l. 10. de Bodegisilo duce Massiliæ.

Ceu tuus obdulcat corpora nostra sapor.

109 *Vndantem segetem*] sæpe apud Virgilium. S. epi. 21. l. 4 *sine periculo quæstuosa fluctuant in segetibus vndæ:* vide.

110 *Et sine se natis inuidit pampinus vnis.*] Anti-Claudiani l. 9. effinxit hunc versum Alanus.

Et sine se natas miratur pampinus vuas.

114 *Mos elementorum, &c.*] Præcepta artis & Panegyristarum morem secutus est. Priscianus de præexercitamentis Rhetorices, ex Hermogene cap. de laude : *dices autem si quid nascendo euenit viro, vel ex somniis, vel ex signis, vel huiusce modi quibusdam prænuntiationibus.*

116 *Conctantis Iuli, &c.*] ex Vergil l. 4. Æneid. sub finem.

Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

Claudianus paneg. in IIII. Consul. Honorij.

ventura potestas
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex, &c.

Policra. l. 1. c. vlt.

117 *Lambebant.*] vergil. *Lambere flamma comas* ibid. posteà, *Illam summa super lambentem culmina tecti.* Sedulius. l. 1. *Frondea blandita lambebant robora flamma.* Eucher. homel. 3. de Epiph. *quanta castis corporibus reuerentia debeatur, arbiter ignis agnoscit, & mæsta sibi pabula circumfusus allambit.* & hæc de illo igne accipienda sunt, qui (vt ex Platone refert Salisberiensis) lambit, & non vrit. *duæ sunt inquit ille (vt opinor) virtutes ignis, altera edax & peremptoria, altera mulcebris & innoxio lumine*, de qua hoc loco Sidon.

118 *Astyages.*] vide Herodotum. l. 1. & Orosium. l. 1. c. 19. atque etiam Xenophontem, & Aelianum. lib. 12. S. Car. 9.

Sic loquitur natura Deos, cunctantis Iuli 115
Lambebant teneros incendia blanda capillos.
Astyages Cyro pellendus fortè nepoti,
Inguinis expauit diffusum vite racemum.
Præbuit intrepido mammas lupa fœta Quirino.
Iulius in lucem venit, dum laurea fragrat, 120
Magnus Alexander, necnon Augustus, habentur
Concepti serpente Deo: Phœbúmque, Iouémque
Diuisêre sibi: namque horum quæsiit vnus
Cynisia sub Scyrte patrem maculis genitricis.

119 *Inguinis*] præter auctores supra citatos, Tertull. de anima, *Astyages Medorum regnator, quod filiæ Mandanæ adhuc virginis vesicam in diluuionem Asiæ fluxisse somnio viderit, Herodotus refert, item anno post nuptias eius ex hisdem locis vitem exortam toti Asiæ incubasse, hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradidit, qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt, siquidem Asiam Cyrus & mersit, & pressit.*

122 *Iulius, &c.*] Iulij nomen, vt Caio Cæsari, sic Octauio veteres tribuerunt, priusquam Augustus esset. Tertull. de anima c. de Somniis. *reformatorem imperij puerulum adhuc & priuatum loci, & Iulium Octauium tantum, & sibi ignotum Marcus Tullius iam & Augustum, & ciuilium turbinum sepultorem, de somnio norat.* Iulij nomen ab Auia Iulia, Suetonius in August. c. (8. maternum enim genus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus est Octauius) in quod adsumptus fuit à Iulio. Oros. l. 7. Aur. Victor, reliquum est vt ostendam hoc prodigium conuenire Iulio Octauio, cuius natali die scilicet VIII. KAL. OCTOBR. Vetus inscriptio. laurea fragrauit, & nata est. Donatus, & ex eo Seruius lib. 6. Aeneidos, ad hæc.

& ramo felicis oliuæ.

Arboris festæ, sed moris fuit vt de lauro fieret, quod propter Augustum mutauit, vt dicit Donatus. nam nata erat laurus ea die, qua natus est Augustus in palatio, vnde triumphantes coronari consueuerant. aliter de laureto Cæsarum dicato triumphantibus sentit Plin. l. 15. in fine. de quo Suet. in Galba. c. 1. & *Dio. lib.* 48. Aurel. Victor, in Nerone sub finem. vet. lib. impressus, *Lancea* legit, pro *laurea*, quæ lectio non est contemnenda, lancea enim ardens flagrauit C. Mario, & Lucio Valerio Coss. quibus natus est Iulius. Iulius Obsequen. c. 105. *fax ardens Tarquinius latè visa, subito lapsu cadens*, & hæc interpretatio Petauio debetur V. C. & Senatori erudito. lancea autem pro face & flammea. Isidor. in Gloss. mss. *Flammea, lancea.*

120 *Fragrat.*] sic lego ex mss. Fr. Pithœi, laurea enim natura sua est odora & bene fragrat, infra.

indescriptosque per agros

Fragrat odor. Si postrema interpretatio arridet, flagrat, retinẽdum est. *Flagrare est incendi & ardere: fragrare verò olere, & in plurimis inuenitur ista discretio,* Nonius. idem Seruius. non ita tamen curiosè discernuntur in plerisque auctoribus.

122 *Magnus Alexander.*] serpente genitus ferebatur, Curtius. l. 4 6. 8. & 10. Gellius. l. 7. c. 1. vnde *draconigena*, S. Liuius lib. 36. Iustin. l. 11. *namque mater eius Olympias confessa viro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse.* vide Petr. Aruernum. l. 2. epi. 1.

122 *Necnon Augustus.*] draconigena quoque dicebatur Augustus, Suetonius Augusto. cap. 94.

123 *Phœbumque, Iouemque Diuisere sibi.*] Phœbum ciebat patrem Augustus, Iouem Alexander, infra. Car. 9. *Non prolem Garamantici tonantis.* vide Curtium. l. 10. & Plutarchum in Alexãdro. Gellius. l. 13. c. 4. *Opinionem ille ingentibus victoriis & adulantium blandimentis, & rebus suprà fidem prosperis imbiberat, genitum esse sese de Ioue.* Cui etiam statuã Iouis ornatu intrà Altim Corinthios dedicasse tradit Pausanias. l. 5. ꝗ. Car. 9.

125 *Alter Phœbigenam sese gaudebat haberi,*
Pœonij iactans Epidauria signa draconis.
Multos cinxerunt aquilæ, subitúmque per orbem
Lusit venturas famulatrix penna coronas.
Ast hunc, egregij proceres, ad sceptra vocari
130 *Iam tum nosse datum est, laribus cũ fortè paternis*
Protulit excisus iam non sua germina palmes.
Imperij ver illud erat, sub imagine frondis,
Dextra per arentem florebant omina virgam.
At postquam primos infans exegerat annos,

114 *Cynifa sub Syrte.*] cum scilicet Hammonẽ Iouem consuluit. Q. Curtius.l.4.& l.6.Iustin. lib.11. Plutarchus in Alexandro. quos vide.
125 *Maculis genitricis.*] hæc de Alexandro dicta sunt, non de Augusto, vt vir doctus scribit, qui quidem Alexander querebat patrem suum insignitum serpentis maculis, quibus insignita erat Olympias mater, qua cum Iupiter Hammon sub specie serpentis concubuerat, & serpentinas maculas inuserat sui concubitus testes. idem, de Accia Augusti matre, Sueton.cap.94.

126 *Alter Phæbigenam.*] id est Augustus. Sueton.cap.70.& c.94. quem vide.
127 *Pœonij.*] id est Signa & maculas depicti draconis, quæ in corpore matris Acciæ extabant. Sueton. c.94. quasve genitiuas notas Augustus dispersas per pectus atque aluum habebat, erat enim corpore maculoso. Suetonius. c. 80. in Augusto, addidit Epidauria signa, vt notaret Acciam compressam ab Apolline, cum ad solemne eius sacrũ venisset, ex quo compressu natus est Augustus filius Apollinis, cuius etiam filius est Epidaurius serpens. s̄.ep.7.l.1.
128 *Multos cinxerunt aquilæ.*] Apuleius de Deo Socr. *atque vt nonnulla regni futuri signa præcurrant, vt Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, S. Tullius flamma collumminetur à capite.* Ioan. Salisberiensis. Policr.l.1.c.vlt. Zonaras tomo.3. in Marciano. & Nicephorus.l.15.c.1. atque etiam Procop.l.1. de bello Persico.
132 *Protulit excisus.*] Quod semper aliquid magnum & afflictæ Reip. vtile prædicit, quasi futurum vt Resp. cæsa virescat. Plin.l.16.c.33.& Iul. Obsequens.
139 *Ludus erat.*] Claud.36.paneg.Honorij.

Reptasti per signa puer, regúmque feroces
Exuuia tibi ludus erant, &c.

J̃.Car.5. *albentes nigro sub gutture lunas*
Frangere ludus erat.

141 *In cornua trudere neruos.*] id est arcum tendere, implere, vt s̄. epist. 2. l. 1. Terentianus.

Ceu Parthus solet aut Scythes
Arcus cornibus extimis, &c.

146 *Claudere castribus.*] verbo artis vsus est. supra, epistol. 6. lib. 8. *statarius clusor.* vide
150 *Pelethronios.*] id Pyrrhi qui equos, & equites docuit vertigines implicare. Solinus. ideò Sidonius dicit *Pelethronios titulos*, à Pelethronio, qui frænos & stratum equis primus inuenit. Higinus. cap. 274. & Seruius. Sicque Aeacides, & Aeacida, pro Pyrrho Vergil.& Sillius.
154 *Superstans.*] id est superans. s̄. hoc car.

nam regna superstat,
Qui regnare iubet.

158 *Mileto*] Hyginus.c.221.

Milesiusque Thales sponsori damna minatur.

Columnæ Delphicæ incisum ἐγγύα πάρα δ' ἄτη. sapientiæ. cap.22. J̃. Car.15.

Thales Mileto genitus vadimonia damnat.
159 *Linde.*] ĵ. Car.15. *Lindie tu Cleobule iubes modus optimus vt fit.* Hyginus, *Optimus est, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.* vide Auson.
160 *Ex Ephyra*] ĵ. Car. 15.
Tu meditans totum decoras Periandre Corynthon.
Higin.
Ex Ephyra Periădre notas cuncta & meditanda, &c. quem vide, & ĵ. Car. 15. vide, Heroclen in Pythagoram, Plinium l. 7. c.32. Policrati. l. 1. c. 4. l. 4. c. 9. vitam Ludouici Pij. & Auson. de dictis Sapientum. Laert. & reliquos.
166 *Scythicis Anacharsis in armis.*] vide Laertium lib. 1. & Tertull. de pallio. *an aliter mutante Anacharsis cum regno Scythia philosophiam prauertit?* &c. vide Suidam.

Reptabat super arma patris: quanquã arcta terebat 135
Lamina ceruicem, gemina complexus ab vlna,
Liuida laxatis intrabat ad oscula cristis,
Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas
Festina tractare manu captósque per arcus
Flexa reluctantes in cornua trudere neruos. 140
Nunc tremulum tenero iaculum torquere lacerto,
Jnque frementis equi dorsum cum pondere conti
Jndutas calybum saltu transferre cathenas,
Jnuentas agitare feras, & fronde latentes
Quærere, deprehensas modò claudere cassibus arctis, 145
Nunc troto penetrare veru, tum sæpe fragore
Laudari comitum, frendens cùm bellua ferrum
Ferret, & intratos exirent arma per armos.
Conde Pelethronios alacer puer & venator
Æacidæ titulos, quanquam subiecta magistri 150
Terga premens, & ob hoc securus lustra pererrans,
Tu potiùs regerêris equo. Non principe nostro
Spicula direxit melius Pythona superstans
Pæan, cum vacua turbatus penè pharetra,

168 *Quicquid Erichthaeis.*] id est Atticis Gymnasiis, Eriehtæe Athenæ, Vergilio. & Ouid.

Nullus Erichthaeis fertur celebratior illo
Illuxisse dies, i. Athenis.

171 *Arroso*] vide s̄.epi. 9. l. 9. *Cleanthes propter vtrumque corrosis.*
172 *Quicquid Pythagoras tacuit.*] s̄. l. 7. in Conci. initio, vide quæ notaui.
173 *Democritus, Heraclitus, defleuit, risit.*] s̄. epi. 9. l. 9. *Heraclitus fletu oculis clausis, Democritus risu labris apertis.*
176 *Argumentosis*] s̄. & Fulgen. in præfat. mytholog. *Platonis auratum eloquium, & Aristotelis syllogismaticum verbiloquium.*
180 *Despiciens vastas tenuato in crure cathenas.*] vide Platonem, & Plutarehum quoad sententiam, & ĵ. Car. 15. in fine, quoad loquendi formulam vide s̄. epist. 7. l. 7. in Carm.

Et quinquennali vincula laxa fame.

ĵ. Carm. 16,

Lubrica crura cui tenuat sub compede carcer.

186 *Smyrnæis imitata tubas.*] vide Donatum in vita Vergilij, & Macrob. l. 5. c. 14. ĵ. Car. 15.

Non quod Mantua contumax Homero.

ĵ. Narb,
187 *Arpinas dat consul opem.*] id est opulentiam. s̄. epist. 5. l. 5. *varicosi Arpinatis opulentiam, loquacitatémque*, vide. opem etiam pro opulentia dixit vetus põeta ap ud M. Tull. 4. Tusc.

188 *Fabro*

155 *Figeret innumeris numerosa volumina telis.*
Nec minùs hac inter veteres audire sophistas,
Mileto quod crete Tales vadimonia culpas:
Lindie quod Cleobule canis modus optimus esto:
Ex Ephyra totum meditaris, quod Periander:
160 *Attice quódve Solon finem bene respicis aui:*
Priennae Bia, quod plus tibi turba malorum est:
Noscere quod tempus Lesbo sate Pittace suades:
Quod se nosse omnes vis ex Lacedæmone Chilon.
Præterea didicit varias noua dogmata sectas,
165 *Quicquid laudatum est Scythicis Anacharsis in* (aruis,
Quicquid legifero profecit Sparta Lycurgo,
Quicquid Erichthæis Cynicorum turba volutat
Gymnasiis imitata tuos Epicure sodales:
Quidquid nil verum statuens academia duplex
170 *Personat, arroso quicquid sapit vngue Cleanthes:*
Quicquid Pythagoras, Democritus, Heraclitus
Defleuit, risit, tacuit: quodcunque Platonis
Ingenium quod in arce fuit, docet: ordine terno
Quæ vel Aristoteles partitus membra loquendi,

188 *Fabro progenitus.*] id est Demosthenes. Plutarchus, & Iuuenal. saty.10.v.129.vet.Interp. *filius fabri ferrarij fuit Demosthenes.* Ĵ.Narbone.

Qui Fabro genitore pro-creatus
Oris maluit expolire limam.

190 *Euganeis.*] Euganeis id est Venetus, s̄. epi.5.l 1. *Euganeis montes.*

189 *Patauina volumina.*] s̄.ep. 14.l.9. *scripta Patauinis sunt voluminibus.* Messala de progenie Augusti. *ex expugnatis Euganeis, qui tum ea incolebant loca, Patauium condidit.*

191 *Qua Crispus breuitate placet.*] Apul. in Apolog. *nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero.* Macrob. lib. 5.c.1. *quatuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi, copiosum in quo Cicero dominatur, breue in quo Sallustius regnat, &c.* Ĵ.Narbone.

Et te qui breuitate Crispe polles.

191 *Quo pondere.*] s̄. epist.3. l.4. Ĵ. Carm.23. Augustinus, de Ciuitate Dei. l.6.c.2. plura Ĵ. pondus, id est matura grauitas. Ennod. Constantio. *vos maturitas & pondus decent.*

Quo genio Plautus.] vide Stolonis dictum apud M.Fabium. l. 10. c.1. vide Gellium l.7.c.17. eundem l.3.c.3. Ĵ. Carm.23.

192 *Quo fulmine Quintilianus.*] ep.10.l.5. *acrimoniam Quintiliani, Quintiliani acumina* D. Hieronimo, Rustico monacho. idem de Quintiliano epist. 125. Damaso, Ennodius etiam ex professo contrà Quintilianum declamationem composuit, quam vide, quæ addo, vt veluti corollarium inspergantur, his quæ Magnus Pithœus congessit in Quintiliani declamationes. ep. ad Thuanum.

193 *Qua pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.*] Ĵ.Narbone.

Et qui pro ingenio fluente, nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

vide epist.14.l.4. de quo etiam Tertull. in Apolog.82. & Iornandes in histo. Goth. penes init. ea quæ alij collegerunt in Tacitum.

195 *Princeps cui mundus ab Euro.*] id est Imperator Marcianus, qui Theodosio iuniori successit, quem omnibus Orientalibus imperatoribus præponit, cum Theodosio, Marcell. Comes. in Theodosio, de quo etiam omnes benè sentiunt historici.

196 *Cui nubilis atque vnica nata.*] ex priore scilicet coniuge, non ex Pulcheria, quæ virgo obiit, Zonaras & scriptores Ecclesiast. hist. & ex qua etiam licet virum experta, filiam nubilem suscipere non potuisset, cum sex annis, quinque mensibus tan-

Argumentosis dat retia syllogismis: 175
Quicquid Anaximenes, Euclides, Archita, Zenon
Arcesilaus, Chrysippus, Anaxagorásque dederunt,
Socraticúsque animus post fatum in Phædone viuus,
Despiciens vastas tenuato crure cathenas,
Cum tremeret mors ipsa reum, ferrétque venenum 180
Pallida securo lictoris dextra magistro.
Præterea quicquid Latialibus indere libris
Prisca ætas studuit, totum percurrere suetus:
Mantua quas acies pelagíque pericula lusit,
Smyrnæas imitata tubas, quamcunque loquendi 185
Arpinas dat consul opem sine fine locutus,
Fabro progenitus, spreto cui patre polita
Eloquiis plus lingua fuit: vel quicquid in æuum
Mittunt Euganeis Patauina volumina chartis:
Qua Crispus breuitate placet, quo pondere Varro, 190
Quo genio Plautus, quo fulmine Quintilianus:
Qua pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.
Is hunc formatum studiis, natalibus ortum,
Moribus imbutum, princeps cui mundus ab Euro

tùm imperauerit. Marcell. Comes mensem addit. Iornandes de succeff. regnor. annum. Euagrius, Cassiodor. Nicephor. Et reliqui. infra hoc Car.

Et coniunx regia regno Laus potius, quam causa fuit.

197 *Debebat nata nepotes.*] Ouidius. 1. metamorphosis *debes mihi nata nepotes.* D. Ambr. ep. 65. ad Paternum in fine. *debet enim filius noster nepotes, debet etiam neptis pro nepotes.*

198 *Elegit generum.*] Anthemium. Iornandes de succeff. reg. *Tunc Leo Anthemium D. Marciani generum, ex patricio Cæsarem ordinans, Romæ in imperio destinauit.* vide Euagriũ, l. 2. c. 16. & Nicephb. l. 15. c. 11. & Procopium. l. 1. de bello Vvand.

200 *Comitu sed iure recepto.*] id est Comitis Orientis, de cuius dispositione Notitia Imperij & passim in iure, & Zozimus, init. l. 5.

201 *Et tractum limitis ampli.*] de quo Not. Imp. & Zozimus, lib. 5. init.

203 *Sic sub patre Pius, &c.*] vide Capitolinum in Marco. Victorem epitomastem, Orosiũ, l. 7. c. 15. & ex eo Iornan. de succeff. regno. & Zonaram tomo. 2. in Marco.

204 *Iura daturi.*] i. Imperaturi, Isido. Glossæ, mss. *Iura dabunt imperabunt.*

205 *Innumerabilibus legionibus imperitabant.*] Horat. 1. serm. Saty. 6.

Olim qui magnis legionibus imperitarint.

206 *Hinc reduci datur omnis honor.*] s̃. de Procopio Anthemij patre.

Suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris, &c.

Et vtrique magister militiæ.] de magisteria Anthemij dignitate, vide s̃. hoc Carm. de consulatu, s̃. ep. 9. l. 1. & init. huius Paneg.

206 *Coniuncta potestas Patricij.*] Marcell. Comes. Indict. v. *Puseio & Iogane Conss. Leo Imp. Anthemium patricium Romam misit, imperatoremque constituit.* Iornan. de succeff. regn. *Tunc Leo Anthemium D. Marciani generum ex patricio Cæsarem ordinans, &c.* idem de reb. Get. c. 45. hæ autem dignitates patriciatus & consulatus plerumque copulabantur, l. vn. C. TH. de Consulib præf. & c. & Nouel. Theodo de honoratis.

208 *Priuata cucurrit culmina.*] id est domesticos & velut familiæ familiares honores, s̃. de patre Procopio.

Patricius, necnon peditumque equitumque magister.

quoad Consulatum, Procopij socer Anthemius gessit,

s̃. *Huic socer Anthemius, Præfectus, Consul & idem.*

de cuius etiam consulatu, præter ea quæ suprà notaui, Innocentius PP. epist. ad Exuperium Tholosanum, in fine.

195 *Ad zephyrũ tunc sceptra dabat, cui nubilis atque*
Vnica purpureos debebat nata nepotes.
Elegit generum: sed non vt desidè luxu
Fortuna soceri contentus, & otia captans,
Nil sibi deberet: Comitis sed iure recepto
200 *Danubij ripas, & tractum limitis ampli*
Circuit, hortatur, disponit, discutit, armat.
Sic sub patre Pius moderatus castra parentis.
Sic Marcus viuente Pio, post iura daturi
Immunerabilibus legionibus imperitabant.
205 *Hinc reduci datur omnis honor, & vtrique magister*
Militiæ: consulque micat: coniuncta potestas
Patritij, celerique gradu priuata cucurrit
Culmina, conscenditque senum puer ipse curulem,
Sedit & emerito iuuenis veteranus in auro.
210 *Idmque paris diuos, sed vobis nulla cupido*
Imperij, longam diademata passa repulsam
Insignem legère virum: quem deinde legentem
Spernere non posses. soli tibi contulit vni.
Hoc fortuna decus, quanquam te posceret ordo,

209 *Conscenditque senum puer ipse curulem.*] sic ex mss. emendaui, malè cum vulgatis Lugd. id est adolescens, & penè puer Antbemius, ob fortia facta, Cõsulatum, qui senibus conferri solet, emeruit. curulis insigne consulatus. epist. 6. & 8. l. 8.

210 *Sedit & emerito iuuenis veteranus in auro.*] Sic rectè. malè Lugd. id est sedit in aurea gestatoria, quæ s̄. ep. 8. l. 8. *bracteata, & aurea sedes*, Clau diano s̄. notatum. Eleganter adiecit emerito, quòd Anthemius senex armis & animis, annis iuuenis præmia emeritis debita adsecutus, gestatoriam sedem sedit.

211 *Iamque paris Diuos.*] mss. Cla. & Put. Pet. parens, quam lectionem secuti sunt Lugd. ex qua facilis esset emendatio, *Iamque parens Diuus.* id est parens Imperator. verùm reliqui omnes mss. & vulgati. *Iamque paris Diuos*, quæ lectio non est reiicienda, paris Diuos, id est liberos suscipis, Marciano A. dat gnata nepotes purpureos, vt supra locutus est. Anthemius ex illa suscepit Martianum, qui posteà Patricius, habuit in vxorem Leontiam Leonis A. & Verinæ filiam. Zonaras tom. 3. in Leone. atque etiam Asccelam filiam, quæ Ricimeri nupsit, vt j̄. dicetur.

211 *Sed vobis nulla cupido Imperij.*] s̄.

In nos vt possint, princeps, sic cuncta licere,
De te non totum licuit tibi.

215 *Quanquam te posceret ordo.*] non ordo senatorius, vt s̄. de electione Anthemij *te curia plausu.* sed ordo successionis intelligendus est.

216 *Vt lectus.*] id est electus, s̄. init. vide quæ notaui, non relictus hereditario iure & successionis ordine.

217 *Post socerum Augustum regnas.*] id est post Marcianum Imp. vide s̄.

218 *Sed non tibi venit purpura per thalamos.*] post Marcianum enim imperauit Leo Magnus in Oriente, Maiorianus in Occidente, sieque purpura imperatoria, per thalamos ad Anthemium non venit.

218 *Nam iuris habenis.*] id est imperio, s̄.

pòst iura daturi,
Innumerabilibus legionibus imperitabant.

iura daturi, id est futuri Imperatores. j̄. *longúmque Leo mea iura gubernet.* id est Imperator sit. quæ res Lugdunensem scholiastem in Car. ep. vlt. lib. 9. impingere fecit.

Vt lectus princeps, magè quàm videare relictus. 215
Post socerum Augustum regnas, sed non tibi venit
Purpura per thalamos, & coniunx regia, regno
Laus potius quàm causa fuit: nam iuris habenis
Non generum legit respublica, sed generosum.
Fallor bis gemino nisi cardine rem probat orbis, 220
Ambit te Zephyrus, rectorem destinat Eurus,
Ad Boream pugnas, & formidaris ad Austrum,
Ante tamen quàm te socium collega crearet,
Perstrinxisse libet quos Illyris ora triumphos
Viderit, excisam quæ se Valameris ab armis 225
(Fortè ducis nostri vitio) deserta gemebat.
Haud aliter, cæsus quondam cum Cepio robur
Dedidit Ausonium, subita cogente ruina,
Electura ducem post guttura fracta Jugurthæ,
Vltum Arpinatem Calpurnia fœdera lixam, 230
Opposuit rabido respublica territa Cimbro.
Hic primùm vs vestras aquilas prouincia vidit,
Desiit hostiles confestim horrere dracones,
Ilicet edomiti bello prædáque carentes,

224 *Socium collega crearet.*] id est in imperij cõsortium Leo vocaret, s̃. *trepidauimus omnes Ne vellet collega pius.* id est Leo.

225 *Excisam quæ se Valameris ab armis, &c.*] tangit historiam, Coss. enim Dioscoro & Eudoxio, Hunni Thracias & Illyricum sæua populatione vastarunt, Prosper & Cassiodor. in Chron. Paul Diaco. in Theodosio Iuniore. & Isidor. in Chron. Vvandalorum.

225 *Valameris.*] Regis Ostrogothorum, & Hũnorum ducis (Hunnis quippe subiecti erant Ostrogothi) Iornandes de rebus Get. cap. 48. vbi de Vvalamere rege Ostrogothorum, & Attilæ duce, quem Attila super exteros regulos diligebat, erat namque Vvalamir secreti tenax, blandus alloquio, doli ignarus. Hæc Iornandes. c. 38. quique post Attilæ mortem Gothos à ditione Hunnorum liberauit. s̃. notaui ep. 9. l. 8. in Car. ex Iornande, & Ricobaldo Ferrariensi, de qua Thraciarum & Illyrici vastatione ab Hunnis duce Valamere facta, Iornandes de succeß. reg. *Hunnorum rex Attila iunctis secum Gepidis, cum Ardarico Gothisque, & Vvalamir, diuersisque alijs nationibus suis cum regibus, omnem Illyricum, Thraciamque & vtramque Daciam, Moesiam, & Scythiam populatus est.* idem Diaco. in Marciano. l. 5. quò loci Vvalemeris meminit, duplex autem fuit irruptio Hunnorum, in Illyricum & Thracias, quantum ex Diacono colligere licet, & Prospero, in Chronico: *An. Theodosij Iunioris xx11. Thracia Hunnorum incursione concutitur. xx1111. noua iterum Orienti consurgit ruina, qua septuaginta non minus ciuitates Hunnorum depradatione vastatæ, cum nulla ab occidentalibus ferrentur auxilia.* Marcell. Comes, Indictione ix. *Cyro solo Cons. Hunnorum reges numerosis suorum millibus in Illyricum irruerunt: Naissum, Singidunum, aliásque ciuitates oppidaque Illyrici plurima exciderunt. Indict. x. Eudoxio & Dioscoro Coss. Bleda & Attila fratres multarúmque gentium reges Illyricum Thraciamque depopulati sunt.*

227 *Fortè ducis nostri vitio, &c.*] hunc anxie quæsiui, an inuenerim dubito, fortè is est Arnegislus magister militum Moesiæ, cuius vitio Ioannes magister militum per Thracias interemptus est, quo mortuo desertæ prouinciæ Illyricianę, & Thraciæ Hunnorum incursibus grauiter afflictæ sunt. *Cyro Consule, Indict. ix. Ioannes natione Vvandalus, magisterque militiæ, Arnegisli fraude in Thracia interemptus est, Hunnorum reges cum numerosis suorum millibus, in Illyricum irruerunt*, &c. Marcell. Comes. *qui postea Magister militiæ in ripensi Dacia, iuxta Vtum amnem, ab Attila rege, viriliter pugnans, plurimis hostium interemptis, occisus est. Ardabure & Callepio Coss.* idem author, & ex eo Iornand. de succeß. regnor. in Valentiniano, quib. locis vocatur Arugistus, sed

235 *Mox ipsi tua prædа iacent, sed omittimus istos*
Vt populatores: belli magis acta reuoluo.
Quod bellum non parua manus, neque carcere fracto
Ad gladiaturam tu Spartace vincte parasti:
Sed Scithicæ vaga turba plagæ, feritatis abundans,
240 *Dira, rapax, vehemens, ipsis quoque gentibus illic,*
Barbara barbaricis, cuius dux Hormidac, atque
Ciuis erat, queis tale solum est, murique, genusque.
Albus Hyperboreis Tanais quâ vallibus actus,
Riphea de caute cadit, iacet axe sub vrsæ
245 *Gens animis membrisque minax, ita vultibus ipsis*
Infantum suus horror inest: consurgit in arctum
Massa rotunda caput, geminis sub fronte cauernis
Visus adest oculis absentibus, acta cerebri
In cameram vix ad refugos lux peruenit orbes,
250 *Non tamen & clausos, nam fornice non spacioso,*
Magna vident spacia, & maioris luminis vsu,
Perspicua in puteis compensant puncta profundis.
Tum ne per malas excrescat fistula duplex,
Obtundit teneras circundata fascea nares,

idem est cum supra-dicto. cur dubitem num de eo Sidonius intelligendus sit, est, quòd Sidonius addit Marium à Rep. in Numidiam missum, vt Calpurnij Bestiæ fœdus cum Iugurtha initum rumperet, & vlcisceretur, quod simile Anthemio cõuenire potest, qui in Thracias & Illyricum missus est, vt fœdus & inducias vnius anni ab Anatolio cum Hunnis & Isauris factas, & ab hisdem fractas, bello vindicaret, Marcell. Comes. in Chron. Coss. quibus s. *Persæ, Sarraceni, Sanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi, Romanorum solа vastarunt, missi sunt contra hos Anatolius & Aspar magistri militiæ, pacemque cum eis vnius anni fecerunt*, ex sequentibus, quæ s. subiecimus, constat eodem anno Hunnos in Illyricum irruisse, & magnam intulisse stragem, & hoc est quod ait Sidonius fortè.

Fortè ducis nostri vitio, &c.

Erat autem Anatolius dux Orientis. Procop. de bello Persic. lib. 1. & Euagr. l. 1. cap. 18. hist. Ecclesi. ne quis autem vim faciat in his verbis Marcellini, *Romanorum sola*, sciat oportet, tunc Illyricum fuisse Romani imperij, quod postea Valentinianus socero suo Theodosio iuniori muneri dedit. Iornandes de success. regnor.

228 *Cæsus quondam cum Cepio robur, &c.*] vide Sallustium in Iugur. Appianum in Celtico, Florum. l. 3. c. 3. Oros. l. 5. c. 16. & omnes penè vetustatis scriptores, qui tradunt Cepionem cum magna ignominia, & periculo Romani nominis victum fuisse, cum maxima Romani exercitus strage, quam enarrat Antias, apud Orosium.

230 *Electura ducem.*] id est Marium, qui quartum Consul aduersus Cymbros missus est. hisdem auctorib.

230 *Post guttura fracta Iugurthæ.*] Iugurtha enim postquam de eo triumphauit Marius, in carcere strangulatus est. Orosius. l. 5. c. 15. & Eutropius. l. 4. de bello Numantino.

231 *Arpinatem lixam.*] id est Marium militem Arpini natum, auctor de viris illustribus, c. 67. *C. Marius vij. Consul Arpinas humili loco natus*, &c. vide Plutarchum.

231 *Vltum Calpurnia fœdera.*] quæ Calpurnius Bestia consul auaritia victus, cum Iugurtha pepigerat. Sallustius. Liui. 67. & 68.

232 *Opposuit rabido.*] de rabie Cymbrorum, eleganter Orosius. l. 5. c. 16. Florus. l. 3. c. 3. *ille quoque non ausus congredi statim, militem tenuit in castris, donec inuicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenesceret.*

Vt galeis cedant. Sic propter prælia natos 255
Maternus deformat amor, quia tensa genarum
Non interiecto fit latior area naso:
Cætera pars est pulchra viris, stant pectora vasta,
Insignes humeri, succincta sub ilibus aluus.
Forma quidem pediti media est, procera sed extat 260
Si cernas equites, sic longi sæpe putantur,
Si sedeant. vix matre carens vt constitit infans,
Mox præbet dorsum sonipes, cognata reare
Membra viris, ita semper equo seu fixus adhæret

232 *Respublica territa.*] Sallustius de bello Iugurt. *per idem tempus aduersum Gallos ab ducibus nostris, Q. Cepione & M. Manlio male pugnatum est, quo metu Italia omnis contremuerat*, &c. Orosius. *maximus tunc Romæ non solum luctus, verum etiam metus fuit.* Eutropius, *timor Romæ grandis fuit, quantum vix Hannibalis tempore Punicis bellis.*

233 *Aquilas.*] id est signa militaria, aquilis in exercitu vtebantur Romani, scioli sciunt. Præter cæteros Cassiod. Psal. 73. vide Serui. 9. Æneid. Ĵ. Car. 5.

Post Aquilas Venere tuas, &c.

233 *Hostiles dracones.*] dracones Hunnis & Isauris tribuit, vt infra Car. 5. Vandalis. vbi nos plura.

237 *Vt populatores.*] id est latrones, & Isauros, quibuscum bellum iustum non erat. Marcellin. Com. *Isauri, Hunni, finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt.*

234 *Tu Spartace vincte.*] de Spartaco bello, præter Liuium, Appianum, Florum, Et reliquos veteres, Pacatus in Paneg. Theodosij. D. August. de Ciuit. Dei. l. 3. c. 26. & Orosius. l. 5. c. 25. Claudian. de bello Getico. Ĵ. Car. 9. vide.

240 *Sed Scythicæ vaga turba plaga*, &c.] præter cæteros, vide Tertull lib. 1. aduersus Marcionem. init. in Apologet. & Agathiam l. 5. Procop. l. 4. belli Gotthici & Iornand. init. hist. Gotho. ex Ablauio historico.

242 *Barbara barbariës.*] Florus, l. 4. c. 12. de Mysis. *Mysi quàm feri, quàm truces fuerint, quam ipsorum etiam barbarorum barbarorum, horribile dictu est.* De barbarie Hunnorum ex Orosio & Prisco historicis, Iornandes. cap. 24.

244 *Albus Hyperboreis Tanais.*] Procop. l. 4. de bello Gothico, & Iornandes. init. de reb. Getic. Festus Auien. de orbis descript. Ĵ. Car. 5.

247 *Infantum suus horror inest.*] Lucanus. l. 3.

Arboribus suus horror inest.

Toruis autem oculis & distorta facie terribiles erant Hunnorum infantes. Iornandes, c. 24. Am. Marcell. l. 31. init. *vbi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altius genæ, vt pilorum vigor tempestiuus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque vlla venustate, spadonibus similes*, &c.

248 *Geminis sub fronte cauernis Visus adest oculis absentibus.*] Sic ex mss. emendaui rectè, malè cum vulgatis Lugd. albentibus. Absentibus id est, vt idem loquitur versu sequenti *refugis*, ita vt abesse videantur. Iornandes c. 24. *eò quod erat eis species pauenda nigredine, sed velut quædam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habénsque magis puncta quam lumina*, quæ mirè conueniunt his Sidonij. idem de Atula. c. 35. *capite grandiori, minutis oculis.*

254 *Tum ne per malas*] de hoc nedum quicquam legi præterquā de reb. Get. apud Iornandem. c. 35. de Attila, *Simo naso, teter colore, originis suæ signa restituens.* fistula duplex id est nasus. Ĵ. geminas cauernas pro oculis. Infantes autem suos Hunnos deformasse, constat ex Iornande vbi Ĵ. c. 24. vnde *informes Hunnorum facies.* eid. c. 49. *terribiles & minaces.* Cassiod. l. 1. epist. 4. vide Ĵ. in Paneg. Auiti. Am. Marcell. l. 31. init. *deformes & pandi, vt bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incomptè.*

265 *Rector cornipedum tergo. Gens altera fertur:*
Hac habet & teretes arcus, & spicula cordi,
Terribiles certaque manus, iaculisque ferenda
Mortis fixa fides: & non peccante sub ictu,
Edoctus peccare furor. gens ista repente
270 *Erumpens, solidumque rotis transuecta per Istrum.*
Venerat, & sectas inciderat orbita lymphas.
Hanc tu directus per Dacica rura vagantem
Contrahis, aggrederis, superas, includis: & vt te
Metato spatio castrorum Serdica vidit

259 *Viris stant pectora vasta.*] de Attila. Iornād. *Lato pectore.* Am. Marcell. l. 31. *compactis omnes firmisque membris.*
260 *Succincta sub ilibus aluus.*] s̄. ep. 2. l. 1. *in succinctis regnat vigor ilibus.*
261 *Forma quidem pediti media.*] scilicet inter proceram & paruam, vt s̄. loquitur, mediocris, ep. 2. l. 1. vide quæ notaui. Iornandes, *exigui quidem forma*, &c. idem, de Attila, *forma breuis.*

264 *Cognata reare membra viris.*] j̄. Car. 7. *Scythicos equites.* Amm. Marcell. l. 31. init. *verùm equis propè affixi*, &c. Iornandes, *motibus expediti, & ad equitandum promptissimi.* Claudian. de Centauris simili locutione.

Nec plus nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptauit equis.

266 *Gens altera fertur.*] Hunni enim bifariam diuiduntur. Iotnandes, c. 5. & Procop. 1. de bello Persico init. *hique cum Persis militabant.*
267 *Hac habet & teretes arcus.*] Hunni arcubus præter exteras gentes exercebantur, & vtebantur in bello. Priscus Histor. apud Iornandem, libro. de reb. Get. c. 49. *De quo id accessit mirabile, vt Martiano principi Orientis de tam feroci hoste sollicito, in somnis diuinitas adsistens, arcum Attilæ in eadem nocte fractum ostenderet, quasi quod gens ipsa eo telo multa præsumat.* idem Paul. Diacon. in Marciano. l. 5. *Martiano Imperatori in somnis Dominus apparens, arcum Attilæ fractum ostendit, quo scilicet armorum genere gens illa fidere, in bello maximè solet.* j̄. in Paneg. Auiti.

Cursu Herulus, Hunnus iaculis, &c. vbi plura.

271 *Solidumque rotis transuecta per Histrum.*] j̄. Paneg. Maioriani.

Agmine canentem cuius rota triuerat Histrum.

Item Auiti. *Scythioque vagus equitare cateruis.*
275 *Serdica.*] vrbs Thraciæ, de qua Antonini Itinerar. *Serdica* Ptolemæo. l. 3. σαρδική Zonaræ to 3. in Constantino. & Balsamo, de Synodo Sardic.
278 *Cui deesset cùm sæpe Ceres, semperque Lieus.*] Claudian. de belllo Getico.

nulla Liei
Pocula, rara Ceres.

Sæpe, semper, s̄. ep. 2. l. 1. *somnus meridianus, sæpe nullus, semper exiguus.*
279 *Disciplina tamen non defuit.*] Q. Curtius, lib. 4. & 5. de Alexandri militibus.
282 *Vt socius tum forte tuus.*] quis ille sit transfuga nedum scio, quem iudicis sententia periisse, j̄. notat Sidon. cum Sarmatis pace facta ea lege, vt ille proditor addiceretur, j̄. vers. 306.
289 *I nunc.*] s̄. ep. 3. l. 1. *I nunc & legibus ambitus interrogatum senatu moue.* vide
289 *Et veteris profer præconia Tulli.*] Tullij Hostilij, qui Fidenate bello, vbi inclinate Albanos ad hostem videt, tollit animos, quasi ipse mandasset, spes inde Romanis, metus hostibus, sic fraus proditorum irrita fuit. Liuius, l. 1. Florus, 1. c. 3. & ex eo Iornan. de success. regn. præter cæteros Sidonius hîc graphicè.
290 *Ætas cana patrum.*] id est prisca ætas, *cana antiquitas*, Collat. Carthag. 1. c. 65. in fine. & Cassiod. l. 6. ep. 15. Isidorus in Glossis. mss. *cana fides, antiqua senectus.*

Obsidione premis, quæ te sic tempore multo 275
In vallo positum stupuit, quòd miles in agros
Nec licitis nec furtiuis excursibus ibat:
Cui deesset cùm sæpe Ceres, sempérque Lyæus,
Disciplina tamen non defuit. inde propinquo
Hoste, magis timuêre ducem. sic denique factũ est, 280
Ut socius tum fortè tuus, mox proditor, illis
Frustra terga daret, commissæ tempore pugnæ,
Qui iam cùm fugeret, flexo pede cornua nudans,
Tu stabas acie solus, te sparsa fugaci
Expetiit ductore manus, te Marte pedestri 285
Sudantem repetebat eques tua signa sequutus:
Non se desertum sensit certamine miles.
I, nunc, & veteris profer præconia Tulli
Ætas cana patrum, quòd pulchro hortamine mendax
Occuluit refugi nutantia fœdera Meti.
Nil simile est, fallique tuum tibi non placet hostem,
Tunc vicit miles, dum se putat esse iuuandum.
Hic vicit, postquam se comperit esse relictum.
Dux fugit, insequeris: renouat certamina, vincis:

291 *Occuluit refugi nutantia fœdera Meti.*] Metij Fufetij Albani ducis, *qui quoniam pactum, atque conductum cum rege populi Romani perfidè ruperat, binis quadrigis vinctus in diuersa nitêtibus laceratus est.* Gell. lib. 20. c. 1.

303 *Quem cæcus carcer.*] id est tenebrosus, sine fenestris, *cæcum cubiculum,* Varroni de analog. l. 2. *quod fenestras non habet. Cæci parietes,* Vergil. 5. id est sine fenestris, *cæca fores, occultæ ianuæ & absconditæ.* Innomi. Glossographus & Isidor. in Gloss. mss. carcer verò Romæ cæcus erat. Calpurnius. declamat. 4. & Ado Treuir. 3. Nonas Iulij.

304 *Fracturus guttura lictor.*] s. hoc Car.
post guttura fracta Ingurthæ
j. Car. 5. *cui guttura fregit.*
Horat. od. 3. Epod. *Senile guttur fregerit impia manu.*
vide j. 5. in carcere verò strangulare mos erat. doctiss. Faber. Semest. lib. 2. c. 9.

304 *Lictor.*] id est carnifex. Varro lib. 20. rer. human. *ne quis lictorem spurcum, hominem liberum, prehendere iussisse velit.* quia (vt ait Non.) *antiquitus lictor carnificis officium fungebatur.* Innom. Glossog. ms. *Lictores, ministri crudelitatis.*

305 *Hausit Bebricio constantior hospite virus.*] id est Prusia Bithyniæ rege, id est Bebriciæ, ad quem concessit Hannibal, vnde Romana legatione per Tit. Flamininum repetitus, ne Romanis tradderetur, hausto quod sub anuli gemma habebat veneno absumptus est. auctor de vir. inlust. c. 42.

308 *Lauro qui Griphas obuncos.*] s. epist. 9. l. 8. in Carm. *Arcus, Griphas agam.* &c. vide

318 *Auxerat Augustus naturæ lege Seuerus, Diuorum numerum.*] id est mortuus erat morte propria. Paul. Diaco. in Leone. *Seuerus cum quattuor annis imperasset, morte propria apud vrbem occubuit.* Romæ occubuisse traddunt etiam Iornandes de reb. Get. cap. 45. & de succes. regnor. Innominatus Chronographus. *Herminerico & Basilisco Coss. defunctus est Imperator Seuerus Romæ XVIII. Kal. Septembris.* Marcel. Comes, Leone III. Cons. Romæ interiisse ait. Cassiodorus cum innominato Chronographo, quoad annum consentit, in hoc verò à reliquis dissentit, quod Ricimeris fraude, Romæ in palatio veneno peremptum fuisse scribit.

329 *Apennini.*] nam Tybris ex radicibus Apennini Romam decurrit. Vibius. vnde Ouidio *Apennigena* dicitur.

321 *Cærulei vitreas ad Tibridis ædes.*] Vergil. 8. *Cæruleusque Tybris, cælo gratissimus amnis.*

295 *Clauditur,expugnas:elabitur,obruis:atque*
Sarmatica paci,pretium sua funera ponis.
Paretur,iussum subit iam transfuga lethum,
Atque peregrino cecidit tua victima ferro.
Ecce iterum,si fortè placet,confige vestitas,
300 *Hannibal ille ferox ad pœnam fortè petitus*
Etsi non habuit tua vita,fine supremo
Certè habuit mortis:quem cæcus carcer,& vincus,
Et quem spectabat fracturus guttura lictor,
Hausit Bebrycio constantior hospite virus.
305 *Nam te qui fugit mandata morte peremptus,*
Non tam victoris periit,quàm iudicis ore.
Nunc ades,ô Pæan,lauro cui gryphas obuncos,
Docta lupata ligant,quotiens per frondea lora
Flectis penniferos hederis bicoloribus armos:
310 *Huc conuerte chelym,non est modò dicere tempus,*
Pythona extinctum,nec bis septena sonare
Vulnera Tantalidum,quorum tibi funera seruat
Cantus,& æterno viuunt in carmine mortes.
Vos quoque Castalides,paucis quoque numine nobis

324 *Peo crine racemifer exit plurima, &c.*] Liguriæ fertilitatem describit eleganter,de qua Ennodius, in vita. S. Epiphanij, *quòd illa mater humanæ messis Liguria, cui numerosa solebat agricolarum constare progenies, orbata atque sterilis seiunium cespitem nostris monstrat obtutibus, interpellat me terra quocumque respicio, vbirem vinetis faciem, cum aratris impexa contristat,nullus humor illorum labris infunditur, quos à vini copia Oenotrios vocant antiquitas.*
326 *Perque lacertos pendula suppara,&c.*] Lucan. l.2. *Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.*
334 *Arundinis alta,;&c.*] vide.3.ep.5.l.1.Vergil.8. Æneid.
Et crines vmbrosa tegebat arundo.
Ouid.5.Fast. *Tybris arundiferum medio caput ex tulitalueo.*
Rutil.1. *Ipse triumphalis redimitus arundine Tybris.*
346 *Caput.*]id est Imperatorem.3. *Caput,induperator.*
348 *Axemeo natum*]Seuerus erat natione Lucanus.Cassiod.in Chro.
351 *Conuersoque ordine fati.*] Carthago enim à Genserico Vvandalorum rege dolo pacis intercepta fuerat, Theodosio.xvii.& Festo Coss. Cassiod. Prospet. xiiii. Kal. Nouembris. Marcell. Comes. sicque conuersus erat fati ordo, vt quæ antea à Romanis regeretur, & Vvandalis bella faceret. Euagrius.l.1.c.19. Paulus Diaco. in Theodosio Iuniore.
351 *Et in nostrum numerosa classe quotannis Militat excidium.*]Procop.de bello Vvād. l.1. *post mortem verò Valentiniani, aliquot annos veris initio, continuò longas fecit prædando, ac populando excursiones,nunc in Siciliam,nunc in Italiam,ciuitates insuper partim diripiendo, partim solo æquando,*&c.vide,Paul.Diaconum in Theodos.Iuniore.
352 *Torrida Caucaseos infert mihi Byrsa furores.*]id est Carthago. vt dixi ab Vvandalis capta.3.epist.17.lib.7.
Spernit Elissæa Byrsica tecta domus.
3.Car.7. *Perfida Elissæa crudescunt classica Byrsa.*
352 *Caucaseos furores.*]id est Hunnos,Isauros,Vvandalos, & gentes barbaras quas Caucasus aspicit.malè Pius,*Tuniseos.* Saluia.lib.7.
354 *Quem publica fata*]id est fatalis ordo rerum, caue referas ad publica & Sybyllina fata, quæ Stilico longè anteà cremauerat.
Rutil.Itin.1. *Antè Sybillinæ fata cremauit opis.*
post. *At stilico æterni fatalia pignora regni,*
Et plenas voluit præcipitare colos.

Venerit Anthemius gemini cum fœdere regni, 315
Pandite, pax rerum misit, qui bella gubernet.
Auxerat Augustus naturæ lege Seuerus
Diuorum numerum, quem mox Oenotria casum
Vidit vt aërei de rupibus Apennini,
Pergit, cærulei vitreas ad Tybridis ædes, 320
Non galea conclusa genas, nec subtilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis,
Sed nudata caput, pro crine racemifer exit
Plurima per frontem constringens oppida palmes,
Pérque humeros teretes, rutilantes pérque lacertos 325
Pendula gemmiferæ mordebant suppara bullæ.
Segnior incedit gemo, venerandáque membra
Viticomam retinens baculi vice flectit ad vlmum:
Sed tamen vbertas sequitur: quacunque propinquat
Incessu fœcundat iter, comitatáque gressum 330
Læta per impressas rorat vindemia plantas.
Ilicet ingreditur Tyberini gurgitis antrum.
Currebat fluuius, residens & arundinis altæ
Concolor in viridi fluitabat sylua capillo.

Publica ergò fata sunt mundi lex, & fatalis rerum ordo. Victor Epitomastes, *Credo diuinitus attributum, vt dum mundi lex, seu naturæ aliud quid hominibus incognitum gignit, rectorum consiliis, tanquam medicinæ remediis, leniatur.*

355 *Pyratum per rura vagum.*] id est Gensericum, s̄.

nec te pyrata timeret.

De quo non loquitur Maximus Taurin. serm. de non timendis barbaris, qui ante captam Carthaginem obierat. Honorio & Theodosio Impp. Gennad. c. 40.

356 *Victorem fugitiuus agit*] id est fugiendo vincit, victorē agere, familiari Sidonio locutione, vicere est. vide s̄. c. 9. l. 8.

357 *Quod fœdera nulla, cum Ricimere iacit.*] j̄. Car. 7.

Romulus & Tatius fœdus iecere parentum.

357 *Incertum crepat ille patrem, &c.*] Vergil.

incertum de patre ferebat.

359 *Cum seruа sit illi certa parens.*] eleganter, Vlpian. lib. regul. tit. 5. *qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurij appellantur*, spurius autem erat Gensericus, Procop. l. 1. de bello Vvan. *Gogidisco defuncto eius liberi successere, Gontharis ex matrimonio, & Gensericus nothus*, &c.

360 *Nunc vt regis sit filius.*] Gogidisci Vvādalorum regis. Procop. l. 1. de bello Vvandal. Zonaras tomo. 3. in Iustiniano.

362 *In regnum duo regna vocant*] regnum Sueuorum, & regnum Gothorum. Isidorus in Chron.

362 *Nam patre Sueuus,*] quantum coniecto Riecilæ Regis filius. de quo vide Isidorum in Chron.

363 *A genitrice Gethes.*] id est Gothus. Paulus Diaconus in Leone Aug. *deinde barbarica perfidus fœdus Ricimer rumpens (erat enim Gothus prosapia)* &c. Gethes pro Gothus, vnde s̄. ep. 3. l. 8. *anus Getlıdes*, & ita Ennodius de Ricimere, *vt inter munera quæ pellito Getæ dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur?* Gethæ enim sunt Gothi D. Hiero. præfat. ep. 2. ad Galatas. Oros. l. 1. c. 16. & Iornand.

364 *Genitrice.*] poeticè. s̄. hoc Car.

Cyniphia sub Scyte patrem, maculis genitricis.

Fortunat. 3. Rhetor. *aliena verba quæ sunt? quæ non sunt oratori accommodata, sed historico, aut poetæ, vt si genitorem, & genitricem, & gnatum dicamus.* Claud. Mamercus, de stat. ani. l. 3. c. 6. *manu poetarum more genitricem, & absque versibus oratoriam texis.* Faustum Regiensem reprehendit, quòd in libello de creaturis, *oculis genitricis adsi-*

335 *Dat sonitum mento unda cadens, licèt hispida setis*
Suppositis, multum sedaret barba fragorem.
Pectore ructabat latices, lapsúque citato,
Sulcabat madidam iam torrens aluens aluum:
Terretur veniente Dea, manibúsque remissis
340 *Remus, & vrna cadunt, veniæ tum verba parāti,*
Illa prior, venio viduatam præsule nostro,
Per te si placeat lacrymis inflectere Romam,
Expetat auroræ partes, fastúque remoto
Hoc vnum præstet, iam plus dignetur amari.

stat, dixerit.

364 *Quod Tartessiacis aunis huius Vallia terris, &c.*] de hac strage Alanorum, & Vvādalorum, atque in Africam fuga, Orosius. l. 7. c. vlt. Idacius ms. Prosper, Cassio. & Marcell. Comes in Chroni. Hierio & Ardabure Coss. Isidorus in Chron. Gothor. Era ccccliiij *Anno. vij. Theodosij minoris Vallia Romaniquoque nominis causa intra Hispanias cædes magnas barbaris intulit, Vvandalos, Silinges in Betica bello extinxit, Alanos qui Vvandalis & Suenis potentabantur, &c.* item de reb. Get. c. 33. Iornandes: Tartessus enim ciuitas est Hispaniæ, seu veriùs Beticæ, Anton. Itin. & Priscianus, Calpi contigua, Antoni. & Strabo, quæ alio nomine Carteia dicitur, Plinio, & Strabone auctoribus. D. Hiero. procem. epi. 2. ad Galatas. *& oppidum Tartesson, quod nunc vocatur Carteia*, & e mss. Clu. Cla. *Cartesiacis.*

368 *Agrigentinis recolit dispendia campi.*] sic mss. omnes rectè. vetus, Agrientini, vulgò Arganionini, quod instar portenti esse Lugdun. ait, rationem adhuc expecto, qua portentosam illam lectionem obelo confodiat. Scaliger, Auson. lect. l. 2. c. 30. *à viuace regulo Argantonio, campi Argantonini dicti à Sidonio, Tartesiacus tractus*, de quo regulo Arganionio, Herodotus l. 1. & ex eo Cicero, de senectute & Valer. l. 8. c. 14. Plin. l. 7. c. 8. Censorinus de die natali. c. 17. & Ausonius epist. ad Paulinum de Philone Epitropo, à quo Arganioniaci nepotes Sillio l. 3. pro Hispanis.

Argantoniacos armat Carteia nepotes.

Atque ita hæc lectio, non portentosa videri potest, & si subtrusa sit, non est historię inconueniens. Prosper. in Chro. *viginti ferme millia militum, in Hispaniis contra Vvādalos pugnantium cæsa.* Sigeb. *in Hispaniis viginti milia fermè militum contra Vvandalos pugnantium cæsa.* Saluian. l. 7. Castino Comite domesticorum duce, Honorio xiii. & Theodosio. x. Coss. Prosper. & Cassiod. Agrigentini vera est lectio, Agrigentini campi dispendia, intellige ex Valliæ Ricimeris aui historia, qua constat Valliam post victoriam quam ex Vvandalis & Alanis reportauit in Hispania, Vvandalos in Africam profugos, seu (vt alij volunt) à Bonifacio Comite Africæ euocatos, insequi voluisse, & magnum in angustiis sed Gaditani freti naufragio pertulisse dispendium. Orosius. l. 7. c. vlt. *quia cum magna superiore ab hinc anno, Gothorum manus instructa armis nauigiisque transire in Africam moliretur, in* xii. *millibus passuum Gaditani freti tēpestate correpta, miserabili exitu perierat.* Iord. de reb. Get. c. 33. *Vallia siquidē rex Gothorum, adeò cum suis in Vvandalos sæuiebat, vt voluisset eos etiam in Africa persequi, nisi eum casus, quo dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, reuocasset.* Isid. in Chron. Gothor. Era. ccccliiii. *Vallia autem confecto bello Hispania, dum instructa nauali acie in Africam transire disponeret, in fretum Gaditani maris vi tempestatis interceptus, in Hispaniam redire coactus est*, vide Adonem in Chron. ex Orosio. malè Sigebertus *Vvalliam morte præuentum* scribit, cum in Africam Vvandalos persequi disponeret. Ex quibus satis probatum puto illud dispendium, quod naufragio Vvalliæ accidit in angustiis Gaditani freti, propè Agrigentum, Agrigentum enim est Siciliæ ciuitas, quæ ducit ad insulam maritimam, qua traiectus in Africam patet. Itinerarium maritimum, Itinerarium Antonini. Plinius, & reliqui.

Instrue quas quærat vires, orbique iacenti 345
Quod poscat dic orbe caput, quemcunque creauit
Axe meo, natum confestim fregit in illo
Imperij fortuna rotas, hinc Vvandalus hostis
Urget, & in nostrum numerosa classe quotannis
Militat excidium: conuersoque ordine fati 350
Torrida Caucaseos infert mihi Byrsa furores.
Præterea inuictus Ricimer, quem publica fata
Respiciunt, proprio solus vix Marte repellit
Pyratam per rura vagum, qui prælia vitans,
Victorem fugitiuus agit. quis sufferat hostem, 355
Qui pacem pugnámque negat? nam fœdera nulla
Cum Ricimere iacit, quem cur nimis oderit, audi.
Incertum crepat ille patrem, cùm serua sit illi
Certa parens, nunc vt regis sit filius, effert
Matris adulterium. Tunc liuet, quod Ricimerem 360
In regnum duo regna vocant: nam patre Sueuus,
A genitrice Gethes, simul & reminiscitur illud,
Quod Tartesiacis auus huius Vallia terris
Vandalicas turmas, & iuncti Martis Alanos

368 *Dispendia.*] rectè, graue enim dispendium passus est Vvallia, dum Vvandalos in Africam persequeretur, quod recolens Ricimer Vvalliæ nepos, furit & excandescit: Illud dispendium si ad Cartesiacam stragem referres, quam Vvandalis & Alanis Vvallia inflixit, quomodò dispendium? cur ex eo Ricimer fureret? cur idem Sidonius infigeret? non video. nam anteà de hac strage dixit. Agrigentini ergo genuina est lectio & historiæ conueniens.

371 *Tu Marcelle redu.*] *Sicilia mandata Marcello, nec diu restitit, tota enim insula in vna vrbe superata est, grande illud & ante id tempus inuictum caput, Syracusæ quamuis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando cesserunt*, &c. Florus. l. 2. c. 6. Liuium vide lib. 25. Plutarchum in vita Marcelli, & Silium. lib. 14. init.

374 *Nec tu cui currum*, &c.] Florum vide, l. 2. c. 2. Eutrop. l. 2. Oros. l. 4. c. 9. Friculphum to. 1. l. 5. c. 2. mss. Curij pro curru.

375 *Ostentans nobis elephanta frequentem.*] Florus, *argumentum ingentis victoriæ, centum circiter elephantorum captiuitas*, &c. vide Plin. l. 8. c. 6. & sed. auctores. Eutropius, *sex & viginti elephantes cepit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, & Romam deduxit ingenti pompa, cùm cxxx. elephantorum numero omnia itinera compleret.* vnde Sidonio dicitur.

377 *Pompa triumphi.*] J. Car. 22. *Corniger inde nouis sit Ganges pompa triumphi.* & s. ep. 8. l. 3. ex mss. Vvouer. *Pompam triumphis*, &c.

380 *Quod consanguineo*, &c.] s. & iuncti Martis Alanos. Vide Procop. de bello Vvãdalico. & Iornandem de reb. Get. Isidorum in Chron. Vvandalorum. & Paul. Diacon. in Marciano.

381 *Suus hic vltus ab armis.*] id est Ricimeris, nam Ricimer regem Alanorum Beorgorem, cum exercitu in Liguriam venientem, non longè à Bergomo Venetiæ Ciuitate, superauit, Rustico & Olybrio Coss. Marcell. Comes. Anno Seueri Aug. tertio. Cassiod. in Chron. Paulus Diaco. in Leone Aug. *Bergomi ad pedem montis.* VIII. eid. Februar. Innomin. Chronograph. malè Iornandes de rebus Get. & de successi. regnorum, id primo anno imperij Anthemij accidisse tradit. Et ex eo Friculphus. tom. 2. l. 5. c. 17. Liguriæ autem præpositus erat patricius Ricimer. Paul. Diaco. in Leone. A. & Ennod. in vita S. Epiphanij, vnde Iornandes, *virum egregium, & penè tunc in Italia ad exercitum singularem* vocat.

389 *Continuo videt ipse Deam.*] Romam. nam Roma, vt Dea colebatur, illique templum Romæ dicatum erat. Am. Marcell. lib. 16. & Spartianus in Hadriano.

365 *Strauit, & occiduam texère cadauera Calpen.*
Quid veteres narrare fugas, quid damna priorum?
Agrigentinus recolit dispendia campi,
Inde furit quòd se docuit satis iste nepotem
Illius esse viri, quo viso Vvandale semper
370 *Terga dabas, nam non Siculis illustrior aruis*
Tu Marcelle redis, per quem tellure, marique
Nostra Syracusios presserunt arma penates:
Nec tu cui currum curru superare Metelle
Contigit, ostentans nobis elephanta frequentem,
375 *Grex niger albentes tegeret cum mole iugales,*
Autoremque suum celaret pompa triumphi,
Noricus Ostrogothum quòd continet, iste timetur.
Gallia, quod Rheni Martem ligat, iste pauori est.
Quòd consanguineo me Vvandalus hostis Alano
380 *Diripuit tradente, suis hic vltus ab armis.*
Sed tamen vnus homo est, nec tanta pericula solus
Tollere, sed differre potest. modò principe nobis
Est opus armato, veterum qui more parentum,
Non mandet, sed bella gerat: quem signa mouentem

389 *Summissus adorat.*] Claudian. 3. Consul. Honorij.

summissus adorat
Eridanus, blandosque iubet
mitescere fluctus.

390 *Pectus & exertam mammam.*] j. Car. 5. init.

Sederit exerto bellatrix
pectore Roma. vbi plura.

390 *Tetigerunt cornua.*] Rutil. itiner. 1. *qua fronte bicorni Diuiduus Tiberis dexteriora secat.*
cur cornua habere fingantur fluuij, vide Donatum & Seruium ad illa Vergilij de Pado. l. 8. Aeneid.

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.

Flumina ideò cum cornibus pinguntur, siue quòd mugitum boum imitatur murmur aquarum, siue quòd plerumque in cornuum similitudinem curuatas cernimus ripas. Festus, seu veriùs Festi epitomastes, *taurorum specie simulachra fluminum, id est cum cornibus, quòd sunt atrocia vt tauri.* Donato alia sedet sententia, quem consule. infra Carm. 22.

Corniger inde nouisse Ganges pompa triumphi

393 *Inclusa latuerunt casside turres.*] Crinita Roma quippe, & turrita pingebatur. Lucan. lib. 1.

Turrigero canos effundens vertice crines.

j. Car. 5. *Sederat exerto bellatrix pectore Roma*
Cristatum turrita caput, cui ponè capaci
Casside prolapsus perfundit terga capillus. vbi plura.

394 *Bullis hostilibus asper baltheus.*] s. ep. 10. l. 4. vide notas. Aldhelmus de laudibus virginit. c. 4. *baltheus bullifer. constellatus.* Pollioni.

396 *Illius orbem.*] id est clypei circulum, s. ep. 20. l. 4. *quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus.* j. Carm. 5. initio.

Hinc fulcit rutilus spatioso circite lauum
Vmbo latus. vide s. ep. 20. l. 4.

397 *Martigena, &c.*] j. init. Car. 5.

videas hic crasso fusa metallo
Antra Rheæ, fœtamque lupam, &c.

398 *Fibula mordaci.*] j. init. Car. 5.

Ostricolor pepli textus, quem fibula torto
Mordax dente vorat. Tertull. de pallio, *in fibulæ morsu humeris adquiescebat.*

399 *Micat hasta minax.*] j. Car. 5. *hasta autem summa armorum & imperij est.* Festus lib. 3. in *Celibari hasta.*

399 *Quercusque tropæis Curua tremit.*] j. Carm. 5.

Terra vel unda tremant, ut tandem iure recepto. 385
Romula desuetas moderentur classica classes,
Audiit illa pater, simul annuit, itur in urbem
Continuò, videt ipse deam, summissus adorat,
Pectus & exertam tetigerunt cornua mammam,
Mandatas fert inde preces, quas diua secuta 390
Apparat ire viam, laxatos torua capillos
Stringit, & inclusa latuerunt casside turres.
Insula laurus erat, bullis hostilibus asper
Applicat à laeua surgentem balteus ensem.
Inseritur clypeo victrix manus, illius orbem 395
Martigenae, lupa, Tybris, amor, Mars, Ilia, complent,
Fibula mordaci refugas à pectore vestes
Dente capit, micat hasta minax, quercúsque tropaeis
Curua tremit, placidóque deam sub fasce fatigat.
Perpetuò stat planta solo, sed fascea primos 400
Sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mittit in aduersum vincto de fomite pollex,
Quae stringant crepidas: & concurrentibus ansis
Vinclorum pandas texant per crura catenas.

Ebria cade virum propter Bellona tropaeum
Extruit, & quercum captiuo pondere curuat,
Claudian. *si laetior adsit*
Gloria, vestita spoliis donabere quercu.
Vergil. *Indutosque iubet truncos hostilibus armis*
Ipsos ferre duces
400 *Vt concurrentibus ansis.*] 5.ep.11.l.8.in Carm. *atque vinculorum.*
Concurrentibus ansulis reflexa.
Tibullus. *Ansáque compressos alligat arcta pedes.*
Vetus Interpretes Iuuen. Saty. 5. *calciarij cum festinant, & ansas caligarum praetereūt nonnullas.* amenta Festo, *quibus vinciuntur solearum lora.* vide. 5.ep.11.l.8.
401 *Sed fascea.*] 5.ep.11.l.8. in Car. *Si vestigia fasceata.*

409 *Axe sub Eoo Nabathaeum tensus in Eurum.*] Ouid.
Eurus ad auroram, Nabathaeaque regna recessit.

410 *Interpellata nec ullis frigoribus pallescit humus.*] Ennod. in vita Epiphanij.
interpellata nec ullis *Frigoribus marcescit humus, quam flore perenni,* &c.

413 *Halant rura rosis.*] sic mss. vet. & vulgati. Ennodius tamen,
Halant rura rosas. Claudia. *iuga floribus halent.* 7.Car.23.

413 *Indescriptosque per agros.*] id est squalidos & incultos, & vt loquitur Ennodius, *aratru impexos.* idem, *incurui dente ligonis Scribit agros,* idem de Dentericio. *quia nisi edomitam terram terque & quater agricolae ligonibus scripserint, triticeam messem palliurus superabit & lolium.*

414 *Violam, citisum, serpilla, ligustrum,* &c.] Ennod.
Tunc pingunt violas, citisum, colocasia, caltas,
Thymiama, serpillum, narcissus, balsama, costus.
Vide 5.ep.13.l.9. in Car & 7.Car. vlt.

417 *Necnon pulsante senecta.*] 5.epist.9.l.5. *in annis iam senectutis initia pulsantibus.* locutio elegans. Iuuen. Sat. 6.
Te ne etiam quem sextus & octogesimus annus
Pulsat. Mar. Victor. 3. *Iam centum pulsans annos.* D. Ambros. in laudatione Theodosij: *Honorius continuò pulsat adolescentiae fores,* Macrob. l.7.c.10. *cuius ianuam iam penè ambo pulsamus.*

418 *Hic rediuiua petit vicinus cynnama Phoenix.*] Ennod. *Tunc rediuiua ferit quae portas germina Phoenix.* Vide Lactantium de Phoenice, & D. Ambrosium Hexamer. l. 5.c.23. haec autem dicta sunt de Fortunatis insulis, de quibus Aethicus in Cosmog. praeter caeteros.

520 *Asprata.*] 5.ep.8.l.4. *asprata lima.* Gloss. vett. ἀσπρότης, *aspritudo, candor.* vide, 5.

405 *Ergo sicut erat liquidam transuecta per æthram,*
Nascentis petiit tepidos Hyperionis ortus.
Est locus Oceani, longinquis proximus Indis
Axe sub Eoo, Nabathæum tensus in Eurum,
Ver ibi continuum est: interpellata nec ullis
410 *Frigoribus pallescit humus: sed flore perenni*
Picta peregrinos ignorant arua rigores,
Halant rura rosis, indescriptósque per agros
Fragrat odor: violam, cytisum, serpilla, ligustrum,
Lilia, narcissos, casiam, colocasia, caltham,
415 *Costum, malobathrum, myrrhas, opobalsama, thura,*
Parturiunt campi: necnon pulsante senecta,
Hinc rediuiua petit vicinus cinnama Phœnix,
Hic domus auroræ rutilo crustante metallo,
Baccharum profert leues asprata lapillos.
420 *Diripiunt diuersa oculos, & ab arte magistra,*
Hoc vincit quodcunque vides. sed conditur omnis
Sub domina præsente decor, nimióque rubore
Gemmarum varios perdit, quia possidet ignes.
Fundebat coma pexa crocos, flexóque lacerto

Color igneus illis, non tamen ardor erat.] Corippus. l. 3. init. argumento di pari. *Ex quibus aduersis cernebant fulgura mitti, Sed lumen, non ignis erat.*

432 *Rugas.*] s̄. epi. 11. l. 8. *Et rugas tibi Syrmatis profundi.* & ep. 9. l. 9. *amputatisque perennitatum vestium rugis.* vide notas.

438 *Exuunt.*] sic mss. vett. & vulgati rectè. j̄. Car. 7 *fractusque molari Dissiluit vertex.* vide.

433 *Quod caput ô mundi.*] id est Roma. s̄. epi. 6. l. 1. *verticem mūdi.* j̄. Car. 7. *Quod te Roma caput.*

439 *Sceptri vice dextram lampadis hasta replet.*] Iustin. l. 43. *per ea adhuc tempora, reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere,* &c.

442 *Araxes.*] *fluuius Armeniæ, Armeniam ab Indis diuidens.* Vibius. Tangit verò historiam, quam vide apud Florum. l. 3. c. 5. & l. 4. c. vlt. Vell. Pater. Appianum & reliquos. De bello Armenico, de Artaxate, & Caspiis consule eosdem auctores.

448 *Frangat aries Erythras.*] Liuiū vide l. 99. *Erythrea* Floro. l. 3. c. 7. & aliis. Frangat vt s̄. ep. 17. l. 7. in Carm. *Atque sagittifero mœnia fracta Tuo.* Priscus hist. apud Iornand. c. 42. *quia (Alaricus) post fractam Romam diu non superuixerat.* Erythra Cretæ est insula. Itiner. Antonini. & Stephanus.

450 *Semiramiæ portæ.*] id est Babyloniæ, quam Semiramis condidit, j̄. Carm. 9. vide Iustinum lib. 1.

451 *Arsacias non quæro domus.*] id est Susa, vel, vt ipse loquitur, *Susidis oram*, Arsacidæ, id est Parthi Gloss. vett. *Arsacidæ* Πάρθοι.

451 *Tessera.*] Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur. Seruius. Aeneid. 7.

452. *Ctesiphonta.*] s̄. ep. 13. l. 9. in Car.

Peregrina det supellex Ctesiphontis ac Nifatis.

Caput Babilonij quondam regni fuit. Plin. vide. s̄.

455 *Res empta mihi.*] Liuium. l. 106. Appianum in Parthico. & Florum. l. 3. c. 11.

456 *Nec inulta remansi.*] Florus. l. 4. c. 9. *Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensauimus.*

458 *Ventidio mactante Pacor.*] Sic ex coniectura Caducei mei viri doctrinæ & iudicij emendatioris emendaui rectè, Pacor pro Pacoro causa carminis, historia conclamata. Horat. l. 3. Ode. 6. Velleius. l. 2. Liui. 127. 128. Plutarchus in vita. M. Antonij. Iustinus. l. 42. & Ioseph. antiq. Iud. l. 14. c. 24. & reliqui, quibus constat Ventidium Cassianæ cladi, cæde peiori parentasse.

459 *Armenias, Pontumque.*] vide Appianum in Mithridatico, & Plutarchum. in Sylla, Lucullo, Florum. l. 3. c. 5. & reliquos.

Lutea depressus comebat tempora pecten. 425
Fundebant oculi radios,color igneus illis,
Non tamen ardor erat:quamuis de nocte recussa,
Excepti soleant sudorem fingere rores.
Pectora bis cingunt zona,paruisque papillis
Inuidiam facit ipse sinus,pars extima pepli 430
Perfert puniceas ad crura rubentia rugas.
Sic regina sedet solio,sceptri vice dextram
Lampadis hasta replet,nox astat proxima diuæ,
Iam refugos conuersa pedes:ac ponè tribunal,
Promit lux summum, vix intellecta,cacumen, 435
Hinc Romam liquido venientem tramite cernes,
Exiluit properè,& blandis prior orsa loquelis.
Quid caput ô mundi,dixit,mea regna reuisis?
Quidve iubes?paulùm illa silens,atque aspera miscens
Mitibus,hæc cœpit,Venio (desiste moueri, 440
Nec multùm trepida) non vt mihi pressus Araxes
Imposito sub ponte fluat,nec vt ordine prisco,
Indicus Ausonia potetur casside Ganges,
Aut vt tigriferi pharetrata per arua Niphatis

262 *Seruit tibi Creta Metello.*] vide Liuium l.99. Euseb. in Chron. Florum,l.3.c.7.& reliquos.

463 *Transcripsi Cilicas.*] id est tradidi. Verg.7. *Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis.* Seruius,*tradi,sermo autem hic tractus est de pecunia, nam scribi, est dari*, &c. Isidorus in Gloss.mss.*Transcribit, per scripturam tradit.* Et propriè verbum est Iurisconsultorum, à mensulariis scriptionibus deductum passim in iure. Arnob.l.1.*transcribere posse in hominem iustum*,&c.id est trāsferre. Ausonius de Cæsaribus.

Casar, & Augusto nomen transcribit & arcem.

Eucherius. Hom. 1. de Epipha.in fine. *Et in immortalitatem figmentū mortale transcribitur.*

463 *Hos Magnus fuderat olim.*]præter M.Tull.Liuium.Velleium,Florum.D.Hiero.aduersus Vigilantium.*fecit hoc idem Pompeius,etiam in Orientis partibus, vt Cilicibus & Isauris pyratis latronibusque superatis,sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet ciuitatem.*

465 *Seruilius.*] qui superatis Isauris, Isaurici cognomen adeptus est. Florus. lib.3.cap.6.

466 *Atolos veteres.*] quos Fuluius Nobilior Romano quæsiuit imperio. Liuius.l.38.Iustinus 32.Florus.l.2.c.9.

467 *Acheloiaque arua.*] id est Aetoliam, & Aetoliæ adiacentes ciuitates, quas Achelous fluuius alluit. Florus,l.2.c.9.vide Vibium.

467 *Attalicum testamentum.*]quo Attalus Rex Pergamenorum P.Romanum heredem instituit. vide præter Liui. Vell. Iust. Flor. & reliquos.D. August.de Ciuit. Dei.l.13.c.11.Eutropium & Euseb.in Chronic.

468 *Epirum seu cui debeat Pyrrhus.*] vide Liui. lib. 12.13. & 14. Vell. & Florum. lib. 1.cap.18.

470 *Ad Macedum*, &c.] vide Liuium.l. 40.Iustinum. 33.& Florum lib.2. cap.13. & reliquos.

472 *Leucadiis Agrippa fretis.*] vide Florum.l.4.c.2. vide Appianum, Lucanum, & reliquos.

474 *Insignem cum patre Titum.*]vide s̄.ep.17.l.7.in Carm.hist. Augustam.

475 *Ego pauper.*]Roma scilicet à Genserico capta & spoliata. vide,j̄.Carm.5.& 7. s̄.ep.13.l.2.

475 *Laudo Catones.*] pro Catone qui Cypriis mercibus Liburnis per Tyberinum ostium Romam inuectis,ærarium P.R.locupletauit.Liuius Florus,Plutarchus.

477 *Bimarem Corynthon.*]s̄.ep.13.l.9.in Car Prudent.contra Symmachum.l.2.

Hoc

445 *Depopuletur ouans Artaxata Caspia consul:*
Non Pharij modò regna precor, nec vt hisce lacertis
Frangat Hydaspeas aries impactus Erythras.
Non in bactra feror, nec committentia pugnas,
Nostra Semiramiæ rident ad classica portæ.
Arsacias non quæro domus, nec tessera castris 450
In Ctesiphonta datur, totum hunc tibi cessimus axem,
Et nec sic mereor nostram vt tueare senectam.
Omne quod Euphratem Tigrímque interiacet, olim
Sola tenes, res empta mihi est de sanguine Crassi:
Ad Charras precium scripsi nec multa remansi, 455
Aut perit sic emptus ager: si fallo, probasti
Ventidio mactante Pacor. nec sufficit istud,
Armenias, Pontúmque dedi, quo Marte petitum
Dicat Sylla tibi, forsan non creditur vni,
Consule Lucullum. Taceo iam Cycladas omnes. 460
Adquisita meo seruit tibi Creta Metello.
Transcripsi Cilicas, hos Magnus fuderat olim.
Adieci Syriæ, quos nunc moderaris Isauros:
Hos quoque sub nostris domuit Seruilius armis.

[*Hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi.* idem Arator histo. Apostolicæ. libr. 2. ideò bimaris, quod inter Ionicum & Aegeum mare sita est, Luctatius. 1. Thebaid. & Florus. lib. 2. cap. 16.

478 *Mumius.*] præter cæteros August. de Ciuit. Dei. l. 3. c. 21. Orosius. l. 5. c. 6. Hæ autem omnes (quas enumerauit) prouinciæ sunt Orientalis Imperij, Notitia Imperij.

479 *Sopire querelas.*] 5. ep. 1. l. 4. *inter germanos lite sopita.*

479 *Leo mea iura gubernet.*] id est Imperator fit. 5. hoc Carm. *iura daturi.* Paulò post *iura habenis.* Vide quæ notaui. Fortunatus. lib. 6. in laude Chariberti Regis.

Charibertus adest qui publica iura gubernans.

Idem. de vita. S. Martini. l. 1.

Dum regeret princeps data iura Valentinianus. idem de Childeberto. 3.

Publica iura regens.

482 *Natam gaudeat Euphemiam.*] id est Ascelam, cui boni ominis & fœlicis auspicij causa nomen dedit Euphemiæ, vt & Iustini primi vxori Lupiciæ, nomen Euphemiæ inditum est. Zonaras tomo. 3. in Iustino. Theodorus Lector in collectaneis. l. 2. & Niceph. Constant in Chronologia.

484 *Adice præterea priuatum ad publica fœdus.*] Liuium imitatur. lib. 9. *vt publicum quoque fœdus priuato adiceretur,* fœdus priuatum matrimonium est.

485 *Genero Ricimere beatus.*] vide, 5. ep. 5. & 9. l. 1. & ea quæ notaui.

488 *Mox Libyam sperare dabis.*] quam Genserichus occupauerat. vide 5. & 7. Car. 5. & 7. Idacius ms. anno. vi. Theodosij.

491 *Pisa quadrigas.*] ibi enim quot lustris Ioui Olympio, Olympica quadrigis celebrabantur. 7. Car. 7. & 9.

493 *Cerea destituit resolutu axibus obex.*] vide Higinum. cap. ccl. & ccliiij. Saliberiensem Policrat. l. 5. c. vlt. 7. Car. 11. obex ambigui generis. 5. ep. 1. l. 7. *de nostra tantum obice.* notat Iuretus vir erudit. in Poetas.

494 *Colchu.*] i. Medea. 7. Car. 5. *sic torua Pelasgum*

Colchu in aplustri steterat trepidante marito, &c.

Ouid. 7. Met. & Apollodo. in fine lib. 1.

495 *De carcere Circi.*] 7. Car. 5. *multo qua cespite circi*

Contempto prumissus erat, cum carceru antro,

Emicuit pernix populo trepidante virago, &c. Higin. c. 185.

Hos quoque sub nostris domuit Seruilius armis.
Concessi Aetolos veteres, Acheloiáque arua. 465
Transfudi Attalicum malè credula testamentum.
Epirum retinens: tu scis cui debeas illam
Pyrrhus. in Illyricum specto te mittere iura,
Ac Macedum terras: & habes tu Paule nepotes.
Aegypti frumenta dedi, mihi vicerat olim 470
Leucadius Agrippa fretis. Iudaea tenetur
Sub ditione tua, tanquam tu miseris illuc
Insignem cum patre Titum. Tibi Cypria merces
Fertur: pugnaces ego pauper laudo Catones.
Dorica te tellus & Achaïca iura tremiscunt: 475
Tendis & in bimarem felicia regna Corinthon.
Dic, Byzantinus quis rem tibi Mummius egit?
Sed si fortè placet veteres sopire querelas,
Anthemium concede mihi, sit partibus istis
Augustus, longúmque Leo mea iura gubernet. 480
Quem petij patrio vestiri murice, natam
Gaudeat Euphemiam sidus diuale parentis.
Adiice praeterea priuatum ad publica foedus.

496 *Pallentes Atalanta procos.*] cum palluit ille

Respiceret, medium post se decrescere campum.

Pallétes quia à tergo Atalanta sequebatur cum gladio. Higin. fab. 185.

498 *Deianira tuae.*] vide Ouid. l. 9. Metamor. & Higinum. libr. fabul. cap. 36.

500 *Riuitrimalibus.*] tropicè de Acheloo flumine, qui riualis Herculis fingebatur, riuales autè à riuis, qui communes sunt, ideóque riuales inter se rixatur, vnde *riualitates*, Tertul. de pudi. & *riuales, amuli de mulieribus.* Donat. Eunucho.

570 *Abydenique sinus & Sestias ora.*] Ī. Car. 5.

Seston qua iungat Abydo,

Sestus & Abydus oppida ad Helespontum sita. vide Ī. Car. 5. Priscian. in Periegesi.

510 *Cui ruptus Athos.*] is Xerxes, qui, vt ait Iustinus l. 2. *veluti naturae ipsius dominus & montes in planum deducebat, & conuexa vallium aequabat, & quaedam maria pontibus sternebat.* de Atho à Xerxis exercitu effosso & velificato, Herodotus. l. 7. Claudianus.

Seu te cana gelu Rhodope, seu milite Medo
Sollicitatus Athos. Ī. Car. 5.

513 *Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.*] vide Appiani Mithridaticum, Florum. l. 3. c. 5. & Strabon. l. 12. Plutarchum in Lucullo. Ī. Car. 22.

513 *Titonia coniunx.*] id est Aurora, Inuicti ducis, id est Anthemij Comitis Orientis vide. Ī.

522 *Prior hinc ego Memnona misi.*] filius Aurorae Memnon qui Troianis suppetias tulit aduersus Graecos, & ab Achille occisus est. Homer. Dyctis, Vergil. 1. Aeneid. & Higin. c. 112.

524 *Electo.*] Anthemio. vide, Ī. init. huius Carm. & posteà,

Vt lectus princeps mage quàm videare relictus. vide notas.

527 *Brenni contra arma Camillum.*] praeter caeteros consule D. Ambros. Hexamer. l. 5. c. 13. August. de Ciuit. Dei. l. 2. c. 12 l. 3. c. 17. Ī. Car. 5. & 7.

528 *Cincinnatoque secures.*] vide. Ī. ep. 8. l. 8. Ī. Car. 7. Ennod. in Paneg. Theodorici Iunioris.

531 *Si ruperit Alpes Poenus.*] id est Hannibal. praeter caeteros vide Aemilium Probum in Hannibalis vita. & vet. Iuuenalis Interpretem. Saty. 10. Ī. v. 510.

Ruptus Athos.

533 *Improbus vt rubeat Barchina clade Metaurus.*] Asdrubaliano scilicet funere infectus. vide Ī. ep. 5. l. 2.

Sit socer Augustus genero Recimere beatus,
485 *Nobilitate micant, est vobis regia virgo,*
Regius ille mihi, si concors annuis istud,
Mox Lybiam sperare dabis, circumspice tædas
Antiquas: par nulla tibi sic copula præsto est.
490 *Proferat hic veterum thalamos discrimine partos*
Græcia, ni pudor est, reparatis Pisa quadrigis,
Suscitet Oenomaum: natæ quem fraude cadentem
Cerea destituit, resolutus axibus, obex.
Procedat Colchus priùs agnita virgo marito
495 *Crimine, quàm sexu: spectet de carcere circi*
Pallentes Athalanta procos, & poma decori
Hippomenis iam non pro solo colligat auro.
Deianira tuas Achelous gymnade pinguis
Illustret tædas, & ab Hercule pressus anhelo
500 *Lassatum foueat riuis riualibus hostem.*
Quantumuis repetam veteris connubia sæcli,
Transcendunt hic Heroas, Heroides illa.
Hos thalamos Recimer, virtus tibi pronuba poscit
Atque Dionæam dat Martia laurea myrtum,
505 *Ergo age, trade virum non otia pigra fouentem,*
Deliciisque grauem: sed quem modo nauticus vrit
Æstus, Abydenique sinus, & Sestias ora
Hellespontiacis circumclamata procellis:
Quas pelagi fauces non sic tenuisse vel illum

533 *Barchina clade.*] id est, vt dixi Asdrubalis funere, qui cognomine Barchus dictus est, vt etiam Hamilcar. Æmilius Probus in Hamilcaris vita, & Hannibal. ǰ. Car. 5. *non sic Barchaeus opimam.* *Hannibal ad Capuam perit.* de Asdrubale cognométo Barcha, Trogus & ex eo Iustin. libr. 19. à quo, Sidonio, *Barchina clades*, de qua Liui. & auctor de viris in Iust. Florus, & reliqui.

540 *Sedeat.*] s̄. ep. 1. l. 1. *sufficientis gloriæ anchora sedet.* vide notas.

541 *Quæ nunc tibi classis.*] parabat Anthemius. A. & Consul copias auxiliares ferre Basilisco Leonis. A. sororio Carthaginé obsidenti, à qua Basiliscus victor, pecunia victus, recessit. Priscus Rhetor, & ex eo Iornandes de success̄. regnor. in Leone, & ex eo Freculphus. libr. 5. cap. 17. to. 2. de qua Carthaginis obsidione Euagr. l. 2 c. 16. Anthemio. 11. Cõsule. Marcell. Comes. in Chron. vide de bello Vvandalico, Procop. l 3. & Niceph. l. 15. c. 27. & Zonaram tomo. 3. in Leone Magno.

544 *Aut generò hu mox.*] id est Ricimere, qui Leonis Indict. XII. cum Patricio Consul fuerat Fasti Consulares. s̄ ep. 5. l. 1. in fine, *palmata consularis.*

544. *Aut ter ter Consule.*] Anthemio cui Panegyricum hunc 11. Consuli nuncupauit. s̄. ep. 9. l. 1. & init. huius Car.

545 *Festa vocant.*] s̄. *festiuitas.* ep. 6. l. 8. vide notas, ǰ. Car. 5. & 7.

545 *Et ad Vlpia poscunt te fora.*] Claud. in 6. Consulatu Honorij. *desuetáque cingit Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor.*

546 *Donabis quos libertate Quirites.*] Consules auspicantes annum, manumittebant. Claud. in 4. Consul. Honorij. Cassiod. l. 6. ep. 1. vide Pet. Fabrum. in semest. & in tit. de reg. Iur.

547 *Quorum gaudentes exceptăt verbera malæ.*] ex 12. tab. colapho infracto manumittere solemne erat, præter ea quæ alij notarunt, Phœdrus. l. 2. Cæsar Tiberius ad Atriensem. *Multò maioris alapæ mecum veneunt.* Vetus interpres Iuuen. Saty. 5. ad hæc *pulsandum vertice raso.* *etiam capite raso alapas accipies.* Sedulius lib. 5. c. 6. paschalis operis, *hu alapis libertatem summi consecuti perpetuam.* Idem in Carm. lib. 5. Iesum colaphis & palmis cæsum.

Crediderim,cui ruptus Athos,cui remige Medo, 510
Turgida syluosam currebant vela per Alpem.
Nec Lucullanis sic hæc freta cincta carinis,
Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.
Qui cogente fame,cognata cadauera mandens,
Vixit morte sua:sed quid mea vota retardo 515
Trade magis?Tum pauca refert Titonia coniunx.
Duc, age, sancta parens,quanquã mihi maximus vsus
Inuicti summique ducis,dum mitior extes,
Et non disiunctas meliùs moderemur habenas,
Nam si fortè placet veterum meminisse laborum, 520
Et qui pro patria vestri pugnarit Iuli,
Vt nil plus dicam,prior hinc ego Memnona misi.
Finierat geminas iunxit concordia partes,
Electo tandem potitur quòd principe Roma,
Nunc aliquos voto simili,vel amore,vetustas 525
Te legisse crepa,nunquam non inuida summis
Emeritisque viris.Brenni contra arma,Camillum
Profer ab exilio:Cincinnatóque secures
Expulso Cæsone refer,flentémque parentem
A rastris ad rostra roga:miseróque tumultu 530
Pelle priùs,quos victa petas,si ruperit Alpes
Pœnus ad afflictos condemnatósque recurre.
Improbus vt rubeat Barchina clade Metaurus,
Multatus tibi Consul agat:qui millia fundens
Hasdrubalis,rutilum sibi cùm fabricauerit ensem, 535
Concretum gerat ipse caput,longè altera nostri
Gratia iudicij est.scit se non læsus amari,
At mea iam nimij propellunt carbasa flatus.
Siste camœna modos tenues,portúmque petenti
Iam placido sedeat mihi carminis anchora fundo. 540
Attamen, ô princeps,quæ nunc tibi classis & arma
Tractentur,quàm magna geras,quàm tempore paruo,
Si mea vota Deus produxerit,ordine recto,
Aut genero bis mox,aut te ter Consule dicam.
Nã modò nos iam festa vocant,& ad Vlpia poscunt 545
Te fora,donabis quos libertate Quirites,
Quorum gaudentes exceptant verbera malæ.
Perge pater patriæ felix,atque omine fausto
Captiuos vincture nouos,absolue vetustos.

His colaphis nobis libertas maxima plausit. Vide Isid. l.8.c.4. ex vetere Persij Interp. vulgati habent, expectant. Sen. ep. 13.l.3. *si verberetur,expectans.*

548 *Pater patriæ.*] ita passim in vet. Inscriptio. numismatis, & Notis. Imperatores appellantur. Sueton. Augusto, c. 58. Victor eod. idem Traiano. Vopiscus Tacito. *Dij auertant principes pueros, & patres patriæ dici impuberes.*

450 *Captiuos vincture nouos.*] victoriam Anthemio precatur, victi enim vinciebantur, vnde victoria, Varro. l.4. *victoria ab eo quod superati vinciuntur,* vnde & antiquitus *vicia*, victoria est dicta. Isidorus. lib.10. in *peruicax*. elegãter itaque Florus. l.3.c.1. in fine de Iugurtha. *sed ille quamuis victus, & vinctus vidit vrbem.* Orosius. de Radagaiso rege Gothorum. l. 7.c.37. *sine prælio victum ac vinctum sub iugo catenisque despiciant.* Vita Fulgenti. c. 15. D. Aug. de Ciuit. Dei. l. 18.c.13.

Absolue vetustos.] Corippus. l. 2. sub finem.

pius es,potes omnia, clamant.
Cerne pias lacrimas, miserorum vincula solue,
Matribus hus natos, his nuptis redde maritos.

posteà

Annuit, & solui cunctos à crimine iussit
More Dei,&c.

EDITIO AD LIBRVM.

CARMEN III.

Quid faceret, lætas segetes, quòd tempus amandum
Messibus, & gregibus, vitibus, atque apibus,
Ad Mæcenatis quondam sunt edita nomen:
Hinc Maro post audes arma virúmque loqui.
5 *At mihi Petrus erit Mæcenas temporis huius,*
Nam famæ pelagus sidere curro suo.
Si probat, emittit, si damnat, carmina celat.
Nec nos ronchisono Rhinocerote notat.
I liber, hic nostrum tutatur, crede, pudorem.
Hoc censore etiam displicuisse placet.

FINIS.

1 *Quid faceret lætas segetes.*] Vergil. 3. Georgicon.
4 *Arma virumque loqui.*] Vergil. 1. Æneid. Marti. lib. 8. epigr. 56. Persius.
5 *Petrus.*] magister scrinij epistolarum. 3. ep. 13. l. 9. 1. Car. 5. sub finem.
6 *Famæ pelagus.*] in hoc deinceps famæ pelagus impellit. 5. epist. 1. l. 1. 1. Car. 7. init.
6 *Sidere curro suo.*] ex hocloco Barbarus, barbarè, nec castè locutum Sidonium arguit in Pli. l. 6. c. 26. eadem locutione Sedulium parum sedulum vellicet, qui sic ait lib. 3.

Redde mihi, vel redde sibi.

1. Car. 5. *sed non se pœna moratur*

Sanguinis effusi.

8 *Ronchisono.*] nares risioni dicauit antiquitas, Plinius. vnde ronchi, pro irrisione, Martiali. & *ronchantes bubulci*, 8. epist. 6. l. 1. & ronchisonus hoc loco qui sonat ronchos, derisor. *Rhinocerote* Marti.

PRÆFATIO PANEGYRICI DICTI Cæsar. Iul. Val. Maioriano. Aug.

CARMEN IIII.

Tityrus vt quondam patulæ sub tegmine fagi
Volueret inflatos murmura per calamos,
Præstitit afflicto ius vitæ Cæsar & agri,
Nec stetit ad tenuem celsior ira reum,

3 *Præstitit afflicto.*] 5. epist. 9. lib. 8. sub finem. vide quæ notaui, & adde Donatum, Phocam, & Seruium, in vita Vergilij.

6 *Cælum pro terris, &c.*] Vergil. de Augusto.

Sed rus concessum dum largo in principe laudat, 5
Cælum pro terris rustica Musa dedit.
Nec fuit inferiùs Phœbeia dona referre,
Fecerat hic dominum, fecit & ille deum.
Et tibi Flacce acies Bruti Caßiique sequuto,
Carminis est autor qui fuit & veniæ. 10
Sic mihi diuerso nuper sub Marte cadenti,
Iusisti victor, victor vt essem animo.
Seruiat ergo tibi seruati lingua poetæ,
Atque meæ vitæ laus tua sit pretium.
Non ego mordaci fodiam modo dente Maronem, 15
Nec ciuem carpam terra Sabella tuum.
Res minor ingenio nobis, sed Cæsare maior:
Vincant eloquio dummodo nos domino.

Namque erit ille mihi semper Deus. Item al. *Deus nobis hæc otia fecit.* Manil.l.1.Car.vlt.Pli.l.1. c.45.& l.11.c.3. quò loci non est quod Torrentius & Lipsius, lectionem emendatam emendent. Ennodius, de Deuterici, *Maro noster tantis institutores suos commendauit, quantum ipse notus est, & certa illos per merita sua fama non prodidit.*

8 *Fecerat hic dominum.*] scilicet Augustus, qui fundi dominium Vergilio restituit. hidem qui s. auctores.

9 *Et tibi Flacce acies Bruti,*&c.] Horat. Ode. 7.l.2. Ibid. vett. interpr.

10 *Carminis est auctor,*&c.] id est Mecœnas. Horat. Ode.1.l.1.

11 *Sic mihi diuerso,*&c.] vitam consule.c.3.& ī. Car.4.in fine.

13 *Seruiat ergo tibi seruati,*&c.] doctè & eleganter, *serui enim quia seruati sunt, quum eos occidi oporteret iure belli*, Donatus Adelphis. præter. l. 4. de statu hom. & l. 239. de verb. signifi. vide Seruium, & ex eo Isidorum. Augustinus de Ciuit. Dei.l.19 c.15. & ex eo Eucherius in Genesim.l.3.c.46. *Itaque primos seruos quibus hoc nomen in latina lingua inditum est, bella fecerunt, qui enim homo ab homine superatus iure belli poterat occidi, quia seruatus est, seruus est appellatus*, &c vide Cassiod. Psal.118. Victorin.1.Rhetor.66. *Etenim ex captiuis primum serui facti sunt*, &c.

15 *Non ego mordaci.*] s. epist.1.l.1. vide notas.

17 *Res minor ingenio,*&c.] Ausonius ad Gratianum *non ego me contendo Frontoni, sed Antonino præfero Gratianum.*

PANEGYRICVS IVLIO VALERIO Maioriano Augusto dictus.

CARMEN V.

Concipe præteritos respublica mente triumphos:
Imperium iā Consul habet, quē purpura non plus
Quā n lorica operit, cuius diademata frontem
Non luxu, sed lege tegunt, meritisque laborum

1 *Imperium iam Consul habet.*] Maiorian', Coss. Constantino & Ruffo, quem Marcelli. Comes Ruffinum vocat, *leuatus est Imperator Rauennæ.* Marcellinus Comes. in Chron. Iornand. de succeff. regn. & Paulus Diaco. in Leone. Aug. Kal. *Aprilis in campo ad Columellas.* Inno. Chronographus, vnde Sido. dixit *Imperium iam Consul habet.* Nouella Maioriani, de ortu & imperio D. Maioriani.

5 Post palmam palmata venit: decora omnia regni
Accumulant fasces, & princeps Consule crescit.
Personat ergo tuum cælo, rure, vrbibus, vndis,
Exultans Europa sophos, quòd rector haberis,
Victor qui fueras, fateor, trepidauerat orbis,
10 Dum non vis vicisse tibi, nimióque pudore
Quòd regnum merearе doles, tristique repulsa
Non moderanda subis, quæ defendenda putasti.
Sederat exerto bellatrix pectore Roma
Cristatum turrita caput, cui pone capaci

2 *Quem purpura non plus.*] purpura scilicet imperij, s.c.7.l.1.& l.7.in Conc. vide notas.

3 *Quàm lorica operit.*] Procopius de bello Vvand. l.1. hic enim cunctis qui Occidenti præfuere virtute anteferendus. *Nam & contra Vvandalos fortissimè bellum sumens, maximo collecto exercitu in Liguribus constuit, ipse dux impiger nullum neque laborem recusauit, neque vllam benè gerendæ rei occasionem prætermisit,* &c. quique propter fortia facta & militaris rei peritiam hisdem quibus supra Coss. pridie Kal. Martias, magister militum factus est. Innominatus Chronographus. vide.

5 *Post palmam, palmata venit.*] eleganter & eruditè: nam palmata dicitur toga quam merebantur hi, qui de hostibus palmam reportassent. Seruius & ex eo Isidor. l.19. c.24. vestis Consularis s. ep.6. l.1. ep.4. l.8. Cassiod. ep.1. l.6. l.8. ep.1. l.9. ep.23. vide s.

6. *Et princeps Consule crescit.*] id est Maiorianus leuatus imperator, vt s. dixi, Kal. Aprilis, sicque princeps, consule crescit, i. consulatu fastigatur, *nam consularis dignitas quoddam decus nominis quoque Augusto videbatur adquirere*, vt ait Nouella Theodosij de Honorans. s. ep.9. l.1. Car.7. init.

10 *Fateor trepidauerat orbis.*] s. Carm.2.

trepidauimus omnes, &c.

12 *Non moderanda subis*] Claudian. 2. Paneg. 2.

defendis honorem.

Quem fugis. Vide Nouellam Maioriani de ortu Imp. D. Maio.

13 *Sederat exerto*] s. Carm. 2.

Pectus & exertam tetigerunt cornua mammam.

Ita pingebatur antiquitus Roma exerto pectore.

Coripp. lib.1. *Addidit antiquam tendentem brachia Romam,*
Exerto & nudam gestantem pectore mammam.

Symmachus. ep.7. l.2. *pulsis omnibus, quos exerto & pleno vbere Roma susceperat.* Cassiod. ep.1. l.2. *vt alumnos proprios ad vbera sua Roma recolligat.*

14 *Cristatum turrita caput.*] s. de Roma. Car.2.

& inclusæ latuerunt casside turres.

Vide notas, & adde quod ait Arator hist. Apost. l.2. sub finem.

Hæc turrita caput mundi circumtulit oris.

Rutilius Itiner.1.

Aurea turrigero radient diademata cono.

15 *Perfundit terga capillus.*] *laxatos torna capillos Stringit,* s. Car.1.

18 *Quem fibula torto mordax.*] *fibula mordax refugas à pectore vestes Dente capit,* &c. vide s. Car.2.

26 *Scabri tophi*] Plin. l.17. c.4. *nam tophus scaber natura,* vnde tophosus. s. epist.13. l.4. *tophosæ verrucæ.* vide. *scabri pumices.* s. ep.14. l.5.

28 *Ilia coniunx.*] à poetis enim fingitur vxor Tiberis. s. Car.2.

32 *Ebria.*] Dea belli quæ *sanguinolenta* Senecæ dicitur, & *Sanguinea Bellona manu,* Statio l.7.

25 *Martigenas & picta timet, pars proxima Tybrim*
Exprimit, hic scabri fusus sub pumice tophi,
Proflabat madidum per guttura glauca soporem.
Pectus palla tegit, quam neuerat Ilia coniunx,
Liquenti quæ iuncta thoro vult murmura lymphis
30 *Tollere, & vndosi somnum seruare mariti.*
Ista micant clypeo, cuspis trabe surgit eburna,
Ebria cæde virum propter Bellona tropæum
Extruit, & quercum captiuo pondere curuat.
Consurgit solium saxis, quæ cæsa rubenti
35 *Æthiopum de monte cadunt, vbi sole propinquo*
Natiua exustas afflauit purpura rupes.
Iungitur hic Sinnas, Numadum lapis additur isthic,
Antiquum mentitus ebur, pòst cautè Laconum
Marmoris herbosi radians interuiret ordo.
40 *Ergo vt se mediam solio dedit, aduolat omnis*
Terra simul. Tum quæque suos prouincia fructus
Exposuit, fert Indus ebur, Chaldæus amomum,
Assyrius gemmas, Ser vellera, Thura Sabæus,
Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuum,

57 *Famula satus olim.*] erat enim Ganzericus ex concubina Gogidisci filius, s̄. Car. 2.

Incertum crepat ille patrem, cum serua sit illi
Certa parens,

58 *Hic prædo, & dominis extinctis*] Prosper in Chro. Theodosio. XVII. & Festo. Coss. *in vniuersum captiui populi ordinem sæuus, sed præcipuè nobilitati, & religioni infensus.* Eadem verba refert Paul. Diaco. lib. 5. Paulo post hoc Carm.

penitusque fugata
Nobilitate furens. Sacerdotibus quoque multas fecit strages. Idacius. ms.

Victor Vtic. lib 1. *præterea præcipere nequaquam cunctatus Vvandalis, vt Episcopos atque Laicos nobiles de suis Ecclesiis, & locis nudos penitus effugarent,* quod etiam in plurimis factum est, &c.

61 *Insidiis cessisse suis*] s̄. Carm. 2.

62 *Pugnaces ego pauper lando Catones.*] pauper, id est omnibus rebus spoliata à Genzerico, qui ab Eudoxia Valentiniani posteà Maximi vxore inuitatus, Romam venit, cepit, & spoliauit. Procopius. l. 1. Zonaras. tom. 3. Iornand. de success. regn. Euagrius. l. 2. c. 7. hist. Coss. Valentiniano VIII. & Anthemio. Cassiod. & Marcel. Comes in Chronicis. vide s̄. ep. 13 l. 1.

62 *Non concutis hastam.*] id est ? bellum indicis, Festus. lib. 2. in *Bellona*, & P. Victorem in IX. Regione. vide Gell. L. 10. c. 27. & Seruium. l. 9. Æneid. Dionem. in Mar. Antonino. quia hasta summa Imperij & armorum est, vnde & hastata Roma. s̄. Car. 2. & huius Car. init. & j. Car. 7.

66 *Porsenna superbum, &c.*] vide Liuium. 2. auctor. de vir. inlust. cap. 11. August. de Ciui. Dei. l. 2. c. 18. Eutrop. Iorn. Zonar. & reliquos volens omitto.

76 *Nam corde gelato.*] Lucan. lib. 7. *stat cor cerde gelato Attonitus.* Stat. 2. Thebaid.

Tunc horrere comæ, sanguisque in corde gelari.

78 *Plus felix peccante manu.*]. Martial, *Si non peccasset, fecerat illa minus.* Vide eundem. Epig. 30. l. 8. s̄. Car. 2. de sagittariis Hunnis.

& non peccante sub ictu
Edoctus peccare furor.

78 *Cùm forte satelles palleret constante reo*] Florus. l. 1. c. 10. *Quum interim (immane dictu) hic interritus, ille trepidaret. pallere, timere.* Isid. in Gloss.

82 *Iam solus Tarpeius erat, &c.*] vide Liuium. l. 5. Florum. l. 1. c. 13. & reliquos Romanæ hist. scriptores.

86 *Post Trebiam, Cannasque.*] vide Liuium decade. 3. Florum. l. 2. c. 6. Appianum in

65 *Sed melius quod terror abit. Jam vincere restat*
Si pugnas, vt victa soles. Porsenna Superbum
Tarquinium impingens compleuit milite Thusco
Ianiculum quondam: sed dum perrumpere portas
70 *Obsidione parat, totam te pertulit vno*
Coclitis in clypeo, presserunt millia solum
Multa virum, pendente via: nec ponte soluto,
Cùm caderet, cecidit. Rex idem denique morte
Admonitus scribæ didicit sibi bella moueri,
Non solum cùm bella forent. mox pace petita,
75 *In regnum rediit, non tam feriente fugatus,*
Quàm flagrante viro steterat. nam corde gelato
Scæuola, & apposito dextram damnauerat igni,
Plus felix peccante manu, cum fortè satelles
Palleret, constante reo: tormentáque capti
80 *Is fugeret, qui tortor erat. Brennum tremuisti*
Post melior. quodcunque tuum est, quodcunque vocaris
Iam solus Tarpeius erat, sed reppulit vnus
Tum quoque totam aciem, Senones dum garrulus anser
Nuntiat, & vigilat vestrum sine milite fatum.

212 *Latiis sunt condita fastis Facta ducis.*] scilicet Maioriani vtriusque militiæ magistri per Orientem. Fastis autem consularibus, res gestæ Imperiū, quæ per anni circulum contingebant, adscribebantur, s̄.ep.6.l.8. vide notas.

214 *Hypanim.*] fluuium Scythiæ. Vibium vide, Peucemque Pannoniæ oppidum. Aethicus in Cosmogr. quod Danubio septum & inclusum insulam facit, Ptolem. l.3.c.10. & Iornandes de reb. Geti.c.16.

216 *Hunc socerum pater huius habet.*] pater Maioriani August. gener fuit Maioriani vtriusque militiæ magistri, Maioriani Augu. aui, à quo Maiorianus nomen accepit, vt s̄. Anthemius ab Anthemio auo suo, Procopij patris Anthemij socero, Car. 2. & Anthemij Aug. filius Marcianus Patricius, aut sui Marciani soceri Anthemij nomen habuit. Zonaras, in Leone Magno, tomo. 3. Leo etiam Iunior Leonis Senioris ex Ariadne nepos Leo dictus est, Gratianus non Valentiniani patris, sed aui Gratiani nomen portauit, & innumeri alij, Hannibal etiam non Amilcaris patris, sed aui Hannibalis. Aemil. Probus & reliqui. ī. hoc Carm. & s̄.ep.13.l.7.

222 *Quòd olim quæstor Consulibus.*] proprius erat Consulum quæstor, qui in procinctu Consulem comitabatur, de quo Tacit. l.16. Annal. & Dio. nec est quod amplius ambigat Lipsius, & Taciti veram lectionem decurtet.

223 *Tractabat publica iure æra suo.*] Sic mss. Bon. Iur. Pit. rectè. Tractare publica æra, id est pecunias publicas. Asconius, de quæstoribus Verris. 3. contrà Verrem: *hi qui extraordinarias pecunias Verris tractabant.* quod erat Quæstorum officium.

226 *Ducis iam liuida coniunx.*] id est vxor Aetij ducis, erat enim Comes & magister vtriusque militiæ, Nouella Theodosij. de Episcopali ordinat. Prosper in Chro. Felice & Tauro, Coss. idem Florētio & Dionysio Coss. Idac. VII. anno imperij Theodosij, *Ætius dux vtriusque militiæ constituitur.* de qua Aetij vxore, suppresso tamen nomine, Greg. Turo. hist. l.2.c.7. & hist. S. Aniani. & Gregorij Epitomastes, ms.

228 *Coxerat internum per barbara corda venenum.*] Prosper Aquitan. de Prouidentia Dei.

cui virus amarum,
Inuidia in fratrem succenso felle coquebat.

Gunther. Ligur. 6. *odiumque furens ferale coquebat.* s̄.ep.vlt.l.1. *Marcelliana coniuratio coqueretur.* vide notas.

228 *Internum venenum.*] contra Symmachum. Prudentius l.1. *Nosset ab interno tutam seruare veneno.*

Me quoque (da veniam, quod bellum gessimus olim) 85
Post Trebiam, Cannásque domas, Romanáque tecta
Hannibal ante meus, quàm nostra Scipio vidit.
Quid merui? fatis cogor tibi bella mouere,
Cùm volo, cùm nolo, trepidus te territat hostis:
Sed tutus claudente freto, velut hispidus alta 90
Sus propè tesqua iacet, clausúsque cacuminat albis
Os nigrum telis: grauidum, circumlatrat ingens
Turba canum, si fortè velit concurrere campo.
Ille per obiectos vepres timet, atque superbit,
Vt tenuis, fortísque loco, dum proximus Eia 95
Venator de colle sonet, vox nota magistri
Lassatam reparat rabiem: tum vulnera cæcus
Fastidit sentire furor. Quid prælia differs?
Quid mare formidas, pro cuius sæpe triumphis, 100
Et cælum pugnare solet? Quid quòd tibi princeps
Est nunc eximius, quem præscia sæcula clamant
Venturum excidio Libyæ, qui tertius ex me
Accipiet nomen? debent hoc fata labori
Maioriane tuo, quem cur conscendere classem, 105
Ac portus intrare meos, vrbémque subire
Si iubeas, cupiam, paucis ex ordine fabor.
Fertur Pannoniæ qua Martia pollet Achintus
Illyricum rexisse solum, cum tractibus Istri,
Huius auus, nam Theodosius, quo tempore Sirmi 110

228 *Per barbara corda.*] vxor enim Aetij erat Carpilionis filia, Renatus Frigeridus apud Gregor. Turo. l. 2. hist. c. 8. & eius Epitomast em. in Chron.

230 *Interrogat vmbras.*] *interrogator mortuorum*, lege Dei tit. de Mathematicis. ex Deuteronomij. cap. 18. Tertull. de anima. *vt oracula apud parentum sepulcra mansitando caperarent*, Concilij Elibertini can. 35.

231 *Fulmina rimatur, fibras videt.*] vide sextæ Synodi in Trullo. can. 61. & 65. Ibid. Balsam.

233 *Colchus.*] 5. Car. 2.
Procedat Colchus prius agnita virgo marito,
Crimine, quàm sexu. i. Medæa.

255 *Dum funere pugnat.*] præter Higin. fab. 23. & 24. Petron.
Nec Medæa furens fraterno sanguine pugnat.

241 *Vocemque furentem iis rupit.*] Verg. 10.
Compositorumpit vocem.] 5. Carm. 15. *Carmen rumperet hinniente cantu.*

247 *Fatum aliud cui fecit amor.*] Symmach. epist. 54. l. 10. *amari, coli, diligi, maius imperio est.*

244 *Sic sæcula poscunt.*] 5. hoc Carm.
quem præscia sæcula clamant.

253 *Tribus hunc tremuere sagittis, anguis, ceruus, aper.*] vetus Epigramma innominati auctoris. lib. 4. Epigram. veterum.
Ceruus, aper, coluber, non cursu, dente, veneno,
Vitarunt ictus Maioriane tuos.] 5. Car. 13.

255 *Quinato serpentis corpore tincto.*] id est Alcon. Manilius. lib. 5.
Quin etiam ille pater tali d. sidere cretus
Esse potest, qui serpentem soper ora cubantem
Infelix nati somnúmque animamque bibentem,
Sustinuit misso petere & prosternere telo.
Ars erat esse patrem, vicit natura periclum,
Et pariter iuuenem somnoque, & morte leuauit.
Seruius. Egloga. 5. *Cretensis sagittarius fuit, cuius cum filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea currens in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium.*

259 *Spe propiore metus.*] Statius. 8. *necnon & Thessalus heros*

Augustum sumpsit nomen, per vtramque magistrum
Militiam ad partes regni venturus Eoas
Maiorianum habuit. Latiis sunt condita fastis
Facta ducis: quotiens Scythicis illata colonis
115 *Classica presserunt Hypanim? Peucémque rigentem,*
Monte salutaris, irrisit lixa pruinis?
Hunc socerum pater huius habet vir clarus, & vno
Culmine militiæ semper contentus, vt vnum
Casibus in dubiis iunctus sequeretur amicum.
120 *Non semel oblatis tentauit fascibus illum*
Aëtio rapere aula sue, sed perstitit ille,
Maior honoratis: cœpit pretiosior esse,
Sic precio non capta fides. Erat ille quòd olim
Quæstor consulibus tractabat publica iure,
125 *Æra sue: tantúmque modum seruabat, vt illum*
Narraret rumor iam rebus parcere gnati.
Senserat hoc, sed fortè ducis iam liuida coniunx,
Augeri famam pueri, suffusáque bili,
Coxerat internum per barbara corda venenum.

Spe propiore calet.
260 *Libeat decernere cestu.*] Claudianus in Paneg. Probi Probini *valido quamuis decernere cestu Norunt.* vide Senec. de benef. l. 1. c. 3.
261 *Sparta*, &c.] vide Vergil. l. 5. Æneid. & Apollonium Argonauticon, lib. 2. & Higinum. c. 14. ĵ. Car. 9.
262 *Gymnade pinguem.*] š. Car. 2. *Acheloius gymnade pinguis.*
262 *Frustra sibi natus Ophelte.*] vide Higinum. cap. 273. adde Higinum c. 74.
266 *Arcas.*] id est Mercurius. š. Car. 1.
Arcas, & arcitenens, &c. ĵ. Narbone & Car. 10.
268 *Horruit Hippomanes.*] š. Carm. 2. *Spectet de carcere circi*
Pallentes Atalanta procos, & poma decori
Hippomanis, &c.

272 *Medium post se decrescere campum.*] Statius. l. 8. *Aduentant, mediumque vident decrescere campum.*
277 *Ledum alumnum.*] id est Castorem, Læda natum. *Ledæi Dij*, Ouid. 2. Fast. & *Ledæi Lacones.* Claudian. 1. Castor & Pollux. alumnum, id est filium, Non. Isid. in Gloss. mss. *Alumni, filij*, &c.
278 *Ac iuuenem Stenobœa tuum.*] id est Bellorophontem, quem Stenobœa deperibat. Higinus, & Fulgent. in mytholog. l. 3. init. & Seruius. 6. Aeneid.
284 *Opimis.*] id est opimis spoliis. vide Festum. l. 13. & Seruium lib. 5. Sulpicius Alexan. apud Greg. l. 2. c. 9. hist. *prouinciarum opima depopulati.* Isid. in Glossis mss. *opima, optima, vel spolia.*
284 *Telamone creatum.*] id est Aiacem. Homerum vide, Dyctem, Ouidium. & Higinum.
289 *Pro fasce Gamilla.*] vide Vergil. l. 11. Aeneid. Ibid. Seruium, & Higinum. cap. 252.
291 *Stridula Pelide per Troilon exiit ornus.*] id est cum Troilus Priami filius ab Achille occisus est, præter cæteros Higinus. cap. 113. Pelide, à Peleo patre Achilles dictus.
292 *Busta Creontem.*] Stat. lib. 11. *iubet igne supremo*
Arceri Danaos nudoque sub axe relinqui, &c.
Tangit historiam Thesei, qui Creontem Argiuos sepelire renuentem interfecit. vide Statium.
295 *Violata Phœbados vltrix.*] Pallas quæ fulmina in Oileum Aiacem iaculata est, ob raptum Cassandræ, vide Propertium. lib. 4. & reliquos.
298 *Parua loquor.*] Sedulius. lib. 4.

Ilicet explorat cælum, totámque volutus 130
Percurrit mathesim numeris, interrogat vmbras,
Fulmina rimatur, fibras videt, vndique gaudens
Secretum rapuisse Deo. sic torua Pelasgum
Colchis in aplustri steterat trepidante marito,
Absyrtum sparsura patri, facturáque cæsi 135
Germani plus morte nefas, dum funere pugnat,
Et fratrem sibi tela facit: vel cum obruit ignem
Taurorum, plus ipsa calens, texitque trementem
Frigida flamma virum, quem defendente veneno
Inter flagrantes perhibent alsisse iuuencos. 140
Ergo animi dudum impatiens, postquam audiit isti
Imperium & longum statui, laniata lacertos
Ingreditur, qua strata viri vocémque furentem
Ius rupit, securè iaces oblite tuorum,
O piger, & mundo princeps (sic sæcula poscunt) 145
Maiorianus erit, clamant hoc sidera signis,
Hoc homines votis, isti quid sidera quæro,
Fatum aliud cui fecit amor? nihil fortius illo.
Et puer est cupidus nunquam, sed parcus habendi.

Parua loquor, si facta Dei per singula curram.

298 *Quoties tibi bella geruntur.*] tibi scilicet Aetio, perstat enim coniunx Aetij loqui.

299 *Discipulus, non miles adest.*] id est Maioriani pater non implet militem strenuum, non fortiter agit, videtur potius tyro & nouitius discipulus, quam miles.

299 *Et fingit alumnum.*] id est Maiorianus simulat se alumnum tuum.

300 *Quòd viceris, odit, & quos vincis, amat.*] ita ex mss. emendaui rectè, malè Lugd. vt & suprà, qui fingit alumnum, pro & fingit, sensus est perspicuus, nec quærit interpretem, Maiorianus odit te (scilicet Aetium) quod crebras de hostibus victorias reportas, & à te deuictos hostes amat.

301 *Totus dormitat ad illum Magnus Alexander.*] id est comparatione istius Maioriani, dormitabundus atque securus videtur Alexander Magnus ducum vigilantissimus. Curt. l. 4.

302 *Patris quem gloria torsit.*] qui Philippi patris virtutem æmulabatur, quòd orbis victor, ei nullum victoriæ locum relinqueret. vide Plutarchū, Curt. & Am. Marcell.

303 *Quid faciam infelix?*] scilicet ô AetI quid ego infelix tua vxor faciam de communi pignore sollicita.

303 *Gnato quæ regna parabo.*] gnato, id est Carpilioni nostro communi filio. Theodoricus apud Cassiodorum. l. 1. ep. 4. *Ad Attilam igitur armorum potentem, cum supradicti (Ætij) filio Carpilione, legationis est officio non irritè destinatus.* pater autem vxoris Aetij Carpilio erat. Gregor. Turon, lib. 2. cap. 8. & eius Epitomastes. ms.

304 *Et paruus super hoc Gaudentius huius calcatur fatis.*] i. insuper paruus Gaudentius filius noster in puerilibus annis constitutus, ab auo Gaudentio Gaudentius dictus, vide ep. 13. l. 7. in fine. & ī. hoc Carm. paulò ante, cur nepotes auorum nominibus appellentur, vt & Carpilio filius Carpilionis aui materni nomen tulit. Cassiodo. ep. 4. l. 1. huius Maioriani scilicet fatis calcatus, *quem præscia sæcula clamant* futurum Imperatorem, cui Gaudentio pacta erat Valentiniani filia Eudocia. Prosper in Chro. suppresso Gaudentij nomine. vide, nam ille locus singularis est. quo auctore Aetium & Opilionem Aetij filios concinnet Onufrius lib. 3. Fastor. in Marciano, nedum scio.

309 *Gaudentius.*] ab auo paterno (vt dixi) nomine Gaudentio, de quo Renatus Frigeridus apud Gregorium lib. 2. cap. 8. Prosper, *Ætius Gaudentij Comitis à militibus in Gallia occisi filius*, &c. & Iornandes de rebus Get. cap. 34. malè Coluius nos

150 Pauper adhuc iam, spargit opes, ingentia suadet
Consilia, & sequitur. totum quod cogitat, altum est.
Vrget, quod sperat. ludum si fortè retexam,
Consumit quicquid iaculis fecisse putaris,
Istius vna dies. tribus hunc tremuêre sagittis
155 Anguis, ceruus, aper. non sic librauit in hostem
Spicula, qui nato serpentis corpore cincto,
Plus timuit dum succurrit, dum iactibus iisdem
Interitum vitámque daret, stabilémque teneret,
Corde tremente, manum, totámque exiret in artem
160 Spe propiore metus, dans inter membra duorum
Vnius mortem, libeat decernere casu,
Cessit Erix Siculus, simili nec floruit arte
Sparta Therapnæa pugilem cum gymnade pinguem
Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis,
165 Qui vigor in pedibus? frustra sibi natus Ophelte,
Sicaniam tribuit palmam, plantásque superbas.
Haud ita per siccam Nemeen citus extulit Arcas,
Cuius in Ætolo volitantem puluere Martem,
Horruit Hippomenes, multo qui cespite circi,

tateundem esse cum eo de quo Sido. ep. 3. & ep. 4. lib. 1. quod absonum est. Idacius ms. de Genzerico. *Romam ingreditur, ditatusque opibus Romanorum Carthaginem redit, relictam Valentiniani, & filias duas, & Ætij filium Gaudentium secum ducens.*

309 *Rhenus, Arar, Rhodanus.*] Fortunat. lib. 2. de vita S. Martini: *Rhenus, Arar, Rhodanus*, &c.

309 *Ledus.*] de quo Mela lib. 2. cap. 5. & Strabo. Theodulphus Aurel.

Vulturnus, Matrona, Ledus.

309 *Clitis.*] eidem Theodulpho, *Olitis, Albu, Arar.* Gabalum, fluuius qui vulgò, OLT. non verò CLEIN, vt vir doctus scripsit, qui Gregor. Turonensi. l. 9. c. 41. *Clenus*, Hincmaro, *Glino* dicitur. Pictauum alluit.

309 *Elaris.*] qui Cæsari *Elauer*, Greg. Turo. lib. 5. c. 33. *Elacer*, & *Flauaris* Aegidio, *Alesus.* c. 49. *Hileris.* Theodulpho *Elauris.* vulgò *Allier.* Ligeri commissus in Oceanum Britannicum euoluitur.

309 *Atax.*] de quo s̄. ep. 4. l. 8. suppresso nomine, atque etiam Narbone, s̄. etiam ep. 15. l. 9. vide notas. è Pyrenæo in Tyrrhenum influit.

309 *Vachalis.*] de quo s̄. ep. 3. l. 8. & j̄. Car. 13. vide notas.

309 *Ligerimque bipenni Excisum per frusta bibit.*] gelu scilicet duratum. Claudianus in Eutropium

Sueuerat & duros haurire bipennibus Hebrum.

312 *Excisum.*] Verg. 3. Georg. *cæduntque securibus humida vina.*

313 *Per frusta bibit.*] Ouid. 3. trist. Eleg. 10. *nec hausta meri, sed data frusta bibunt.*

313 *Cum bella timentes defendit Turones.*] ab incursibus Gothorum protegit, qui tunc temporis vltrà Ligerim dominabantur. Greg. Turo. l. 2. c. 9. sub finem, quem vide. plura. j̄. Car. 7.

312 *Post tempore paruo.*] Theodoricus enim Vualliç successor pacis placita rumpit, & bellum contrà Romanos mouet. Isid. in Chron. Gothorum, vide s̄. ep. 12. l. 7. Ibid. quæ notaui, cuius impetus in Turonum tractum Maiorianus contudit. & posteà *tempore paruo*, id est duobus annis Felice & Tauro Coss. Prosper & Cassiodorus in Chronicis, Francos prostrauit.

313 *Pugnastis pariter Francis.*] Prosper. Coss. quibus s̄. *pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupauerant, Aetij comitis armis recepta.* Cassiodor. vide. j̄. Carm. 7.

Nam post Vithungos, & Norica bella, subacto *Nuper Vindelico.*

Contempto præmissus erat, cùm carceris antro 170
Emicuit pernix populo trepidante virago,
Nil toto tactura gradu, cùm pallidus ille
Respiceret medium post se decrescere campum,
Et longas ad signa vias, statùque propinquo,
Pressus in hostili iam curreret anxius vmbra, 175
Donec ad anfractum metæ iamiámque relictus
Concita ter sparso fregit vestigia pomo.
Qui videt hunc equitem, Ledæum spernit alumnum,
Ac iuuenem Stenobæa tuum, cui terga vetustas
Pennati largitur equi, Lyciámque Chimeram 180
Quem superasse refert, vulnus cùm suscipit vnum,
Tres animas, vitam tum si tibi fata dedissent
Maioriane ferox, vetuisses Castora frænos,
Pollucem cæstus, Alconem spicula nosse,
Bellerophonteis insultaturus opimis.
Si clypeum capias vincit Telamone creatum, 185
Qui puppes inter Graias contra Hectoris ignem
Ipsam etiam infidi classem defendit Vlyxis,
Missile si quanto iaculetur pondere quæris,
160 *Segniùs inserta trepidans pro fasce Camillæ* 190
Excussit telum Metabus, nec turbine tanto
Stridula Pelidæ per Troilon exiit ornus,
Nec sic Heroum tardantem busta Creontem

313 *Qua Cloio*] sic mss. rectè, Greg. Turo. l. 2. c. 9. hist. *Chlogio* & eius Epiromasti. ms. Prospero *Clodius*, & Sigeberto, *Clodio*, Aimoino, Adoni, & Iuoni, & reliquis.

314 *Atrebatum terras peruaserat.*] Greg. Turon. l. 2. c. 9. in fine & ex eo Aimoinus. l. 1. c. 4. & Sigebertus in Chronico. An. 431. quos vide.

315 *Vicum Helenam.*] vulgò vocatur *Hedin le vieux*. fluuio superpositus vicus.

316 *Arctus suppositis trabibus transmiserat agger.*] flumen scilicet quod Cancium vocatur, plancis suppactis arcta via transmiserat. agger pro via passim apud Sidonium. s. notaui. c. 3. l. 9. & 24. l. 4.

318. *Illic te posito*] in illo scilicet sublicio ponte, & arcto aggere. simili locutione, s. ep. 9. l. 8. in Carm.

Nos isthic positos.

321 *Nubebat flauo similis noua nupta marito.*] Francorum enim erant rutilæ comæ, Tertullianus de veland. virg. idem de cultu feminar. Strabo. l. 7. Herodianus. l. 4. D. Hiero. in vita Hilarionis. *Namque candidatus Constantij Imp. rutilus coma, & candore corporis indicans prouinciam: inter Saxones quippe & Alamannos gens eius non tam lata, quàm valida, apud Historicos Germania, nunc verò Francia vocatur*, &c.

323 *Et appositis hastarum verbera thorax arcebat squamis*] hic quidam mss. vett. & vulgati. Cla. Iu. Pit. Pet. Bon. San. *oppositis*, appositior prior videtur, thoraci enim appositæ squamæ erant, id est vncæ catenæ in modum squamæ compositæ. Serui. Aeneid. 9. & Innominatus scriptor de rebus bellic. vbi de expositione *thoromachi*. quem vide.

326 *Barbarici vaga festa thori*] Festa nuptiarum, Paneg. Maximiano & Constantino dictus. Aurel. Victor in Nerone. Symmach. ep. 19. l. 7. Ennod. Maximo. *producit magnitudo tua nuptiarum festa temporibus. Nuptiarum festi celebritas*, Legis Vvisiborhorum. l. 3. tit. 1. Era. 3. & l. 11. tit. 3. Era. 7. I. Car. 10.

327 *Cirroque madente*] ex Iuuenale Saty. 13. de Germanis,

& madido torquentem cornua cirro.

Cirros enim lixiuia rutilabant, Am. Marcell. l. 27. init. de Germanis. *lauantes alios, quosdam comas rutilantes ex more, potantesque nonnullos*, &c. idcirco madidi erant cirri.

327 Cir

Atticus Ægides rupit Marathonide quercu:
195 *Nec sic intortum violatæ Phœbados vltrix*
In Danaos fulmen iecit, cùm Græcia Troæ
Noctem habuit, simulémquè facem, fixúsque Caphareï
Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus.
Parua loquor. quid quòd quotiens tibi bella geruntur,
200 *Discipulus non miles adest, & fingit alumnum,*
Æmulus è contrà spectat? Quod viceris odit,
Et quos vincis amat. Totus dormitat ad istum
Magnus Alexander, patris quem gloria torsit.
Quid faciam infelix? gnato quæ regna parabo,
205 *Exclusa sceptris Geticis, respublica si me*
Præterit, & paruus super hoc Gaudentius huius
Calcatur fatis? istum iam Gallia laudat,
Quódque per Europam est. rigidis hunc abluit vndis,
Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana,
Ledus,
210 *Clitis, Elaris, Atax, Vacalis, Ligerimque bipenni*
Excisum, per frusta bibit, cùm bella timentes
Defendit Turones. aberas post tempore paruo
Pugnastis pariter Francis, quà Cloio patentes
Atrebatum terras peruaserat, hîc coeuntes
215 *Claudebant angusta vias, arcúque subactum*
Vicum Helenam, fluménque simul sub tramite longo
Arctus suppositis trabibus transmiserat agger,
Illic te posito pugnabat ponte sub ipso
Maiorianus eques. fors ripæ colle propinquo

327 *Cirro.*] Cirrati erant Germani, Tacitus de mo rib. German.. Tertull. de virg. velandis, & Isidorus. l. 19. c. 23. *vt videmus cirros Germanorum*, &c ĵ. Carm. 12.

328 *Coronatos.*] subintellige ministros, vel vt Sidonius loquitur gerulos, qui in hac conuiuiorum luxuria, coronabantur. Sammonicus Serenus, apud Macrob. lib. 3. cap. 16. *animaduerto hunc piscem à coronatis ministris cum tibicine introferri*, s̄. ep. 13. l. 9.

328 *Redolentia serta lebetas.*] id est coronatos lebetas. s̄.
Tripodasque, cantharosque
Rosa sutilis coronet, s̄. ep. 13. l. 9. in Car.

330 *Rapit essedа victor.*] i. Maiorianus, de essedis. s̄. ep. 10. l. 2. & ep. 18. l. 4.

331 *Pholœtica monstra.*] id. est Centauros, qui Pholoem Thessaliæ mõtem incolebant.

332 *Peletronios Lapithas.*] Pelethronij Lapithæ Verg. 3. Georg. à Pelethronio oppido. Seru.

332 *Semeleius Euan.*] id est Bacchus, à Semele matre Semeleius vocatus. Horat. *proles Semeleia.*
Thebanaque mittetur Semeles puer. Ouid. 5. Metamorph.

333 *Euan.*] à Bacchantium Euohe, Euan. dictus & Euius. Horat. Ode 18. l. 1. quæ duo combinat Lucan. 1. *graditur simul Euius Euan.* ĵ. Car. 22.
De hac autem Centaurica rixa. Horat. Ode 18. lib. 1. Higinus. Fab. 33. Lucianus, & reliqui.

334 *Martemque cient.*] Petron. *Et tuba Martem*
Syderibus tremefacta ciet.

335 *Bacchoque rotato.*] vide Lucianum Lapith. Conui. & præterea quæ ad hunc locum, doctè Ioan. Vvoucherem. adde quod ait Varro. l. 4. de lingua. *pateræ eo quòd pateant latinè ita dictæ, hisce etiam nunc in publico conuiuio, antiquitatis retinendæ causa, cùm magistri fiunt, potio circumfertur*, vide Seruium. mallem referre ad thyasos & gyros, quos Bacchæ in Orgiis rotabant, ĵ. hoc Car. *rotat enthea thyrsum Bassaris*, idem Car. 9. *Aram ad thuricremam rotare mystas.* Car. 11. *Bromij rotat orgia.*

338 *Nubigenum.*] Vergil. 7. *Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto.*

Barbaricus resonabat hymen: Scythicisque choreis 220
Nubebat flauo similis noua nupta marito.
Hos ergo, vt perhibent, strauit. crepitabat ad ictus
Cassis, & oppositis hastarum verbera thorax
Arcebat squamis, donec conuersa fugatus
Hostis terga dedit. plaustris rutilare videres 225
Barbarici vaga festa thori, coniectaque passim
Fercula, captiuasque dapes, cirroque madente
Ferre coronatos redolentia serta lebetas.
Illicet increscit Mauors, thalamique refringit
Plus ardens Bellona faces. rapit esseda victor 230
Nubentemque nurum. non sic Pholoëtica monstra
Atque Pelethronios Lapithas Semeleius Euan
Miscuit Æmonias dum flammant Orgia matres,
Et Venerem Martemque cient, ac prima cruentos
Consumunt ad bella cibos, Bacchoque rotata 235
Pocula tela putant, cum crudescente tumultu
Polluit Æmathium sanguis centauricus Othrym.
Nec plus nubigenum celebrentur iurgia fratrum.
Hic quoque monstra domat, rutili quibus arce Cerebri

Defendunt Centauri. item Claudianus
Prostratis rubuit nubigenis Pholoe:
Idem. *Nec plus nubigenas duplex natura biformes.*
Cognatu aptauit equis, ex nube enim ab Ixione compressa geniti finguntur. Hig. c. 62.

239 *Rutili quibus arce cerebri.*] Vitruuius. l. 5. c. 1. & Seneca. de ira. l. 3. c. 26. quos vide.

240 *In frontem coma tracta iacet.*] id est à capite prona, & vt veteres loquebantur *caprona*, de qua veterum Gallorum coma, Polybius, Diodorus, Strab. vnde τριχοχαρέτης Cedreno. ſ. ep. 1. l. 2.

241 *Setarum per damna nitet.*] damna id est decrementa, & detrimenta capillorum, vt infra *damna Lunæ*, vide. Nitet, id est canescit, idem. ſ. l. 8. ep. 9. in Car. de Sicambris occipitio tonsis.

Sic tonso occipiti senex Sicamber, &c.

Senex, id est canus.

243 *Pro barba tenues perarantur pectine cristæ.*] ĵ. Carm. 7.

Ac ferro perarasse genas, vultuque minaci
Rubra cicatricum vestigia defodisse.

244 *Strictius assuta vestes.*] Tacitus de morib. German. *locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ, ac Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente.* ſ. ep. 13. & 20. l. 4. *vestes adstrictæ.*

244. *Procera coercent membra virum.*] de proceritate Germanorum, pręter Tacitum. Vitruuius. l. 7. cap. 1. Tertull. lib. 1. & 2. ad vxorem, & de veland. virginib. Solinus de Germania *diues virorum terra, frequens populis numerosis, & immanibus.* Am. Marcell. l. 27. & alij historici. ĵ. Car. 12.

245 *Patet his altato tegmine poples.*] ĵ. Car. 7. de Gothis. *nec tangere possunt*
Altatæ suram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.

248 *Clypeosque rotare ludus.*] ſ. Carm. 2.
Ludus erat puero raptus ex hoste sagittas.
Festinæ tractare manu.
ĵ. Carm. 7. *albentes nigro sub gutture lunas*
Frangere ludus erat.

250 *Pueriolibus annis.*] Manilius l. 4. *puerilibus annis.*
Succedit teneramque reget sub sede iuuentam. *anni minores.* ſ. ep. 17. l. 5.

253 *Mors obruit illos.*] Cassiodorus in Chronico de Francis ab Aetio fusis. *Felice &*

240 *Ad frontem coma tracta iacet, nudatáque ceruix*
Setarum per damna nitet, tum lumine glauco
Albet aquosa acies, ac vultibus vndique rasis,
Pro barba tenues perarantur pectine cristæ.
Strictius assutæ vestes procera coërcent
245 *Membra virum, patet iis altata tegmine poples,*
Latus & angustam suspendit baltheus aluum.
Excussisse citas vastum per inane bipennes,
Et plagæ præscisse locum, clypeósque rotare
Ludus, & intortas præcedere saltibus hastas,
250 *Inque hostem venisse prius puerilibus annis,*
Est belli maturus amor, si fortè premantur
Seu numero, seu sorte loci, mors obruit illos,
Non timor: inuicti perstant, animóque supersunt
Iam prope post animam. Tales te teste fugauit,
255 *Et laudante viros, quinnam ferat? omnia tecum,*
Te sine multa facit. pugnant pro principe multi.
Quàm timeo, ne iam iste sibi si regna tenebit,
Huic vincas quodcunque domas. nil fata relinquunt
Hic medium. percussor enim si respuis esse,

Taure. Coss. Ætius multis Francis cæsis, quam occupauerant propinquam Rheno partem recepit Galliarum. j. Car. 7.

254 *Animoque supersunt, iam propè post animam.*] de animi & animæ differentia. s. elegans autem est hæc loquẽdi formula, vt veterum Francorum generositatem exprimat, in quorum vultibus post mortem, animi & magnitudinis eorum vestigia supererant, Salust. de Catilina. *ferociamque animi quam habuerat viuus, in vultu retinens,* Florus. l. 3. c. 18. *omnium vulnera in pectore, quidam hostibus suis immortui, omnium in manibus enses, & relictæ in vultibus minæ.* idẽ. l. 4. c. 2. de Crastino. *sic inter cadauera repertus, libidinem ac rabiem qua pugnauerat, ipsa nouitate vulneris præferebat.*

252 *Mors obruit illos, non timor.*] Vitruuius. lib. 1. cap. 6. de Germanis. *Itaque corpora quæ nascuntur sub Septentrione, à febri timidiora & imbecilla, sanguinis autem abundantia, ferro resistunt, sine timore.*

255 *Omnia tecum, te sine multa facit.*] M. Tull. pro Murena. *hic multas res & magnas sine Imperatore gesserat, nullam sine hoc Imperator.* Simili formula Aemilius Probus in Thrasibulo: *primum Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc.* j. Carm. 7.

Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo. vbi plura.

261 *Sidera Chaldæus.*] Curtius. l. 5. init. vide. s. ep. 11. lib. 7.

262 *Si Thessalus eliciet umbras.*] vt eas interroget, num Maiorianus futurus sit Imperator. Thessali autem carminibus Lunam de cœlo deducere credebantur & dæmones euocare. Claudian. in Ruffinum. l 1. *noui quo Thessala cantu Eripiat lunare iubar.* vide Symmachum. ep. 19. l. 7. & Ennodium in vita Epiphanij. Apuleium init. l. 2. vnde *Thessalica persuasio,* Petronio. id est vi coacta voluntas. Zosimus. l. 1.

262 *Colchus.*] veneficij peritissimus. Symmachus, ep. 19. l. 7.

263 *Fulgura si Thuscus.*] j. Carm. 9.

Nec qua fulmine Thuscus expiato,
Septum numina quærit ad bidental.

264 *Si Lyciæ sortes.*] j. Carm. 9. *Non sortes Lyciasque,* &c.

264 *Doctis balatibus Hammon.*] quia, vt ait Arnob. l. 6. *Hammon cum cornibus iam formatur & fingitur arietinis.* j. Carm. 9.

265 *Si sanctum sub Syrte genus*] s. Car. 2. *namque horum quæsiit vnus Cymphia sub Syrte patrum,* vbi de Ioue Hammone ab Alexandro consulto.

Seruus eris.certè recto si tramite seruat 260
Sidera Chaldæus,nouit si gramina Colchus,
Fulgura si Thuscus,si Thessalus elicit vmbras,
Si Lyciæ sortes sapiunt,si nostra volatu
Fata loquuntur aues.doctis bilatibus Hammon
Si sanctum sub Syrte gemit,si denique verum 265
Phœbe,Themis,Dodona canis,post tempora nostra
Julius hic Augustus erit, coniunctus amore
Præterea est iuueni grandis quem spiritus armat
Regis aui, quò te vertas?ad culmina mundi
Hic fatum fert,ambo animum.consurge,simúlque 270
Aggredere ignaros.neutrum mactare valebis,
Si iubeas vtrunque mori:sed necte dolosas
Blanditias,vni ferro tamen iste petatur.
Quid loquor incassum?nihil est quod tanta cauemus.
Vt regnet victurus erit.Commotus in iras 275
Ætius,sic pauca refert.Compesce furentis
Impia vota animi.mortem mandare valebo
Insontis?taceam nostri,quisquámne precatur
Vt sine criminibus crimen fiat bene nasci?
Ad pœnam quis fata vocet?tua viscera ferro 280
Maioriane petam,Phœbus si nocte refulget,
Luna die,duplex ponto si plaustra nouatur
Parrhasis,Athlantem Thanais,si Bagrada cernit
Caucason,Hercinij nemoris si stirpite lintris
Texta Nabathæum pro Rheno sulcat Hidaspem, 285
Si bibit Hispanus Gangem,tepidísque ab Erythris

366 *Post tempora nostra.*] Tribus post Actij mortem annis Maiorianus leuatus est Imperator. Cassiod.& Marcell. Comes.in Chron.

367 *Iulius hic Augustus erit.*] id est Maiorianus, qui Iulius est dictus. Inscriptio huius Car.

369 *Regis aui.*] à matre, nam s̄. paterni aui meminit, qui fuit Magister vtriusque militiæ.

369 *Ad culmina mundi.*] id est ad imperium Occidentis, vide. s̄.cp. vltimam. l. 1. & ea quæ notaui.

370 *Hic fatum fert.*] scilicet Maiorianus, s̄. hoc Carm. *& mundo princeps, sic sæcula poscunt Maiorianus erit.*

370 *Ambo animum.*] Maioriani pater, & Maiorianus, ad imperium adspirant.

364 *Quid loquor incassum nihil est quod tanta cauemus.*] Sic ex mss. legendum est rectè, & recta sententia, cui similis est illa Marci Imperatoris de Auidio Cassio. *Si ei diuinitus debetur imperium, non poterimus interficere,etiam si velimus,sin minus ipse sponte sua fatales laqueos incidet sine nostra crudelitate.* Capitolinus, idem Attila in orat.ad Hunnos, apud Iornandem.

377 *Mortem mandare valebo insontis?taceam nostri.*] sic ex mss. Cla.& Clu. dispunge, taceam nostri, id est tacebo nostri.i.proximi & affinis Maioriani. s̄.e.12.l.4.*taceam vestros.*valebo & taceam mutata coniungatione,idem. s̄. cp.24.l.4. *quod & annuum solutioni spatium prorogabo,& superpositam medietatem quæ per vsuræ nomen accreuit indulgeam.*idem j̄.hoc Car.*iam iam studeam pensare pruinas. Aestatem sub Syrte dabo.* Vide s̄.ep.14.l.7.in fine.& j̄.Car. 13. Vet.Interp. Iuuenal.Saty.9.ver.139.*figam aliquid constituam,cōponam,habeā,* post,*aut,habeam,vbi maneā,aut supra quod incūbā senex.*

379 *Vt sine criminibus crimen fiat bene nasci.*] aurea sententia, Maiorianus autem erat probis atque probatis moribus,& vir emendatioris vitæ. Procopius de bello Vvandalico l.1.s̄.dixit *insontis*, Ennodius de sepulchro Maioriani.

Cum præstat grauior bustum fortuna petitum *Contulit exuuiis Maioriane tuis.*
Nunc indignus pyramidum sors prospice moles, *Vilia principibus linque sepulchra piis.*

Sic emendo,quæ inemendata leguntur in libris Ennodij vulgatis. Eiusdem argumenti sunt Epigrammata duo.l.3. Epigram. vett quorum vnum Varronis est,alterum quod sequitur,innominati scriptoris,quæ vide.

Ad Tarteßiacum venit Indus aquator Iberum:
Si se Pollucis perfundit sanguine Castor:
Thesea Pirithous, Pyladem sistrauit Orestes
290 *Vel furibunda manus, raperet cùm Taurica sacra*
Matricida pius. Sed ne spreuisse dolorem
Fortè tuum videar, viuat, careátque parumper
Militia. Heu nobis potuit, nisi triste putasses
Fortunam debere suam. Sic fatur, & illum
295 *Rure iubet patrio suetos mutare labores,*
Fatorum currente rota, quo disceret agro,
Quid possederem maneat, quos denique mores
Ius ciuile paret, ne solam militis artem
Ferret ad imperium, suspenderat ilicet arma
300 *Emeritus iuuenis, sterilis ieiunia terræ*
Vomere fœcundans, sic quondam consule curuo
Vertebas campos, paulum si pace sequestra
Classica laxasses, fortis cui læua regebat
Stiuam post aquilas, humili dum iuncta camino
305 *Victoris fumum biberet palmata bubulci.*
Principis interea gladio lacrymabile fatum
Clauserat Aetius, cuius quo tutius ille
Magna Palatinis coniungeret agmina turmis,
Euocat hunc precibus, sed non se pœna moratur
310 *Sanguinis effusi: numerum collegerat ergo,*
Non animum populi. ferri mala crimina ferro
Soluit, & in nostram post concidit ille ruinam,
Iam tunc imperium præsentis principis aurea
Voluebant bona fata colu: sed publica damna

380 *Si se Pollucis.*] paria amicorum numerat de quibus idem. j. Propemptico ad libellum, & Claudian. in Ruffinũ. l. 1. *Pirithoũ fugeret Theseꝰ, essé sui Orestē Desereret Pylades, odisset Castora Pollux.*

390 *Taurica sacra.*] peregrini hospites, qui intra Tauricos fines deuenerant, Dianæ sacrificabantur, quomodo autem Taurica sacra rapuerit Orestes, præter Euripidem, & reliquos poetas. Higin. 120.

391 *Matricida pius.*] Orestes. Auson. de Cæsaribus *Matricida Nero,* De quadictione Probus in Epaminonda. Gloss. vett. μητραλοίας. *matricida.* Martianus Felix. l. 5. *à simili, vt quia patris interfector, culleo insuitur, hac pœna manere debeat matricidam.* Greg. Tur. l 3. c. 31. hist. nec hanc vocem Cicero respuit.

393 *Ius ciuile paret.*] s̄. ep. 17. l. 4. vide quæ notaui, & adde Maiorianum iuris studiosum fuisse, cuius posteà conditor fuit. Nouellæ Maioriani.

393 *Emeritus iuuenis.*] *Lusit & emerito iuuenis veteranus in auro.* s̄. Car. 2.

396 *Sterilis ieiunia terræ, &c.*] emeritorum exercitium agros colere. s̄. epist. 6. l. 1. vide quæ notaui ad hæc, *quod tu iuuentutis exercitium appellas, hoc est otium veteranorum.*

396 *Ieiunia terræ.*] Columella in horto. *Armentiue fimo satures ieiunia terræ.* D. Ambros. Valentiniano. A *nam quæ solebat tutior esse ieiunio, fœcunditate in se hostem excitauit,* s̄. ep. 10. l. 8 *velut arida cespitis macri gleba ieiunat.*

402 *Vertebas campos.*] vide s̄. ep. 8. lib. 8. Ibidem quæ notaui & j. Car. 7.
vel pando pronus aratro *Vertit in excoctam per pinguia iugera glebam.*

402 *Si pace sequestra.*] i. induciis. Vergil. lib. 11.
Bis senos pepigere dies, & pace sequestra.
Aldelmus de laudibus virginitatis cap. 21. *dicens se spreta pace sequestra letho tenus pugnaturum.*

403 *Cui læua regebat stiuam.*] s̄. ep. 8. l. 8. *cum regas stiuam. stiua, manubrium aratri.* Isidori Glossæ. mss.

Inuidiam fugêre viri, quicunque fuerunt 315
Nomen in Augustum lecti, tenuêre relictum
Cæsaribus solium. postquam tu capta laboras,
Hic quod habet fecit. Traianum Nerua vocauit,
Cum pignus iam victor erat, Germanicus esset
Ut titulis, meritis fuerat: res ordine currit. 3:0
Hanc ambit famam, quisquis sic incipit olim,
Post Capreas TyberI, post turpia numina CaI,
Censuram ClaudI, citharam thalamósque Neronis
Post speculi immanis pompam, quo se ille videbat,
Hinc turpis quod pulcher Otho: post quina Vitelli 325
Millia famosi ventris damnata baratro.
Iis titulis princeps lectus, similíque labore
Vespasianus erat. Sed ne fortasse latronis
Me clausam virtute putes, consumpsit in illo
Vim gentis, vitæ vitium, Scythicam feritatem. 33●
Non vires sed vota tenent, spoliísque potitus
Immensis, robur luxu iam perdidit omne,
Quo valuit dum pauper erat. mea viscera pro se
In me nunc armat. laceror tot capta per annos

404 *Principis interea gladio, &c.*] scilicet Valentiniani. Prosper, *Cum ergo Ætius placita instantius repetit, & causam filij communis (scilicet Gaudentij) agit, Imperatoris manu & circumstantium gladiis crudeliter confectus est*, &c. Cassiod in Chron. *Ætius patricius in palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus est.* ꝫ. Car. 7. *Ætium Placidus mactauit semiuir amens.* vbi plura.

409 *Magna palatinus coniungeret agmina turmis.*] magnam enim post Ætij mortem multitudinem ducum, Romam Valentinianus euocauit, de qua Prosper, de morte Valentiniani. *& nullo ex multitudine regia, ad vltionem tanti sceleris accenso*, idem paulò antè, *adeò vt interfecti Aetij amicos armigerosque eius sibimet sociaret*, & Freculphus. l. 5. c. 15. tom. 2. paulò post *numerum collegerat ergo*

Non animum populi.

410 *Euocat hunc precibus.*] euocandi verbo proprie vtitur, Symmac. epi. 52. lib. 3. *ad obsequia auspicij Consularis D. Valentiniani euocatus.* Cassiod ep. 34. lib. 7. *quapropter ad Comitatum nostrum iussis te præsentibus euocamus.* Isidori Gloss. mss. *Euocati, acciti, accersiti.* item *exciti, euocati.* Lupus Ferrariensis ep. 78. ad Pardulphum. *sacris dominus regis non sum euocatus*, à quo *euocatoria* ꝫ. ep. 12. l. 8.

412 *Ferri mala crimina.*] hic Valentinianus Nouella de Homicidiis. *criminosos quidem auersamur omnes, & præcipuè humano cruore pollutos*, &c.

412 *Ferro soluit.*] Valentinianus enim sequenti anno ab Aetij satellitibus occisus est. Marcell. Comes in Chro. Coss. Valentiniano. VIII. & Anthemio. *Valentinianus princeps dolo Maximi patricij, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per Ostilam & Transtilam Aetij Satellites, iam percusso Heraclio spadone, truncatus est.* idem Iordanes de successione regnorum, ex Marcell. Comite. Prosperi Chronicon: *mortem Aetij mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est* &c. Et ex eo Freculphus. l. 5. c. 15. tom. 2. vide Cassiod. in Chron. Euagr. hist. Eccles. lib. 2. c. 7. Iornand. de rebus Geticis. cap. 45. Zonaram tomo. 3. in Marciano. & Constantinum Manassem in Annalibus. De eius morte variant veteres, Prosper. *qui* (Aetij armigeri) *-gressum extrà vrbem principem & ludo gestationis intentum, inopinatis ictibus confoderunt.* Marcell. Comes, Cassiod. & Iornan. de success. regno. *in campo Martio, pro tribunali sedens, occisus est, dum concionatur ad populum.* Greg. Turon. l. 2. hist. c. 8. *ab Occylla bucellario Aetij.* eod. Greg. auctore, *per Ostilam & Transtilam Aetij satellites.* Marcell. Comes & ex eo Iornandes de success. regnor. *à Trasila Aetij milite.* Paul. Diacon. in Martiano & Valentiniano. & Sigebertus. Intrà palatium à Maximo patricio confossum tradidit Zonaras falsò.

335 *Iure suo, virtute mea: fœcundáque pœnis*
Quos patiar pario. propriis nil conficit armis.
Getulis, Numadis, Garamantibus, Autholoïsque,
Auxuge, Marmarida, Psyllo, Nasamone timetur,
Segnis: & ingenti ferrum iam nescit ab auro.
340 *Ipsi autem color exanguis, quem crapula vexat,*
Et pallens pinguedo tenet, ganeáque perenni
Pressus acescentem stomachus non explicat auram,
Par est vita suis, non sic Barchæus opimam
Hannibal ad Capuam periit, cùm fortia bello.
345 *Inter delicias mollirent corpora Baiæ:*
Et se Lucrinas quà vergit Gaurus in vndas
Brachia Mussylus iactaret nigra natator.
Atque ideo hunc dominum saltem post sæcula tanta
Vltorem mihi redde, precor, ne dimicet vltrà.
350 *Carthago Italiam contra. Sic fata dolore*
Ingemuit, lacrymísque preces adiuuit obortis.
Iis hæc Roma refert. Longas succinge querelas,
O deuota mihi vindex, tibi nomine diuum
Maiorianus erit, sed paucis pauca retexam.

413 *Et in nostram post concidit ille ruinam.*] mss. Clu. Cla. & Pit. Pe. *in vestram plus*, vtraque electio recta est, Roma enim euersa fuit, si Euagrio fides, cui tamen reliqui historiæ scriptores refragantur, qui in id conspirant, Romam per quatuordecim dies spoliatã & direptam fuisse à Genzerico, qua victoria insolentior in Africam magnam vim auri & argẽti spoliorũque inuexit, & captiuorum innumerũ numerum Carthaginẽ abduxit. Prosper. Euagr. Marcell. Comes, & reliqui, quos vide s. ep. 13. libr. 2. vbi nos plura. & j. Car. 7. quæ victoria cessit in ruinam Africani & Romani orbis. atque ita defendi potest vulgata lectio, adde quod Genzericus in Africam redux omnes ciuitates præter Carthaginem solo æquauit. Procop. l. 1. de bello Vuand. & totius Africæ ambitum obtinuit. Victor Vticensis. lib. 1. quas ad hoc vsque tempus Valentinianus defenderat. eod. auct.

414 *Iam tunc*, &c.] id est tunc Maiorianus Imperator esse debuerat, vt bono Reip. natus, publica damna auerteret, quæ decessoribus suis contigerunt.

416 *Nomen in Augustum lecti.*] id est Maximus, de quo s. ep. 13. l. 2. & j. Car. 7. post eum Auitus, qui leuatus est Imperator. j. Car. 7. cui successit Maiorianus.

417 *Postquam tu capta labores.*] id est tu Roma à Genzerico capta. s. Car. 2. & hoc Car. 5. Car. 7. vide. ep. 13. l. 2.

418 *Traianũ Nerua vocauit.*] Plinius in Paneg. Traiani, Dio, & Aurel. Victor. in Nerua, & in Traiano. & Spartianus in Hadriano. init. Nerua enim Traianum in filij locum, inque partem Imperij adoptauit. Victoris epitome. j. Carm. 7.

mihi reddere Nerua
Cepit adoptiuo factus de Cæsare maior. vbi plura.

419 *Germanicus esset vt titulo.*] Plin. in Paneg. vetus numisma. IMP. CAESAR. NERVA. TRAIANVS. GERM. P. P. TRIB. Cos. 11. als passim in vett. Inscriptionibus, & numismatis.

421 *Post Capreas Tiberi.*] insulam septam vndique præruptis immensæ altitudinis rupibus, & profundo maris, monstruosis Tiberij libidinibus infamem. Suet. c. 40. & 43. Tacit. Annal. lib. 4. j. Car. 7. *Capreasque Tiberi.*
De qua insula Seneca. epist. 77.

423 *Censuram Claudi*] *Claudi censura secuta est.* j. Car. 7.

423 *Cytharã thalamosque Neronis.*] Suet. Tac. Petro. Iuuc. & Sulpici9 Seuerus hist. l. 2.

424 *Quo se ille videbat.*] *Quo se ille videbat Armatum.* Iuuen.

Ex quo Theodosius communia iura fugato 355
Reddidit autoris fratri, cui guttura fregit,
Post in se vertenda manus, mea Gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis, ignaráque seruit.
Ex illo multum periit, quia principe clauso,
Quicquid erat miseri diuersis partibus orbis, 260
Vastari solenne fuit, quæ vita placeret,
Cum rector moderandus erat? contempta tot annos
Nobilitas iacuit. pretium respublica forti
Rettulit inuidiam: princeps hæc omnia noster
Corrigit, atque tuum vires ex gentibus addens, 365
Ad bellum per bella venit. nam maximus isse est,
Non pugnasse labor. terimus cur tempora verbis?
Peruenit, & vincit. Tali sermone peractum
Concilium est, verbísque Deæ famulante metallo,
Aurea concordes traxerunt fila sorores. 370
Hos me quos cecini Romæ Lybiæque labores,
Vota hominum docuêre loqui. iam tempus ad illa
Ferre pedem, quæ fanda mihi vel Apolline muto.
Pro Musis Mars vester erit. Conscenderat Alpes,
Rhæthorúmque iugo per longa silentia ductus, 375
Romano exierat populato, trux Alamannus.
Pérque cani quondam dictos de nomine campos,
In prædam centum nouies dimiserat hostes.
Iámque magister eras, Burconem dirigis illò
Exiguas comitante manu. sed sufficit istud, 380
Cum pugnare iubes, certa est victoria nostris
Te mandasse acies. peragit fortuna triumphum,
Non populo, sed amore tuo. nolo agmina campo.

428 *Vespasianus.*] ī.Car. 7.
Lassam post inclitus armis Vespasianus habet.

428 *Latronis.*] id est Gézerici s̄.Car. 2.
Pyratam per rura vagum. hoc Car.
Hic prædo & dominis extinctis, &c rapax, Vict. Vtic. lib. 1. ī.Car. 23.

430 *Scythicam feritatem.*] s̄.Car. 2. *Sed Scythicæ, vaga turba plagæ feritatis abundans.*

431 *Spoliisque potitus immensis.*] *Roma enim per quatuordecim dies secura & libera scrutatione, omnibus opibus suis vacuata est.* Prosper. Victor Vticensis. l. 1. & Isidorus in Chro. Vvand. Iorn. de rebus Get. & de success. regno.

432 *Immensis.*] gasam siquidem imperatoriam nauibus exportauit, tegulas Iouis Capitolini æreas auri laminis inductas, statuas, signa corynthia, Cymelias, & aurea donaria, vasa è xēplo Hierosolymitano à Tito allata, & preciosa omnia. Procop. lib. 1. de bello Vvandal. Et Zonaras in Marciano. tom. 3. & Victor Vticensis de persecut. Vvandalica. lib. 1. *Et simul exinde regum multorum diuitias cum populis captiuauit.*

434 *Laceror tot capta per annos.*] scilicet vndeuiginti. Prosper, Marcell. & Cassiod. in Chro. à capta Carthagine. Victor Vtic. quintodecimo regni Genzerici anno Romam captam scribit. lib. 1. nisi mendū subsit.

435 *Virtute mea.*] proditione scilicet Bonifacij Comitis Africani. Procop. l. 1. de bello. Vvand. Prosper. in Chro. & reliqui. ī. Car. 9.

436 *Quos patior, pario.*] Genzericus enim susceperat filios Genzonium, Honoricum, & Thedericum, qui Honoricus, ex Placidia Valentiniani filia suscepit Hildericum, atque ita Africa pariebat, quos passura erat imposterum Africæ incubatores. Victorem. l. 2. vide, & Procop. l. 1. de bello Vvandal. Zonaram, in Iustiniano. Isidorum in Chron. Vvandal. in quo multa erronea, & diiecta leguntur. adde quod Genzonius, vel vt (ait Procopius) *Genzo* filios habebat, atque etiam Thedericus filium, quos Honoricus interfecit, & Thedericum relegauit. Victor Vtic. l. 2.

Quò mittis paucos, fœlix te respicit iste
385 *Euentus belli, certatum est iure magistri,*
Augusti fato. Nuper post hostis aperto
Errabat lentus pelago, postquam ordine vobis
Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia miles,
Et collega simul. Campanam flantibus austris
390 *Ingrediens terram, securum milite Mauro*
Agricolam aggreditur, pinguis per transtra sedebat
Vandalus, operiens prædam, quam iusserat illuc
Captiuo capiente trahi, sed vestra repentè
Inter vtrunque hostem dederant sese agmina planis
400 *Quæ pelagus collémque secant: portúmque reducto*
Efficiunt flexu fluuij. Perterrita primùm
Montes turba petit, trabibus qua clausa relictis,
Prædæ præda fuit, tum concitus agmine toto,
In pugnam pyrata coit. pars lintre cauata
405 *Iam dociles exponit equos: pars ferrea texta*
Concolor induitur, teretes pars explicat arcus,
Spiculáque infusum ferro latura venenum,
Quæ feriant bis missa semel. iam textilis anguis
Discurrit per vtramque aciem, cui guttur adactis

437 *Getulis, Numidis.*] Africæ prouinciis, de quibus præter Aethicũ, Ptolem. Anton. & veteres. Victor Vtic. lib. 1. de Genzerico. *sibi Iacenam, Abaritanam, atque Getuliam, & partem Numidiæ reseruauit.* vide Nouellam Valentiniani de tribut. fiscalibus.

437 *Garamantibus*] vide Ptolem. l. 4. c. 6. Aethicũ in Cosmographia, in fine, & Antonini. Itin. de quibus Plin. Strab. Soli. Mela.

437 *Autholoisque.*] sic mss. omnes & vet. Vineti liber Aurololisque, *Autololes*, Plinio. Solino. Sillio & Claudiano, Αὐτόλαται. Ptolemæo. l. 4. c. 6. *exceptes Aulolum* Aethico in fine Cosmogr. Hieronymo Aethici interpreti *Galaudæ*. Isidoro *Gaulanes*, Africæ populi. Claudian. Paneg. 1. Stiliconis.

438 *Arzugæ.*] sic mss. Clu. Cla. Pet. & Vet. liber rectè. Aethicus in Cosmog. *Tripolis Prouincia, quæ est & Subuentana, vel regio Arzugum, vbi Leptis magna ciuitas est, qua Arzuges per Africæ limitem generaliter vocantur.*

438 *Marmaridæ.*] Ptolem. l. 4. c. 6. Mela. Itiner. Anton. populi Lybiæ Interioris.

438 *Psyllo.*] Psylli Africæ populi, Nasamonibus contermini, ex Herodoto Gellius. l. 16. c. 11. Plin. l. 18. c. 3. Solinus. contra noxium serpentum virus naturaliter muniti. Arnob. l. 1. Orosius. lib. 6. c. 19. & reliqui.

438 *Nasamone.*] Nasamones psyllis contermini, Herodotus. l. 4. de his Ptolemæus. Plin. & reliqui.

439 *Et ingenti ferrum iam nescit ab auro.*] *Genzericus enim capta Carthagine, proposuit decretum, vt vnusquisque auri, argenti, gemmarum, vestimentorumque preciosorum quodcumque haberet, afferret: atque ita in breui, auitas atque paternas opes tali industria abstulit rapax.* Vtic. l. 1. *posteà: Romam cepit, & preciosis omnibus spoliauit*, eod. auct. vide s̃. ad extremum. per Cãpaniam sese effundens nobilissimas vrbes diripuit. Gregorius Magnus l. 3 c. 1. & 2. Dialog. Sicque ditatus Italiæ opibus, ad Africam regressus est. Paulus Diacon. in Marciano. & Valentiniano. sub finem. quibus immensis opibus ebrius, ferrum retractabat, & otio & voluptati indulgere satagebat, Iornand. c. 47.

441 *Et pallens pinguendo tenet.*] s̃. ep. 13. l. 3. de ganeone & parasito sui temporis conclamatissimo, *tota denique est misero facies ita pallida*, & c. j̃. hoc Carm.
Vandalus, pinguis per transtra sedebat.

441 *Ganeaque.*] s̃. ep. 9. l. 1. in fine *quia disruptum geneæ stomachum*, & c. vide notata.

Turgescit Zephyris: patulo mentitur hiatu 410
Iratam pictura famem: pannóque furorem
Aura facit, quotiens crassatur vertile tergum
Flatibus, & nimium iam non capit aluus inane.
At tuba terrisono strepuit graue rauca fragore,
Responsat clamor lituis, virtúsque repentè 415
Ignauis vel parua furit. cadit vndique ferrum,
Hunc tamen in iugulos. hunc torta falarica iactu
Præterit ad mortem vix cessatura secundam.
Hunc conti rotat ictus. equo ruit aclide fossus
Ille, veróque alius iacet hic simul alite telo; 420
Absentem passus dextram. pars poplite secto,
Mortis ad inuidiam viuit, partémque cerebri
Hic galeæ cum parte rapit, fortíque lacerto
Dissicit ancipiti miserabile sinciput ense.
Vt primum versis dat tergum Vandalus armis, 425
Succedit cædes pugnæ discrimine nullo.
Sternuntur passim campis, & fortia quæque
Fecit iners trepidante fuga, mare pallidus intrat,
Et naues pertransit eques, turpíque natatu

Vandali autẽ Afrorum vitiis infecti, Africæ deliciis diffluebant. Saluianus. l. 7. sub finem, à luxuria tamen Afris innata abstinuerunt. Ibid.

342 *Pressus acescentem stomachus non explicat auram.*] id est putidos & acescentes spiritus, Lucillius. 3. *Exhalas tum acidos ex pectore ructus.* *Acidæ ructationes*, Cœlio Aurelian. l. 5. c. 8. tardar. pass. D. Hieron. ad Furiam. *egessisti acescentes, & morbidos cibos.* S. ep. 13. l. 3. *taceo quod alarum specubus hircosis atque acescentibus.* vide notas.

343 *Barchæus.*] gentilitium nomen. S. Carm. 2. de Asdrubale.

Improbus vt rubeat
Barchina clade Metaurus.

vide notas.

344 *Cum fortia bello inter delitias mollirent corpora Baiæ.*] præter Liuium, & ex eo reliquos historicos, Senec. epist. 51. *vim Hannibalis hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum, eneruauerunt fomenta Campaniæ, armis vicit, vitiis victus est.* Prudentius contrà Symmachum. lib. 2.

Baianis resolutus aquis durissima luxu
Robora destituit, ferrumque libidine fregit.

Vnde eleganter Petrus Chrysologus. ser. 41. *bella gentium legimus superasse quamplurimos, quos tamen pugnas carnis legimus non vicisse: & audiuimus eos dedisse delictis pectora, qui dorsa hostibus non dederunt. Proh dolor victores gentium vitiorum fuisse captiuos: nationum dominos turpi seruiisse criminibus seruitute, stetisse inter sæuientes gladios, & inter eneruata lenocinia corruisse,* &c.

346 *Et se Lucrinas qua vergit Gaurus in vndas.*] vide Cassiod. l. 9. ep. 6. *Gaurus mons Campaniæ.* Vibius. Lucrinus etiam Campaniæ natura loci deliciosus & amœnus, veterumque scriptis celebris. S. Car. 18. qui propter amœnitatem nomen dedit Campanæ luxuriæ. Am. Marcell. lib. 14. *Campana lasciuia.*

347 *Brachia Massylus iactares nigra natator.*] id est Hannibal Africanus. brachia nigra, id est æstu caloris adusta, & torrida. S. Car. 7. *Massyla phalanx.*

348 *Atque ideò hunc dominum.*] id est Maiorianum Imperatorem. dominum, id est Imperatorem. S. ep. 1. l. 2. *indicis vt dominus*, vide quæ notaui.

349 *Ne dimicet vltrà, Carthago Italiam contrà.*] hemistichium. Verg. 1. Æn. *Carthago Italiam contrà.*

Dimicabat autem Carthago Italiam contrà, cum Genzericus crebris incursibus Italiam infestaret, & popularetur. S. Car. 7. vbi plura. Quæue anteà Romæ æmula, semper Italiæ infensa fuit. *Saluian. lib. 7.* S. Car. 7.

350 *O deuota mihi vindex.*] Africa Romæ deuota annis DXXCV. Prosper in Chron.

430 *De pelago ad cymbam rediit. Sic tertia Pyrrhi*
Quondam pugna fuit: cæsis cum millibus illum
Dentatus premeret, lacera vix fragmina classis
Traxit in Epirum, qui Chaonas atque Molossos,
Qui Thracum Macedúmque manus per littora vestra
435 *Sparserat, & cuius vires Oenotria pallens,*
Ipsáque, quæ petiit, trepidauerat vncta Tarentus.
Hostibus expulsis, campum qui maximus extat
Iam lustrare vacat. videas hic strage sub illa,
Vtrorumque animos. nullus non pectore cæsus
440 *Quisquis vester erat. nullus non terga foratus*
Illorum quisquis. clamant hoc vulnera primi
Prædonum tum fortè ducis, cui regis auari
Narratur nupsisse soror, qui puluere cæco
Clausus, & elisus pilis, vestigia turpis
445 *Gestat adhuc probrosa fugæ. sic agmina vestra*
Cum spoliis campum retinent, & Marte fruuntur.
Interea duplici texis dum littore classem
Inferno superóque mari, cadit omnis in æquor
Sylua tibi, nimiúmque diu per vtrumque recisus

quæ per Comites Romanos regebatur. Notit. Imperij. s̄. Carm. 2. ĵ. Carm. 7.

452 *Succinge querelas.*] i. breuiter expedi. *succingere lites*, Cõsult. veteris I. c. *succinctim*, Cl. Mamerco. in præf. de statu ani. *dictio succincta*. Patricius Dinamius in hist. S. Maximi, & s̄. c. 3. l. 4 *somni succincti*. ĵ. Car. 16. *succincta mentio*. l. 7. in fine Concio. ĵ. Car. 7. *succinctum diploma*.

455 *Ex quo Theodosius cõmunia iura fugato reddidit auctoris fratri.*] Theodosius Magnus, fugato Valentiniano, & per Maximum Treuirẽsem Italia expulso, & in Orientẽ ad Theodosiũ defugo, imperiũ restituit, Maximo intrà Aquileiã capto, & occiso, August. de Ciuit. Dei. l. 5. c. 26. Pacatus in Paneg. Theodosij, Orosius. l. 7. c. 34. Paulinus in vita D. Ambrosij. Prosper in Chron. Victoris epitome, & Zonaras. tom. 3. Freculphus. l. 4. c. 28. to. 2.

456 *Reddidit auctoris fratri.*] auctoris, id est Gratiani, qui Theodosium Magnum Sirmij purpuram induit, & constituit Orientis Imperatorem, s̄. hoc Car.

nam Theodosius quo tempore Sirmi
Augustum sumpsit nomen. vide notas & adde Sozomenum. l. 7. c. 4. Zonaram, in Gratiano. to. 3. & Prosperum init. Chronici. Zosimum. lib. 4.

456 *Fratri.*] id est Valentiniano Gratiani Aug. fratri. D. Ambr. ep. 27. & 30. Orosi. l. 7. c. 32. & D. Aug. de Ciuit. Dei. l. 5. c. 25. & 26.

456 *Reddidit.*] id est imperium restituit, D. Ambr. ep. 34. ad Theodosium. *quod eum non solum regno reddidisses, sed etiam, quod est amplius, instituisses fidei, & pietatis tuæ disciplinis.* Prosper, *Theodosium cum exercitu ad Italiam transgrediens, Maximum interfecit, & Valentinianum proprio regno reddidit.*

456 *Cui guttura fregit, post in se vertenda manu*] Cui, id est Valentiniano Gratiani germano. *guttura fregit.* id est strangulauit. *post in se vertenda manus*, id est Arbogastis manus, quam in se posteà vertit Argobastes, qui se Eugenio Tyranno victo & occiso, manu sua perculit. & hæc ita interpretanda sunt.

456 *Guttura fregit.*] id est strangulauit. s̄. Car. 2. *Et quem spectabat fracturus guttura lictor,* Iul. Firmicus. l. 1. c. 3. de Scipione. *post dictaturæ irreprehensibiles actus, intrà priuatos parietes domesticorum insidiis, acerbo mortis cruciatu, & nefariis frangentium gulam manibus oppressus priuata quodammodò animaduersione confectus est.* Marcell. Comes. in Chronico: *Longino II. & Fausto Coss. Zeno. Imp. Pelagij gulam in insula quæ Paganorum dicitur, laqueo frangi præcepit.* Symmach epist. 46. l. 2. *Saxonum fractas sine laqueo fauces,* &c. Victoris Epitomastes. in Maximiano. *fractis laqueo ceruicibus.*

Appennine latus, nauslique arbore diues, 450
Non minus in pelagus nemorum, quàm mittis aquarũ.
Gallia continuis quanquam sit lassa tributis,
Hoc censu placuisse cupit, nec pondera sensit,
Quæ prodesse probat: non tantis maior Atrides
Carpathium texit ratibus, cùm Doricus hostis 455
Sigæas rapturus opes, Rhetéia clausit
Pergama: nec tantæ Seston iuncturus Abido
Xerxes classis erat, tumidas cum sterneret undas,
Et pontum sub ponte daret, cùm stagna superbo
Irrupit temerata gradu, turmæque frequentes 460
Hellespontiaco persultauêre profundo.
Nec sic Leucadio classis Mareotica portu
Actiacas abscondit aquas, in bella mariti
Dum venit à Phario dotalis turba Canopo:
Cum patrio Cleopatra ferox circundata sistro 465
Milite vel piceo fuluas onerata carinas,
Dorida diffusam premeret Ptolemaide gaza.
Hoc tu non cultu pugnas, sed more priorum,
Dite magis ferro, merito cui subiacet aurum.

456 *Guttura fregit.*] Prosper in Chronico. *Archadio .iĩ. & Ruffino. Coss. Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus, laqueo apud Viennam periit.* Cassiod. *Valentinianus vitæ tædio apud Viennam laqueo periit.* idẽ Ruffinus Hist. Eccle l. 2. c. 31. Zonaras. in Valentiniano. Sigebert⁹, quod ab Historiæ veritate alienum est, nam Arbogastis insidiis strangulatus fuit Valentinianus. Orosius. l. 7 c. 35. *Igitur Valentinianus iunior regno restitutus, extincto Maximo, post vbi cum tranquilla Rep. in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogastis Comitis sui (vt ferunt) strangulatus, atque vt voluntariam sibi consciuisse mortem putaretur, laqueo suspensus est.* idem ex Orosio Paulus Diaco. in Theodosio. & Freculphus lib. 4. c. 28. tom 2. quod vero verius esse satis adstruunt Socrat. l. 5. c. 25. & Sozomenus. l 7. c. 32. Nicephorus. l. 12. cap. 38. & Histo. Tripart. l. 9. c. 45. Marcell. Comes: *Tatiano & Symmacho Coss. Valentinianus Imp. apud Viennam dolo Arbogastis strangulatus interiit Idibus Maiis.* Vet. Chronogr. ms. *Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit.* Gladio Arbogastis cõfossum fuisse traddit Zosimus l. 4. hisque omnibus validius argumentum est epistola D. Ambrosij 14. ad Theodosium, de Valentiniani obitu, & eius sepultura, quæ Valentinianum Catholicum testatur, licet nedũ Christianum, & ideò quia exors erat baptismatis, vt idem ait, cui tamen sepeliendo porphyreticum labrum Mediolani esse, quo eius exuuiæ clauderentur ad Theodosiũ scripsit, sepulturæ sacris indignus si mortem sibi consciuisset. D. Hiero. ad Heliodorum, *adolescens Valentinianus, & penè puer, post fugam, post exilia post recuperatum multo sanguine imperium, haud procul ab vrbe fraternæ mortis conscia, necatus est, & cadauer exanimum suspendio infamatum.*

457 *Post in se vertenda manus.*] Arbogastes manu qua Valentinianum strangularat, se postmodum perculit, Zosimus in fine. l. 4. conscius scilicet, & auctor mortis Valentiniani, atque ita de misericordia Theodosij desperans, Socrates hist. Eccl. l. 5. c. 25. Sozomenus l. 7. c. 24. Orosius. l. 7. cap. 35. *Arbogastes sua se manu perculit*, eadem verba infigit Marcell. Comes in Chro. & Freculphus. l. 4. c. 18. tom. 2. Paulus Diac. *sua se manu percussit* ait in Theodosio. vide Nicephorum. l. 10. c. 39. hist. Tripar. lib. 10. c. 4 in fine. Obiter emẽda Iornandem de success. regno. qui ait Eugeniũ, occiso Arbogaste, sua se manu peremisse. quod historiæ refragatur. lege ergo, *Quo occiso Arbogastes desperans sua se manu peremit.* Quo (scilicet Eugenio) sicque cum reliquis sentiet verè. Id autem accidit, Consulatu Archadij. III. Honorij. II. Socrates, Mar. Comes. & Hist. Tripart. vbi s.

470 Diuitis ignaui tales ne sperne rebelles.
Etsi non acies, decorant tamen ista triumphos,
Nec me Lagaam stirpem memorasse pigebit
Hostis ad exemplum vestri. namque auguror iisdem
Regnis fortunam similem. cum luxus in illa
475 Parte sit aequalis, nec peior Caesar in ista.
Ilicet aggrederis quod nullus tempore nostro
Augustus potuit, rigidum septemplicis Istri
Agmen in arma rapis. nam quicquid languidus axis
Cardine Sithonio sub Parrhasi parturit Vrsa,
480 Hoc totum tua signa pauet. Basterna, Sueuus,
Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Alanus,
Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,
Bisalta, Ostrogothus, Procrustes, Sarmata, Moschus
Post aquilas venêre tuas. Tibi militat omnis
485 Caucasus, & Scythica potor Tanaiticus vndae.
Quid faciat fortuna viri? quascunque minatur
Has tremuit iam Roma manus: modo principe sub te
Ne metuant, propè parua putat, nisi seruiat illi
Quod timuit regnante alio. Iam castra mouebas,
490 Et te diuersis stipabant millia signis.
Obsequium gens vna negat, quae nuper ab Istro
Rettulit indomitum solito truculentior agmen:
Quod dominis per bella caret, populóque superbo
Tuldila plectendas in praelia suggerit iras.

457 *Mea Gallia rerum ignoratur adhuc dominis.*] rerum dominis, id est Imperatoribus. Symmachus. lib. 10. ep. 36. l. deprecatio. ad legem Rhodiam, de iactu. Cassiodo. l. 6. ep. 19. lib. 12. ep. 5. & 12. Anian. l. vnica. C. Th. ne sine iussu principis. l. vn. C cod. de superindicto. l. 11. C. eod. de extraordinariis, & sordidis muneribus. Nouel. Valentiani de homicidiis. vide notas in Symmachum. ep. 8. lib. 1. Corippus. l. 1. c. 9.

Hortans, & rerum dominis cunctantibus instans.
Idem. 3. cap 6.
vigilans noctesque diesque
Pro rerum dominis.
Priscian. in perieg.
Qua dominis rerum terris creuere Latinis.

459 *Ex illo multum periit, quia principe clauso.*] ex illo, scilicet tempore, quia principe Valentiniano intra Viennam clauso, praeter Zosimum libr. 4. Prosperum in Chron. Marcell. Comitem, Cassiodorum, Freculphum & Diacon. locis quibus suprà Sulpicius Alexander histor. l. 4. *clauso apud Viennam palatij aedibus principe Valentiniano, & penè infrà priuati modum redacto*, &c. apud Gregor. Turo. libr. 2. cap. 9.

460 *Vastari solemne fuit.*] Galliae barbararum gentium irruptionibus grauiter concutiebantur. vide s. dictos auctores, & adde D. Ambrosij epist. 17. ad Valentinianum. Sulp. Alexander vbi s. *in Gallia status publicus perturbatur clauso*, &c.

461 *Cum rector moderandus erat.*] cum imperator Valentinianus propter aetatem regendus esset, quadrimus enim cum Gratiano participauit imperium. Zonaras, Nicephorus sicque aetatis anno vigesimo obiisse ex Fastis Cōsularibus liquidum est, D. Hieron. de eius morte. *adolescens Valentinianus, & penè puer necatus est. aeui integer, immatura aetate*. D. Ambros ep. 34. quibusdam historicis *paruulus*, Freculpho *iuuenculus*. vocatur, *puer*, à Maximo Tyranno. D Ambros ep. 27.

461 *Moderandus erat.*] à Bauthone Comite Franco. Zosimus lib. 4. de quo D. Ambrosius. epist. 17. ad Valentinianum Imp. vbi inter caetera, vocat *Bautonem genere transrhenanum*, qui cum Valentinianum rectorem regeret, sibi sub specie pueri Valentiniani regnum vindicare voluisse Maximus increpabat. D. Ambros. vbi s. qui ob fortia facta, cum Archadio Consulatu honoratus fuit. Fasti Consulares: quo mortuo summa rerum ad Aruogastem peruenit. Zosimus. in fine libri. 4. & Ruffi-

Hic tu vix armis positis, iterum arma retractas. 495
Bistonides veluti Ciconum cùm fortè pruinas
Ogygus complent Thyasis, seu Strimonos aruis,
Seu se per Rhodopen, seu qua nimbosus in æquor
Voluit Hyperboreis in cautibus Ismarus Hebrum,
Dat somno vaga turba, simul lassata quiescunt 500
Orgia, & ad biforem reboat nec tibia flatum.
Vix requies. iam ponte ligant, rotat Enthea Thirsum
Bassaris, & maculis Erythrææ Nebridos horrens,
Excitat Odrysios ad marcida tympana mystas.
Tu tamen hanc differs pœnam, sed sanguinis autor 505
Maioris, dum parcis, eras. non pertulit vltra
Hoc pro te plus cauta manus, vestrùmque pudorem
Spreuit, pro vobis primi cadit hostia belli,
Quisque rebellis erat. prædam quoque diuidis illis,
Mens deuota quibus fuerat, quæ territa seruit: 510
Exemplo, gaudet pretio. Pharsalica Cæsar
Arua petens, subitas ferro compescuit iras:
Sed sua membra secans, & causa mole coactus,
Fleuit quos perimit. vestris hæc proficit armis

nus histo. Eccl. l. 2. cap. 31. quantis autem miseriis affligantur regna, & imperia vbi pueri imperãt. vide J. Car. 7. sub finem, Deus vt auertat hoc ominosum omen, VIVAT REX, VIVAT REX.

462 *Precium Respublica forti, rettulit inuidiam.*] vide s. ep. 8. l. 3. in fine quã vide. item init. *Neque si Romana Resp. in extrema hac miseriarum defluxit, vt studiosos sui nunquam remuneretur,* &c.

463 *Princeps hæc omnia noster corrigit.*] id est Maiorianus Aug. cuius Nouellas constitutiones vide, & Procopium. lib. 1. de bello Vuand.

465 *Nam maximus iste est, non pugnasse labor.*] sic mss. Clu. Cla. Pet. Vet. Bas. rectè, sensu recto, Iste labor est, & non pugnasse. nam vt ait posteà, *Peruenit, & vicit.* Florus. l. 2. c. 7. *Enimuerò Flaminio duce, inuios antea Chaonum montes, P indúmque amnem per abrupta vadentem, & ipsa Macedoniæ claustra penetrauimus. introisse victoria fuit.* erat autem maximè hostibus formidolosus. Procopius. l. 1. de bello Vuandal.

466 *Ad bellum, per bella venis.*] *ad bellum,* scilicet quod contrà Genzericum molitur: *per bella venis,* quæ facit Gothis Gallias occupantibus. vide Sidonij vitam cap. 3. Freculphum l. 5. c. 17. tom. 2.

470 *Aurea concordes traxerunt fila sorores.*] J. Carm. 15.
Fuluaque concordes iunxerunt fila sorores.

471 *Libyæque labores.*] de ærumnis Africæ, præter Victor, Vticensem vide Nouellas Theodosij, & Valentiniani. de pecunia Afris credita, &c. & de tributis fiscalibus, &c. & de Episcopali iudicio. & Saluianum. lib. 7.

472 *Trux Alamannus.*] fortè *Eocharis ferocissimus Alamannorum rex.* Constantius presbyter. in vita S. Germani. l. 2. c. 5.

472 *Perque canis quondam dictos de nomine campos.*] id est campos caninos in tractu Rhætorum. Greg. Turon. l. 10. c. 3. hist.

479 *Iamque magister eoas.*] id est magister militum, Ianominatus Chronog. *Constantino & Ruffo Coss. Ricimer magister militum patricius factus est, pridie* Kal. Martias: & *factus est Maiorianus magister militum ipso die.* posteà Sidon.
certatum est iure magistri,
Quæ Colius non intellexit. Sed parce viri manibus, cui præcocus fatalitatis ordo, retractare opus non permisit præcocum.

486 *Augusti fato.*] post mensem quippe & diem vnum, ab honore magisteriæ dignitatis adepto, leuatus est Imp. Maiorianus Kal. Aprilis. idem Chronographus. De hac autem, & aliis Maioriani victoriis, Maiorianus. Nouel. de ortu & imperio.

515 Seditio.quodcunque iubes,nisi barbarus audit,
Hic cadit,vt miles timeat, Iam tempore brumæ
Alpes marmoreas,atque occurrentia iuncto
Saxa polo,rupésque vitri,siccámque minantes
Per scopulos pluuiam,primus pede carpis,& idem
520 Lubrica præmisso firmas vestigia conto.
Cœperat ad rupis medium,quà maxima turba est,
Interno squalere gelu,quod colle supino
Arctatis conclusa viis,reptare rigenti
Non poterat reuoluta solo.fors vnus ab illo
525 Agmine,canentem cuius rota triuerat Istrum.
Exclamat,gladios malo,& solenne quieta
Quod frigus de morte venit,mea torpor inerti
Membra rigore ligat.quondam mihi corpus adustum
Frigoris igne perit.sequimur sine fine labori
530 Instantem iuuenem,quisquis fortissimus ille est,
Aut rex,aut populus:castris modò clausus,aprica
Vel sub pelle iacet.nos anni vertimus vsum.
Quod iubet hic,lex rebus erit.non flectitur vnquam
Acceptis,damnúmque putat,si temporis iras

D. Maioriani. *apud nos cum patre patricioque nostro Ricimere, rei militaris peruigili cura. Romani orbis statum, quem communibus excubiis, & ab externo hoste, & à domestica clade liberauimus*, &c. s̄. init. Carm.
Post palmam palmata venit.
486 *Nuper post hostis aperto errabat lentus pelago.*] Vandalus & Maurus. Gregorius Magnus lib.3. Dialog.c.1. Paulus Diaco. in Marciano. & Valentiniano. & Procop.l.1.*post mortem Valentiniani; aliquot annos veris initio longas fecit prædando excursiones,nunc in Siciliam nunc in Italiam.* Victor Vtic. libr. 1.& Cassiod.l. 1.ep. 4.
487 *Ordo omnis regnum dederat.*] Nouella Maioriani de ortu imperij D.Maioriani. *Imperatorem me factum vestræ electionis arbitrio, & fortissimi exercitus ordinatione agnoscite: adsit ordinationi omnium propicia diuinitas*,&c.est autem hæc Nouella scripta ad Senatum.
489 *Et collega simul.*] id est Leo maior, Orientis Imperator, Marcellinus Comes Constantino & Rufino Coss.*Leo* (Marciano) *defuncto successit, cuius voluntate Maiorianus apud Rauennam Cæsar est ordinatus.* turpibus næuis infectos Iornandis codices obiter emaculandos puto,primum de success. regnorum. *Leo Bessica ortus progenie, Asparis patricij potentia,ex Tribuno militū factus est Imperator,cuius nutu mox Valerius*(sic lego pro Valentiniani) *apud Rauennam Maiorianus est ordinatus.*alterum de rebus Getic.cap.45.ex hoc præfato loco sic emendo,*post quem*(Maximum) *iussu Marciani Imperatoris Orientalis, Maiorianus Occidentale imperium suscepit gubernandum.* pro *Marciani*, lege ex eod.Iornande, *Leonis*,vt in hoc sibi Iornandes constet, & cum reliquis Chronographis consentiat.Nō ineptè ergò addidit Sido. *& collega simul*,cuius nutu Maiorianus Imperium obtinuit,nec hoc more panegyristarum concinnauit.
489 *Campaniam flantibus austris ingrediens terram.*] Greg.Magnus.dial.l.3.c.1. cum sæuientium Vvandalorum tempore fuisset Campania in Italiæ partibus dēpopulata,&c.idem Paulus Diac.in Marciano & Victor Vtic.in fine libri.1.
493 *Pinguis Vvandalus.*] s̄.hoc Car.de Vvandalis.

Et pallens pinguedo tenet.

494 *Inter vtrumque hostem.*] id est Vandalū, & Maurum. S.Paulini historia. & Paul. Diacon.Genzericus enim Africam & Mauritaniam suo iuri subdidit. Saluianus l. 7.& Procopius.l.1. Victor Vtic l.1.l.1.C.de offi.Præf.præt.Africę.§.4.& homines.
497 *Montes turba petit.*] de quibus Florus.l.1.c.33.
498 *Prædæ præda fuit.*] quam captiui Campani in portum ferebant, vt Campaniæ exuuias in Africam transferrent,Vvandali quæ Campana præda prædæ fuit Maioriano. s̄.Car.2. *prædaque carentes*,

Vel per damna timet. qua dicam gente creatum, 535
Quem Scytha non patior? cuius lac Tigridis infans
Hyrcana sub rupe bibit? qua sustulit istum
Axe meo grauior tellus? en vertice summo,
Algentes cogit turmas, ac frigora ridet,
Dum solus plus mente calet. cum classica regis 540
Arctoi sequerer Romani principis arma.
Cæsareúmque larem, luxu torpere perenni
Audieram. dominos nil prodest esse priores,
Si rex hic quoque fortis erat. Maiora parantem
Dicere, de scopulo verbis accendis amaris. 545
Quisquis es oppositi metuis qui lubrica cliui,
Frange cutem pendentis aquæ, scalptóque fluento
Sit tibi lympha gradus, turpes depone querelas.
Otia frigus habent. numquid mihi membra biformis
Hylæi natura dedit? num Pegasus alis 550
Adiuuit quicquid gradior? pennásque volanti
Dat Calais Zetúsque mihi, quem ninguida cernis
Calcantem iam dorsa iugi, vos frigora frangunt,
Vos alpes. Iam iam studeam pensare pruinas,
Æstatem sub Syrte dabo. Sic agmina voce 555
Erigis, exemplóque leuas, primusque labores
Aggrederis quoscunque iubes; tum cætera paret

Mox ipsi tua præda iacent.

581 *Concolor induitur.*] id addidit, vt Vvandalorum notet armaturam, ita de Samnitibus Florus. l. 1. c. 33. *gentis si opulentiam quæris, aureis & argenteis armis, discolori veste vsque ad ambitum ornatam.*

504 *Quæ feriant bis, missa semel.*] ferro scilicet, & veneno, duplex vulnus infligant. Paneg. 1. Stiliconis. Claudian.

Sed didicit non Aethiopum geminata venenis
Vulnera.

501 *Teretes pars explicat arcus.*] s. de Hunnis. Car. 2.

Hæc habet & teretes arcus.

505 *Cui guttur adactis turgescit Zephyris, &c.*] graphicè depingit depicta draconum signa. item Am. Marcell. lib. 16. *alios purpureis sub tegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, & ideò velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Claudian. in III. Consul. Honorij.

hi picta draconum
Colla leuant, multusque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante notho, vimitque receptis
Flatibus, & vario mentitur sibila tractu.

Vide s. Carm. 2.

Desiit hostiles confestim horrere dracones.

506 *Responsat clamor lituis.*] Gellius. l. 1. c. 11. *quid ille vult ardentissimus clamor militum Romanorum, quem in congressib. præliorum fieri solitum scriptores Annalium memorauere.* Sisenna. 3. Annal. *postquàm in sonu signorum, prælium magno cum clamore virorum commissum est.* Plaut. Amphu. *tubæ vtrinque canunt, contrà consonat terra, clamorem vtrimque efferunt.* Passim apud Historiæ scriptores *barritus, barbaricum,* Festo. vide Phornutum de natura Deorum. cap. de Marte & Bellona.

507 *Responsat.*] s. l. 2. ep. 10. *Responsantibus alleluia ripis.*

512 *Hunc tamen in iugulos.*] sic mss. omnes vett. & vulgati. non possum tamen quin efferam illius acumen qui notulas scripsit in Vualfridum Diaconum, de gestis Longobar. emendans hunc locum, & legens.

Huic framea in iugulos, &c. Vera (si coniicere licet) coniectura.

512 *Hinc torta phalarica iactu.*] phalarica neruis mittebatur tortilibus, Lucan. 6.

tortilibus vibrata phalarica neruis * *Obruat.*

vide

Turba libens, seruit propriis cum legibus autor.
Qui tibi praeterea comites, quantúsque magister
560 *Militiae, vestrum post vos qui compulit agmen,*
Sed non inuitum? dignus cui cederet vni
Sylla acie, genio Fabius, pietate Metellus,
Appius eloquio, vi Fuluius, arte Camillus,
Si praefectura quantus moderetur honorem
565 *Vir quaeras, tendit patulos quà Gallia fines;*
Vix habuit mores similes, cui, teste senatu,
In se etiam tractum commiserat Vlpius ensem:
Qui dictat modò iura Getis sub iudice vestro
Pellitus raucum praeconem suspicit hostis.
570 *Quid loquar hic illum, qui scrinia sacra gubernat*
Qui quum ciuilis dispenset partis habenas,
Sustinet armati curas, interprete sub quo
Flectitur ad vestras gens effera conditiones.
Quid laudare Petrum paruis temeraria Clio
575 *Viribus aggrederis? cuius dignatur ab ore*
Caesar in orbe loqui? licet & quaestore diserto

Vide Serui. Æneid. 9. & ex eo Isid. l. 17. c. 7. idem in Gloss. *falarica lancea magna*: Ennius: *Quae valido venit contorta phalarica missu.*

519 *Disficit.*] sic mss. omnes vet. & Basil. rectè. id est diuidit, & dissecat. Sext. Auienus in orbis descript.

Sugdias ingenti quam flumine disficit Oxus.

Idem. *Rhebas Cianei qui disficit aequora Ponti.*

Protritum verbum Paulino, qui de vita. S. Martini scripsit. vide Ijureti notas lib 3. & adde Glos. vett. διασκεδάζω. *dissipo, disfici*. itē διασκορπίζω *disficio, disparge, dissipo.*

524 *Aclidę.*] *Iaclides, breuia tela.* Noni. Seruius, *sunt claua cubito semis factae; eminentibus hinc inde acuminibus, quae ita in hostem reiiciuntur religatae loro vel lino, vt pactis vulneribus possint ad dominos redire.*

522 *Sternuntur passim campis.*] à quibus Campania dicta est. Liuius. & ex eo Seruius. lib. 10. Æneid. vide. j. Car. 7. s. hoc Car. *dederant sese agmina planis,*

Qua pelagus, collemque secant.

522 *Fortia quaeque fecit iners.*] s. ep. 8. l. 3. vide quae notaui, passim in Controuersiis. *fortia facta, fortiter fecit.*

527 *Dentatus premeret.*] Curius, de quo bello, praeter caeteros. D. August. de Ciuit. Dei l. 3. c. 17. Orosium l. 4. c. 2. Zonaram, Eutropium vide.

528 *Qui Chaonas atque Molossos.*] Claudianus. *qui Chaonas atque Molossos*

Quos Epirus alit.

531 *Vncta Tarentus.*] de Tarento & eius splendore, Florus l. 1. c. 18. & Sillius. lib. 12. quos vide.

532 *Campum qui maximus extat.*] quadraginta mille passuum planicie. Plin. l. 8. c. 11. *Phlegraei campi.* Solino.

534 *Vtrorumque animos.*] vtriusque partis, Romanae, & Vvandalicae fiduciam, quae in vultibus occisorum legebatur. animos, id est fiduciam. idem, s.

animoque supersunt, *Iam propè post animam.*

534 *Nullus non pectore casus quisquis vester erat.*] Florus l. 1. c. 18. *omnium vulnera in pectore*, Sallust. in Catil. Coniurat. in fine. *sed omnes tamen aduersis vulneribus conciderant.*

537 *Praedonum tum forte duo, cui regis auari Narratur nupsisse soror.*] *regis auari*, id est Genzerici, qui auarus, & habendi perquàm auidus erat. Iornandes de rebus Getic. de Genzerici motibus, *statura mediocris, & equi casu claudicans, animo profundus, sermone rarus, luxuriae contemptor, ira turbidus, habendi cupidus*, &c. Victor Vtic. lib. 1. Procopius l. 1. de bello Vvandal.

538 *Narratur nupsisse soror.*] verborum circuitu nomen sororij veteribus indictum &

Polleat, attamen hic nuper placidissime princeps,
Obside percepto, nostræ de mœnibus vrbis,
Visceribus miseris insertum depulit hostem.
Et quia lassatis nimium spes vnica rebus 580
Venisti, nostris petimus succurre ruinis:
Lugdunúmque tuam, dum præteris, aspice victor,
Ocia post nimios poscit te fracta labores.
Qui pacem das, redde animum. lassata iuuenci
Ceruix deposito melius post sulcat aratro,
Telluris glebam solidæ. boue, fruge colono;

ignotum complectitur, illum autem prædonum ducem, crediderim esse Sersaonem Genzerici sororium, de quo Victor Vtic. lib. 1. cui dicitur *cognatus regis*, & Gregorio Magno lib. 3. Dialog. c. 1. non expresso Sersaonis nomine, *regis gener*, quibus nominibus viri sororum à veteribus appellati sunt. Iustinus. l. 18. *Pygmalionem Sichæi generum vocat*, cui nupserat soror Elissa, & Mardonium Satrapem, *Regis Xerxis generum* Aemilius Probus in Pausania. doctiss. Cuiac. obseruat. l. 6. c. 17. sicut generi, ita quoque cognati & adfines sororum viri nominati sunt, Ausonius in parentalibus. Car. 26. *Pomponius Maximus adfinis*, cur adfinis rationem reddit ibid. *Coniux namque mea tu consociate sorori.* Idem. Car. 21. Regulum maritum Attusiæ, quæ soror erat Sabinæ suæ coniugis vocat adfinem.

Verum tu nostræ soror es germana Sabinæ,
Adfinis quoque tu Regule nomen habes.

Qui adfinis Ausonio, cognatus Iornandi, de success. regnor. in Leone A. seniore, *Basiliscum cognatum suum, id est fratrem Augustæ Verinæ in Africam dirigens*, &c. idem de rebus Getic. c. 44. init. *mox Riciarium Sueuorum regem cognatum suum reperit inimicum.* ibid. posteà, *cui Theodoricus cognatus fuit.* Gregorio Turonensi, propinquus, lib. 2. histor. c. 24. de Heedicio Sidonij nostri sororio, *Heedicius quidam ex senatoribus, huius propinquus*, &c. vide. j. Carm. 20.

541 *Cum spoliis campum retinent & Marte fruuntur.*] s. ep. 3. l. 3. *solus planitie quàm patentissima potiebare.* Val. Flaccus. *Dux campi, Martisque potens.*

542 *Intereà duplici texis dum littore classem inferno, superoque mari.*] id est Misseni in inferno mari, & Rauennæ in supero. Tacit. Annal. l. 4. Sueto. in Augusto. c. 49. Notitia Imperij, de dispositione viri spectabilis Mongontiacensis. vide s. epist. 5. lib. 5. Vegetium. l. 4. c. 31. de re milit. & Rutilium itinerario. 1.

543 *Inferno superoque mari.*] Lucanus. lib. 2. de Apennino.

Mons inter geminas medius se porrigit vndas
Inferni superique maris. i. Tyrrheni & Adriatici. Solin.

546 *Nemorum, quàm mittis aquarum.*] Lucan. ibid.

Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in geminis spargit diuortia ponti.

Ex Apennino autem oriuntur. Tyberis, Nar, & Rutuba. Vibius.

547 *Gallia continuis quanquam sit lassa tributis.*] Galliæ tunc temporis, propter belli necessitatem, tributis exhauriebantur, s. ep. 17. l. 5. & 13. l. 7. Saluianus. l. 5. & l. 7. de Prouidentia. vide j. Car. 13.

547. *Lassa tributis.*] id est exhausta, & vt veteres loquuntur, fessa. *fessi*, Tacito Annal. lib. 12. sub fin. Nouel. Theodosij & Valentiniani, de prædiis pistoriis Afris deputandis. & Nouel. Valentiniani de indulg. reliquorum. & Nouel. Maioriani eod. tit. Nouel. Theod. & Valent. de officio & numerariis præfectorum. Cassiod. ep. 36. l. 4. *nam si fessis minimè releuetur onus.* Eunodius in vita. S. Epiphanij. *fessis eiusdem vrbis habitatoribus remediorum vtilitate prospexit.* Egesippus, lib. 2. c. 1. *quia opem fessis rebus & tributorum alleuamentum poposcissent.*

Ciuibus exhausta est: stantis fortuna latebat,
Dum capitur, væ quanta fuit! post gaudia princeps,
Delectat meminisse mali. popularibus, igni
590 *Etsi concidimus, veniens tamen omnia tecum*
Restituis: fuimus vestri quia causa triumphi,
Ipsa ruina placet. tum victor scandere currum
Incipies, crinémque sacrum tibi more priorum
Nectet muralis, vallaris, ciuica laurus,
595 *Et regum aspicient capitolia fulua catenas.*
Cum vesties Romam spoliis, cum diuite cera

549 *Non tantis maior Atrides.*] id est Agamemnon Atrei filius. quot nauibus mare texerit, enarrat Hyginus. c 97. Dictis Cretensis. auctor de excidio Troiæ & Oros. l. 2. c. 17.

550 *Carpathium texit ratibus.*] simili locutione s. libr. 6. epistol. 12. *granariis potius duo tuis flamina, quam duo naugia compleSti.*

552 *Nec tanta Seston iuncturus Abydo Xerxes classis erat.*] classis autem erat mille & ducentarum nauium longarum, quam duo millia onenariarum sequebantur. Herodot. lib. 7. Diod. 11. Plin. l. 33. c. 10. Aemilius Probus. in Themistocle. Iustinus. l. 2. & Iornandes de reb. Getic. c. 10.

553 *Tumidas cum sterneret vndas.*] tabulatis nauium & ligneis domibus operiret. Valerius. l. 1. c. 6. *vt qui mare classibus, terram pedestri operiret exercitu.*

556 *Et pontum sub ponte daret.*] Iustinus. l. 2. *& quadam maria pontibus sternebat.*

553 *Seston iuncturus Abydo.*] Iustinus. *pontem ille Abydo velut victor maris fecerat*, de quo Herod. lib. 7. Æmilius Probus. in Themisto. & Oros. l. 2. c. 10.

554 *Cum stagna superbo irrupit temerata gradu.*] nam à Xerxis exercitu stagna & flumina siccata proditum est, Iustinus. l. 2. quæ postea Xerxes pedibus calcauit, atque ita temerauit, & polluit, sacra siquidé credebantur stagna. Seneca ep. 41. *magnorum fluminum capita veneramur, subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet, coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quadam vel opacitas, vel immensa altitudo sacrauit*, ita vt in his natare vel nauigare nefas putaretur, Plin. ep. 20. l. 8. & velut Dij colerentur. idem. c. 8. l. 8. sacellaque dedicarentur, ibidem. quia hic habitabant heroum animæ. Serui. Egloga 5. quæ vetus & veterrima superstitio Christianos infecit. Burchardus l. 1. c. 94. interrogat. 42. *vel si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum, aut malum possit inferre.* Concilij Toletani. 12. c. 11. *accensores facularum, & excultores fontium admonemus*, &c. Concilij Antissiod. can. 3. Nannetensis. can. 23. Arelatensis. 2. can. 23. Carol. Magn. l. 1. c. 64. & l. 7. c. 236. quos perpetua excommunicationis sententia ferit dictus can. Con. Toleta. id est anathema maratrata sit. vide de Helani lacus adoratione Greg. Turon. de Glor. Confess. c. 2.

Non sic Leucadio classis Mareotica portu.] Leucadio portu. Liuius, & ex eo Florus. l. 4. c. 11. *posituque castris in Epyro, Leucadẽ, insulam montemque Leucadem, & Anabracij sinus cornua infesta classe succinxerat, &c. totumque instructo Marte videres Feruere Leucatem.*

Mareotica classis.] i. Aegyptia. Erat autem ducentarum nauium turritarum. Florus vbi s. Orosi. clxx.

558 *Actiacas abscondit aquas.*] Verg. 8. *Actia bella Cernere erat.* vide Manilium. l. 1. in fine. *restabant Actia bella*, &c. Bellum Actiacum. Oros. l. 6. c. 19. *Actio Antonius classem constituerat.* eod. auct. Suet. c. 16. & Statius. 3. Syluar.

558 *In bella mariti.*] Antonij, qui Octauia coniuge Augusti sorore repudiata, Cleopatram duxit, Appian. & Plutar. in M. Anton. Oros. & Seruius. 8. Aeneid. in fine. *Cleopatram Antonius ex Alexandria Actium euocauit.*

559 *Dum venit à Phario dotalis turba Canopo.*] famoso Aegypti oppido, cui vicinatur Pharus, à quo phario dixit, vetus Epigrammatista.

Pinges Cinyphbij captiua mapalia Bocchi:
Ipse per obstantes populos raucósque fragores
Præcedam, & tenui (sicut nunc) carmine dicam,
Te geminas Alpes, te Syrtes, te mare magnum, 590
Te freta, te Libycas pariter domuisse cateruas.
Antè tamen vicisse, mihi quod lumina flectis,
Quódque serenato miseros iam respicis ore,
Exultare libet. memini, cum parcere velles,
Hic tibi vultus erat. mitis dat signa venustas. 595
Annue, sic vestris respiret Byrsa tropæis.
Sic Parthus certum fugiat, Mauriśque timore
Albus eat: sic Susa tremant, positisque pharetris
Exarmata tuum circumstent Bactra tribunal.

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo. Manil. in fine l.1.
restabant Ætia bella Dotali commissa acie, &c.
560 *Cum patrio Cleopatra ferox circumdata sistro.*] Verg. 8. *Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.* ad quem locum Seruius. *Cleopatra sibi tantum assumpserat, vt se Isim vellet videri. Isis autem est Genius Ægypti, qui per sistri motum quod gerit in dextra, Nili accessus significat, & recessus.* Lupus Ferrariensis epist. 20. ad Altuinum: *Sistrum Musicum est instrumentum, quod Isis, vt scripsisti, manu gestare fingebatur, accessus & recessus Nili fluminis eo significans, vnde Cleopatram Vergilius, vt commentitiam eius potestatem sibi arrogasse solita subtilitate aperiret* *patrio (inquit) vocat agmina sistro.* vetus Epigrammatista eleganter.

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo.
Hunc Capitolino sistra minata Ioui.

Manil. lib. 1. *Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro,* &c.
Isidis etiam sacerdotes sistrum gestabant, Persius Saty. 5.

cum sistro lusca sacerdos.

Vet. Interpres. *sistrum sacerdotes Isidis portant.*
562 *Fuluas onerata carinas.*] Vergil. *auroque effulgere fluctus.*
Vide Florum. l. 4. cap. 11. & Oros. lib. 6. cap. 19.
564 *Hoc tu non cultu pugnas.*] non gaza & auratis nauibus instructus aduersus Vvandalos classem instruxisti. De Maioriani classe ad Carthaginem Spartariam parata, meminit Freculphus l. 5. c. 17. to. 2. & Idacius in Chron. ms. *Anno 1115. regni Maioriani. Maiorianus Imp. Hispanias ingreditur ad Carthaginem prouinciam pertendens,* &c. sed hæc post consulatum Maioriani.
565 *Dux magis ferro merito cui subiacet aurum.*] ferro subiacere aurum tradit Tertull. de habitu muliebri. c. 4. & Rutil. Numatianus, Itinerario primo. quos vide.
566 *Et si non acies, decorant tamen ista triumphos.*] ad id commodè aptari potest dicterium Hannibalis ad Antiochum Regem, quod vide apud Gellium. l. 5. c. 5. Macrob. l. 2. c. 2. Policrat. 6. c. 19.
567 *Lagæam stirpem.*] id est Ptolemaidem. Ptolemæi pater Lagus erat, à quo Lagæa stirps Sidonio. Trogus, Iustinus, & reliqui.
568 *Namque auguror hisdem regnis.*] id est Aegypto & Africa. Curtius, Orosius, Eutropius, Iustinus. quæ regna Vvandali occupauerant. s. dictum.
569 *Cum luxus in illa Parte sit æqualis.*] Vvandali post captam Romam, Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, reliquarumque prouinciarum spolia, mores cum fortuna mutarunt, & Africanorum luxu infecti sunt. Saluianus lib. 7. vide s. æqualis luxus Lagæo, id est. M. Antonij & Cleopatræ luxui.
571 *Nec peior Cæsar in ista.*] scilicet parte, peior Cæsar Maiorianus Cæsare Augusto, qui M. Antonium & Cleopatram nauali prælio profligauit & vicit. Maiorianus fortissimis & optimis principibus comparandus est. Procop. & Constantinus Ma-

nasses,in Annalibus.

572 *Ilicet aggrederis quod nullus tempore nostro Augustus potuit.*] Procopius lib.1.de bello Vvand.*nam & contra Vandalos fortissime bellum sumens, maximo collecto exercitu in Liguribus constituit*,&c.post *primusque qui Vvandalorum Gizericique mores, ac mentem exquireret*,&c.vide.

577 *Rugus.*]de his barbaris nationibus,Pollio,& Carm.7.de Rugis præter cæteros, Ennodius,in vita.S.Epiphanij.

577 *Vesus.*] est Veso Gothus,id est Occidentalis Gothus.ↄ.Car.7.*Vesorum proceres.* Ibid. *Hæc secum rigido Vesus dum corde volutat.*

Gotthi quippe erant Oriẽtales,qui Ostro Gothi:alij erant Occidentales,qui Vese-Gothi.Iornandes de rebus Getic.cap.14. & Paulus Diaconus in Leone Augusto. sub finem.

580 *Scythicæ potor Tanaiticus undæ.*]*Tanaus Scythia.* Vibius.s̄.Car.2.

Albet Hyperboreis Tanais qua vallibus actus.

Potor Scythicæ vndæ s̄.ep.17.l 4.*potor Mosellæ* Horat.Ode.10.l.1.

Rhodanique potor. vide.s̄.

581 *Quascunque minatur, Has tremuit iam Roma manus.*] id est has barbaras gentes Roma tremuit,eum eas Attila per Italiam circumduceret. Prosper, Cassiod. Marcell.Comes,Iornan.quas tunc aduersus Vandalos mouebat Maiorianus, quæ omnes Romano imperio se subdiderant.Iornandes.c.50.post Attilæ mortem.

582 *Et te diversis stipabant millia signis.*] Procopius lib.1.de bello Vvandal.*nam & contrà Vvandalos bellum sumens maximo collecto exercitu in Liguribus constituit*, &c. Cassiodorus,in Chronico.Leo Aug.&Maiorianus Aug.*his Coss. Maiorianus in Africam mouit procinctum.*

586 *Quæ nuper ab Istro retulit indomitum solito truculentior agmen.*] quidam id dictum putant de Hunnis,quos post pugnam Cathalaunicam Attila in Pannonias profugus collegit longe maiore quàm anteà numero,& in Italiam duxit Iordanes de reb. Getic. & Paul. Diac.l.5. Asporacio & Herculano,Coss.Cassiod.& Mar.Comes,in Chroni.sed hæc sententia à veritate aliena est,siquidem Attila quinque annis antequam hæc agmina,de quibus Sidonius hîc per Gallias diffunderentur, occubuerat Prosper,Iordan.Diac. Cassiod. Mar.Comes. adde quod Sido. s̄. traddit Hunnos sub signis & Aquilis Maioriani metuisse dum contra Vvandalos moueret procinctum.

589 *Tuldila.*]de quo nihil legi.De Ceurila Theodorici secundi Gothorum regis duce,Idac.in Chron.ms.& ex eo Isidorus in Chro. Goth.de Vvlfila. Iornand. de reb. Get.c.51. Gothorum Minorum Pontifice & primate, sed gens illa imbellis, & suo solo contenta, eod.auct. Lugdun. negocium facessunt, dum nos relegant ad Diaconum. lib. 5. qui ne verbum quidem de Tuldila, neque de gestis Maioriani, hoc libro, quæue Maioriani Imperio gesta sunt, sequenti libro cursim præterlabitur.de Tufa Enno.ms.in Vita.S.Epiphanij.*Interea perduelles animos deduxit exercitus mutationum incendit ambitio, quorum caput Tufa fuit, homo in perfugarum infamiæ notitia veteri pollutus.*de *Gadila* maiore palatij.acta syno.Rom.4.fateor non liquere.

590 *Hic tu vix armis positis iterum arma retractas.*] retractare hoc loco non est, *ferrum recusare & reiicere.* Donatus Æneid.10.sed iterum tractare.Vergil.

*Agmina in arma vocant subitò, ferrumque retractant. Retractare est repetere quod omiseras.*Serui. Aenei.7.Petronio. *retractare gladios, Re, in compositione iterationem significat.* Tertull.de resurect.Carm.

591 *Bistonides.*] id est Thraciæ Bacchæ Ciconum pruinas,id est Thracias niues, Ogygiis complent thyasis,dum choreas celebrãt & bacchantur,*thyasi saltationes,chorea Liberi,id est Liberalia.*Serui. Egloga.5.Verg.Aeneid.7.

Tum quorum attonitæ Baccho nemora avia matres

Insultant thyasis, Seruius, *id est choreis.*
Luctatius, *thyasi chori virginum & puerorum qui Libero hymnos canunt.*
594 *Ismarus.*] *mons Thraciæ insignis oleo & vino.* Vibius. *Hebrus Thraciæ fluuius.* idem. Ꞇ. Carm. 2.
596 *Et ad biforem reboat nec tibia flatum.*] Vergil. 9. Aeneid.
biforem dat tibia cantum.
597 *Rotat enthea thyrsum Bassaris.*] id est Baccha Deo plena, furoris œstro percita, Statius. l. 2. Syluar. rotat thyrsum id est quatit & agitat. Tacit. 11. Annal. *ipsa crine fluxo thyrsum quatiens*, &c. Ꞇ. Carm. 11. *Indica Echionio Bromij rotat orgia thyrso.*
Insigne Bacchi quod manu gestabat, Velleius. Est autem thyrsus, cuspis Bacchi hedera superducta. Ꞇ. Carm. 22.
598 *Et maculis erythrææ Nebridos horrens.*] id est accincta pellibus maculis variis distinctis. Bacchæ quippe pellibus induebantur Nebridos, Tacit. *fœminæ pellibus accinctæ assultabant, velut sacrificantes, vel insanientes Bacchæ.* Ꞇ. Carm. 11.
Hic distincta latus maculosa Nebride Thias.
599 *Odrysios mystas.*] Thracios Bacchi sacerdotes, Thraces vino dediti maxime fuerunt. Horat. 17. l. 1. & Auienus de orbis descriptio. Mystæ autem proprie Bacchi sacerdotes. Ꞇ. Car. 9. *Aram ad thurioremam rotare mystas.* Vnde *mystica lex* Ausonio pro Bacchica, & Bacchi sacra *mysteria* Tertull. in Apolog. 45. & Higin. c. 184.
609 *Fleuit quos perimit.*] Orosi. l. 6. c. 15. *perlatoque ad se, ac viso Pompei capite annuloque, fleuit.*
612 *Alpes marmoreas.*] Ausonius.
trans Alpes, & marmoream Pyrenem. Corippus l. 3. c. 7.
Stagna, lacus, fluuiosque super, fontesque iacere
In silicis morem, vel stratæ marmore terræ.
613 *Rupesque vitri.*] Corripus.
Vidimus & tectos vitrea testudine pontes.
635 *Lubrica præmisso firmas vestigia conto.*] Lucan. 4. *Dum labat, & fixo firmat vestigia pilo.* Ꞇ. Carm. 11.
640 *Canentem cuius rota triuerat Histrum.*] Iordanes, de rebus Get. c. 55. *nam istiusmodi fluuius ita rigescit, vt in silicis modum vehat exercitum pedestrem, plaustraque & tragulas, vel quicquid vehiculi fuerit, nec cymbarum indigeat lintre*, Corrippus. 3.
Plaustra super solidas stridentia duximus vndas
Illic voluentum vestigia nulla rotarum, &c.
Ꞇ. Carm. 2. *solidumque rotis transuecta per Istrum*
Vide Ꞇ. Carm. 7.
623 *Quondam mihi corpus adustum frigoris igne perit.*] in hoc contrario loquendi genere totus est Sidonius. Torrere autem nō solum ignis sed etiam frigus potest, auctoritate Varronis Eumenid. *ante lucem suscitat, frigore torret*, &c. hęc Nonius. Donat. Eunuch. act. 1. scen. 2. *nimius ignis effectum frigoris reddit, & ex frigore nimio effectus ignis exsistit, secundum illud quod Physici aiunt, hinc & Verg. 1. Georg.*
aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
postea *natura magni caloris etiam horrorem incutit, vt nimiæ febres.* cui sententiæ accedit Seruius. *frigus est caloris initium, vt summus calor frigoris est principium.* Liuius. 1. de bello Punico. *nunc rigent et nerui, membra torrida gelu.* vide Plinium. l. 17. cap. 16. l. 18. cap. 28.
Serenus. *Quodque recens vsit glacies exungia simplex*
Mulcet,
Apul. de virtutib. herb. c. 19. *frigore exustis.* Columell. l. 11. c. 3. idem. Horto.
canis siccant vrenda pruinis.
Lucan. 4. *Vrebant montana niues.*

614 *Sine fine labori instantem iuuenem.*] Procop.lib.1.de bello Vvand. *ipse dux impiger nullum neque laborem recusauit.*

617 *Ac frigora ridet dum solus plus mente calet.*] Ennod.in vita S. Epiphanij.ms.& quamuis adhuc hiemali tempore Martius mensis glacie fluminibus frenos imponeret,& cana niuibus iuga Alpium transituris minarentur exitium:sed mortiferum frigus & concretas algore glebas fidei ardor exuberat,&c.ſ.Car.16.

630 *Damnumque putat.*] Procopius, *neque vllam benè gerenda rei occasionem pratermisit.*

638 *Luxu torpere perenni audieram.*] de luxu & deliciis Romanorum, quibus diffluebant,præter cæteros quos omitto,Saluianus.l.4 & 7.& ſ.e.11.l.8.in fine.& e.13.l.1.

639 *Dominos nil prodest ipse priores.*] notat luxum priorum principum, qui Maioriano decessere, vt& ſ. hoc Car.scilicet.Valentiniani.Maximi & Auiti.De luxu luxuriaque Valentiniani,Procop.1.de bello Vvand.Zonaras,& Constant.Manasses.de Auiti,Gregorius Tur.l.2.c.11.& eius Epitomastes ms.de Maximi.ſ.e.13.l.1.vide quæ notaui.ſ.Carm.7.

643 *Frange cutem pendentis aquæ.*] Fortunat.l.11.poem.car.vlt.de glacie.

Proflua crustatum struxerunt flumina murum.
Et densata grauem vestiit vnda cutem.

645 *Biformis Hylæi*] Iunius ex Centauris,de quo Vergil.8. *Calais & Zetes fratres*, qui finguntur alati à poetis.

645 *Otia frigus habent.*] Varro virgula diuina. *non quærenda est homini qui habet virtutem, penula in imbri.*

648 *Quem ninguida cernis calcantem iam dorsa iugi.*] Alpini.ſ.ep.vlt.l.1. *menses ninguidi*, ep.7.l.3. *Dies ninguidus. Calcantem.* Ennius apud Serui. *pedibus calcamus Olympum.*

649 *Vos frigora frangunt.*] D.Ambr.ep.82. *non frangebat glacialis plaga frigiditas.*

650 *Iam iam studeam pensare pruinas.*] mss. Cla. Lat. Pet. Put. Vict.3. vet. Ruinas. quæ lectio defendi potest, Varro apud Nonium in algu.

651 *Aestatem sub Syrte dabo.*] studeam,dabo,mutata est coniugatio, ſ. Aetius ad vxorem.hoc Carm. *mortem mandare valebo*

Insontis?taceam nostri. vide notas.

651 *Sub Syrte dabo.*] Maiorianus enim explorata Carthagine & omnibus quæ ibi à Genzerico & Vandalis agebantur, ad exercitum redux,cum illo pedestri itinere ad Gadinatum fretum properabat, vt in Africam veris initio traiiceret. Procopius. *Maiorinus igitur omnibus quæ volebat exploratis,in Liguriam ad exercitum reuertit,quem terrestri itinere,ad Herculis columnas ducens,inde per angustias freti transire in Africam,cum hosteque congredi omninò cogitabat,*&c. Syrtes autem sunt in Africæ tractu. Salust. in Iugur. Aethicus.Ptolem.Plin.

651 *Aestatem.*] mare hyeme nauigabile non erat, Dictis l.5.sub finem. *dein Græci veriti ne per moram interuentu hyemis,quæ iam ingruebat,à nauigando excluderentur.* Ibid. antea, *oportunum ad nauigandum tempus præteruolat.* Symmachus.ep.54.l.4. & 20.l.8.l. 6. C.de off.rect. prouin.vsque ad veris initium.idem Symmach.ep.64.l.4. *cum primum mare nauigatio verna patefecerit.*

651 *Sic agmina voce erigit.*] Procopius. *tanta ipsius exercitus admiratione ac voluntate ob Maioriani virtutem,vt in spem venerint certam omnes,breuiter per eum Africa potituros.*

653 *Tum cætera paret turba libens,seruit propriis quis legibus auctor.*] elegans veraque sententia,ex Pyttachi oraculo. *Pareto legi,quisque legem sanxeris.*

Auso.Paul.4.sent.tit.5.de inofficiosi querela.l.4.C.de legib.l.17.de legatis.& Cassiod.ep.18.l.5.Ibid.consignatores.Liui.l.28. *si quid minungere inferiori velis,id primum in te & tuos,si ipse ius statueris,facilius omnes obedientes habeas.* vide Valer.l.8.c.6.exemplo.3.

655 *Quantusque magister militiæ.*] non Burto vir strenuus,de quo ſ.hoc.Car.

Burtonem dirigis illo *Exigua comitante manu.*

Hîc intelligendus eſt, ſed Ricimer, Comes, & vtriuſque militiæ magiſter. Nouella Maioriani de Epiſcop. iudicio. item Maiorianus de ortu imperij D. Maioriani. *Apud nos cum patre patricioque noſtro, Richimere rei militaris peruigili cura Romani orbis ſtatum, quem communibus excubiis & ab externo hoſte, & à domeſtica clade liberauimus*, &c. vide ſ. Car. 2.

660 *Si præfecturæ quantus moderetur honorem Vir quæras.*] is eſt Baſilius præf. præt. Galliarum, ad quem Maiorianus. Nouel. Maioriani, de indulgentiis reliquorum. *Baſili parens Kariſſ. A A.* malè in inſcriptione legitur Palladio, quippe Palladius erat Præf. præto. Orientis. Nouella. Valentiniani & Marciani, de prædiis ciuitatum omnium. eidem Baſilio Maiorianus & Seuerus in Nouellis, quas vide.

663 *In ſe etiam tractum commiſerat Vlpius enſem.*] is eſt Licinius Sura. Plin. Paneg. *ego quidem in me ſi ita vtilitas omnium poſceret, etiam Præfecti manum armaui.* Aurel. Victor. *vti Præfectum prætorio cum inſigne poteſtatis, vti mos erat, pugionem daret, crebrò monuerit, tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi rectè agam, ſin aliter in me magis*, vide Dionem. & Xiphilinum, & Zonaram. tom. 2. Nicephorum. l. 3. c. 23. hiſt. Eccleſ. & Caſſiod. lib. 8 epiſt. 13.

664 *Qui dictat modò iura Getis.*] id eſt Gothis. Hieronymus, Oroſius, Spartianus in Antonino Caracalla. *adde ſi placet etiam Geticus Maximus, quòd Getam occiderat fratrem, & Gothi Getæ dicerentur.* idem in Antonino Geta. *recitanti Fauſtino Pretori & dicenti, Sarmaticus Maximus, & Parthicus Maximus, dixiſſe dicitur, adde & Geticus Maximus, quaſi Gothicus.* j. Car. 7. paſſim. dictat iura Getis. Horat. 3. Car. *triumphatiſque*

Poſſit Roma ferox dare iura Medis.

665 *Pellitus hoſtis.*] id eſt Gothus pellibus amictus. ſ. ep. 7. l. 1. *pellitorum turba ſatellitum ne abſit admittitur*, j. Car. 7.

Ibant pellitæ per claſsica Romula turmæ.

665 *Raucum præconem ſuſcepit.*] ſ. ep. 3. l. 1. *oblatratorum aures raucí voce præconis euerberat.* Præfectis pro tribunali ſedentibus adſiſtebant præcones. vide ſ.

66 *Qui ſcrinia ſacra gubernat.*] is eſt Petrus magiſter ſcrinij epiſtolarum, ſ. ep. 13. l. 9. vide quæ notaui.

671 *Cuius dignatur ab ore Cæſar in orbe loqui*, &c.] Petrus erat doctus & eloquens ſ. ep. 13. l. 9. & Carm. 3.

672 *Licet & quæſtore diſerto polleat.*] quæſtores ore principis loqui dicuntur. Rutilius. Numat. Itiner. 1.

Huius facundæ commiſſa palatia linguæ

Primæuus meruit principis ore loqui.

Vide Caſſiodorum. ep. 10. l. 6. & ep. 13. l. 8. ibidem conſignatorem.

674 *Noſtræ de mœnibus vrbis*] id eſt Lugduni. ſ epiſt. 5. l. 1 *egreſſus Rhodanuſiæ noſtræ mœnibus*, vitam vide. c vlt. ibid. quæ nōtaui in marg.

675 *Inſertum depulit hoſtem.*] id eſt Gothum, qui ſe Auiti Aug. conniuentia Lugduno inſeruerat. vitam vide. c. 3. hoſtem pro Gotho. ſ. paulò ante.

Pellitus raucum præconem ſuſcepit hoſtis.

Inſertum.] Iſidor. in Chron. Era cccclxvii. *dum Theoderidus Narbonæ eſſet inſertus*, &c.

670 *Et quia laſſatis nimium ſpes vnica rebus.*] id eſt miſeris & afflictis. Egeſippus. l. 2. c. 1. *quia opem feſsis rebus & tributorum allenamentum popoſciſſent*, Nouel. Theodoſij & Valentiniani. de officio & numerariis præfectorum. *quàm vt defeſsis rebus afflictoque publico*, &c. ſ. hoc Car.

Gallia continuis quanquam ſit laſſa tributis.

Laſſa, Sidonio, quod aliis feſſa, vt hîc laſſatis eſt, quod aliis feſſis. j. Car. 7.

ſolitis defeſſa ruinis

Gallia.

678 *Lugdunumque tuam.*] j. Carm. 18.

Si qui j

Si quisquam Abitacum dignaris visere nostram.

& Carm.11.in epistol. ad Leontium. *Burgum tuam quo iure amicum decuit, meam feci.*
Vergil.8.

Praeneste sub ipsa.

Catullo, *Sirmio venusta, regia Pleuron.* Syllio.

678 *Aspice.*] aspicere Deorum, est misereri & parcere. Seruius. Cassiodorus Psalmo.118.in fine huius Car.j.Car.7.init. *mundum reparasse*

Aspexisse fuit.

688 *Ipsa ruina placet.*] Cassiod.l.3.ep.16. *effice vt victam fuisse delectet.* idem ep.43. *nobis propositum est Deo iuuante sic vincere, vt subiectis se doleant nostrum dominium tardius acquisisse.*

690 *Nectet muralis, vallaris, ciuica laurus.*] vide Gellium.lib.5.cap.6.Plin.l.16.& reliquos.

691 *Et regum aspicient capitolia fulua catenas.*] Reges catenis onerati & ante currum triumphantis per vrbem circumducti, post triumphi pompam in Capitolio catenas cum vita deponebant. omnes sciunt. Capitolia fulua, id est aurea Ouid. Senec.l.1.contr.6 *fastigiatis supratectis auro puro fulgens praelucet Capitolium.* Prudent. 2. contra Symmach.*tecta aurea flammis soluere,* &c. vide Procopium lib. 1. de bello VVandal.

692 *Cum vesties Romam spoliis.*] quae à Genzerico despoliata fuit, vide s.hoc Carm. simili locutione Claudian.

vestita spoliis donabere quercu.

693 *Pinges Cinyphij captiua mapalia Bocchi.*] vrbes quas triumphator bello vicerat, auro, argento, ebore, vel versicolaria cera effingebantur. passim in Historiis veterum. *mapalia,* sunt casae Poenicae. s. ep. 2.l.2. *Cinyphij,* id est Africi Bocchi Mauritaniae regis. Florus.l.3.c.1.

700 *Memini cum parcere velles.*] s.Carm.4.

Sic mihi diuerso nuper sub Marte cadenti,

Iussisti victor, victor vt essem animo.

701 *Mitis dat signa venustas.*] Procopius *vir quàm suis mitissimus, tam hostibus formidolosus.*

702 *Byrsa.*] id est Carthago, s.ep.17.lib.7.j.Carm.7.

Perfida Elissea crudescunt classica Byrsa.

703 *Sic Parthus certum fugiat.*] s.l.9.ep.13.in Carm.

703 *Maurusque timore albus eat.*] Mauritaniam Genzericus subiugarat, Victor. vide s.hoc Carm. timor autem sanguinem contrahit, atque ita cutem dealbat. s. epistol.2.lib.2.

704 *Susa.*] s.l.8.ep.9.in Carm.& 17.l.7.in Car. Regia Persarum.

705 *Bactra.*] pro Bactris Scythiae populis quos Bactros includit.

In Panegyricum, quem dixit Auito Augusto socero suo, Romæ: Præfatio.

CARMEN VI.

Pallades armisonæ festum dum cantibus ortum
Personat Ismario Thracia vate Chelys:
Et dum Mopsopium stipantur per Marathonem,
Qui steterant fluuij, quæque cucurrit humus:
Dulcisonum quatitur silibus dum pectine murmur, 5
Has perhibent laudes laude probasse Deam.
Diua, Gigantæi fudit quam tempore belli
Armatus partus vertice diuiduo:
Quam neque Deliacis peperit Latona sub antris,
Fixura errantem Cyclada pignoribus. 10
Nec quæ Cadmæis pariens Alciden in oris,
Suspendit triplici nocte puerperium.
Nec cuius pluuio turris madefacta metallo est,
Cum matrem impleret filius aurigena.
Sed te cùm trepidum spectaret Phlegra tonantem, 15
Impulit excussam vertice ruptus apex.
Cúmque deos solæ traherent in prælia vires,
Confusum valido te sine robur erat.
Protulit vt mox te patrius sapientia vertex,
Tum magè vicerunt cùm te habuêre Dei. 20
Te propter cessit manibus constructa tremendis,
Iam propè per rutilum machina tensa polum.
Pindus, Othrys, Pholoë, dextris cecidêre Gigantum.
Decidit & Rhœti iam grauis Ossa manu.
Sternitur Ægæon Briareus, Ephialta, Mimásque, 25
Arctoas sueti lambere calce rotas.
Encelodus patri iacuit, fratrique Tiphoëus,
Euboïcam hic rupem sustinet, hic Siculam.
Hic se se ad totam genitricem transtulit Orpheus,
Et docuit chordas dicere Calliopem, 30
Assurrexerunt Musæ sub laude sororis,
Et placuit diuæ carmine plus pietas.
Quòd si maternas laudes cantasse fauori est,
Nec valeo priscas æquiparare fides:
Publicus hic pater est, voui cui carmen Auitus, 35
Materia est maior, si mihi Musa minor.

1 *Pallados armisonæ.*] Syllius.13.
Armisonæ curent simulachrum auellere Diuæ.
2 *Ismario vate.*] id est Orpheo Thracio, ab Ismaro monte Thraciæ 3.Car.5. *Ismarius.* Ouid.
8 *Armatus partus vertice diuiduo.*] vide Arnob.l.2.& August.l.4.c.10.
9 *Quam neque Deliacis.*] Hyginum vide.c.140.
11 *Necque Cadmeis, &c.*] Plautus Amphit. Hyginus.30.vide Casellium.l.2.c.14.&c. hæc puerilia sunt, & in scholis tyronibus leguntur, quibus immorari puerile esset. vide Apollodorum.

Panegyricus, Auito Augusto socero dictus.

CARMEN VII.

PHœbe peragrato tandem visurus in orbe,
Quem possis proferre parem, da lumina cœlo.
Sufficit hic terris, nec se iam signifer astris
Iactet, Marmaricus quem vertice conterit Athlas.
5 *Sidera sunt isti, quæ sicut mersa nitescunt,*
Aduersis sic Roma micat, cui fixus ab ortu
Ordo fuit creuisse malis, modò principe surget
Consule, nempe Patres collatos cernere fasces,
Vos iuuat, & sociam sceptris mandasse curulem:
10 *Credite plus dabitis currus. Iam noctè bifrontes*
Anceps Iane comas, duplicíque accingere lauro.
Principis anterior, iam Consulis iste coruscat
Annus, & emerita trabeis diademata crescunt.
Incassum iam Musa paues, quod propulit Auster,
15 *Vela ratis nostræ pelago quia currere famæ*
Cœpimus. en sidus, quod nos per cærula seruet.
Fortè pater Superum prospexit ab æthere terras,
Ecce viget quodcunque videt. mundum reparasse
Aspexisse fuit. solus fouet omnia nutus.
Iámque vt conueniant Superi, Tegeticus Arcas,

1 *Auito Aug. socero.*] Auiti Aug. filia Papianilla Sidonio nupserat, s̄.ep.3.l.1.c.2.l.2.ep.3.l.3.ep.16.l.5.j̄.Car.20. Grego. Turon.l.2.c.1.21.sub finem. *Sidonius ex præfecto substituitur vir secundum seculi dignitatem nobilissimus, & de primis Gallearum Senatoribus, ita vt filiã sibi Auiti Imperatoris in matrimonio sociaret.*

5 *Sidera sunt isti qua sicut mersa nitescunt.*] Rutil. Itin. 1. de Romano imperio.

Aduersis solemne tuis sperare secunda,
Exemplo cæli ditia damna subis.
Astrorum flammæ renouant occasibus ortus
Lunam finire cernis, vt incipiat, &c.

6 *Aduersis sic Roma micat, cui fixus ab ortu Ordo fuit creuisse malis.*] ex Rutilio. vbi s̄.
Illud te reparat, quod cætera regna resoluit,
Ordo renascendi est crescere posse malis.
s̄. Carm. 5. *tua nempe putantur*
Surgere fata malis, & celsior esse ruina.
Trabeis diademata crescunt.] s̄. Car. 5.
& princeps Consule crescit. vide notas.

8 *Nempe patres, collatos cernere fasces vos iuuat.*] vide Paul. Diacon. l.5. in fine & Freculphum. l.5.c.16.to.2.j̄. hoc Car. Auitus enim electus fuit à Senatu nec vt incubator inuasit imperium.

9 *Et sociam sceptris mandasse curulem.*] s̄.ep.9.l.1.& init. C. 2. Car. 5. vide quæ notaui.
Credite plus dabitis currus.] id est triumphum maiorem. s̄.c.3.l.3.

11 *Duplicique accingere lauro.*] id est dupla corona laurea, s̄. Car. 2. init.
tuque ô cui laurea Iane
Annua debetur, &c. vide notas ibidem. vna scilicet propter Auiti consulatum, altera propter eiusdem imperium.

Nunt plantis, nunc fronte volat. vix contigit arua,
Et toto descendit auo. mare, terra, vel aër,
Indigenas misère Deos: germane Tonantis
Prime venis, viridi qui Dorida findere cursu
Suetus, in attonita spargis citò terga serenum. 25
Humentes Nymphas Phorcus comitatur: ibique,
Glaucus Glauce venis: vatum & certißime Protheu
Certus eras. longo veniunt post ordine Diui:
Pampineus Liber, Mars trux, Tirynthius hirtus,
Nuda Venus, fœcunda Ceres, pharetrata Diana, 30

12 *Principis anterior, iam consulis iste coruscat annus*] *anterior annus*, quo scilicet Auitus electus est Imperator. VI. eid. Iulias Valentiniano VIII. & Antemio Coss. Innominatus Chronographus. Cassiod. in Chron. IIII. *regni anno principis Marciani.* Idac. ms.

12 *Iam consulis iste coruscat annus*] Auiti, qui Kal. Ianuariis, sequenti anno Consulatum auspicatus est, qui tamen in Fastis Consularibus non habetur, postque supradictos numerantur Ioannes & Vararus. qui suffectus est in locum. Auiti postquam Senatus ei cum imperio consulatum ademit.

16 *Pelago quia currere fama cepimus.*] s̄. ep. 1. l. 1. *in hoc deinceps famæ pelagus impellis.* & Carm. 3.

Nam famæ pelagus sidere curro suo.

19 *Mundum reparasse, appexisse fuit.*] Deus Max. qui nutu perditum Romanum orbē reparauit, s̄. Car. 5. in fine. eleganter Chrysolog. ser. 34. quem adi.

21 *Tegeticus Arcas.*] id est Mercurius Arcadius. s̄. Car. 1. j. Narb.

22 *Nunc plantis, nunc fronte volat.*] sic ex mss. Cuiac. & Pet. & coniectura Caducei emendaui, quæ lectio recta est. Albricus de Deorum imaginibus. & Isidorus. lib. 8. c. 11. de Mercurio. *alas eius in capite, & in pedibus, significare volucrem fieri per æra sermonem*, ex Augustino. de Ciuit. Dei. l. 7. c. 14. vtrinque enim gestabat pinnulas in capite. Plaut. in Amphut. & Apul. Apolog. Ad instar Mercurii, nuntij qui sub eius tutela sunt, pennas fronte gerunt, vnde πτεροφόροι Plutarcho in Othone. Atque etiā veredarij. Vetus Glossographus. *veredarij dicuntur à vehendo, quia festinanter in equis currunt, nec descendunt de equis, antequam sua responsa liberent. habent pennas in capite, vnde intelligitur festinatio itineris.* ad huius antiqui moris probationem allegat Cœlius. l. 11. c. 20. Iuuenalis versum Saty. 4.

Anxia præcipiti venisset epistola penna.

Secus vetus interpres. *si victoriæ nuntiabantur, laurus in epistola fiebatur, si autem aliquid aduersi penna fiebatur.* cui sententiæ accedit Fortunatus. de Gelesuintæ morte.

Mærorisque grauis tam citò penna volat.

Illud etiam abs re non erit dicere, musarum temporibus aptari pennas, propter sensus celeritatem. Cassiod. l. 4. e. 41. quem vide.

23 *Et toto descendit auo.*] ex Verg. 4. Æneid.

Materno veniens ab auo. Seruium vide.

24 *Germane Tonantis.*] Id est Neptune, *qui Dorida findere curru*, Dorida id est mare. s̄. Carm. 5.

Dorida diffusam premeret Ptolemaide gaza.

28 *Vatum & certißime Protheu.*] *senex marinus diuinus dicitur fuisse*, Seruius, & Higin.

31 *Nuda Venus.*] Altercatio Hadriani & Epicteti. Had. quare Venus nuda pingitur? Epict.

Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores
Nuda quibus placeat, nudos dimittat oportet.

32 *Turrita Cybele*] *corona turrita mater pingitur Deûm.* 7. Seruius, & Higinus.

Iuno grauis, prudens Pallas, turrita Cybele,
Saturnus profugus, vaga Cynthia, Phœbus ephœbus,
Pan pauidus, Fauni rigidi, Satyri petulantes.
Conuenêre etiam cœlum virtute tenentes,
35 *Castor equo, Pollux cestu, Perseius harpe,*
Fulmine Vulcanus, Typhis rate, gente Quirinus.
Quis canat hic aulam cœli, rutilantia cuius
Ipsa pauimentum sunt sidera? Iam pater aureo
Tranquillus sese solio locat. inde priores
40 *Consedêre dei, fluuiis quoque contigit illo*
Sed senibus residere loco. tibi maxime fluctu
Eridane, & flauis in pocula fracte Sicambris
Rhene tumens, Scythiaque vagis equitate cateruis
Ister, & ignotum plus notus Nile per ortum,
45 *Cum procul erecta cœli de parte trahebat*
Pigros Roma gradus, curuato cernua collo
Ora ferens. pendent crines de vertice tecti
Puluere, non galea: clypeúsque impingitur ægris
Greßibus, & pondus non terror fertur in hasta.
50 *Vtque pij genibus primùm est affusa Tonantis,*

36 *Castor equo, Pollux cestu.*] s. Carm. 5.
vetuisses Castora frænos
Pollucem cestus,] Carm. 11.

36 *Perseius harpe.*] Id est falcato ense. Ouid. 4. Metam. Hyginus. lib. 2. de signor. cœlest. histor.

41 *Fluuiis quoque contigit illo sed senibus residere loco.*] Claudian. 3. de raptu.
Sed non & senibus fluuiis concessa sedendi. Gloria.

42 *Tibi maxime fluctu Eridane.*] vide s. ep. 5. l. 1. Verg. *Fluuiorum rex Eridanus.* in hist. Gothor. ex Verg. Iornandes. *Padus quem solum fluuiorum regem dicunt, cognomento eridanus.* vide s. ep. 5. l. 1.

43 *Et flauis in pocula fracte Sicambris Rhene tumẽs*] Claud. de bello Getico.
Agmina quin etiam flauis abiecta Sicambris.
Idem in 4. Consul Honorij. *flauam sparsere Sicambri Cæsariem.*
Idem Paneg. 3. Stilico. *illinc flauente Sicambri. Cæsarie.*
Rheni ripas incolebant, quibus gelu duratus Rhenus in pocula frangebatur, s. Car. 5. de Ligeri. *ligerimque bipenni Excisum per frusta bibit.*

44 *Scythiaque vagis equitate cateruis Ister.*] s. Car. 2. & Car. 5. *canentem cuius rota trimeras Istrum.*
Vide quæ notaui, & adde Ouidium. 3. Trist. eleg. 10.
Cæruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, & vndas
Frigore concretas vngula pulsat equi.
Perque nouos pontes subter labentibus vndis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.
Rutilius. 1. *Haud aliter quam cum glacie riget horridus Ister*
Grandiaque adstricto flumine plaustra vehit. vide s.

45 *Et ignotum plus notus Nile per ortum.*] Hunc Sidonij versum effinxit Alcimus. lib. 1.
Tertius inde Geon Latio qui nomine Nilus
Dicitur, ignoto cunctis plus nobilis ortu.
Marcellus de medicina.

Testor, sancte parens, inquit, te numen & illud
Quicquid Roma fui, summo satis obruta fato,
Inuideo abiectis, pondus non sustinet ampli
Culminis arcta domus, nec flumen vallibus instat.
Quid (rogo) bis seno mihi vulture Thuscus aruspex 55
Portendit? iaciens prima cur mœnia genti
Omnibus iam celsa fui. dum collis Hetrusci
Fundamenta iugis aperis mihi Romule pauper,
Plus gladio secura fui. cùm turbine iuncto
Me Rutulus, Veiēs, paritérq; Auruc°, & Æquus, 60
Hernicus, & Volscus premerent, sat magna videbar.
Et tibi dum rumpit vitiatum fœmina ferro
Corpus, & ad castum remeas pudor erute vulnus:
Iam cùm vallatam socio me clusit Hetrusco
Tarquinius, proh Mutij ignes! proh Coclitis vnda! 65
Proh dolor! hic qui nam est, qui sub mea iura redegit
Samnitem & Gurges? Volsci qui terga cecidit
Martius, & Senones fundens Dictator & exul?
Fabritij vitam vellem, mortes Deciorum.
Vel sic vincentem, vel sic victos mea redde

Eximium ignoto quod mittit Nilus ab ortu. Claudian. 3. Cons. Honorij.

arcanos Nili deprendite fontes. Vide Senecā. l. 6. Natur. quæst. c. 8. & Am. Marcell l. 22. Plin. l. 5. c. 9. Horat. Ode. 14. l. 4. Martianum Felicem. l. 6.

48 *Pendent crines de vertice*] canis & sparsis crinibus Roma pingebatur. s̄. Carm. 2. & Car. 5. adde Rutilium, Itiner. 1.

48 *Tecti puluere*] i. cinere consperti, vt Roma squalida Ioui inuidiam supplicem obiiciat, quod fieri solemne esse, s̄. c. 7. lib. 1. dixi, quibus adiice quod ait Vergil. l. 10. in fine.

Caniciem immundo deformat puluere. idem.

Ciri. *Vix hæc ediderat cum clade exterrita tristi*
Intonsos multo deturpat puluere crines.

Passim apud Apuleium, Tertull. aduersus Psychicos in fine. D. Hieron. ad Innocentium de muliere septies icta. *è quibus medius ad quem damnatorum cura pertinebat erumpens & caniciem immundam perfuso puluere deturpans.* Paulinus epistol. ad Pammachium. Sulpic. Seuerus, Dialog. 2. c. 4. & 6.

49 *Non galea*] de Romæ galea. s̄. Carm. 2. & 5. de clypeo, & hasta ibid. Rutilius itinerar. 1. de Roma. *Perpetuosque ignes aureus vmbo vomat.*

51 *Genibus primum est affusa Tonantis*] s̄. ep. 5. l. 1. *Apostolorum liminibus affusus.* ep. 23. l. 4. *cum paternis pedibus affusus.* vide notas.

53 *Summo satis obruta fato.*] scilicet à Genzerico capta & spoliata. s̄. Carm. 2. & Carm. 5.

54 *Pondus non sustinet ampli culminis, arcta domus.*] id est arctis & breuibus circonscripti terminis Romani Imperij fines, Genzericus enim, vt ait Victor. 1. de persec. Vvandalic. Africam cum Valentiniano partitus est, Coss. Dioscoro & Eudoxio Prosp. Cassiodo. Mar. Comes post cuius mortem totius Africæ ambitum obtinuit, necnon & insulas maximas Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Maioricam, Minoricam multa superbia sibi cōsueta defendit, &c. hæc Victor. Reliquæ etiam barbaræ nationes pene totum Occidentis imperium inuaserant. s̄. Carm. 2. 5. & in epistolis passim.

56 *Quid, rogo, bis seno mihi vulture Thuscus aruspex portendit?*] vetustas credidit duodecim vultures qui Romulo paruerunt, duodecim sæculis duraturum imperium portendisse, & id quidem ex disciplina Vettij Aruspicis. Varro apud Censorinum de die natali. c. 17. *qui libro antiquitatum duodeuicensimo ait fuisse Vettium Romæ in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuiuis docto in disceptando parem, eum se audisse dicentem, si ita*

Principia. heu quò nunc pompæ ditésque triumphi,
Et pauper consul, Libycum mea terruit axem
Cuspis, & infido posui iuga tertia Pœno.
Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes
75 *Armeniæ, Tagus Æthiopum, Tanaisque Getarũ,*
Tybrinum tremuere. Me Teutone iuncto
Quondam fractæ subis Cimber gladiisque grauatas
Ante manus, solas iussi portare catenas.
Væ mihi qualis eram, cum per mea iussa iuberent,
80 *Sylla, Asiagenes, Curius, Paulus, Pompeius,*
Tigrani, Antiocho, Pyrrho, Persæ, Mithridati,
Pacem, regna, fugam, vectigal, vincla, venenum.
Sauromatem taceo, ac Moscum, solitósque cruentum
Lac potare Getas, ac pocula tingere venis:
85 *Vel cum diffugiunt, fugiendos tum magè Persas,*
Nec terras dixisse sat est. fulgentibus armis
Tot maria intraui duce te longéque remotas
Sole sub occiduo gentes victricia Cæsar
Signa Calidonios transuexit adusque Britannos,
Fuderit & quanquã Scotum, & cũ Saxone Pictũ, 90

esset, vt tradderent historici de Romuli vrbis condendæ auguriis ac duodecim vulturius, quoniam viginti centum annos præteriisset P. Romanus, ad mille & ducentos perventurum. Claudianus de bello Getico.

Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat
Augurium peiore via, truncatque membra,
Nutricemque Lupam Roma regnoque minari.
Tunc reputant annos, interceptoque volatu
Vulturis, incidunt properatis sæcula metu.

ↄ. hoc Carm.

Iam propè fata tui bissenas vulturu alas
Complebant.

58 *Dum collis Hetrusci.*] Origo gentis Romanæ & Fab. Pictor. lib. 1. Porcius Cato. & reliqui. Liuium. Florum. & Romanæ historiæ scriptores consule.

63 *Dum rumpit vitiatum fœmina corpus ferro.*] i. Lucretia quæ pudicitiæ illatum decus ferro expiauit. res est notissima.

73 *Libycum mea terruit axem Cuspis.*] qua insignita est Roma, ↄ. Carm. 2. & 5. historia Romana de bellis Pœnicis.

75 *Ganges Indorum*] Vibius *Ganges in Oriente Indiam cingens,* &c. ↄ.

Indicus Ausonia potetur casside Ganges.

75 *Colchorum Phasis.*] Vib. *Phasis in Colchide. qui de monte Garamante fluit.* Seneca, Hippolyto. *Hunc Graia tellus aluit, an Taurus Scythes,*
Colchusque Phasis?

75 *Araxes Armeniæ.*] Vibi. *Araxes Armeniæ, Armeniam à Medis diuidit,* Lucan. 7.
Armeniumque bibit Romanus Araxem.

76 *Tagus Æthiopum.*] id est Phison, qui, vt ait Eucherius in Genesim *Aethiopiæ partes irrigat.* Gir, Claudiano. 1. Paneg. Stiliconis.
Et Gir notissimus amnis
Aethiopum,
Qui fluuius quia aureas arenas voluit, vt Tagus à D. Ambr. de Paradiso. c. 3. & à Sidonio Tagus est appellatus.

76 *Tanaisque Getarum.*] Car. 2. & 5. Sextus Auienus de orbis descript. & Iornandes de reb. Get.

77 *Iam Tybrim tremuere meum*] Sextus Auien.
Ausonis inuicti gens roboris, una per orbem
Arma tulit, pubem Latiam ferus horruit Ister.
Romanas aquilas Rhodanus tremit, &c.

Hostes quæsiuit, quem iam natura vetabat
Quærere plus homines. vidit te frangere Leucas,
Trux Auguste, Pharon dum classicus Actia miles
Stagna quatit, profugísque bibax Antonius armis
Incestam vacuat patrio Ptolemaida regno. 95
Cúmque priùs stricto quererer de cardine mundi,
Sum limes nunc ipsa mihi. Plus summe Deorum,
Sum iusto tibi visa potens, quod Parthicus vltro
Restituit mea signa pauor, positoque thyara
Funera Crassorum fleuit dum purgat. & hinc iam 100
Proh dolor! excusso populi iure atque senatus,
Quod timui incurri. sum tota in principe, tota
Principis, & fio lacerum de Cæsare regnum,
Quæ quondam regina fui: capreásque Tiberij,
Et caligas Caij, Claudij censura secuta est. 105
Et vir morte Nero tristi. Pisone verendum
Galbam sternis Otho, speculo qui pulcher haberi
Dum captas, ego turpis eram, mihi fœda Vitelli
Intulit ingluuies ventrem, qui tempore paruo
Regnans serò perit lassam post inclytus armis 110

81 *Sylla Asiagenes, &c.*] Carminis leges non transgressus est, vt viri docti crediderunt, Sylla, Asiagenes, scande Sylla. A, siagenes enuntiandum sia non sia, atque ita constabit versus, Fortunatus. lib. 1. poemat. c. 9. hoc modò.

Auspicij præmissa erat fides ante futura.

Et alias apud veteres auctores, Priscian. in periegesi.

Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ.

Ibid. *Insulæ Ambreciæ,*
Item. *Insulæ Astaliæ, &c.*

81 *Asiagenes.*] Id est Scipio Asiaticus. Asiagenes simili compositione qua Agrætio *indigenes*, vis inest nomini Agræc.

82 *Tigrani, Antiocho, Pyrrho, Persæ, Mithridati.*] Symmachus. lib. 2. contrà Prudentium.

Si Brennum, Antiochum, Pyrrhum, Persen, Mithridatem.

83 *Pacem, regna, fugam, &c.*] vide Liuium, Velleium, Appianum, Florum, & reliquos.

84 *Solitosque equentum lac potare Getas.*] Columella. l. 7. c. 2. de re rust. *Getarum plurimi γαλακτοπόται dicuntur.*

85 *Et pocula tingere venis.*] Idem Dionysius Afer. Statius Achilleidos lib. 1.

Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo.

Priscian. in Periegesi.

Nec Bacchi donum, Cereris nec munera norunt,
Sed lac commixtum potant cum sanguine equino.

Et Sex. Auienus in orbis descriptione.

His cibus & potus simul est, nam sanguinem equinum
Et lac concretum, per barbara guttura sorbent.

Vide s. de Alanis. epist. 1. l. 4. de Thracibus. Car. 2. de Sarmatis. Plin. l. 18. c. 10. & Strabo. l. 7.

86 *Vel cum diffugiunt, fugiendo tum magè Persas.*] s. ep. 13. l. 9. in Carm.

It equo, reditque telo,
Simulacra bestiarum
Fugiens, fugansque Parthus.

Vergil. *Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis.*

Iornandes. *vnde etiam hodieque lingua Scythica fugaces, quod est Parthi, dicuntur.*

88 *Tot maria intraui duce te*] imitatione Vergiliana.

Tot maria intraui duce te, penitusque repostas, &c.

Vespasianus habet, Titus hinc: post hunc quoque frater:
Post quem tranquillus vix me mihi reddere Nerua
Cœpit: adoptiuo factus de Cæsare maior
Vlpius inde venit, quo formidata Sicambris
115 *Agrippina fuit, fortis, pius, integer, acer.*
Talem capta precor Traianum. nescio si quis
Æquiparet, ni fors iterum tu Gallia mittas,
Qui vincat. Lacryma vocem clausêre precantis,
Et quicquid superest luctus, rogat. Vndique cœli
120 *Assurgunt proceres, Mars, Cypris, Romulus, & qui*

Massylum gentes.
89 *Victricia Cæsar signa.*] i. victrices aquilas. 3. c. 6. l. 8. ꝫ. hoc Car. & Narbone. Cæsar scilicet Britannicus. Prudentius 1. contra Symmachum.
Æneadumque vltrò victricia signa virorum.
91 *Pictum*] Claudian. in III. Consul. Honorij
nec falso nomine Pictos.
Idem de bello Getico.
ferroque notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras. ꝫ. hoc Carm.

93 *Vidit te frangere Leucas*] 3. Car. 5.
Nec Leucadio classis Mareotica portu
Actiacas abscondit aquas. vide notas.

95 *Profugusque bibax Antonius armis*] vino vltrà modum deditus erat Antonius. Plin. lib. 14. c. vlt. *sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui, M. Antonio: is enim auidissimè ante eum apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate, quo patrocinari sibi ausus approbauit planè vt quidem arbitrer, quanta per temulentiam mala orbi terrarum intulerit,* &c. *ità vt Liberum patrem appellari se iussisset,* &c. Velleius. Florus l. 4. c. 11. Tertull. de pallio. in fine.

96 *Incestum vacuat patrio Ptolemaida regno*] id est Cleopatram, quæ Ptolemæo fratri nupserat. Propertius.
Scilicet incesti meretrix regina Canopi.

98 *Sum limes nunc ipsa mihi*] 3. hoc Carm.
Culminis arcta domus. vide notas.

102 *Excusso populi iure atque senatus*] qui ex lege Regia omnem suam potestatem in principem quem elegerat, transferebat, quique ius habebat eligendi principatus.

103 *Sum tota in principe, tota principis*] scilicet Imperatore Constantinopolitano, ex cuius arbitrio pendebat Cæsaris Romani electio. 3. Carm. 2.
Imperij genitrix, &c.

105 *Capreasque Tiberi*] 3. Carm. 5.
Post Capreas Tiberi. vide notas. & ep. 7 l 5. Ibid. notas.

106 *Et Caligas Cai*] cui à caligis Caligulæ cognomen.
Caius cognomen caligæ, cui castra dederunt.
Vide præter cæteros Athenæum. l. 4. c 7.

107 *Et vir morte Nero*] scilicet quod se ense perculerit, cætera femina, & siquid infrà muliebrem sexum fuit. Iustinus de Sardanapalo. l. 1. *victus in regiam se recipit, & extructa pyra se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum.*

116 *Quo formidata Sicambris Agrippina fuit*] apud Agripinam vrbem insignia sumpsit imperij. Victor. Orosius. reliqui, moxque Germaniam in pristinum statum reduxit, hisdem auctoribus, qui Traianus *Romani Imperij senectutem in iuuentæ vigorem mutauit.* Florus in Præf. l. 1.

119 *Lacrima vocem clausere precantis.*] Auitus. l. 1. c. 3.
Sic ait & gemitus vocem clausere dolentis.

120 *Atque iras veteres Saturnia donat*] Sic omnes mss. & vett. ex coniectura lege-

Autores tibi Roma Dei, iam mitior ipsa
Flectitur, atque iras veteres Saturnia donat.
Juppiter ista refert. Fatum quo cuncta reguntur,
Quoque ego, non licuit frangi. sat celsa laborant
Semper, & elatas nostro de munere vires 125
Inuidit natura sibi: sed concipe magnos
Quanquam fracta animos. Si te Porsenna soluto
Plus timuit de ponte tremens, si mœnia capta
Mox Brenni vidêre fugam, si denique dirum
Hannibalem iuncto terræ cœlique tumultu 130
Repulimus. cùm castra tuis iam proxima muris
Starent, Collina fulmen pro turre cucurrit.
Atque illic iterum timuit natura parentem,
Post Phlegram pugnare Iouem. Torpentia tolle
Lumina, detersam mentem caligo relinquat. 135
Te mirum est vinci, incipies cum vincere, mirum
Non erit: vtque tibi pateat quo surgere tandem
Fessa modo possis, paucis cognosce docebo.
Est mihi, quæ Latio se sanguine tollit alumnam,
Tellus clara viris, cui non dedit optima quondam 149

bam *ponat*. l. 4. Epigram. vett.
Iam veteres iras Venus & Tritonia ponat.
Arnob. lib. 7. *quibus iras atque animos ponant*. postea. *iras atque animos ponere*.

119 *Sed concipe magnos quanquam fractis animos*, &c.] vide Rutil. Numatianum. itinerario. i. & s. Carm. 5. & Init. huius Carm.

137 *Post Flegram*] s. Car. 6.
Sed te cum trepidum spectaret Flegra tonantem.

142 *Est mihi quæ Latio se sanguine tollit alumnam*] s. e. 7. l. 7. *Aruernorum proh dolor seruitus, qui si prisca replicarentur audebant se quondam fratres Latios dicere, & sanguine ab Iliaco populos computare.*

143 *Tellus clara viris*] s. ep. 7. l. 7. Petrus Picta. in Paneg. dicto Petro Venerabili Aruerno. de Aruernia.
Semper clarorum genitrix solet esse virorum.

144 *Fœcundus ab vrbe pollet ager*] Aruernia nostra eum reliquis Galliæ prouinciis fœcunditate atque vbere glebæ certar, vrbs verò Aruerna & vrbi contiguæ terræ, cum ipsa Aruernia certare videntur. s. ep. 21. l. 4. vide notas.

148 *Piceam pinguedine glebam*] nec effœtæ sunt terræ illæ, in quibus annuarim reliquis Aruerniæ terris vberiores fructus demetuntur, & picea adhuc terra nigrescit, *pulla Campania terra* Plin. l. 17. c. 4.

149 *Assurexit huic*] ne quem moretur hæc loquendi forma, ista significatur Aruerniæ solo adsurgere, id est cedere Niliacum Libycumque solum, adsurrexit, id est, cedit. sic Verg. 2. Georg.
Tmolus & adsurgit, quibus & rex ipse Phanæus. id est, cedit. Seruius. idem Egloga. 6. Auson. epist. 6.
Adsurgit musæ nostra Camœna tuæ.

148 *Niliacum, Libycumque solum*] s. Car. 5. & Prudentius 2. contrà Symmachum.
frumenta Libes. j. Carm. 22.

150 *Arida Migdoniæ damnarunt Gargara falces*] j. Carm. 22.
Quantum Migdonio committunt Gargara sulco.

151 *Spes vnica rerum*] s. sub finem Carm. 5.
Et quia lassatu nimium spes vnica rebus.

152 *Nulli pede cedis in armis*] Aruernos plurimum equitatu & peditatu valuisse, testantur veterum monimenta, sed de hac re fusius in libris meis Aruernarum antiquitatum, quos parturio, parituurus aliquando si studia fortunet Deus.

Rerum opifex natura parem. fœcundus ab vrbe
Pollet ager, primo qui vix proscissus aratro,
Semina tarda sitit, vel luxuriante iuuenco
Arcana exponit piceam pinguedine glebam.
145 *Assurrexit huic, coxit quod torridus Auster*
Niliacum, Libycumque solum: collatáque semper
Arida Mygdonias damnarunt Gargara falces.
Apulus & Calaber cessit. spes vnica rerum,
Hanc Aruerne colens, nulli pede cedis in armis,
150 *Quos vis vincis equo. testis mihi Cæsaris esto.*
Hic nimiùm fortuna pauens, cùm colle repulsus
Gergouiæ, castris miles vix restitit ipsis.
Hos ego tam fortes volui, sed cedere Auitum
Dum tibi Roma paro, rutilat cui maxima dudum
160 *Stemmata complexum germen: palmata cucurrit*
Per proauos, gentísque suæ, te teste Philagri,
Patritius resplendet apex. Sed portio quanta est
Hæc laudum laudare patres? quos quippe curules
Et præfecturas constat debere nepoti?
165 *Sint alij, per quos se postuma iactet origo,*

154 *Cum colle repulsus Gergouiæ*] quæ collis adhuc nomen retinet, & leuga distat ab Aruerna, quæ Claromontium dicitur, vbi sparsim disiecta rudera, quadra lapidum, lateres & coagmẽtati cæmentorum acerui á studiosis antiquitatis visuntur, præterquam quòd penes me sunt huiusce vetustatis indubia monimenta, visura cum reliquis lucem, si lux suppetat.

159 *Te teste Filagri patricius resplendet apex*] s̄. ep. 3. l. 2. & *in lares Filagrianos patricius apex tantis post seculis tua tantum felicitate remeauerit.*

163 *Se postuma iactet origo*] eidem s̄. epist. 12. lib. 3. *postumum tempus, laus.* ep. 22. lib. 4. *gloria.* epi. 5. libr. 8. vide notas.

169 *Ventris onus*] id est Auitum infantem. Ouid. Eleg. 2.

Dum labefactat onus grauidi temeraria ventris.

Sedul. lib. 2. *vterumque puella*

Sidereum mox implet onus. Gell. l. 12. c. 1. s̄. ep. 2. l. 4.

170 *Fausto trepidi patris aulam impleui augurio*] forte igne, qui semper aliquid magnum & fortunatum auguratur. s̄. Car. 2. & 5. vide notas.

173 *Mundi depositum*] Auitus lib. 4. c. 1. de arca Noe:

seruatque furens super omnia pontus

Orbis depositum. Maximus Regin. homil. de Pascha. 2. de Iona, *sed pisce illæsum eructante depositum tertia die terris refunditur.*

176 *Et attritas paruum ridere pruinas*] s̄. Carm. 5.

en vertice summo

Algentes cogit turmas, ac frigora ridet.

177 *Surgentes animi Musis formantur*]. olim pueri primùm poetarum studiis initiabantur. vide s̄. ep. 5. & 21. lib. 5. epist. 4. lib. 8. epist. vlt. l. 9. in fine. & als. vide notas ex Seruio.

177 *Et illo quo Cicerone tonat*] item. s̄. ep. 5. lib. 5. *varicosi Arpinatis abundantiam, post* (scilicet) *ferulas lectionis Maronianæ*, vt idem ait Claudian. ep. ad Olybrium.

Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas.

Martianus Felix. l. 5. *Tullius meus qui non solum in foro, Senatu, rostrísque grandiloqua facultatis maiestate tonuerit*, & c. s̄. ep. 1. l. . in Car.

Arpinas modò quam tonante lingua Dictat.

179 *Libroque relegit quæ gereret campo*] hic erat ordo veteris institutionis, vt primùm poeticam auspicarentur, à poetica ad Rhetoricam, à Rhetorica ad historiam gradus esset. s̄. ex Seruio. & Car. 2. & Petron. Satyr.

Et priscum titulis numeret genus. Altera Auite
Nobilitas,tu solus auos. Libet edere tanti
Gesta viri,& primam paucis percurrere vitam.
Soluerat in partum generosa puerpera casti
Ventris onus,manifesta dedi mox signa futuri 170
Principis,actutum fausto trepidi patris aulam
Impleui augurio:licet idem grandia gnati
Culparet fata,& pueri iam regna videret.
Sed sibi commissum tanto sub pignore cernens
Mundi depositum,ne quid tibi Roma periret 175

181 *Ex infante puer*] Seruius.l.5.Æneid.*aetates omnes Varro sic diuidit, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam.*

184 *Fractusque molari dissiluit vertex.*] Sic mss. omnes & vett. rectè. Pub. Consentius. *plerumque coniugationis litera mutatur, vt salio, dissilio, non salio non saliere, sed saluere facit vt Vergilius*

saluere per vtres

Et dissiluit Turnus.s̄.Exiluit properè.Car.2.

191 *Tensa cathenati summittere colla Molossi*]vide Iul.Firmicum Mathes.l.5.c.8. & s̄. ep.6.l.8.Seneca.Hyppol.act.1.init. *Teneant acres lora Molossos.*

Latratibus improbus Vmber terruit]Syllius 3.

Venator dumeta Lacon,aut exigit Vmber
Nare sagax è colle feras.

Glossæ vett. λάχων ὁ θηρατής. *vmber.* Columell.lib. 7. cap. 12. *nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo quisque celerius vocatus exaudiat, nec tamen breuioribus quàm quæ duabus syllabis enuntientur, sicuti Græcum est σκύλαξ, Latinum ferox, Græcum λάκων, Latinum celer.* Lacon Syllio, & Columellæ, qui Philoxeno in Glossis *Vmber.*

195 *Albentes nigro sub gutture Lunas*] id est lunatas & vncatas aprorum siccas. Statius.

Igne tremunt oculi,lunataque dentibus vncis
Ora sonant,idem.l.8.Thebai.
Qualis setigeram lunata cuspide frontem
Strictus aper,

Claudianus de laudibus Herculis *soloque tremendus*
Corpore,lunatis findebat dentibus ornos.

Calphurnius Egloga.6. *vbi pendulus apri*
Dens sedet,& niuea distinguit pectora luna.

Nec abs re est quod ait Procopius.de bello Gothico.l.1.*in Beneuento Calidonij suis dentes Diomedes reliquit lunarem in speciem pedum trium pentametrum habentes.*

196 *Frangere ludus erat*] s̄.Carm.5.

clypeosque rotare Ludus.

j̄.Carm. *cui pelle salum sulcare Britannum Ludus.*

Verg. *Flectere ludus equos.*

197 *Venabula figere predas*]s̄.ep.6.l.8.*namque apros frustrà in venabula vocas.*

182 *Hyppolitus*]qui vt castè vitam transfigeret,totum se Dianæ vouerat & venationi, Seneca Hyppolito.

183. *Gemino cum Cressa furore*]id est Phædra.Ouid.

Mittit Amazonio Cressa puella viro.

Gemino furore,id est amoris,& vindictæ fœmineæ.

184 *Transiit affectu matres,& fraude nouercas*] transiit affectu matres, matrum affectus honestus & pudicus est,sicque Cressa quę Hyppolitum priuignum deperibat, transibat affectu matres, & fraude nouercas, quia impos sui,& sui affectus effectu non potita, laqueo vitam finiit, illamque concinnauit calumniam videlicet quòd

Iuuit fortunam studio. lactantia primum
Membra dedit niuibus, glaciémque irrumpere plantis
Iussit, & attritas paruum ridere pruinas.
Surgentes animi Musis formantur, & illo
180 *Quo Cicerone tonas. didicit quoque facta tuorum,*
Ante ducum. didicit pugnas, libróque relegit
Quæ gereret campo. primus vix cœperat esse
Ex infante puer, rabidam cum fortè cruentis
Rictibus, atque escas ieiuna fauce parantem,
185 *Plus catulis strauit (fuerant nam fragmina propter)*
Arreptam de caute lupam, fractúsque molari
Dissiluit vertex, & saxum vulnere sedit.
Sic meus Alcides Nemeæ dum saltibus errat
Occurrit monstro vacuus, non robora portans,
190 *Non pharetras: stetit ira tremens atque hoste propinquo*
Consuluit solos virtus decepta lacertos.
Parua quidem, dicenda tamen. Quis promptior isto,
Tensa cathenati summittere colla molossi?

Hyppolitus pudicitię suę rim inferre tentasset. Senec Ouid. Higin.

186 *In vulgus propè cognatum*] ∫. hoc Car.

Concitat omne animum vulgus,

191 *Solus mala fracta alliget vt patria*] id est Aruerniæ & Aruernæ nostræ, cui Rusticus Agrœcius, Constantino Tyranno Arelati capto, Iouino & Sebastiano interemptis, quorum præfectus erat magnam cladem inflixit, cum nationum barbararum examina quibus ad sui custodiam vtebatur, Aruerniam depopularentur, quem cum barbarorum vastatoriis cuneis vt profligarent, Honorij duces insecuti sunt. Renatus Profuturus, *Hisdem diebus præfectus tyrannorum Decimius Rusticus Agrœcius ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos capti à ducibus Honorianis, & crudeliter interempti sunt.* quam stragem *ingens fames secuta est.* Prosper.

Et in ore precantis Ephœbi verba senis] ∫. Carm. 2.

stupuit primus se Parthus in annis
Consilium non ferre senis.

192 *Procerum tum fortè potentior illic*] id est Comes & magister militiæ & patricius Constantius, penes quem summa rerum erat. Orosius. l. 7. c. 42. qui Aruerniam & Aruernam nostram hoccc tributario iugo releuauit, id est vt releuaret Honorius fecit. vide ep. 12. l. 7. Ibid. notas.

Instituit varias per nubila, &c.] ∫. ep. 9. l. 4. Policratici l. 1. c. 4. consule. & Curopalatem de officio accipitrarij, quibus exercitiis nobilitas instituębatur. ∫. de Hecdicio. c. 3. l. 3.

193 *Poseatque informe recidi vectigal.*] quod Aruena ciuitas Imperatori quotannis exsoluebat, quodque. S. Illidius Aruernæ Episcopus, vt ex triticeis & vinariis speciebus, in certam auri quantitatem Maximus Clemens commutaret obtinuit. Greg. Turo. in hist. S. Illidij & histor. mss. *Ab Imperatore Treuerico obtinuit, vt Aruerna ciuitas quæ tributa in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro dissolueret, quia cum graui labore penui inferebatur Imperiali*, &c. posteà Auitus à Constantio Comite recidi curauit.

194 *Constantius*] Comes & magister militiæ & patricius, *Comes* Orosio, *magister militia* Prospero in Chronico. Honorio IX. & Theodosio V. Coss. Idacio ms. *patricius*, Iornandi de successs. regno. & Isidoro in Chronico. *Comes & Patricius*. l. 14. C. TH. de infirm. his quæ sub Tyrannis gesta sunt. *magister militiæ* l. 17. de desertoribus vel occultat. eorum, cui Placidia soror Honorij nupsit, ex qua suscepit Valentinia-

Et lustris recubare feras interprete nare
Discere non visas, & in aëre quærere plantas? 195
Iam si fortè suem latratibus improbus Vmber
Terruit, albentes nigro sub gutture lunas
Frangere ludus erat, colluctantique lacerto
Vasta per aduersas venabula cogere prædas,
Quàm pulchrum, cum fortè domum post lustra reuertens 200
Horrore splenderet apri, virtusque repugnans
Proderet inuitum per fortia facta pudorem.
Sic Pandionius castæ Tritonidos aruis,
Hippolytus roseo sudum radiabat ab ore,
Sed simili gemino flagrans cum Cressa furore 205
Transiit affectu matres, & fraude nouercas.
Quid volucrum studium, dat quas natura rapaces,
In vulgus prope cognatum? quis doctior isto
Instituit varias per nubila iungere lites?
Alite vincit aues, celerique per æthera plausu 210
Hoc nulli melius pugnator militat vnguis,
Nec minus hæc inter, ciuilia iura secutus,

num Imperatorem, imperiumque cum Honorio sororio suo participauit. Orosius. Prosper. & reliqui. vide Sozomenum. l. 9. c. 16.

199 *Regi Getico*] id est Theodori regi Gothorum Prosper, Orosius, Iordanes, Zonaras, Paul. Diaco. Isidorus in Chro.

199 *Tua Gallia pacis pignora iussa dare est*] id est pacis inter Constantium & Vvalliam initæ obsides, Orosius. l. 7. c. vlt. Vvallia *pacem optimam cum Honorio Imp. datis lectissimis obsidibus pepigit*, idem Diaconus. l. 4. & Freculfus. l. 5. c. 7. tom. 2. Iornand. de success. reg. & Isidor. in Chronico. Datos autem fuisse vtrinque lectissimos obsides ex hoc loco clarum est.

200 *Interque nobilis obses tu Theodore venis*] *lectissimi obsides*, Orosi. & reliqui auctores: De hoc Theodoro Præf. præt. l. 4. C. Th. de indulg. debitorum. l. 20. C. eo. de pœnis. l. 21. de bonis proscript. Cod. eod. lib. 1. de lito. & itiner. cust. l. vn. si nuptiæ ex rescripto pet. C. eod. & als passim. vide Chron. Fastorum. erat Auiti propinquus.

203 *Expetis in media pelliti principis aula*] id est in Capitolio Tholosano, sede regni Gothici, pelliti principis id est Regis Gothorum. l. 7. in Conc. si necessitas arripiendæ legationis incubuit, non illi semel pro hac ciuitate stetit ante pellitos reges, vel ante principes purpuratos. vide notas. & ep. 2. l. 1.

204 *Probat hoc iam Theodoru*] sic mss. omnes. Theodorus ms. Pet. & Idac. in Chro. ms. is est Theodoricus primus, Vvalliæ successor. Gregor. Turo. l. 2. c. 7. & Isidoro in Chronico Gothorum, *Theudo* vocatur, ĩ. hoc Carm. *Theodorida*, vulgò *Theodoricus*.

206 *Quod fueris blandus regi placuisse feroci*] id est Theodori. s̃. epist. 12. lib. 7. *prætermisit regem Gothiæ ferocissimum, inflexum afflatu tuo melleo, &c.* ĩ. de eodem.

rapidam trux asperat iram Victor.

208 *Gerere stupet*] in gerere, re, producitur propter consonantes, quæ sequuntur in verbo stuper, idem s̃.

Horrore splenderet apri

ĩ. hoc Carm.

Agmina contentus ruere structimque per amplos
Exercere gladium.

Posteà *Inquit Auitus age Scythica nutrite sub Arcto.* & als. sæpe.

198 *Variis incussa procellis bellorum*] Gallia tunc temporis barbararum gentium incursionibus fœdè vastabatur. Prosper in Chron. Saluian. Iornand. Fortunatus in

Eligitur primus iuuenis solus [illegible] fracta
Alliget ut patriæ, poscátque informe recidi
215 *Vectigal. procerum tum fortè potentior illic,*
Post etiam princeps Constantius [illegible]nia præstat,
Indole defixus tanta, & miratus in annis
Paruis grande bonum. vel in ore precantis ephebi
Verba senis. ducis hinc pugnas & fœdera regum
220 *Pandere Roma libet variis incussa procellis*
Bellorum, regi Getico tua Gallia pacis
Pignora iussa dare est: inter quæ nobilis obses
Tu Theodore venis, quem pro pietate propinqui
Expetis in media pelliti principis aula
225 *Tutus Auite fide. probat hoc iam Theodoris altum*
Exemplum officij res mira & digna relatu,
Quod fueris blandus, regi placuisse feroci.
Hinc te paulatim prælibat sensibus imis,
Atque animis, vult esse suum, sed spernis amicum,
230 *Plus quàm Romanum gerere, stupet ille repulsam,*
Et plus inde places. Rigidum sic Pyrrhe videbas
Fabritium, ingestas animo cum diuite fugit

vita. S. Medardi. Diaco. Freculph.
199 *Regi Getico*] i. Theodori qui post triennium Valliæ regnum Gothorum obtinuit, & initio regni fœdus ab Vvallia cum Theodosio pactum disrupit. Isidorus Era. ccccLxvij. in Chronico: caue referas ad Vvalliæ fœdus, is enim dedit obsides Orosius. lib. 7. c. vlt. Diac. l. 4. Freculphus l. 5. c. 7. to. 2. iste accepit, inter cæteros Theodorum Auiti propinquum.
200 *Inter quæ nobilis obses tu Theodore venis*] de Theodoro præf. præt. l. vn. C. TH. si nuptiæ ex rescripto petantur. l. 1. de litor & itinerum custod. C. eod. & als. passim vide Chronicon Fastorum, *Theodoro iuuenis Clariss.* mentio est epist. 10. lib. 3. S̄.

209 *Rigidum sic Pyrrhe videbas Fabricium*] Liui. l. 13. & 14. Florus. l. 1. c. 18. *Fabricius oblatam ibi à rege Imperij partem repudiauit.* Valer. vide. l. 4. c. 3. Claud.

Pectora Fabricij, donis inuicta, *& nulli peruia culpæ.* idem 4. Consul. Honorij.
Pauper Fabricius Pirrhi cum sperneret aurum.

218 *Scythico cum sæpe duello est edoctus*] Ætius Gaudentij Scythæ filius, Scythis perfamiliaris fuit, ita vt cum illis militauerit, Chunnos iussu Ioannis tyranni cuius curapalati erat, in Italiã aduersus Placidiam & Valentinianum duxerit, Ioanneque occiso, illos ad Pannonias mira felicitate reduxerit. Renatus Frigeridus. lib. 12. histo. Prosper in Chron. Diacon. quiq; Bonifacio magistro militum in certamine occiso, ad Rugilam Hunnorum regem profugit, illumque iterum in Italiam duxit. Prosp. Chro. Freculph. Diacon. Sigebert.

219 *Qui quanquã celsus in armis*] Renatus Frigeridus *animo alacer, membris vegetus, eques promptissimus, sagittarum iactu peritus, conto impiger, bellis aptissimus,* &c. Greg. Tur. l. 2. c. 8. & ex eo Epitomast. ms. Iornandes de reb. Get. c. 34.

220 *Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo*] elegans formula, Q. Curt. l. 7. de Parmenione, *multa sine rege prosperè, rex sine illo nihil magnæ rei gesserat.* Corippus. libr. 1 ad Iustinum:

Te sine, nihil ille peregit

S̄. Car. 5. *omnia tecum Te sine multa facit.*

221 *Nam post Vithungos*] sic mss. & vet. quidam Iuthungos Scythiæ populi, Germaniæ affines. Pollio in Clodio. *Scytharum populi Ostro. Gothi, Virthungi, Gepides,* quos Ætius attriuit. Prosper, *Æthius Ihutungorum gentem delere intendit. Grutungos bellosam gentem aggressus est.* Am. Marcell. l. 27. lege Iuthungos.

Pauper opes, regem t[illegible]ns dum supplice censu
Pignus amicitiæ vili mendicat ab auro.
Ætium interea Scythico qui sæpe duello est 235
Edoctus, sequeris: qui quanquam celsus in armis,
Nil sine te gessit, cùm plurima tu sine illo,
Nam post Vithungos & Norica bella, subacto
Victor Vindelico, Belgam, Burgundio quem trux
Presserat, absoluit: iunctus tibi vincitur illic 240
Cursu Herulus, Chunus iaculis, Francúsque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus,
Vulnere vel si quis plangit, cui flesse perisse est,
Ac ferro perarasse genas, vultúque minaci
Rubra cicatricum vestigia defodisse. 245
Illustri iam tum donatur celsus honore.
Squameus, & rutilis etiam nunc liuida cristis
Ora gerens, vix arma domum sordentia castris
Retulerat: noua bella iterum, pugnámque sub ipsis
Iam patriæ muris periturus commouet hostis. 250
Lithorius Scythicos equites tum fortè subacto
Celsus Aremorico Geticum rapiebat in agmen

221 *Et Norica bella subacto, nuper Vindelico*] 5. Carm. 5.
Pugnastis pariter Francis, qua Cloio patentes
Atrebatum terras peruaserat, &c.
vide notas & adde quod ait Iornand. de rebus Getic c.34. *Aetius Reip. Romanæ singulariter natus, qui superbiam Sueuorum, Francorumque barbariem immensis cædibus seruire Romano Imperio coegisset,* &c. Felice & Tauro Coss.

222 *Belgam Burgundio quem trux presserat absoluit*] Burgundiones enim Luciano V. C. Cõs. partem Galliæ propinquantem Rheno obtinuerũt. Prosper & Cassiodor. in Chron. id est Belgicam secundam.

Absoluit] Idac. ms. *Anno decimo. Theodosij Burgundiones qui rebellabant, contrà Romanos à duce Aetio sunt perdomiti. Anno decimo tertio regni Theodosij ab Aetio duce & magistro militum, Burgundionum cæsa viginti millia, Gothorum qui eis auxilia tulerunt, octo cæsa sunt.* in Chronico Aquitanicus Prosper. *Theodosio xv. & Valentiniano IIII. Coss. eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem, intrà Gallias habitantem Aetius bello obtriuit,* &c. sicque Galliam Belgicam liberauit. idem Cassiod. Chro. Paul. Diaco. l.4. Prosper Chronicon quod Magno Pithœo debemus, verus neque supposititius Prosperi partus, næuo quo deformatur emaculabo, *bellum contrà Burgundionum gentem memorabile exarsit, quo vniuersa penè gens cum rege Peretio deleta.* lege, *cum rege per Etium deleta.* Sigebertus in Chronico, qui hoc penè omne Chronicon transcripsit paucis immutatis. *bellum contra Burgundiones memorabile exarsit, quo tota penè gens cum rege suo per Etium victa cõcidit.* rex autem Burgundionum *Gundicarius* Prospero vocatur, & ex eo Diacono, Cassiodoro *Cundicarius.* vide Freculphũm. l.5.c.13.tom.2. Gregorio. l.2.c.18. *Gundeuchus.*

224 *Cursu Herulus*] qui velitum more, leui armatura aciem instruebat. Iornandes. cap. 50.

224 *Chunus iaculis*] Hunni peritissimi iaculatores & sagittarij erant, 5. Car. 2.
Hæc habet & teretes arcus, & spicula cordis,
Terribiles certaque manus, &c. vide notas.

Et adde Attilæ dictum ad Hunnos apud Iornandem. c.39. *primus in hostes tela coniiciam,* &c. vide ex c.50. 5. Claudia. in III. Consulat. Honorij, *De spoliis Scythicos arcus,* &c. Am. Marcell. l.31. init.

224 *Francúsque natatu*] qui recens natos infantes Rheni gurgitibus exponebant, vt probarent num legitimi essent, qui si supernatarent legitimi, si mergerentur spurij habe

Per terras Arverne tuas, qui proxima quæque
Discursu, flammis, ferro, feritate, rapinis
255 *Delebant, pacis fallentes nomen inane.*
Huius tum famulum quidam truculentior horum
Mox feriende feris, ruit ille, & tristia fata
Commendat domino absenti, partemque futuram
Vindictæ moriens Stygium spe portat ad amnem.
260 *Et iam fama viro turres portásque tuenti,*
Intuitu pavidæ plebis perfert scelus actum.
Excutitur, restat, pallet, rubet, alget, & ardet,

habebantur, quasi Francis natare natura dedisset. Iulianus. Aug. epist. ad Maximum Philosophum, & Claudianus. in Ruffinum.l.1.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. De Francorum egregia naturæ peritia, & cum ipso mari notitia & familiaritate V. C. Seruinus. actione Cæsaroduni habita velo leuato, pro Teutonibus docta & pluribus antiquitatis flosculis inspersa, ad quam te relego. Libuit his corollarium illud addere.

225 *Sauromata clypeo*] Sarmatæ Iornan. cestus tribuit. Statius. 2. Theba.

Quo Magetæ sua gesa citent, quo turbine cestum
Sauromates. Seneca. *Nec tela gerit Sarmata frigidus, hastas longiores.*

Marcell. lib. 17.

225 *Salius pede*] Salius is est Francus, qui à saliendo iocul ariter Salius dictus est, non à Sala, Salia, salo, sale, vt multi putant, ita olim sacerdotes paganorum, Salij à saliendo, & præsules quòd præ aliis salirent Festus. lib. 16. ita quoque Franci quòd acumine pedum pollerent, Salij dicti sunt, quam nominis proprietatem innuere videtur, Ammian. Marcell. l. 17. *petit primos omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit*, &c. & ita passim in Notit. Imperij, *Salij*, & *Salij Gallicani. Francus Salicus* Carol. Magno. l. 4. c. vlt. Ita visum est Francisco Pithœo Magni Pithœi germano illique pati, in cuius sententiam pede Salius, saltuatim descendo. ita Iornandes de reb. Get. c. 50. ait, *Sueuum pede, Hunnum sagitta præsumere, Alanum graui, Herulum leui armatura aciem instruere.* pede id est, peditatu, s. hæc Catm.

nulli pede cedis in armis.

225 *Falce Gelonus*] Statius in fine 2. Thebaidos.

Quo Magetæ sua gesa citent, quo turbine cestum
Sauromates, arcumque Getes, falcemque Gelonus.

Claud. 1. Paneg. Stilic. *non falce Gelonus,*
Non arcu pepulere Getæ.

226 *Vulnere vel si quis plangat*, &c.] de Gelonis Vergil. 2. Georg.

pictosque Gelonos.

Seruius. *id est Stigmata habentes, & sunt populi Scythiæ, vt pictique Agathirsi.* Sed hæc extrema Seruius ipse emendat. l. 4. Æneid. *pictique Agathirsi, non stigmata habentes, sed pulchri*, Sex. Auieen.

Præcinctique sagis semper pictis Agathirsi.

Am. Marcell. l. 31. penes initium, quem vide, id in transcursu. De Thracibus Artemidorus. l. 1. c. 9. de Hunnis Sido. s. Car. 2. vide notas. De Pictis hîc Sidonius, qui à pictura nomen sortiti sunt, Claudia in III. Consul. Honorij.

Ille leues Mauros, nec falso nomine Pictos
Edomuit. Idem de bello Get. *ferroque notatas*
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Idem Paneg. 3. Stilic. *Ferro picta genas.* de Britannia loquitur. Tertull. de veland. Virg. *aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* Solinus, *regionis partem tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris varia animalium effigies incorpo-*

m

rantur, inscriptique visceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt: neque quicquam magis patientia loco nationes ferè ducunt, quàm vt per memores cicatrices plurimum sui artus bibant. Item Iornandes histo. Gothor. *ob decorem nescio, an aliam ob rem ferro pungunt corpora.*

242 *Illustri iam tum donatur celsus honore*] id est, post Francorum, & Burgundionum cædem, Auitus magisteria militari decoratur, ȷ̄.hoc Carm.

Ac sibimet multas vultum variata per vnum
Ira facit facies, vel qui nos sæpe dolenti, 260
Plus amat extinctum, tandem prorumpit, & arma
Arma fremit, pinguisque etiam num sanguine fertur
Lorica, & obtusus per barbara vulnera contus,
Atque ab assiduis dentatus cædibus ensis.
Includit suras ocreis, capitique micantem 265
Imponit galeam, fuluus cui crescit in altum
Conus, & iratam iaculatur vertice lucem.
Et iam scandit equum, vulsisque à cardine portis

243 *Squameus*] id est squamis armatus. s̄. Carm. 5.

& oppositis hastarum verbera thorax Arcebat squamis.

244 *Vix arma domum sordentia*] id est hostili sanguine suffusa Auitacum reportarat Auitus.

245 *Pugnamque sub ipsis iam patriæ muris*] id est, Aruernæ Auiti patriæ. s̄. hoc Carm.

Est mihi qua latio se sanguine tollit alumnam
Tellus clara viris. & c. erat enim eius Aruernensis Greg. Tur. l. 2. c. 11.

246 *Periturus commouet hostis*] id est, Hunnus eques periturus singulari certamine, quod cum eo Auitus posteà conseruit. ȷ̄. hoc Car.

247 *Lithorius Scythicos equites*] id est Hunnos equites strenuos & promptissimos. s̄. Carm. 2.

cognata reare
Membra viris, ita semper equo seu fixus adhæret
Rector cornipedum tergo. quos ductabat Lithorius. Saluian. 7. Prosper. in Chron. & Iornand. de reb. [illegible]t. c. 34.

247 *Subacto celsus Aremorico*] Armorico subacto, Coss. Theodosio xvj. & Fausto, quibus Lithorius Theodoricum fœdifragum, à Narbonis obsidione repulit, & Aremoricos subegit Galliæ Narbonensis populos, Pli. 4. c. 17. idac. quos Strab. l. 4. Arecomicos vocat. Isidorus in Chron. Era. cccclxvij. ȷ̄. hoc Car. & Narbone. Car. 23. vbi plura. hæc quippe referri non possunt ad Armoricanos, quos antea Aetius Eocharic ferocissimo Alamannorum regi inclinandos pro rebellionis præsumptione, permiserat. Constantius, in vita S. Germani. lib. 2. cap. 5. & Ericus Monachus. libr. 5. init.

248 *Celsus*] non est Lithorij cognomen vel agnomen, vt viri docti scripserunt, sed celsus Lithorius vocatur, quod Gothos fuderit, & Gothiæ partem subegerit, vt s̄. hoc Carm. de Aetio. *qui quanquam celsus in armis.*

Ibid. *Illustri iam tum donatur celsus honore.*

Id est, vt dixi, Auitus celsus ob victoriam, quam de Francis & Burgundionibus reportauit ȷ̄. de eod. hoc Carm. *celsum*

Exorare virum, id est Auitum.

248 *Geticum rapiebat in agmen*] magna celeritate ducebat aduersus Gothos, & eorum regem Theodorem. Saluianus. 7. Prosper in Chron. Diaconus. l. 4. & Isid. vbi s̄, anno sequenti. Paul. Diac. Theodosio xvij. & Festo. Coss. Prosper. & Cassio. Idacius. ms. *bellum Gothicum sub Theodorico rege apud Tholosam Lithorius dux Romanus inconsultus init, cum auxilio Hunnorum magna manu irruens,* &c.

Emicat.aßistunt socio virtúsque,dolórque,
270 *Et pudor,armatas pilo petit impiger alas,*
Pugnando pugnam quærens,pauidúmque per agmen
Multorum interitu compensat,quod latet,vnus.
Sic Phrygium Æmathia victorem cuspide poscens
Æacides,cæso luctum frenauit amico,
275 *Per mortes tot Troia tuas,iam vilia per se*
Agmina contentus ruere,strictúmque per amplos
Exerere gladium populos.natat obruta tellus
Sanguine, dúmque hebetat turba graue cadua telum,

249 *Per terras Aruernæ tuas*] ex his verbis malè perceptis,vir doctus, Annalium scriptor egregius,tradidit Lithorium per Aruerniæ nostræ fines in Gothiam profectum,Narbonis obsidionem soluisse. quod nollem ab illo dictũ. Lithorius enim post Narbonis obsidionem solutam, fugam & stragem Gothorum,anno sequenti Hunnorum auxiliarium agmina per Auerniam aduersus Gothos deduxit, vt ex his clarum est,& sequentibus.

250 *Feritate*] s̄.Carm.2.de Hunnis.idem.Carm.5.

Scythicam feritatem.

Vide notas,& adde quod ait Ammian.l.31.init. *Hunnorum gens omnem modum feritatis excedit*.Firmic.de errore profan.religio.*effera gens hominum & crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata.*

251 *Pacis fallentes nomen inane*] id est,pacis inuolucro rapinas suas & hostiles ruinas tegentes, Hunni enim Romanis auxiliarij erant, quorum partes Aruerni nostri tuebantur.s̄.l.7.ep.5.

251 *Nomen inane*] Iuretus studiosus antiquitatis,multa de hac loquendi forma congessit in Symmachi.ep.52.l.2.quibus adiicies si lubet, quod ait Cicero pro lege Agrar.*neque aliud quicquam nisi inane nomen Capuæ reliquerunt*.Ouid. *Despice gypsati nomen inane pedis*.1.Amo. Eleg.4.Lucan.l.2. *da tantum nomen inane Connubij.* Quintil.declam.321.*adeò inane etiam nomen & vmbra naturæ quædam videtur.* Marius Victor.l.3.in Genesim. *Et minimis rebus,membrisque pudendis*

Nomen inane Dei mundo ridente daretur.

Boetius.l.3.prosa.6 *iam verò quàm sit inane,quàm futile nobilitatis nomen.* Colla. Carthag. exciij.*ante causa nomen inane est illis*.Fortunat.l.3.de S Martino.

Redde genus ne sit matris mihi nomen inane.

252 *Huius tum famulum,*&c.] id est Auiti seruum quidam Hunnorum, qui ferocissimus habebaris.

254 *Mox feriende feris*] feris famulum, mox feriende ab Auito. ruit ille famulus, & mortem suam vindicandam Auito relinquit.

256 *Et iam fama viro turres portasque tuenti*] id est, Auito Aruernam tuenti turribus atque propugnaculis munitissimam.s̄.ep.12.l.5.& ep.1.l.7.

259 *Sibimet multas vultum variata per vnum Ira facit facies*] eleganter.s̄.e.12.l.4.initio. vide notas.differentia vocabulorum ex Frõtone,*vultus propriè hominis,facies plurium.*

261 *Et arma,arma fremit*] Florus.l.2.c.15.*& pari voce clamatum est ad arma.* alij notant.

262 *Pinguisque etiamnum sanguine fertur*] sanguine Francorum scilicet & Burgundionum.vide paulò ante,s̄.ep.7.lib.7.*pingues cædibus gladij*,& ep.3.l.3. *alij sanguine ac spumis pinguia lupata*,&c.

264 *Atque ab assiduis dentatus cædibus ensis*] s̄.ep.3.l.3. de Ecdicio Auiti filio patrissante , nec ab Auiti virtute & animi magnitudine degenero. *alij hebetatorum cæde gladiorum latera dentata pernumerant.*

273 *Sic Phrygiũ,*&c.] id est, Hectorẽ quẽ Achilles Patrocli ab Hectore occisi vindex singulari certamine occidit,Homer.Iliados.22.Dyctis Cretẽsis, & Hyginus.Claud.

Absens in cuncto sibi vulnere iam cadit Hector.
Proditus vt tandem tanti qui causa tumultus, 280
Inquit, Auitus, Age, Scythica nutrite sub Arcto,
Qui furis & caeso tantum qui fidis inermi,
Congredere armato. multum tibi praestitit ira
Iam mea, concessi pugnam, iubeóque resistas:
Certantem mactasse iuuat. Sic fatur, & aequor 285
Prosilit in medium, nec non ferus aduenit hostis.
Vt primum pectus vel comminus ora tulere,
Hic ira tremit, ille metu, iam caetera turba

tractusque totis vtricibus Hector, Irato vindicta fuit, vel quaestus Achilli.

274 *Luctum frenauit*] ĩ. ep.24.l.4. *frenatoque singultu*, &c.

285 *Et aequor prosilit in medium*] id est in cãpum. de eodem campo ĩ. epi.21.l.4. *taceo illud aequor agrorum*, &c. ĩ. hoc Carm. *foecundus ab vrbe Pollet ager.* ĩ. ep.3.l.3. *planities patentissima.* Latissimam illam planitiem intellige quę à Claromontij suburbiis in Orientem latissimè diffunditur aequinoctialem. vnde vulgò PORTE DAV CHAMPE. à qua in campos illos prospectus.

264 *Et dum per duplicem sanguis singultat hiatum*] auersum & aduersum vulnus, quod vno ictu transfosso Scythae Auitus inflixerat.

297 *Intemerata mihi Praefectus iura regebat*] id est Praefectus praetorio erat Auitus, ĩ. hoc Carm. *Iura igitur rexit*, & ĩ. ep. vlt. l.9. in Carm. de sua Praefectura.

Qui patrum & plebis simul vnus olim *Iura gubernat.*

297 *Iura regebat*] scitè, in §.13. post originem iuris: de orig. iur. *quantum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura regere possint*, hanc antiquam lectionem, & genuinam asseruit doctiss. Cuiac. rectè Manil. l.4. de Iulio Caes.

Cum benè compositis victor ciuilibus armis
Iura toga regeret. ibidem Manilius
Iura sui librae permittit prima regenda

Ibid. *Rectoremque dabit legum, iurisque sacrati.* Claudia. in Ruffinum lib.2.
Nec pudet Ausonios currus, & iura regentem
Sumere deformes ritus. ĩ. hoc Car. & Rutilius.
regerem cùm iura Quirini.

298 *Solitis defessa ruinis Gallia*] nam immissu Stiliconis diuersarum gentium rabies Gallias dilacerare exorsa est. Prosper in Chro. Rutil. Itiner. 1. & 2. Saluian. l.6.7. Zosimus. l.5. & 6. Freculph. lib.5. c.6. quibus posteà certas sedes constituit Aetius. Prosper.

299 *Getica pallebat ab ira*] timebat iras Theodoris Regis Gothorum, qui Lithorio capto & occiso, pacis Romanae foedus recusabat.

360 *Nil prece, nil precio*] elegans annominatio, Accius. nam neque precio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus sum, Phaedrus. l.5.

Ingredi à se reduci precio, precibus, vt
Tantummodo ipso ludorum ostenderet se se die,

300 *Fractus agebat Aetius*] Hesperij regni salus Aetius variis vndequaque laboribus fractus, Prosper in Chron. *Aetio rebus quae in Galliis componebantur intento*, idem Diacon. lib.4. nil agebat, id est, pacem cum Theodorico ob victoriam insolenti inire non poterat, etsi esset bellis aptissimus, pacis artibus celebris, vt ait Frigeridus.

301 *Capto terrarum damna patebant Lithorio*] Prosperi Chro. Theodosio XVII. & Festo Coss. *Lithorius militiae Romanae dux, qui secunda ab Aetio potestati Hunnis auxiliaribus praeerat, dum Aetij gloriam superare appetit, dumque Haruspicum responsis, & daemonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, magnamque stragem Gothis intulit, & in illorum captiuitatem dum inconsideranter praeliatur, incidit.* Saluianus

Diuersis trepidat votis, variósque per ictus
290 *Pendet ab euentu, sed postquam prima, secunda,*
Tertiáque acta rota est, venit ecce, & celsa cruentum
Perforat hasta virum, post & confinia dorsi
Cedit transfosso ruptus bis pectore thorax.
Et dum per duplicem sanguis singultat hiatum,
295 *Diuidua ancipitem carpserunt vulnera vitam*
Hæc post gesta viri. Temet Styx liuida testor,
Intemerata mihi præfectus iura regebat.
Et caput hoc sibimet solitis defessa ruinis
Gallia suscipiens, Getica pallebat ab ira.
300 *Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat*
Ætius, capto terrarum damna patebant
Lithorio, in Rhodanum proprios producere fines
Theodoridæ fixum, nec erat pugnare necesse,
Sed migrare Getis, rabidam trux asperat iram
305 *Victor, quod sentit Scythicum pro mœnibus hostem*
Imputat, & nihil est grauius (si forsitan vnquam
Vincere contingat) trepido. Postquam vndique nullum

lib. 7. *denique probauit hoc bello proximo infelicitas nostra: cum enim Gothi metuerent, præsumpsimus nos in Hunnis spem ponere, illi in Deo: pax ab illis postularetur, à nobis negaretur, illi episcopos mitterent, nos repelleremus, illi etiam in alienis sacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in nostris contemneremus, prout actus vtriusque partis, ita rerum terminus fuit, illis data est in summo timore palma, nobis in summa elatione confusio.* posteà. *Itaque agnouit hoc ille dux nostræ partis, qui eandem vrbem hostium, quam eodem die victorem se intraturum esse præsumpsit, captiuus intrauit,* &c. Cassiod. & ex Prospero. Diaco. lib. 4. & Sigeb. in Chron. Isidorus. Era. cccclxvij. in Theodorico, quò loci nonnulla contra historiæ ordinem leguntur, vt monitus lector non impingat.

302 *In Rhodanum proprios producere fines*] s̄. e. 1. l. 3. de Gothis. *Quia & si illi veterum finium limitibus effractis, omni vel virtute vel mole possessionis turbidæ, metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.* & ep. 1. lib. 7. init. vide notas. & adde quod ait Idacius. ms. *Anno xxiiij. Honorij, Gothi sedentes in Aquitania, Tholosæ sibi sedem eligunt, à mari Tyrrheno & fluuio Rhodano, per Ligerim fluuium vsque Oceanum possidentes.*

302 *Theodoridæ fixum*] id est Theodorico huius nominis primo, qui s̄. Theodoris hoc Car. vide.

302 *Nec erat pugnare necesse, sed migrasse Getis*] nullæ siquidem erant Romanorum vires, quæ Gothorum impetus remorarentur atque contunderent. eadem locutione s̄. Carm. 5.

nam maximus ipse est
Non pugnasse labor.

303 *Rabidam trux asperat iram victor*] id est Theodorida de Lithorio & Romanis victor, de quo s̄. hoc Carm.

res mira & digna relatu
Quod fueris blandus, regi placuisse feroci, Vide notam.

Asperat iram] id est, vt loquitur Carm. 5. *In prælia suggerit iras.*

309 *Scythicum pro mœnibus hostem*] id est Hunnum auxiliarem, vt s̄. *Scythicos equites,* pro mœnibus Tholosanæ vrbis. Saluianus. l. 7. *qui eandem vrbem hostium,* &c.

307 *Vincere contingat trepido*] nam Theodoricus Lithorij vires timebat, quibus anno præcedenti à Narbonis obsidione pulsus fuerat, & fugatus. j̄. hoc Carm. Saluianus. 7. *Cum enim Gothi metuerent, præsumpsimus nos in Hunnis spem ponere,* &c. posteà: *illis data est in summo timore palma, nobis in summa elatione confusio.*

Præsidium, ducibúsque tuis nil Roma relictum est,
Fœdus Auite nouas, sæuum tua pagina regem
Lecta domat, iussisse sat est te quod rogat orbis. 310
Credant hoc vnquam gentes, populique futuri.
Littera Romani cassat quod Barbare vincis.
Iura igitur rexit, namque hoc quoque par fuit, vt cum
Fieret assertor legum, qui nunc erit auctor:
Ne dandus populis princeps, caput, induperator, 315

307 *Postquam vndique nullum præsidium*] Romanorum enim exercitus ad internecionem attritus fuerat, Salu. Prosper. & reliqui. præsidium, verbũ militare. Varro. de lingua. quo signatè vtitur, vt & s̃. ep. 1. l. 2. *si nullæ à Rep. vires, nulla præsidia.*

308 *Ducibusque tuis nil Roma relictum*] Prosper. *illa eorum quæ periit manus,* &c. Diaco. *suis penè omnibus trucidatis,* &c. Isidor. *amisso exercitu.* Idacius ms. *cæsis parte plurima suis,* &c.

309 *Fœdus, Auite nouas*] de hoc Auito conciue nostro (ni fallor) Prosper in Chro. Theodosio xvij. & Festo Coss. corrupto Auiti nomine, *per idem tempus Vitricus Reipublicæ nostræ fidelis, multis documentis bellicis clarus habetur, pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnæ lachrymabile experimentum humilius quàm vnquàm anteà poposcissent,* idem ex eo Diaconus lib. 4. Iornandes de rebus Geticis. cap. 34. hoc fœdus per nebulam intellexit, & ab historia multum recessit. *Hunnis quoque auxiliariis Litorio ductante, contrà Gothos Romanus exercitus mouit procinctum, diuque ex vtraque parte acie ordinata, quum vtrique fortes & neuter firmior esset, datis dextris in pristinam concordiam cedierunt, fœdereque firmato ab alterutro fida pace peracta, recessit vterque.* idem. cap. 36. *hortans vt à Romanorum societate discederet,* &c.

309 *Sæuum tua pagina regem lecta domas*] id est, Theodorem. s̃. hoc Carm.

Rabidam trux asperat iram victor.

313 *Iura igitur rexit*] s̃. hoc Carm. *iura regebat.* vide notas, & adde quod idem ait. s̃. Carm. vlt. l. 9. Claudian. in Paneg. Theod. Auitus. lib. 2. *& iura regebat*

Luxuries,

Fortunat. ad Leontium Burdegalensem. lib. 1. *Ecclesiæ nunc iura regis.* idem de Lupo. duce.

Bella moues armis, iura quiete regis.

Petr. Pictau. in Paneg. Petri Venerabilis.

Qui cum Cæsaribus publica iura regat.

Ibid. *Ius regerent magni fortius imperij*

313 *Qui nunc erit auctor*] auctor legum, id est Imperator. Imperatoris est leges condere. *legum conditor.* Aur. Vict. in Theodos.

320 *Subito cum rupta tumultu barbaries*] Coss. Marciano August. & Adelphio. Prosper. *hac tempestate valde miserabilis Reipub. status apparuit, cum ne vna quidem sit absque barbaro cultore prouincia,* &c. vide Diacon. lib. 5. ex Iornande, & Freculphum l. 5. c. 14. tom. 2.

321 *Totas in te transfuderat Arctos*] Claudia. in 4. Consul. Honorij.

Iam deserta suas in nos transfuderat Arctos.

322 *Pugnacem Rugum*] de Rugo. s̃. Carm. 5. Ennod. in vita. S. Epiphanij. *post hinc digressis Gothis ciuitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate inmanibus, quos atrox & acerba vis animorum, ad cottidiana scelera sollicitabat, diem putabant periisse, qui illos sine facinore casu aliquo interueniente fugisset.*

323 *Gepida trux sequitur*] Diaco. libr. quinto: *erant subiecti Attilæ dominio rex ille Gepidarum famosissimus Ardaricus.* idem Freculphus lib. 5. cap. 14. & Sigebertus in Chron.

Cæsar, & Augustus solum fera prælia nosset.
Jam Præfecturæ perfunctus culmine tandem
Se dederat ruri, nunquam tamen otia, nunquam
Desidia imbellis, studiúmque & cura quieto
320 *Armorum semper: subito cùm rupta tumultu*
Barbaries totas in te transfuderat arctos
Gallia, pugnacem Rugum comitante Gelono,
Gepida trux sequitur. Scerum Burgundio cogit,
Chunus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Toringus,
325 *Bructerus, vluosa quem vel Nicer alluit vnda,*

323 *Scerum Burgundio cogit*] sic emenda ex mss. & ex vett. rectè. Sceri sunt Scythiæ populi, de quibus Pli. l. 4. c. 13. Iorn. c. 50. *Sceri vero, & Satagarij, & cæteri Alanorum cum duce suo nomine Cadax Scythiam minorem, inferioremque Mæsiam accepere*. idem. cap. 53. & cap. 54. quos eum Cappadocis Theodosium superasse tradidit Zosimus. lib. 4. caue Rhetum eum Lugdun. legas, qui coniecturam viri docti ex aduersariis suis secuti sunt, si rei ordinem diligenter attendas non absonam, hic enim Sidonius de Scythicis cateruis loquitur, est autem insula Scyros inter Dalmatias & Istriam. Antoninus in Itiner.

323 *Burgundi*.] qui etiam ex barbaris erat, postquam burgos ad Rheni ripas statuerunt, à quibus & nomen acceperunt. s. Car. 5.

Bellonotus, Rugus, Burgundio. de reliquis Plin. li. 4. cap. 14. Amm. Marce. l. l. 15. 17. 22. 31.

325 *Bructerus*] Claudian. in 4. Consul. Honorij: *venit accola syluæ Bructerus Hercyniæ*. de Bructeris Sulpitius Alexand. hist. l. 4. *collecto exercitu, transgressus Rhenum Bructeros ripæ proximos, pagum etiam quem Chamani incolunt depopulatus est.*

325 *Quem vel Nicer alluit vnda*] Sic mss. hæc mendosa lectio Geographiæ scriptores vexauit, Germaniæ est fluuius, Vopiscus, in Probo: *reliquias vltrà Nicrum fluuium & Albam remouit*, & Ausonius, Mausella.

Hostibus exactis Nigrum super, & Lupodunum.

Marcellin. l. 28. *præterlabente Nicro nomine fluuio.*

327 *Hercinia*] Sylua de qua Cæsar in Ephemeride. lib. 6. Strabo, Plinius. & passim Claudian.

328 *Etiam*, &c.] Sidon. historiam Attilæ, & Aurelianis obsidionem ceperat texere, sed operis magnitudine territus à ceptis destitit, s. ep. 15. l. 8.

318 *Terrificis*] Attillæ & Hunnorum exercitus terrorem incutiebat Orientis & Occidentis Imperio, Iornandes. c. 35. *vir in concussionem gentium natus in mundo, terrarum omnium metus: qui nescio qua sorte terrebat cuncta, formidabilis de se opinione vulgata. &* Diac. lib. 5.

Turmis] quæ quingentorum esse millium ferebantur, Iornandes & Sigebertus, quæque vt s. Sidonius. *obuia quæque*

Discursu, flammis, ferro, feritate, rapinis,

Delebant. idem ex Iornande Diaco. lib. 5. Euagrius, l. 1. cap. 17. hist. Marcell. Comes Ardabure & Calepio Coss. in Chron. Greg. Turo. l. 2. c. 6. histor. illud etiam addi potest cur *terrificis turmis* appositè dixerit, quia scilicet Hunni oris habitum distorquerent, & in tetrotem deformarent, vide s. Car. 2. Cassiod. l. 1. ep. 4. *facies illas terribiles & minaces.*

329 *In campos se Belga tuos*] In id conspirant Idacius. ms. in Chro. Gregorius Turo. l. 2. c. 6. & c. 7. hist. Sigeb. in Chro. & Freculp. l. 5. c. 14. Aimoin. l. 1. c. 5. s. ep. 15. l. 8. scilicet Attilam è Pannoniis in Belgicam venisse. s. ep. 12. l. 7. *prætermisit Attilam Rheni hostem*, &c.

Prorumpit Francus. cecidit citò secta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno,
Et iam terrificis diffuderat, Attila turmis
In campos se Belga tuos, vix liquerat Alpes
Aetius, tenue & rarum sine milite ducens 330
Robur, in auxiliis Geticum malè credulus agmen
Incassum propriis præsumens adfore castris.
Nuntius at postquam ductorem pertulit, Hunnos
Iam propè contemptum propriis in sedibus hostem
Expectare Getas, versat vagus omnia secum 335
Consilia, & mentem curarum fluctibus vrget.
Tandem cunctanti sedit sententia, celsum
Exorare virum, collectisque omnibus vnà
Principibus, coram supplex sic talibus infit:
Orbis Auite salus, cui nō noua gloria nunc est, 340
Quod rogat Aetius voluisti, & non nocet, hostis
Vis, prodest. inclusa tenes tot millia nutu,
Et populis Geticis sola est tua gratia limes.
Infensi semper nobis, pacem tibi præstant.
Victrices, i, prome aquilas, fac optime Chunnos, 345
Quorum fortè prior fuga nos concusserat olim,
Bis victos prodesse mihi, sic fatus, & ille

329 *Campos*] in quos profugus Attila, post irruptionem Aurelianensis vrbis, nec direptionem, ad prælium se adcinxit. Idacius. ms. *Ciuitas Aurelianis orationibus beatiss. Aniani liberata est, Hunni repedātes Tricasses in Mauriacensi resederunt Campania*, &c. Gregor. Turon. c.7. lib. 2. hist. Freculp. & Aimoin. vt cum Aetio patricio, & Theodoro rege Gothorum aperto Marte confligeret, qui *camps Catalaunici* vocantur Cassiodor. in Chron. Marciano A. & Adelphio Coss. Iornandi, de reb. Get. c.36. & 37. & 43. Diacon. l.5. Isidoro. in Chro. Era. cccclxvij. Freculph. l. 5. c.14. Otto. l.4. c.26. Sigeber. in Chr. qui & *Mauricij*, Iornandi & *Mauriaci* Freculpho. *Mauriacus campus*, Gregor. Tur. l.2. c. 7. hist. *Mauriacum*, & *Mauriacensis campania*. Idac. vnde *Mauriacensis pugna*. in legib. Burgundio. Vbi gentium sint adhuc ambigitur, ne restet locus ambigio, Campi Catalaunici, non à Catalanis campis Tholosæ proximis, vt quidam sentiunt, nec à Catalaco in montanis Aruerniæ sito, de quo histo. ms. S. Egidij: Cui posteriori sentētiæ, loci natura à Iornande descripta, c.38. mirè concinit. *Erat positio loci decliui tumore, in modum collis excrescens*, &c. ibid. in fine, *Attila suos, dirigit qui cacumen montis inuaderent*, &c. est autem in planitie illa Catalacensi, collis, in cuius apice fixa est crux, quæ vulgò CROVX DES BATAILLES vocatur. In illa planicie vici positi dicuntur *De Catalaco*, inter cæteros est vetustissimus, qui in panchartis, *de veteribus campis* dicitur, alter est *Entiliacus Catalacensis*, quem ab Attila nomen sumpsisse peritiores indigenæ credunt, riuulus etiam præterlabitur, qui planitiem in duodecim Aquitanicas leugas protensam intersecat, riuulum in campis Cathalaunicis fluxisse Paul. Diaco. l.4. tradit, & quod his omnibus validius est argumentum, tractus dicitur Mauriacus, vulgò PREVOSTE DE MAVRIAC, vrbes, burgi, villulæ in illa planitie sitæ, à Mauriaco vrbe huic planitiei adiacente, quæ quondam fuit in montanis præcipua vrbs, historiæ S. Austremonij. mss. à qua *Mauriacus campus* Gregor. Aruer. *reliquis campi Mauriaci*. quodque hoc verisimile iuuat, non sunt procul dissiti ab Auriliacensi vrbe, quæ vulgo AVRELIAC. de qua Odo. in hist. S. Geraldi Comitis, quæ res me impulerunt, vt cum Myrone totius humanitatis Senatore. V.C. & antiquitatis studioso montana conscenderem, & in disputationis campum descenderem cum Sarraste Auriliacensi Cōsiliario, & Caldaqueo causidico, viris eruditis, qui in ea sententia adeò fixi sunt,

Pollicitus votum, fecit spem. Protinus inde
Aduolat, & famulas in prælia concitat iras.
350 *Ibant pellitæ post classica Romula turmæ,*
Ad nomen currente Geta, timet ære vocari
Dirutus, opprobrium, non damnum barbarus horrens.
Hos ad bella trahit iam tum spes orbis Auitus,
Vel iam priuatus, vel adhuc. Sic cinnama busto,
355 *Collis Erythræi portans Phœbeius ales,*
Concitat omne auium vulgus, famulantia currunt
Agmina, & angustus pennas non explicat aër.
Iam propè fata tui bissenas vulturis alas
Complebant (scis namque tuos scis Roma labores)
360 *Aetium Placidus mactauit semiuir amens.*
Vixque tuo impositum capiti diadema Petroni,
Ilicò barbaries: necnon sibi capta videri
Roma Getis, tellúsque suo cessura furori,
Raptores ceu fortè lupi, queis nare sagaci,
356 *Monstrat odor pinguem clausis ab ouilibus auram,*
Irritant, acuúntque famem, portántque rapinæ
In vultu speciem, patulo ieiunia rictu
Fallentes, iam iámque tener spe frangitur agnus,

vt ab illa remouere non potuerim, his rationibus, quibus facilè conuincam illos & huius sententiæ secteleios, non tamen sine ratione errare: atque etiam Sigebertum, Paradinum, Baro. Ac primum quidem Attilam è Pannoniis in Belgicam venisse, vero verius, vide supracitatos auctores, Metensis vrbis euersio & incendium, Greg. Tur. l. 2. c. 6. Treuirorum direptio Aim. l. 1 c. 6. Tricassium obsidio. S. ep. 15. l. 8. ad extremum Aurelianis irruptio, ibid. neque direptio, satis adstruunt Attilam non vltrà Aurelianim promouisse exercitũ. S. c. 12. l. 7. & ep 15. l. 8. à cuius direptione Aurelianensis Aniani meritis, & superuentu Ætij, Theodori Merouei, repulsus & fugatus, quomodo in montana centum ab Aurelianensi vrbe leugis dissita profugerit, non video: nec ratione percipi potest Attilam se præcipitem dedisse in hunc tractum qui Romanarum partium erat, præsertim cùm illi & exercitui quingentorum millium, traiiciendi essent non semel Liger, Alanio, & Elauer, loca etiam confraga & inuia peragranda, priusquam ad montana perueniret: quod vt factu difficile, sic creditu difficilimum est. Primã belli molem circà Ligerim fuisse tradit Ida. & ex eo Freculp. l. 5. c. 14. to. 2. Attila autẽ à traiectu Ligeris repulsus fuit, vnde Ætius, Sidonio. c. 12. l. 7 *Ligeris liberator*, ibidẽque Attila *Rhenbestu* vocatur, atque ita Attila ad Belgas profugit Idac. In Belgica quærendi sunt cãpi Catalaunici, sic à Catalauno Catalaunici dicti. Est autẽ Catalaunũ Ciuitas Belgicæ secundæ Notit. Prouin. Am. Marcel. l. 15. sub finẽ, quò loci planities latissima est, & præliis memorabilis, Am. Marcel l. 27. de Iouino, *Et maturato itinere omẽ propè Cathalaunos inuenit, ad congrediendum promptissimum, & vallo oportunè metato, suisque pro tẽporis copia cibo recreatu & somno, primo auroræ exortu in aperta planicie cõposuit aciẽ*, &c. de qua etiam Paneg. Flauiensium Constantino dictus, & Eutropius, in Aureliano. cuius longitudo & latitudo montanis nostris non posset aptari, aptè verò conuenit his quæ de his campis Iornandes & ex eo Diaconus. l. 5. *centum leugas in longum tenentes, & septuaginta in latum*, quorum amplitudo camporum, Campaniæ nomen fecit, Greg. Turo. l. 9. histo. c. 14. & l. de Glor. Confess c. 67. vnde & Belga, Campanensis eidem Gregorio dictus est. l. 2. de mira. c. 32. eiusdem appendici c 57. & à Catalauno *Catalaunensis Campania*. Append. cap. 41. Aimoin. l. 4. c. 1. quodque Belgicæ II. Metropolis est ciuitas Remorum. *Rhemensis Campania* Greg. ibid. & in Appendice Marcellini Comitis sub finem. Indict. IIII. XV. P. c. Basilij V. C. quæ *Campania Mauriacensis* Idacio, qui pugnam illam in Campania, id est Belgica secunda factam

Atque absens auido crepitat iam præda palato.
Quin & Aremoricus pyratam Saxona tractus 370
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo.
Francus Germanum primum, Belgámque secundum
Sternebat, Rhenúmque ferox Alamanne bibebas
Romanis ripis, & vtroque superbus in agro 375.
Vel ciuis, vel victor eras. Sed perdita cernens
Terrarum spatia, princeps iam Maximus vnum
Quod fuit in rebus peditúmque equitũque magistrum

fuisse testatur, si adhuc ambigitis, verba hęc Iornandis attẽdite, de Thorismundo Gothorum rege, *relictu Hunnis, redit ad Gallias*, &c. atque etiam illa Diaconi, & Sigeberti, qui aiunt Attilam ad Pannonias repedasse, & vt loquitur Sigebertus, repatriasse. Prosper in Chron. *Attila Gallias ingressus, quasi iure debitam pescit vxorem: vbi graui clade inflicta & accepta, ad propria recedit.* Paradin. misere fallitur, qui Lugdunum ab Attila & Hunnis euersum, & à Maioriano A. restitutum scribit, neque minùs Baron. Anna. 451.to.6. qui Regiũ S. Prosperi patriam conflagrasse hac Attilæ clade, ex Prosperi versibus colligit. Dinamius patricius in hist. S. Maximi Regiensis. vbi de Regio. *vt sicut hactenus nullos hostium incursus longo temporum interuallo pertulit*, &c. verùm ne id meritis S. Maximi tribuatur, qui non longè tamen ante Vrbicum Regiensem, ad quem Dinamius scribit, scias Regium ante Attilã incensum fuisse, atque etiam Vasatensem vrbem, quæ longa obsidione vallata est à Chunis, non tamen ab Attila, vt Baronius scribit, sed à Gauserico Rege. Gregor. Tur. l. 1. de mirac. c. 13. & ex eo Sigebert. An. 453. suppresso regis nomine, de qua Hunnica clade, Saluian. l. 4. da veniam loquacitati candide lector.

329 *Vix liquerat Alpes Ætius*] qui rebus in Gallia compositis, & pacta cum Theodoro pace Italiam repetierat. Prosper. in Chron. *pacatis motibus Galliarum, Aetius ad Italiam regreditur.* Freculphus lib. 15. cap. 5. tom. 2. *Aetius autem patricius magna Occidentalis Reip. salus ab hostibus liberata Gallia reuertitur in Italiam*, qui vt vim Hunnorum repelleret, ex Italia ad Gallias properabat per Alpeis, vnde hæc Sidonius.

331 *Malè credulus*] id est, malè credens Theodorum Romanis auxiliaturum, & copias Gothorum iuncturum copiis Romanorum, inter quos turbata pace bella interuenerant, quæ sopita suscitare tentabat Attila calliditate solita, vt videre est apud Iornandem, c. 36. Diac. l. 4. & Freculphum, l. 5. c. 14. to. 2.

335 *Versat vagus omnia secum consilia*, &c.] id est, ductor Aetius. Diacol. 4. *quas eius astutias Aetius non minori acumine prauidens, legatos ad Theodoricum, qui eo tempore Gothis apud Tholosam regnabat, dirigit*, &c. Idacius ms. *factum est vt gens Hunnorum pace rupta ruerent in Gallias, quos cum Aetius Patricius venientes comperisset, S. Anianum Aurelianensem Episcopum ad Theodorum regem Gothorum legatum dirigit, petens auxilia contra Hunnos, &c.*

337 *Sedit sententia*] vide 5̄. & adde quod ait Plinius. libr. 2. cap. 7. *sedere autem cepit sententia hæc*, &c. Florus lib. 2. cap. 15. *seditque sententia quomodo rebellandum.*

337 *Celsum exorare virum*] id est Auitum. 3̄. hoc Carm.

Illustri iam tum donatur celsus honore.

Celsum, id est, *multis documentis clarum*. vt de eo ait Prosper. 7̄. Car. 22. *celsus Leontius*. Car. 23. *celsos Senecas.*

340 *Orbis Auite salus*] Prosper, corrupto nomine. vt dixi, *Vitricus Reip. nostra fidelis*, &c.

344. *Infensi semper nobis*] Gothi Imperio Romano infensi, præsertim post Vvalliæ mortem hic Theodorus ex Isidoro. 3̄. Hermannus: *Gothi pacem turbant*, &c. Diaco.

Te sibi Auite legit, collati rumor honoris
380 *Inuenit agricolam, flexi dum fortè ligonis*
Exercet dentes, vel pando pronus aratro
Vertit in excoctam per pinguia iugera glebam.
Sic quondam ad patriæ res fractas pauper arator
Cincinnate venis, veterem cùm te induit vxor
385 *Ante boues trabeam, dictatorémque salignæ*
Excepere fores, atque ad sua tecta ferentem
Quod non perseuit, turpique è fasce grauata
Vile triumphalis portauit purpura semen.

lib. 5. de Attila. *in Gothos, Romanorum videlicet hostes se* polliecetur arma moturum. Idac. *Aetius legatos mittit ad Attilam regem, petens obuium auxilium contrà Gothos, qui Gallias conabantur inuadere.*

346 *Quorum forte prior fuga nos concusserat olim*] Litorio capro. *olim*, abhinc duodecim annis. Fasti. Consul. Hunni enim hoc prælio fugati fuerunt. s̄. hoc Carm.

348 *Protinus inde aduolat*] ad Theodorum legatus Auitus aduoluat, quam legationem, & quibus verbis concepta fuerit, enarrat Iornandes. cap. 36. & ex eo Paul. Diac. l. 5.

338 *Et famulas in pralia concitat iras*] votis & precibus Romanorum annuens Theodoricus, respondit *habetis, inquit, Romani desiderium vestrum, fecistis Attilam & nobis hostem, sequimur illum quocumque vocauerit, & quamuis infletur de diuersis superbarum gentium victoriis, norunt tamen Gothi confligere cum superbis, nullum bellum dixerim graue, nisi quod causa debilitat, quando nihil tristo pauet cui maiestas arriserit, acclamant responso comites ducis, lætum sequitur vulgus: fit omnibus ambitus pugna, iam Hunni desiderantur.* Iornandes, ex Prisco Historico, qui hanc historiam diligenter persecutus est, vt ait Euagrius l. 1. c. 17. hist. Ecclesiast.

338 *Concitat iras*] Car. 5. *Tuldila plectendas in prælia suggerit iras* hoc Car.

rabidam trux asperat iram

Victor. de Theodoto loquitur.

339 *Ibant pellitæ post classica Romula turmæ*] id est, Gothi, qui pellibus amiciebantur vnde pelliti. vide s̄. ep. 2. l. 1. in Conc. lib. 7. & s̄. Carm. 5.

Pellitus rauum præconem suscipit hostis.

Erant autem Gothi & Franci Romanis iuncti. Idac. Greg. Tur. lib. 2. c. 8. Iornand. Diaco.

351 *Aere dirutus*] Pacatus in Panegyric. Theodosij, Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *stipendium appellabatur quòd as militi semestre, aut annuum dabatur, cui datum non sit propter ignominiam ære dirutus esset.* idem lib. 4. de ling. Festus. lib. 4. & lib. 16. & Nonius.

354 *Vel iam priuatus*] s̄. ex Tacito. ep. 14. lib. 4. *Et dum priuatus esset amici vocabamur*, vtrobique id est, priusquam Imperator esset, & ita Plin. ep. 1. lib. 2. & in Paneg. *sub bono principe priuatus esse desiisti*, Tacit. l. 17. *maior priuato visus, dum priuatus esset.* Pacat. in Paneg. Theodosij. *ac familiaribus tuis Imperator tribuas, quod priuatus optaras*, Amm. Marcell. l. 27. *vt cum Gratiano etiam tum priuato, susciperet insignia consulatus.*

354 *Sic cinnama busto, &c.*] eadem similitudine. Claud. Paneg. 2. Stilic.

Sic vbi fœcunda reparauit morte iuuentam
Et patrios idem cineres, collectaque portat
Vnguibus ossa piis, Nilique ad littora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro:
Conueniunt aquilæ, cunctæque ex orbe volucres
Vt solis mirentur auem, procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti

Ut primum ingesti pondus suscepit honoris,
Legas qui veniam poscant, Alamanne, furori. 390
Saxonis incursus cessat, Chattúmque palustri
Alligat Albis aqua: vixque hoc ter menstrua totum
Luna videt, iámque ad populos ac rura feroci
Tenta Getæ protendit iter, quà pulsus ab æstu
Oceanus refluum spargit per culta Garumnam 395
In flumen currente mari, transcendit amarus
Blanda fluenta latex, fluuiique impacta per alueum

Nec minor in cælo chorus est. Corippus. libr. 1. in fine.
Ales ut expositos cũ Phœnix innouat artus
A busto recidiua suo, concentus in vnum
Stans auium spectat solem, soluque volucrem
Dum veniat, regemque nouum clamore salutant.

356 *Omne auium vulgus*] *Quid volucrum studium, dat quas natura rapaces*
In vulgus propè cognatum. s̄. hoc Carm.

357 *Et angustus pennas non explicat aer*] Statius Achilleid. *angustum dominas non explicat æquor.* vide s̄. Car. 2. & j̄. Car. 10. Claud. vbi s̄.
Nec minor in cælo chorus est.

357 *Iam prope fata tui bissenas vulturis alas*] s̄. hoc Carm.
Quid rogo bisseno mihi vulture Thuscus Aruspex
Portendit. vide notas.

360 *Ætium Placidus mactauit semiuir amens*] s̄. Carm. 5.
Principis intereà gladio lacrimabile fatum
Clauserat Ætius. Idac. *Aetius dux & patricius fraudulenter Valentiniani Imp. manu propria occiditur.* vide notas. s̄. & adde Enagrium. l. 2. c. 7. hist. Procopium. l. 1. de bello Vvandalico. Iornandem de success. regn. in Valentiniano. præter quos Marcellinus Comes Indict. VII. Aetio & Studio Coss. *Aetius Patricius magna Occidentalis Reip. salus, & Regi quondam Attilæ terror à Valentiniano Imp. cum Boetio amico in palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus valuit releuari.* idem ex eo Diaconus. l. 4. & Ado Vien. in Chro. Freculphus l. 5. c. 15. to. 2. *factione Heraclij Spadonis*, addit ex Prosperi Chronico, dolo Petronij Maximi, qui post Aetij de Attila victoriam, callidè Valentiniano suggessit, Aetium nonas res moliri sibique Imperij summam velle vsurpare: credulus Imperator consilio cum Eunuchis habito Aetium miserè interfecit. Procopius, vbi s̄. tribus scilicet annis occisus à victoria Aetij de Hunnis, Fasti Consul. quam silentio præteriit Sidoni. de qua præter citatos auctores, Cassio. l. 1. ep. 4. & l. 3. ep. 1. Procopius. l. 1. de bello Vvand. Greg. Turo. l. 2. c. 8. hist.

360 *Placidus*] id est, Valentinianus à Placidia matre numns Valentiniani. D. N. PLAC. VALENTINIANVS PIVS AVGVSTVS.

360 *Semiuir*] id est mollis & effœminatus, Valentinianus enim luxu & libidine diffluebat. Procopius, l. 1. de bello Vvand. Zonaras to. 3. in Marciano. & Constantinus Manasses in Annal. Euagrius, lib. 2. c. 7. hist. s̄. Sidon. Car. 5. vel semiuir dixit, in contemptum, sicut Iul. Firmicus de Septimio l. 1. c. 3. Math. *Pompei post quintum Consulatum, post tot & tam insignes triumphos, ad Nili fluminis ripam, ceruices munctas & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat, semiuiri hominis gladius nefario genere mortis incidit.*

361 *Vixque tuo impositum capiti diadema Petroni*] id est, post Aetij & Valentiniani mortem, vix Petronius Maximus Imperium obtinuit trimestre. vide s̄. ep. 13. l. 2. & notas ibid. Marcell. Comes. Valentiniano VIII. & Amico Coss. Indict. VIII. idem, *Maximus inuasit Imperium, tertioque tyrannidis suæ mense, membratim Romæ à Romanis tractus discerptusque est.*

Salsa peregrinum sibi nauigat vnda profundum.
Hic iam disposito laxantes fræna duello
400 *Vesorum proceres raptim suspendit ab ira*
Rumor succincto referens diplomate Auitum
Iam Geticas intrare domos, positáque parumper
Mole magisterij, legati iura subisse.
Obstupuere duces, pariter Scythicúsque senatus,
405 *Et timuere suam pacem ne fortè negaret.*
Sic rutilus Phaëthonta leuem cum carperet axis,
Iam pallente die, flagrantique excita mundo
Pax elementorum fureret, vel sicca propinquus
Sæuiret per stagna vapor, limúsque sitiret
410 *Puluereo ponti fundo, tunc vnica Phœbi*
Insuetum clemens extinxit flamma calorem.
Hic aliquis tum fortè Getes dum falce recocta
Ictibus informat, saxóque cacuminat ensem,
Iam promptus caluisse tubis, iam iámque frequenti
415 *Cæde sepulturus terram, non hoste sepulto,*
Claruit vt primùm nomen venientis Auiti,
Exclamat, periit bellum, date rursus aratra.
Otia si replico prisca bene nota quietis,

361 *Petroni*] id est, Maximi, s̄.ep.13.l.2. *patroni tui Petronij Maximi*, ex familia Clementis Maximi, vide s̄.& adde Zonaram. to.3.in Marciano.

362 *Illico barbarus*] quos Aetij virtus continebat, illo occiso velut effractis repagulis effusi sunt in Hesperium Imperium. s̄d.auct.& ep 13.l.2.

362 *Necnon sibi capta videri Roma Getis*] id est, Gothis, qui per Aetium, medio & interprete Auito, fœdus pepigerāt cum Valentiniano Imp. quo occiso, bella moliebantur, Gothi siquidem erāt vt ait Sidon. s̄. Romanis hostes.

Infensi semper nobis. vide notas. s̄. c.7.l. 7.

364 *Raptores seu fortè lupi*] Virgiliana imitatio.l. 9. Aeneid.

370 *Quin & Aremoricus pyratam Saxona tractus sperabat*] quem tractū Saxones pyraticis myoparonibus infestum habebant, s̄.ep.6.l.8. quam vide. de tractu Aremorico, Not. Imp. *Sub dispositione viri spectabilis Ducis tractus Armericani*, &c. de quo Rutil. Itin.1.

Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras,
Nunc postliminium pacis amore docet.

Littus Aremorici. j. hoc Carm.

Armoricanus tractus, & Armoricana regio, Constantio. de vita. S. Germani. cap. 5. & 28. lib. 2.

Sperabat] id est, timebat. vide s̄.e.6.l.6.& ep.7.l.7. in fine.

371 *Cui pelle salum sulcare Britannum Ludus, & assuto lembo*] Plin. libr. 7. cap. 56. *etiam nunc in Oceano Britannico vtiles corio circumsutæ fiunt*, Idem lib. 4. cap. 16. *Britannos vtilibus nauigiis corio circumsutis nauigare.* Solinus: *nauigant vimineis alueis, quos circumdant ambitione tergorum bubulorum*, Isidorus. l.19. c.1. *myoparo quasi minimus paro, idem & carabus: est enim parua scafa ex vimine facta quæ contexta crudo corio genus nauigij præbet, quales vtuntur Germanorum pyratæ in Oceani litoribus, vel paludibus, ob agilitatem, de quibus historia, gens (inquit) Saxonum myoparonibus, non viribus nituntur, fugæ potius quàm bello parati.* vide s̄, ep.6.l.8. Ibid. Isidorus. *carabus, scafa parua ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus nauigij præbet.* quod miratur Auienus in ora marit.

Sed rei ad miraculum
Nauigia iunctis semper aptant pellibus,
Corioque vastum sæpe percurrunt salum.

373 *Germanum primum*] duplex Germania. Saluianus. vide s̄.ep.3.l.8.& Am. Marcell. lib. 15. Belgamque secundum. Ibid. Amm. Mar.& s̄.ep.7.l.9. Notitia. Imperij;

Non semel iste mihi ferrum tulit, ô pudor, ô Dij,
Tantùm posse fidem? quid fœdera lenta minaris? 420
In damnum mihi fide meum, compendia pacis
Et præstare iubes, nos & debere, quis vnquam
Crederet? En Getici reges parere volentes,
Infertius regnasse putant, nec dicere saltim
Desidiæ obtentu possum te prælia nolle. 425
Pacem fortis amas, iam parteis sternit Auitus,
Insuper & Geticas præmissus continet iras
Messianus, adhuc mandasti & ponimus arma

& Prouinciarum.
377 *Princeps iā Maximus*] i. Petronius Maximus Imperator, qui Aetio & Valentiniano suo dolo occisis, Imperium inuasit. Iornand. de reb. Get. & de successo. regnor. vide s.
380 *Inuenit agricolam*] viri fortes etiam ingenui & nobiles pace pacta, pacatisque bellorum motubus agros excolebant, s. Carm. 5.

Emeritus iuuenis sterilis ieiunia terræ
Vomere fœcundans, vbi de Maioriano loquitur. eadem ratione Auitus ex agricola magister militum factus est, idem de Aetio Prosper in Chron. Florentio & Dionysio Coss. nec est quod Ætio duci inclyto inuidia data videatur, vt vir doctus traddidit, non magis quàm hic Auito. idem *Aetius deposita Magisteria potestate in agro suo degit*. eod. Prospero auctore, Aetio & Valerio. Coss. & Diac. l. 4.
382 *Dente*] Noni. c. 6. *dentes non solum quibus cibus atteritur, sed omne quo aliquid exsecari vel teneri potest*, Varro. de instrumentis rusticis, *quòd eo mordetur terra*, Isidorus l. 20. c. 14. *dentale est aratri pars prima in qua vomer inducitur, quasi dens.* passim auctores rei rusticæ. Ennodius *incurui dente ligonis* *Scribit agros.*
382 *Vertit*] s. Carm. 5. *sic quondam consule curuo*
Vertebas campos. vide notas ibid. & adde quod ait ep. 6. l. 1. Luca. 1.
Quæ nos fœcundas vertentes vomere glebas.
382 *Per pinguia iugera*] *Arcana exposcit piceam pinguedine glebam.* s. hoc Car.
384 *Cincinnate venis*] vide s. ep 8. lib. 8. & s. Carm. 5. vide notas. Liuium. l. 3. & Flor. l. 1. cap. 11.
384 *Vxor*] s. ep. 8. l. 8. *duc Ercilam quæ boues iungat.*
390 *Legas qui veniam poscant Alamanne furori*] quo percitus ausus es Rheni ripas inuadere. s. hoc Carm.
Rhenumque ferox Alamanne bibebas.
391 *Saxonis incursus cessat*] scilicet in Aremoricum tractum. s. hoc Car. vide ep. 8. l. 8. & ep. 11. eiusd. lib. in Car.
391 *Chattumque palustri alligat Albis aqua*] Chatti sunt Germaniæ populi. Plinius. Tacitus, & Sulpit. Alex. hist. l. 4. apud Gregor. hist. l. 2. c. 9. *Albis Germaniæ fluuius.* Vibius.
392 *Alligat*] id est cohereet. Lucan. 2. *Messagetas Scythicus non alliget Ister.* Manil. lib. 1. c. 2. in fine. *Pontus vtrosque suis distinguit & alligat vndis.*
392 *Vixque hoc ter menstrua totum Luna videt*] sic ex mss. emendaui rectè. idem s. ep. 9. lib. 8. in Carm.
Nos isthic positos semelque visos
Bis iam menstrua luna conspicatur.
Tribus autem ferè mensibus fuit Auitus magister militum sub Petronio Maximo, qui tot mensibus imperauit. s. hoc Carm. & ep. 13. l. 2.
393 *Iamque ad populos, & rura feroci tenta Geta*] id est Gothiam, vt loquitur. s. & populos foetis Gothicæ, vt idem ait. Gothia autem erat Aquitania secunda cum quibusdam oppidis Aquitaniæ affinibus, vide s. ep. 6. l. 7. & als passim. Hugo Floriac.

Quid restat, quod posse velis? quod non sumus hostes,
430 *Paruus reor, prisco tu si mihi notus in actu es,*
Auxiliaris ero, vel sic pugnare licebit.
Hæc secum rigido Vesus dum corde volutat,
Ventum in conspectum fuerat, rex atque magister,
Propter constiterant, hic vultu erectus, at ille
435 *Lætitia erubuit, veniámque rubore poposcit.*
Post hinc germano regis, hinc rege retento,
Palladiam implicitis manibus subiêre Tolosam.
Haud secus insertis ad puluinaria palmis

ms lib. 5. vbi de Theodorico Rege Francorum, *à Rhodani fluuio vsque ad Ligeris alueum, & item à Pirenæis montibus, vsque ad Oceanum, totum videlicet Alarici regnū suo copulauit regno.*
394 *Quà pulsus ab æstu Oceanus refluum spargit per culta Garumnam*] S. ep. 12. lib. 8. *per Garumnæ fluenta refluentia*. vide notas, & adde quod idem ait I. Carm. 22.

Est locus irrigua qua rupe Garumna rotatur. vbi plura.
400 *Vesorum proceres*] id est duces Gothorum, qui ad bellum accincti ducebãt exercitum. Vesorum id est Gothorum, S. Car. 5.

Burgundio, Vesus, Alites.

Vide notas. I. paulò post. *Vesus dum corde volutat.*
401 *Succincto referens diplomate*] id est, euectione, vt S. loquitur, c. 20. l. 5. & *synthemate*. D. Hieronymus Iuliano, sunt autem diplomata, synthemata, euectiones, combinæ, & tractoriæ synonima, sine quibus non licebat cursum publicum vsurpare, vide S. ep. 5. lib. 1. & adde diploma, in eadem significatione vsurpari à Plinio. ep. 113. lib. 10. Capitolino. in Pertinace, Symmacho epistol. 36. lib. 5. Salisberiensi in Euthetico.

Accelera gressus, tanto diplomate pergens.

401 *Succincto*] id est breui & expedito. S. *succincta mentio*. l. 7. in fine Concio. I. Car. 16. *succincti somni*. vide S. Car. 5. & adde quod ait Greg. Turo. l. 2. de miracul c. 19. *miracula beati viri succinctè scribimus.*
402 *Sic Phaetonta leuem*, &c.] à poetis decantata fabula. Hyginus, cap. 152 & 154. elegans simile.
Hic aliquis tum fortè Getes] id est Geta & Gothus S. Car. 2. de Ricimere.

patre Sueuus,
A genitrice Getes. id est, Gothus. Ennod.

407 *Dum falce recocta ictibus informat*] Vergil. 1 Georg.

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

407 *Recocta*] Vergil. *recoquunt fornacibus enses.* Lucanus 7.

Spiculaque extenso Pæan Pythone recoxit.

408 *Saxoque cacuminat ensem*] id est acuit, I. ep. 2. lib. 2. & Carm. 5.

cacuminat albus
Os nigrum telis. vide notas.

408 *Iam promptus caluisse tubis*] bellicosa admodum erat gens Gothorum. Præter cæteros quos notaui, Iornandes de reb. Get. & Ennod. in vita Epiphanij. Const. Manasses in Annalib. Procop. de bello Goth.
406 *Caluisse*] Stat. 1. Syluar. *Credas ad Tanaim, ferumque Phasim, Thermodontiacas calere pugnas.*
Cæde sepulturus terram non hoste sepulto] crudelis etiam & sanguinolenta natio. ibid. Constantinus. Similis locutio S. ep. 2. l. 3. *quantum doluisti campos sepultos, ossibus insepultis.*
Non semel iste mihi ferrum tulit] id est abstulit, S. ep. 9. l. 8. in Carm.

Ac si Delphica Delio tulissem. vide notas.

Romulus & Tatius fœdus iecēre parentum:
Cum ferro & rabidis cognato in Marte maritis 440
Hersilia inseruit palantes colle Sabinas.
Interea incautam furtiuis Vuandalus armis
Te capit, infidóque tibi Burgundio ductu
Extorquet trepidas mactandi principis iras,
Heu facinus! in bella iterum, quartósque labores 445
Perfida Elissea crudescunt classica Byrsæ.
Nutritis quod fata malum? conscenderat arces
Euandri Massylla phalanx, montésque Quirini
Marmarici pressēre pedes, rursúsque reuexit
Quæ captiua dedit quondam stipendia Barche. 450
Exilium patrum, plebis mala, principe cæso
Captiuum imperium Geticas rumor tulit aures.
Luce noua veterum cœtus de more Getarum
Contrahitur, stat prisca annis, viridísque senectus
Consiliis, squalent vestes, ac sordida macro 455
Lintea pinguescunt tergo, nec tangere possunt
Altata suram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.
Postquam in concilium seniorum venit honora

431 *Pacem fortis amas*] de Aetio Renat. Frigerid. *bellis aptissimus, pacis artibus celebris.*

431 *Messianus*] qui Auito imperante patricius fuit, Innominatus Chronographus. *Ioanne & Varrone Coss. captus est Imp. Auitus Placentiæ à magistro militum Ricimere, & occisus est Messianus Patricius eius XVI. Kal. Iunias.*

428 *Rex, atque magister*] rex Theodoricus secundus Thorismundi successor, de quo s̄. ep. 2. l. 1. & ep. 8. l. 4.

428 *Magister*] id est, Auitus. s̄. *positaque parumper Mole Magisterij.*

431 *Post hunc germano Regis*] id est Frederico, regis Theodorici fratri & familiari de quo. j. hoc Carmine vide ibid. notas. liber Pit. germanis legit, quæ lectio reiicienda est, etsi plures fuerint Theodorici germani. Iornandes cap. 16.

432 *Palladiam implicitis manibus subiere Tolosam*], Martial.

Marcus Palladiæ non inficienda Tolosæ Gloria.

Auson. in parent. Carm. 3.

Te sibi Palladiæ antetulit toga docta Tolosæ.

Palladiæ primum toga te venerata Tolosæ. de professor. Car. 18.

Petr. Venerabilis l. 1. ep. 2. sic dictam quidam existimat, quòd in ea Pallas adoraretur, s̄. l. 9. ep. vlt. in Carm. Sed verior sententia quòd in ea studia bonarum artium florerent, hist. ms. S. Austremonij c. 5.

433 *Insertis ad puluinaria palmis*] in sacramentis solemne erat. Iustinus. l. 24.

434 *Romulus & Tatius*] de quo fœdere Fabius pictor. l. 2. Liuius, lib. 1. & ex eo Florus. l. 1. c. 1. & auctor de Orig. Romæ, Plutarchus in Romul. Eutropius, & præter reliquos Saluianus Ypatio & Quietæ. Epist.

454 *Fœdus iecere*] sic mss. rectè. *nam fœdera nulla*

Cum Ricimere iacis, s̄. Carm. 2. nihil mutandum. Cornelius Tacitus l. 12 Annal. init. *at Parthi Imperatores cum pugnam pararent, fœdus repente iaciunt.*

419 *Herculea*] Gn. Gellius apud Gellium. l. 13. c. 21. *Neria Martis te obsecro pacē dare, vt liceat nuptiis propriis & prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, vti vos iidem integras raperent, vnde liberos sibi & suis posteris patriæ pararent*

436 *Palantes*] sic mss. & vet. rectè & palantes interpretantur vagantes. Verbum in ea significatione vsitatum Liuio, Marcellino, & reliquis. s̄. *propalare, depalare*, Constantius Presbyter,

460 *Pauperies, pacisque simul rex verba poposcit.*
Dux ait: Optassem patriis securus in aruis,
Emeritam fateor semper fouisse quietem,
Ex quo militiæ post munia trina, superbum
Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.
465 *Sed dum me nostri princeps modò Maximus orbis*
Ignarum, absentem, procerum post mille repulsas
Ad lituos post iura vocat, voluitque sonoris
Præconem mutare tubis, promptissimus istud
Arripui officium, vos quo legatus adirem.
470 *Fædera prisca precor, quæ nunc meus ille teneret,*
Iussissem si fortè senex, cui semper Auitum
Sectari creuisse fuit, tractare solebam
Res Geticas olim, scis te nescisse frequenter
Quæ suasi nisi facta. Tamen fortuna priorem
475 *Arripuit genium, periit quodcunque merebar,*
Cum genitore tuo. Narbonem tabe solutum
Ambierat (tu paruus eras) trepidantia cingens
Millia, in infames iam iámque coëgerat escas.
Iam tristis propriæ credebat defore prædæ,

437 *Intereà incautam furtiuis Vuandalus armis te capit*] i. Gēzericus Vvandalorum rex ab Eudoxia Valentiniani vxore inuitatus Romam capit. vide s̄. Car. 5. & Car. 2. præter supradictos auctores, Pōtificale, & historia S. Leonis. PP.

438 *Infidoque tibi Burgundio ductu extorquet iras, &c.*] quid hoc loco velit fateor me non liquido capere, nisi dicat Burgūdionem se Vvandalis ducē itineris præbuisse, atque ita additum patefecisse fugæ Petronij Maximi, qui ducta Burgundionū, & aduentu Vvandalorum perculsus Roma discedens, confossus & discerptus fuit, s̄. epist. 13. l. 2.

439 *Mactandis principis*] i. Maximi Imperatoris mactandi, id est, postmodum occidendi. s̄. hoc Car.

Aetium Placidus mactauit semiuir amens.

440 *Quartosque labores*] fuere enim tria Punica bella, quibus annumerat hoc quartum, quia scilicet Genzericus è Carthagine Romam venit, & cepit. Prosper. Procopius. Euagrius. Iornandes.

441 *Perfida Elyssææ crudescunt classica Byrsæ*] id est, Africana bella recrudescunt. perfida, quia semper Romæ æmula Carthago fuit & inimica. Syllius. l. 13.

cur perfida, & urbi
Altera Carthago. i. Romæ infensissima.

Claudia. *Vrbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ.*

Saluianus. lib. 7. *illa scilicet Romanis arcibus semper æmula, armis quondam & fortitudine, post splendore & dignitate: Carthaginem dico & urbi Romæ maximè aduersariam, & in Africano orbe quasi Romam,* &c. *æmula vrbs,* Scipioni Nasicæ. l. 1. c. 15. apud Florum, quæ destructa fuit & incensa. *Liuius.* l. 48. & 49. *& hoc tempore sanctione Romanorum ne rebellioni esset, munimento murorum non est permissa vallari.* Prosper, vsque ad Theodosij Iunioris Imperium. eod. auct.

441 *Elyssea Byrsæ*] id est Carthaginis ab Elissa conditæ s̄. ep. 17. l. 7. iu Car. 2.

conuersoque ordine fati
Torrida Caucaseos infert mihi Byrsa furores.

J. Narbone. *Byrsa autem erat arx Carthaginis.*

442 *Conscenderat arces Euandri*] Fabius Pictor. lib. 1. *suscepto igitur Italus Italiæ imperio, tum familiam suam Romam nomine Siculis & Aberiginibus in Latio præfecit: quæ relicta Capena medium Palatinum tenuit, & in vertice vbi hæret exquilinum, Romam oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. Post eius obitum ad paludes neglectum oppidum fuit vsque ad aduentum Euandri, qui cum oppido simul restituit nomen, subsidens septem campus Argeus*

Si clausus fortasse perit: cùm nostra probauit 480
Consilia, & refugo laxauit mœnia bello.
Téque ipsum (sunt ecce senes) hoc pectore fotum
Hæ flentem tenuère manus, si forsitan altrix
Te mihi cum nolles lactandum tolleret. Ecce
Aduenio, & prisci repeto modò pignus amoris. 485
Si tibi nulla fides, nulla est reuerentia patris,
I durus, pacémque nega. Prorumpit ab omni
Murmur consilio fremitúsque, & prælia damnans
Seditiosa ciet concordem turba tumultum.

dictus est, ab Argo Euandri hospite, & comitibus Argiui Herculis qui ad Euandrum venerunt, &c.

443 *Massyla phalanx*] id est, Africana, s. Car. 5.
Brachia Massylus iactaret nigra natator.
Vibius, de gentibus. *Massyli, Afri* idē Stephanus.

444 *Marmarici pressere pedes*] id est, Africani Septimontium conculcarunt, Marmarica Africæ regio. Ptolemæus. l. 4. c. 5. & Anton. in Itiner. s. Carm. 11. *Marmaricæ fera.* vide Strabonem & Pomponium.

444 *Rursúsque reuexit*] quantum gazæ & spoliorum Genzericus Carthaginem reportarit. vide. s. Car. 5. ex Procopio. & Zonara.

445 *Quæ captiua dedit quondam stipendia Barce*] Barce ciuitas Pentapoleos, quæ posteà Ptolemais dicta est. Seruius Aeneid. l. 4. init. cui Barce Regina nomen dedit. eod. auct. vide Ptolem.

445 *Stipendia*] Scipio Africanus deuictam Africam tributariam P. Romano reddidit. Liui. Florus. & reliqui.

446 *Exilium patrum*] Prosper in Chron. *nuntiato ex Africa Genserici regis aduentu, multisque nobilibus ac popularibus ex vrbe fugientibus*, &c. Idem Freculphus. l. 5. c. 15. tom. 2. & Diaconus. l. 5.

446 *Plebis mala*] quæ omnibus rebus spoliata cum spoliis Carthaginem ducta est. Victor Vtic. l. 1. Greg. Magnus, & ex eo Diac. l. 5. vide s. Car. 5.

446 *Principe cæso*] id est, Petronio Maximo trimenstri Imperatore, ab Eudoxiæ Imperatricis satellitibus occiso, & membratim discerpto. vide s. ep. 13. l. 2. vel ab Vrso milite. Iornandes de reb. Get. c. 45.

447 *Captiuum imperium*] Romanum, Roma à Genzerico *capta, & per quatuordecim dies libera & secura scrutatione spoliata.* Prosper. Procop. Frecul. Diac. vide s. Car. 5. Valentiniano VIII. & Anthemio Coss. Idibus Iuniis. Innom. Chron.

448 *Luce noua*] antelució. Arriani Gothi Deum precabantur, reliquū mane tractandis negociis impendebant. vide s. ep. 2. l. 1. de Theodorico Rege, de cuius senatu hoc loco.

449 *Stat prisca annis, viridísque senectus*] ex Verg.
cruda viro, viridísque senectus.
Ex senibus senatus Getarum compositus, vnde senatus olim dictus, & Gerusia. Festus. l. 7. nedum vesticipes, vestes senatorias capiunt hac tempestate.

Nec tangere possunt altatæ suram pelles] i. non suratim calceati sunt Gothorum senatores, s. c. 20. l. 4. de regulis Gothorum. *genua, crura, suræque sine tegmine.*

453 *Peronem pauper nodus suspendit equinum*] de Gothis idem s. c. 20. l. 4. *quorum pedes primi perone setoso talos ad vsque vinciebantur*, Hieron. in Genesim. c. 44. pero autem senatorius erat calceus, vide. s. vnde hic scitè aptantur Getarum senatoribus.

453 *Pauper nodus*] id est pelliceа & setosa ansula vincit. vide ep. 11. lib. 8. senatorum Romanorum auratæ & versicoloriæ. Cassiod. lib. 6. & Corippus. lunis argenteis, vel aureis subtextis.

455 *Paucísque simul rex verba poposcit*] Theodoricus Gothorum rex, quid vellet & posceret Auitus, ab Auito poposcit.

490 *Tum rex effatur: Dudum dux inclyte culpo*
Poscere te pacem nostram, cum cogere possis
Seruitium, trahere ac populos in bella sequaces.
Ne quaeso inuidiam patrio mihi nomine inuras,
Quid mereor, si nulla iubes? suadere sub illo
495 *Quod poteras, modò velle sat est, solùmque moratur,*
Quod cupias, nesciisse Getas, mihi Romula dudum
Per te iura placent: paruùmque ediscere iussit
Ad tua verba pater, docili quo prisca Maronis
Carmine molliret Scythicos mihi pagina mores,

456 *Dux ait*] id est, Auitus magister vtriusque militiae, ad Theodorici Regis interrogata respondit. j. hoc Car. *dux inclyte, dux magne.*

456 *Optassem patriis securus in aruis*] id est, Auitaeo meo. s. hoc Carm. Aruerniae nostrae proximo. s. episto. 2. libr. 2. j. Carm. 18.

452 *Emeritam fouisse quietem*] id est quietem quae emeritis concedi iure militari solet. vide. s. e. 6. l. 1. & Car. 5.

453 *Ex quo militia post munera trina*] ter vtriusque militiae magister fuit Auitus. s. hoc Car. & ep. 3. l. 1.

455 *Superbum praefecturae apicem*] praefecturae apex. lib. 7. & 8. C. Th. de honor. Codic. Constantius in vita S. Germani. c. 34. l. 1. *Auxiliaris etiam tum regebat per Gallias apicem praefectura.*

462 *Ad lituos post iura vocat*] id est, ad bellum, & magisteriam militarem, post praefecturam praetorianam. idem. s. epist. 6. libr. 8. & Carm. 5. de Basilio Praef. Praet.

Qui dictat modo iura Getis.

462 *Voluitque sororu praeconem mutare tubis*] id est, à praecone qui praefecturae praetorianae anteambulo est, ad tubicines ire voluit, quibus ad arma milites armantur & animantur, de praecone qui inter Praef. Praetorianae insignia numeratur, abundè s. ep. 3. l. 1. ep. 11. l. 7. quibus adde Notitiam Imperij, in qua Praefecti insigne praeco pingitur.

465 *Foedera prisca precor*] quibus saepius Gothi Romanis foederati fuere, Iornandes. vide. s. ep. 6. l. 7. & als.

465 *Quae nunc meus ille teneret iussissem si fortè senex*] meus senex. id est, Theuderis mihi amicissimus. s. hoc Carm. pater Theodorici, quem alloquitur, inter quem & Valentinianum disrupta foedera medio Auito renouata & renodata sunt. s. hoc Carm.

Pro populis Geticis sola est tua gratia limes, &c.

470 *Arripuit genuum*] sic mss. quae lectio retinenda est: Iornandes de success. regnorum de Iustiniano. *qui vt sceptris, genuoque ab auunculo suo mancipatus est.*

471 *Cũ genitore tuo*] id est, Theudere, cuius filius à Thorismodo primus, erat Theodoricus quem alloquitur Idae. Iornand. Isidor.

471 *Narbonem tabe solutum amburas*] id est genitor tuus Theuderis Narbonem longa obsidione cinxerat, de qua Prosper in Chron. *Theodosio xvj. & Fausto Coss. aduersum Gethos in Gallia quaedam prosperè gesta*, id est, Narbo obsidione liberatus, fugatusque Theudo. Diacon. lib. 4. *Interea Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia vicina suis sedibus occupant, cumque essent maximè oppido Narbonensi infesti, ciuesque eius longa obsidione & fame affligerent, adueniens Comes Litorius, hostes in fugam vertit, & ciuitatem allata frumenti copia à fame liberauit.* vide j. Narbone. plura.

476 *Et refugo laxauit moenia bello*] nam superuentu Litorij ducis, & auxiliarium Hunnorum, soluta est obsidio fugatusque Theodoricus ad proprias sedes se recepit. vide Diacon. vbi s. & j. Narbone.

Iam pacem tum velle doces, ſed percipe, quæ ſit 500
Conditio obſequij, forſan rata pacta probabis.
Teſtor Roma tuum nobis venerabile numen.
Et ſocium de Marte genus, vel quicquid ab auo,
(Nil te mundus habet melius, nil ipſa ſenatu)
Me pacem ſeruare tibi, vel velle abolere 505
Quæ noſter peccauit auus, quem fuſcat id vnum,
Quod te Roma capit, ſed Dij ſi vota ſecundant,
Excidij veteris crimen purgare valebit
Vltio præſentis: ſi tu dux inclyte ſolùm

472 *Tu paruus eras*] id eſt, in annis puerilibus conſtitutus eras, anno tamen ſequenti Theudo hunc Theodoricum cũ Thoriſmũdo in pugnam Catalaunicam aduerſus Attilam duxit. Iornandes c.36. Idacius. ms. *hac nocte Theodoricus germanus Thoriſmundi, cum nimia multitudine & fortiſsimis Gothorum pugnatoribus aduenit.*

484 *Seditioſa ciet concordem turba tumultum*] elegans & concors vt rerum, ita vocum diſcordia. Claudian. in 6. Conſulatu Honorij.

Hinc te iam patriis laribus, via nomine vero
Sacra refert, flagrat ſtudiis concordia vulgi. ꝟ. ep. 3. l. 3.

485 *Tum rex affatur*] i. Theodoricus: quod ſæpius inſigo, quia viri eruditi ad Thoriſmodum referunt, omnino malè, is enim tertio regni anno occiſus fuit, à Theorico & Frederico fratribus. Iornandes. c. 43. & Iſidorus, in Chron. *Anno Marciani* II. Idacius. ms.

485 *Dudum dux inclyte*] id eſt, Auite. ĩ. hoc Carm. de eod.

ſi tu dux inclyte ſolum
Auguſti ſubeas nomen. poſtea. *tantis tibi ceſsimus inclyte bellis.*

489 *Suadere ſub illo quod poteras, modò velle ſat eſt*] i. quod patri Theuderi ſuadere poteras, modò me Theodorico regnante, ſatis eſt te velle. ꝟ. hoc Car. ſic Aetius Auitum alloquitur, *voluiſti, & non nocet hoſtis, id eſt, Gothus,* & hæc ita intelligenda ſunt. Abſonè Baronius qui An. Chr. 456. to. 6. Auitum ſcribit apud Alaricum cum infans eſſet, pro Maximo egiſſe, & apud patrem eius (is erat Euuarix) functum legatione, quod ab hiſtoria alieniſſimum eſt.

491 *Mihi Romula dudum per te iura placent*] id eſt, Romana iura, quæ hortante Auito Theodoricus Toloſæ didicit, & calluit, à quo leges Theodoricianas. l. 2. ep. 1. Baron. dictas putat, malè. vide ꝟ. e. 2. l. 1. & 3. l. 8.

493 *Docili quo priſca Maronis*] Theodoricum bonis artibus inſtitutum fuiſſe liquet. ex ep. 2. l. 1.

494 *Molliret Scythicos mihi pagina mores*] idcircò Gothi barbari literas vt virus auerſabantur, ne beneficio illarum innata eorum animis barbaries exueretur. vide, ep. 2. l. 2. & ibid. notas, quibus agreſtia & efferata leniuntur ingenia.

496 *Nobis venerabile numen*] de quo ꝟ. Carm. 2. & 5. Martianus Felix. l. 3. *propter Latiale nomen, & olim caput, propterque Martiam gentem, & Veneris propaginem.*

496 *Nobis venerabile*] barbari numen Deæ Romæ ſuſpiciebant, præſertim poſt Alarici mortem, qui Roma capta diu non ſuperuixit, Priſcus hiſtoricus de Attila apud Iornandem. c. 42. Oroſ. c. 39. l. vlt. & c. vlt.

497 *Et ſocium de Marte genus*] vt Romani, ſic etiam Gothi ſuam à Marte repetebant originem, Iornandes. de rebus Getic. c. 5. ꝟ. ep. 9. l. 8. & Carm. 2.

Nil te mundus habet melius] Martial.

Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

498 *Nil ipſa ſenatu*] Florus. l. 1. c. 18. *interrogati à rege ſuo, quid de hoſtium ſede ſentirent: vrbem templum ſibi viſum, ſenatum regnum eſſe confiterentur.* vide Plutarch. in Pyrrho.

501 *Quod te Roma capit*] id eſt Alaricus, qui Romam cepit & ſpoliauit, Flauio Vara-

510 *Augusti subeas nomen. Quid lumina flectis?*
Inuitum plus esse decet, non cogimus istud,
Sed contestamur. Roma sum te duce, amicus,
Principe te, miles, regnum non praripiō vlli:
Nec quisquam Latias Augustus possidet arces.
515 *Qua vacat, aula tua est. testor, non sufficit istud,*
Ne noceam, atque tuo hoc vtinam diademate fiat,
Vt prosim, suadere meum est, nam Gallia si te
Compulerit, qua iure potest, tibi pareat orbis.
Ne pereat. Dixit, paritérque in verba petita

no, & Tertullo Coss. Prosper. Marcel. Comes Cassiod. & Chronographi. præter Idacium qui IIII. Idus Octob. Honorio & Theodosio. Coss. vrbem captum scribit. pręter Ecclesiast. scriptores, vide Orosium. l. 1, c. 6. & l. 7. c. 3. l. 7. c. 39. Claudianum in 6. Consul. Honorij, & Rutilium. Itiner. 1. Aug. l. 2. Retract. vide Iornādem. de reb. Get. c. 30. & c. 42. & Nouellam Valentiniani de confirmandis his his quæ administrantibus, &c. historia conclamata.

505 *Inuitum plus esse decet*] s̄. init. Car. 2. & Car. 5. vide notas.

507 *Regnum non præripis vlli. &c.*] s̄. ep. vlt. l. 1. de Pœonio. *natalium eius obscuritati dedit hiantis inter regni rima fulgorem.* fuit autem interregnum mensis vnius, dierum XIIII. post Maximi mortem. vide. s̄.

509 *Qua vacat aula tua est*] ead. epist. *nam vacante aula, turbataque Rep. &c.*

512 *Tibi pareat orbis, ne pereat*] Diaconus, in fine lib. 5. *Recedente igitur ab vrbe Genserico, Romani insequenti mense exinanita Reipublica Imperatorem Auitum praficiunt.* vide Freculphum. l. 5. c. 16. to. 2. j̄. hoc Carm.

519 *Dat sanctam cum fratre fidem*] i. petitis Auiti Theodóricus annuit, & fœdus dextra, quod est fidei pignus, obfirmat, vna cum Frederico fratre, qui erat eius germanus, eique charus, quo cum Thorismundum fratrem interfecit, Idacius ms. *Thorismodus Rex Gothorum, à Theodorico & Frederico interficitur. cui Theodoricus successit in regnum.* Isid. in Chron. Goth. Era. cccclxvij. in fine. *Turismodus à Theudorico & Frigdarico est fratribus interfectus.* de quo Iornand. c. 36. qui in Armoricana prouincia superatus & occisus fuit. Idac.

514 *Discedis Auite tristis*] futuri Imperij metu Anno Imperij Leonis. V. Idac. j̄. hoc Carm.

ac torque coronant
Castrensi mæstum. postea. *nimio curarum pondere tristem.*

520 *Quam saxa niualia Cotti despectant*] i. Alpes Cottiæ, vide Am. Marcel. l. 15. sub finem. & Auienum in orbis descript. j̄. Car. vlt.

528 *Principe sub puero*] i. Valentiniano. III. Placido Valentiniano. vide. s̄. Car. 2. & 5. præter auctores quos s̄. notaui, Greg. Tur. l. 2. c. 8. j̄. in fine hui. Carm.

Quam pueri fecere senem.

vide Notas. Constantius in vita S. Germani lib. 2. c. 14. *regebat etiam Romanum Imperium Placidia Regina, cum Valentiniano iam iuuene.* idem. c. 25. *Valentiniano adhuc iuuene imperante.*

533 *Mors vixisse fuit*] simili locutione. *Curius Dentatus aiebat malle esse se, quàm viuere mortuum.* Seneca de tranquill. animi. c. 3.

533 *Sed dum per verba parentum ignauas colimus leges*] quæ successionis ordinem obseruari voluerunt, erat autem Valentinianus ex Imperatorio sanguine à Placidia matre. s̄. notatum.

539 *Promptissima nuper fulsit conditio, &c.*] scilicet quatuor ab hinc mensibus, Petronio Maximo post Valentinianum, imperium adsumente. Idacius.

541 *Si te sibi tota magistro regna reformasset*] i. si tibi Auito magistro vtriusque militiæ dedisset imperium, & redhibuisset. Vide quę de reformandi verbo notaui. c. 24. l. 4.

Dat sanctam cum fratre fidem, discedis Auite 520
Mœstus, qui Gallos scires non posse latere
Quid possint seruire Getæ te principe, namque
Ciuibus vt patuit trepidis, te fœdera ferre,
Occurrunt alacres, ignaróque ante tribunal
Sternunt, vtque satis sibimet numerosa coisse 525
Nobilitas visa est, quam saxa niualia Cotti
Despectant, variis nec nunquam partibus ambit.
Tyrrheni, Rhenique liquor, vel longa Pyrene,
Quam iuga ab Hispano seclusam iure coërcent,
Aggreditur nimio curarum pondere tristem 530
Gaudens turba virum, procerum tum maximus vnus
Dignus qui patriæ personam sumeret, infit:
Quàm nos per varios dudum fortuna labores
Principe sub puero, lacerus terat aspera rebus,
Fors longum, dux magne, queri, cum quippe dolentum 535
Maxima pars fueris, patriæ dum vulnera lugens
Sollicitudinibus vehementibus exagitaris.
Has nobis inter clades ac funera mundi

& adde l. 9. C. Th. de desertoribus.

542 *Quin nostrum Belgica rura, &c.*] s. hoc Car.

Francus Germanum primum, Belgamque secundum
Sternebat, &c. scilicet post Valentiniani mortem.

547 *Vltima cum claros quærunt post damna Ticini ac Trebiæ*] vide Liuium. l. 30. Appian. in Lybico. Orosium. l. 4. c. 14. & reliquos. Flor. l. 2. c. 6. Aemil. Probum in Hannibalis vita.

551 *Liuius*] Salinator. Liuius. l. 30. auctor de viris inlustribus. & auctores sd. vide. epist. 5. lib. 1. & s. Car. 2.

552 *Captiuus (vt aiunt) orbis in vrbe iacet*] id est, Imperium Romanum, sic in vrbe captiuus est orbis.

552 *Princeps perit*] id est, Petronius Maximus: caput, id est, Imperator. s. hoc Carm.

princeps, caput, indsperator.

553 *Conscende tribunal*] quod Galli nobiles strauerant, s. hoc Carm.

ignaroque ante tribunal

Sternunt, i. tribunal cespititium. s. paulò post:

Aggere composito statuunt.

557 *Respublica nostra tota Camillus erat*] Plutar. in Camillo. auctor de vir. Inlust. cap. 23. Gell. l. 5. c. 17. vide Zonaram, & Iornand. de success. regno.

559 *Texit fumantes hostili strage fauillas*] sic mss. vett. & vulgati, mens aliquando fuit emendare stinxit, vt hæc lectio conueniret his Liuij, & Flori, l. 1. c. 13. *adeò cecidit, vt omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret.* stinxit, pro extinxit. Glo. vett. σβέννυμι stingo. Cicero in prognost. *Stinguntur radiis cœca caligine tecti.* Sed nihil mutandum est, texit, id est, sepeliit, & obruit fumantes fauillas Celtica strage fumantes, ita Prosper.

Cumque animum patriæ subiit fumantis imago.

560 *Aurum populare*] doctè, id est, aurum quo populi suffragia mendicata, redimuntur.

561 *Concurrunt ad puncta tribus*] *Te punctis scripsere tribus*, s. Carm. 2. vide notas.

565 *Quæ iubet vt iubeas*] i. quæ patria imperat, vt imperes, & Augustus sis.

566 *Si dominus fis, liber ero*] si dominus sis, id est, si creeris Imperator. dominus pro Imperatore passim apud hunc auctorem. vide. ep. 1. l. 2 & Car. 5.

567 *Thermis*] ita mss. & vett. mss. Santo. Put. Iur. *Vicrni*. vtrumque anxiè quæsiui, accinueni.

Mors vixisse fuit, sed dum per verba parentum
540 *Ignauas colimus leges, sanctúmque putamus*
Rem veterem per damna sequi, portauimus vmbram
Imperij, generis contenti ferre vetusti
Et vitia, ac solitam vestiri murice gentem
More magis quàm iure pati, promptissima nuper
545 *Fulsit conditio, proprias qua Gallia vires*
Exereret, trepidam dum Maximus occupat vrbem,
Orbem immo potuit, si te sibi tota magistro
Regna reformasset. Quis nostrum Belgica rura,
Littus Aremorici, Geticas quis mouerit iras,
550 *Non latet, his tantis tibi cessimus inclyte bellis.*
Nunc iam summa vocant, dubio sub tempore regnum
Non regit ignauus: postponitur ambitus omnis.
Vltima cùm claros quærunt post damna Ticini,
Ac Trebiæ, trepidans raptim respublica venit
555 *Ad Fabium. Cannas celebres Varrone fugato,*
Scipiadúmque etiam turgentem funere Pœnum
Liuius electus fregit, captiuus (vt aiunt)
Orbis, in vrbe iacet, princeps perit, hîc caput omne

570 *Nobilium excubias gaudens solertia mandat*] hæc antiqua obseruantia obseruanda maximè est, nobiles scilicet, olim pro custodia noui Principis excubasse. Guntherus Ligurini. l. 2.

Excubias Regi primæ celebrare fideles
Nocte, vetustorũ debent ex more parentum. 5. c. 13. l. 2.

571 *Tertia lux, &c*] Innominatus Chronographus. *Valentiniano* VIII. *&* *Anthemio Coss. &* *leuatus est Imperator in Galliis Auitus.* VI. *idus Iulias,* &c.

572 *Concurrunt proceres, ac milite circumfuso aggere composito statuunt*] Vopiscus in Probo. *deinde concursus, & cespititium tribunal, appellatusque Imperator*, &c. idẽ in Numeriano. Am. Marcell. l. 15. *ad imperium placuit Iulianum adsumere, cùm venisset accitus prædicto die, aduocato omni quod aderat commilitio, tribunali ad altiorem suggestum erecto, quod aquilæ circumdederunt & signa,* &c. Corippus. l. 2.

manibusque leuatus.
Ipse ministrorum supra stetit, & sua rectus
Littera, quæ signo stabili non flectitur vnquam.

de Iustino, Innominatus Chronographus. *& leuatus est Imperator Auitus.* de qua solemni leuatione, Pithœus. Aduers. l. 2. c. 6. quem vide.

573 *Ac torque coronant castrensi mœstum*] quòd diadema non haberent torque coronarunt, Procop. de Hypatio l. 1. de bello Persico. & Marcellinus Comes. in Chr. Indictione x. & ex eo Iornandes de successione regn. in Iustinia. *post hæc Hypatium Pompeiumque regni sui insidiatores, coadunata manu eius circum ingressos, & Hypatium torque aureo redimitum pro diademate, locáque Imperatoris iam occupantem,* &c. vel *torque coronant,* id est, circulo aureo collum sinuant Imperatoris Auiti, quod & fieri solebat. Corippus. l. 2.

Armati manibus, sacrati circulus auri
Impositus collo imperium sublime dicauit.

Ne quis autem moueatur hac loquendi ratione, Lucillius apud Carisium.

Marmoreum collum torquis gemmata coronat. Apul. *caput editi montis, seu quibusdam torquibus coronarent.*

564 *Mœstum*] id est, inuitum & tristem. 5. hoc Car. *discedis Auite Tristis.*

576 *Tyrinthius heros*] id est, Hercules. Vergil. 7.

Gerione extincto Tyrinthius attigit arua.

5. hoc Carm. *Tyrinthius hirtus.*

Qui cœli pondera ferre fingitur. 7. Carm. 9.

Portatusque polus, polum dederunt.

Nunc habet imperium. Petimus conſcende tribunal,
Erige collapſos, non hoc modo tempora poſcunt, 560
Vt Romam plus alter amet, ne fortè reare
Te regno non eſſe parem, cùm Brennica ſigna
Tarpeium premerent: ſcis, tum reſpublica noſtra
Tota Camillus erat, patriæ quí debitus vltor
Texit fumantes hoſtili ſtrage fauillas. 565
Non tibi centurias aurum populare parauit,
Nec modò venales numeroſoque aſſe redemptæ
Concurrunt ad puncta tribus, ſuffragia mundi
Nullus emit, pauper legeris, quod ſufficit vnum.
Es meritis diues, patriæ cur vota moraris, 570
Quæ iubet, vt iubeas? hæc eſt ſententia cunctis.
Si dominus ſis, liber ero. Fragor atria complet
Tyerni, quo fortè loco pia turba, ſenatus
Detuleras vim, vota, preces. Locus, hora, diéſque
Dicitur imperio felix: ac protinus illic 575
Nobilium excubias gaudens ſolertia mandat.
Tertia lux refugis Hyperiona fuderat aſtris.
Concurrunt proceres, ac milite circunfuſo
Aggere compoſito ſtatuunt. ac torque coronant

580 *Patulis dum Gallia campis intonat Auguſtum*] quod etiam fieri ſolemne fuiſſe ex Vopiſco, & Corippo. l. 1. in fine. & lib. 2. clarum eſt. In Galliis autem leuatus eſt Imperator Auitus. ſ. hoc Carm. & Innomi. Chronographus, atque etiam Iſidorus in Chro. Era. cccccxci. *In ipſo anno Auitus Gallus ab exercitu Gallicano, primò Tholoſæ, dein apud Arelatum, Auguſtus appellatus.* Idac. in Chro. ms.

583 *Hic tibi reſtituet Libiam per vincula quarta*] i. Africam Imperio Romano reformabit, quæ ei à Genſerico ſubtracta eſt ſ. hoc Car. 2. & 5. *per vincula quarta*, vt ſ. *quartoſque labores*, id eſt, vt dixi, quatuor bella Punica, ita hîc vincula quarta, triumphum quartum præſagiens.

584 *Et cuius ſolum amiſſas poſt ſecula multa, Pannonias reuocauit iter*] Hunc Sidonij locum illuſtrat. Marcell. Comes in Chron. Indictione x. Hierio & Ardaburio Coſſ. *Pannoniæ quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ ſunt.*

586 *Et quas tibi ſæpe iugabit infictis gentes Aquilis*] ſic emendandum cenſeo, infictis, pro infixis, l. 7. de incendio, ruina, & naufragio, *ſi quando nauis, vel inficta, vel fracta,* Lucretius. 3. *inque tuis nunc*

Ficta pedum pono preſsis veſtigia ſignis.

Scaurus de vita ſua: *ſagitta confictus.* Diomedes, lib. 1. *figor, ambiguè declinatur apud veteres tempore perfecto, reperimus enim fictus, & fixus.* Sin plura, vide Cuiacium obſeruat. c. 9. quoad Sidonij mentem, Auitus iugabit tibi gentes infictis aquilis, id eſt, ſubiugabit. Tangit autem morem ſub iugum mittendi, de quo Feſtus. l. 9. *Iugum ſub quo victi tranſibant, hoc modo fiebat: fixis duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia, ſub his victos diſcinctos tranſire cogebant.* idem l. 17. *ſub iugum mitti dicuntur hoſtes cum duabus haſtis defixis tertiaque ad ſummum earum deligata,* &c. vide Liuium, Florum. & reliquos.

590 *Excuteret præpes plebeium motus amictum*] id eſt, aues præpetes, quæ ſecundum auſpicium faciunt, Auitum populari veſte ſpoliarunt. Quæ ſint præpetes aues, vide Feſtum, Seruium, Gellium, & reliquos, de his ominibus. ſ. Car. 2. vide notas.

592 *Attolle genas*] id eſt, attolle oculos, genæ quippe ſunt palpebræ oculorum. Ennius. *imprimitque genam genæ.* idem.

Panduite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum.

vide Feſtum, Seruium. adagio eſt, Attollere oculos.

592 *Ac turpe veternum depone*] id eſt, ſocordiam, otij rubiginem, & ſqualorem, vide. ſ. ep. 1 lib. 1.

580 *Castrensi mæstum, donántque insignia regni.*
Iam prius induerat solas de principe curas.
Haud alio quendam vultu Tirynthius heros
Pondera suscepit cœli, simul atque nouercæ,
Cum Libyca se rupe Gigas subduceret, & cùm
585 *Tutior Herculeo sedisset machina dorso.*
Hunc tibi Roma dedi, patulis dum Gallia campis
Intonat Augustum plausu, faustumque fragorem
Portat in exanguem Boreas iam fortior Austrum
Hic tibi restituet Libyen per vincula quarta,
590 *Et cuius solum amissas post sæcula multa*
Pannonias, reuocauit iter, iam credere promptum
est,
Quid faciat bellis, ô quas tibi sæpe iugabit
Inflictis gentes aquilis! qui maxima regni
Omina priuatus fugit, cum fortè vianti
595 *Excuteret præpes plebeium motus amictum.*
Lætior at tanto modo principe prisca deorum
Roma parens attolle genas, ac turpe veternum
Depone: en princeps faciet iuuenescere maior,
Quàm pueri fecère senem. Finem pater ore
600 *Vix dederat, plausère Dij, fremitúsque cucur-*
rit
Concilio, felix tempus neuêre sorores
Imperiis Auguste tuis, & Consulis anno
Fulua volubilibus duxerunt sæcula pensis.

593 *En princeps faciet iuuenescere maior*] id est, Auitus ætate prouectus, Traianus, Adrianus, & Antoninus ad imperium senes venerunt. Vopiscus, Tacito.

Quam pueri fecere senem] id est, Valentiniani duo postremi, qui pueruli ab historicis vocantur, quique lubrico ætatis grauiter Rempublicam afflixerunt, s. Carm. 5. 7. Vopiscus in Tacito. *Dij auertant principes pueros, & patres patriæ dici impuberes*, &c. Zonaras in Iustiniano., sub finem. Onosander de optimo Imp. ad Quint. Verannium. Οὔτε νέον, οὔτε πρεσβύτερον, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἄπιστος, ὁ δ' ἀσθενὴς, οὐδ' ἑτέρως γὰρ ἀσφαλής, &c.

AD PRISCVM VALERIANVM virum præfectorium, editio Panegyrici.

CARMEN VIII.

PRisce decus semper nostrum, cui principe Auito 1
Cognatum, sociat purpura celsa genus,
Ad tua cum nostræ currant examina nugæ,
Dico, state vagæ, quò properatis? amat.
Districtus semper censor, qui diligit, extat: 5
Dura fronte legit mollis amicitia.
Nil votum prodest adiectum laudibus illud,
Vlpia quod rutilat porticus ære meo:
Vel quod adhuc populo simul & plaudente senatu
Ad nostrum reboat concaua Roma sophos. 10
Respondent illæ, properabimus, ibimus: & nos
Non retines, tanto iudice culpa placet.
Cognitor hoc nullus melior, bene carmina pensat,
Contemptu tardo, iudicio celeri;
Et quia non potui temeraria sistere verba, 15
Hæc rogo ne dubites lecta, dicare rogo.

Ad priscum Valerianum virum præfectorium] š. ep. 10. l. 5. *Galliis post præfectus Priscus Valerianus, consiliis suis tribunalibusque sociauit.*
1 *Principe Auito*] ms. Pet. principi. š. toto Carm. 7. & als. Euagrius lib. 2. c. 7. histor. Eccles. Cassiod. in Chron. Iornandes de rebus Get. c. 45. Fortunatus. l. 1. poem. Car. 15.
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget
Quà manet Augustum germen Anite tuum.
Plura in antiquitatibus Aruernæ nostræ, hæc dicis causa & in transcursu, in gratiam eorum qui Auitum ambigunt Imperatorem legitimum fuisse. ĵ. Carm. vlt.
5 *Districtus semper censor qui diligit extat*] š. ep. 11. l. 9. *quandoquidem mortalium mentibus ius hoc naturaliter inest, vt si quid perperam fiat, minus indulgeant plus amici,* ĵ. Car. 9. in fine. vide š.
8 *Vlpia quòd rutilat porticus ære meo*] š. ep. vlt. lib. 9. in Carm.
Cum meis poni statuam perennem
Nerua Traianus titulis videret,
Inter auctores vtriusque fixam
Bibliothecæ.
Statuam perennem, id est, statuam æream.
12 *Tanto iudice culpa placet*] š Carm. 3. de Petro:
Hoc censore etiam displicuisse placet.
Vide. š. epist. 3. lib. 9. in fine. & Symmachum. epistol. 31. libr. 1.

AD MAGNVM FELICEM CONSVLEM.

CARMEN IX.

Largam SOLLIVS *hanc* APOLLINARIS,
FELICI *Domino, pioque fratri*
Dicit SIDONIVS *suus salutem.*

1 *Dic, dic, quod peto, Magne, dic amabo*
Felix nomine, mente, honore, forma
Natis, coniuge, fratribus, parente,
Germanis genitoris atque matris,
5 *Et summo patruelium Camillo,*
Quid nugas temerarias amici
Quas sparsit tenera iocus iuuenta
In formam redigi iubes libelli?
Ingentem simul & repentè fascem
10 *Conflari inuidia & perire chartam?*
Mandatis famulor, sed antè testor
Lector, quas patieris hic salebras.
Non nos currimus aggerem vetustum,
Nec quicquam inuenies, vbi priorum
15 *Antiquas terat orbitas Thalia.*

1 *Felici domino*] ad eundem. s. ep. 3. l. 2. *domine maior*, & epist. 10. lib. 4. *domine meus.*

Magne] i. Magni Felicis fili Magne, s. epistol. vlt. lib. 1. ep. 3. lib. 2. j. Car. vlt.

2 *Felix nomine*] s. epist. 5. l. 2. ep. 4. & 7. l. 3. ep. 5. & 10. l. 4. j. Car. vlt.

Felicemque tuum veni libelle.

2 *Mente*] de Magno huius gentili Corippus. l. 1.

Necnon magnanimus meritis & nomine Magnus
Mente placens dominus.

j. Narbone Car. 13.

2 *Honore*] id est, præfectura prætoriana, & patriciatu, *Faustus de pœnitentia ad Felicem P. Præt. & Patricium.* Gennadius de viris inlustribus, c. 65. *scripsit posteà ad Felicem Pref. pretorio & Patriciæ dignitatis virum, filium Magni consulis, iam religiosum.*

3 *Parente*] id est, Magno Felice Consule, de quo. s. ep. vlt. lib. 1. j. ad Polemium. *illud certè consulari viro verè Magno.* j. Carm. vlt.

Hinc ad Consulis amplâ tecta Magni.

4 *Germanis genitoris atque matris*] de nobili & illustri Felicium stemmate. Cassiod. ep. 2. & 3. l. 2. & Fortunatus, l. 3.

Maxima progenies titulis ornata vetustis,
Cuius & à proauis gloria celsa tonat.
Nam quicunque potens Aquitanica iura subegit
Extitit ille suo sanguine luce parens
Germinis antiqui venerabile culmen in orbe, &c.

Germanis genitoris] Magni Felicis frater, Camilli pater, Proconsul erat. s. epist. vlt. lib. 1.

5 *Et summo patruelium Camillo*] s. epist. vlt. lib. 1. recumbente post se (i. Magnum)

Non hîc antipodas salúmque rubrum,
Non hîc Memnonios canemus Indos
Auroræ face ciuica perustos,
Non Artaxata, Susa, Bactra, Carrhas,
Non coctam Babylona personabo, 20
Quæ largum fluuio patens alumno,
Inclusum bibit hinc & inde Tigrim.
Non hîc Assyriis Ninum priorem,
Non Medis caput Arbacem profabor,
Nec qua diuite, cum refugit hostem, 25

Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis pariter ornauerat Proconsulatum patris, patrui consulatum.

6 *Quid nugas*] *Ad tua cum nostræ currant examina nugæ.* ĩ. Car. 8.

7 *Sparsit quas teneræ iocus iuuentæ*] s̄. epist. vlt. l. 9. in Carm.

Nec recordari queo quanta quondam
Scripserim primo iuuenis calore, &c.

9 *Fascem conflari inuidiæ*] æmulos habuit & derogatores Sidonius, certissimum virtutis & eruditionis indicium. Cælius Aurelianus. in Præf. l. 1. init. *Aiunt Ipallum Pythagoricum Philosophum interrogatum quid ageret, respondisse nondum nihil: nondum quidem mihi inuidetur. Si igitur proficientium testis est inuidia, quæ nobis olim comes est, magna gerimus, in his quæ gerimus.* vide de Sidonij inuidis & derogatoribus, s̄. ep. 1. l. 8. e. 1. 9. & vlt. l. 9.

13 *Non nos currimus aggerem vetustum*] s̄. ep. vlt. l. 8. *non hîc ego commentitiam Therpsicorem more studij veteris asciui,* &c.

19 *Auroræ face ciuica perustos*] à cuius filio Memnone Memnonios dixit, face ciuica perustos, id est nigros, & decolores. ĩ. Carm. 14. face ciuica, id est, sole. s̄. init. Carm. 2.

Artus infantum molles nix ciuica durat.

16 *Non coctam Babylona personabo*] præter Dionysium Afrum de situ orbis, Diodorum. l. 3. Iustinum. l. 1. Plin. Solinum, D. Hier. Osee cap. 3. Auitus. l. 4.

Qui coctos lateres lentoque bitumine iunctos, &c.

vide Orosium. l. 2. & ex eo Greg. l. 1. c. 6. histor. coctam, id est, coctili latere constructam, coctilibus muris munitam. Vet. Interp. Iuuen. Satyr. 10. & Auienus in orbis terræ descript. Curt. l. 5. init.

21 *Quæ largum fluuio patens alumno*] Babylon Euphrate & Tigri circumluitur, qui posteà committuntur. Aethicus in Cosmograph. Martianus. Felix. l. 6. *hæc interluitur Euphrate.* vide D. Ambrosium, de paradiso c. 3.

24 *Non Medis caput Arbacem profabor*] vide Iustinum l. 1. Orosi. l. 1. c. 19. l. 2. c. 2. & 3. Velleium. l. 1. Strabonem l. 16. Agath. l. 1.

25 *Nec quam diuite,* &c.] Iustinus. l. 1. *victus in regiam se recepit, & exstructa pyra, se & diuitias in incendium mittit:* idcirco Sidonius adiecit diuite fauilla.

27 *Non Cyrum*] *Astiages Cyro pellendus forte nepotis* s̄. Car. 2.

28 *Nutritum vbere quem ferunt canino*] Iustin. 1. *inuenit iuxtà infantem canem fœminam paruulo vbera præbentem.* vide Herodot. l. 1.

27 *Cuius non valuit,* &c.] Ibidem, Iustinus. l. 1. & Herodotus. lib. 1. & Zonaras. To. 1. summam Imperij ad Persas transtulit. Sulp. Seue. l. 2. vide Xenophontem. & Orosium. lib. 2. c. 6.

31 *Cuius nec feritas*] Cyrus crudelis admodum erat, & humani sanguinis sitibundus. vide paulò post. & Herodotum. l. 1. sub finem.

32 *Cæsis millibus ante cum ducentis*] *Spercapises Tomiris reginæ vnicus filius, Scytharum ductor fuit aduersus Cyrum, quem cum omni exercitu vino & somno obrutum Cyrus occidit.* Iusti. 1. Oros. lib. 2. c. 7.

Arsit Sardanapalus in fauilla,
Non Cyrum Astiagis loquar nepotem
Nutritum vbere quem ferunt canino,
Cuius non valuit rapacitatem
30 *Vel Lydi satiare gaza Crœsi:*
Cuius nec feritas subacta tunc est,
Cæsis millibus antè cùm ducentis
In vallis Scythicæ coactus arctum,
Orbata ad Tomyris veniret vtrem.
35 *Non hic Cecropios leges triumphos,*
Vel si quo Marathon rubet duello,
Aut cùm millia mille concitaret
Inflatum numerositate Xerxen,
Atque hunc fluminibus satis profundis
40 *Confestim ebibitis adhuc sitisse:*
Necnon Thermopylas & Hellis vndas,
Spretis obicibus soli salique
Insanis equitasse cum cateruis,
Admissoque in Athon tumente ponto
45 *Iuxta frondiferæ cacumen Alpis*

Ducentis] Cyri exercitus erat ducentorum millium Persarum, quos omnes cum Cyro Tomiris Regina trucidauit. Iusti. 1. Orosius. l. 2. c. 7. Iornandes de reb. Get. cap. 10.

33 *In vallis Scythicæ coactus arctum*] sic emendandum est ex notæ melioris libris mss. in quibus semper scribitur artum, & artatum, sine. c. Iustin. libr. 1. *Cyrum adusque angustias perduxit. ibi compositis in montibus insidiis, ducenta milia Persarum cum ipso rege trucidauit* Frontinus. *simulato metu elicuit ad notas militi suo angustias*, Orosius. *compositis inter montes insidiis.*

34 *Orbata ad Tomyris*] orbatæ filio suo Spercapise vnico & adolescentulo, quem cum Scytharum exercitu Cyrus occiderat. Iustinus, Orosius, Valer. Maxim. lib. 9. cap. 10. *simulque pœnas occisi ab eo filij sui exigens.* Iornandes. *Et veniente Cyro prima cessit fortuna Parthis tanta, vt & filium Thamiris, & plurimum exercitum trucidarent.* Sparcapisem sibi mortem consciuisse traddit Herodot. lib. 1. sub finem.

34 *Tomyris*] Reginæ Scytharum, Herodoto. lib. 1. *τόμυρις* Luciano in Charonte *τόμυρις* Valerio. l. 9. c. 10. *Tomyris* & Orosio. l. 2. c. 7. in ms. meo *Thamiris.* Iustino, Frontino, Iornandi, *Tamyris.*

34 *Veniret vtrem*] Valerius. *Tomyris caput Cyri abscissum in vtrem humano sanguine repletum demitti iussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim.* idem Iustin. & Oros. ex Herodoto. l. 1. in fine.

36 *Vel si quo Marathon rubet duello*] vide Pausaniam lib. 1. & Aemilium Probum in Themistocle, & in Miltiade. Iustin. l. 2. Herodot. 6. Ĩ. Carm. 23.

37 *Aut cum millia mille*, &c.] vide s̄. Car. 5. ibidem notas. vide Herod. 7. Diodorum. l. 2. & Pausaniam. 3.

39 *Atque hunc fluminibus*, &c.] idem s̄. Car. 5. *cum stagna superbo Irrupit temerata gradu*, vide notas.

41 *Necnon Thermopylas*] *Thermopylarum angusta*, Senecæ. l. 6. de benef. c. 31. quem vide. & ep. 88. sub finem. vide Iustinum. l. 1. Probum in Themistocle.

41 *Et Hellis vndas*] vide Plinium lib. 4. hist. cap. 7.

44 *Admissoque in Athon tumente ponto*] Iustin. 2. *& quedam maria pontibus sternebat, quedam ad nauigationis commodum per compendium ducebat. Athos mons Thracia.* Vibius. s̄. Carm. 2. *cui ruptus Athos.* Solinus, *verùm vti sileam Rhodopem Mygdonium montem, aut Athon classibus Persicis nauigatum*, &c. Salsè Pōpeius apud Plin. l. 9. c. 54. in fine.

Scalptas claſsibus iſſe per cauernas.
Non prolem Garamantici Tonantis,
Regnis principibúſque principantem,
Porrectas Aſiæ loquar paterno
Actam fulmine peruolaſſe terras, 50
Et primùm Darij tumultuantes
Præfectos, ſatrapáſque perculiſſe:
Mox ipſum ſolio patrum ſuperbum
Cognatóſque ſibi Deos crepantem,
Captis coniuge, liberis, parente, 55
In caſus hominis redire iuſſum:
Qui cùm maxima bella concitaſſet,
Tota & Perſidis undique gregatæ
Vno conſtituiſſet àrma campo,
Hoc ſolùm perhibetur aſſecutus, 60
Dormire vt meliùs liberet hoſti.
Non vectos Minyas loquente ſylua
Dicam Phaſiaco ſtetiſſe portu,
Forma percita cùm Ducis Pelaſgi
Molliret rabidos virago tauros, 65

45 *Alpis*] id eſt, montis. j̄.Car.16.
Seu te prærupti s porrectæ in rupibus alpis.
Idem de Atho ſ̄. Car. 2. in fine, vbi hanc Xerxis hiſtoriam tangit: *ſyluoſam currebant vela per Alpem.*

47 *Non prolem Garamantici Tonantis*] id eſt, Alexandrum Magnum Iouis Hammonis filium. ſ̄. Carm.2.
Magnus Alexander, necnon Auguſtus habentur
Concepti ſerpente Deo.
vide notas, & Gellium. l. 13. cap. 4.

48 *Regnis principibuſque principantem*] vnde Magni nomen. vide Curtiũ. Herodotum, Iuſtinum, Plutarchum. Auguſtinũ de Ciuit. Dei. l. 18. c. 42. & Oroſium.

48 *Principantem*] *Natos cum genitore principantes.* j̄.Car.23.

50 *Actam fulmine peruolaſſe terras*] ſic mss. rectè actam, ſcilicet prolem Iouis, id eſt, Alexandrum.

Terrarum fatale malum, fulmenque, quòd omnes
Percuteret populos, pariterque & ſidus iniquum
Gentibus. hæc Lucanus, lib. 10.

51 *Et primum Darij tumultuantes*] Q. Curr. lib. 5. Plutarchus. & ſ̄cit. auctor. Heſter. cap. 3.

Satrapas] ſ̄. epiſt. 3. l. 8. *atque inter ſatrapas Regum tyrannorum.* Gloſſ. vett. σατράπης. *ſatrapa*, à quibus *ſatrapeæ*, id eſt, præfecturæ. Curt. vide ſ̄.

53 *Mox ipſum ſolio patrum ſuperbum*] ſic omnes mss. & vett. rectè, ipſum ſcilicet Darium, aureà dixit ſatrapas Darij, de quo Darij ſolio vide Curtium. l. 5.

54 *Cognatoſque ſibi Deos crepantem*] ſ̄. epiſt. 9. lib. 8. in Carm.
Qui cognata licet ſibi aſtra fingens,
Phœbæa tumeat propinquitate.
j̄. Car. 23. *Vt faſtu poſito tumentis aulæ*
Qui ſupra ſatrapas ſedet tyrannus
Ructans Semideûm propinquitates.
Nam Reges Perſarum ſe fratres Solis & Lunæ liberè & arroganter prædicabant. vide ſ̄. & j̄. notatis locis.

55 *Captis coniuge, liberis, parente*] Iuſtinus. l. 11. *inter captiuos caſtrorum mater & vxor, eademque ſoror, & filiæ duæ Darij fuerè, ad quas viſendas hortandaſque cùm Alexander veniſſet,* &c. vide Curtium. l. 4 & Diodor l. 17. Oroſ. l. 3. c. 16.

58 *Tota & Perſidis undique gregata*] quæ protrahitur propter ſequentes conſonantes. ſ̄. Car. 5. 87. & 204. Car. 7. ver. 13. 25. 195. 237. 276. 280. & j̄. Car. 17. Gregare au-

Nec dum territa, cùm suus colonus
Post anguis domiti satos molares,
Armatas tremebundus inter herbas
Florere in segetem stuperet hostem,
70 *Et pugnantibus hinc & hinc aristis*
Supra belliferas madere glebas,
Culmosos viridi cruore fratres.
Non hic terrigenam loquar cohortem
Admixto magè viuidam veneno,
75 *Cui præter speciem modo carentem*
Angues corporibus voluminosis
Altè squamea crura porrigentes
In vestigia fauce desinebant.
Sic formæ triplicis procax iuuentus
80 *Tellurem pede proterens voraci*
Currebat, capitum stupenda gressu:
Et cum classica numinum sonabant,
Mox contrà tonitrus resibilante
Audebat superos ciere planta.
85 *Nec Phlegræ legis ampliata rura,*
Missu dum volitant per astra montes,
Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othrys,
Cum syluis, gregibus, feris, pruinis,
Saxis, fontibus, oppidis, leuati

tem dixit Sedulius in e. l. 1. Paschalis operis.

59 *Vno constituisset arma campo*] Curtius. lib. 4. & Orosius. l. 3 c. 17. Diodo. 17. & reliqui.

62 *Non vectos Minyas loquente sylua*] sic ms. Cla. quem secutus sum. quidā mss. *vescos*, alij *lectos*. Argonautæ *Minyæ sunt appellati, vel quòd plurimi eorum filiæ Minyæ pepererunt, vel quòd Iasonis mater Climenes Minyæ filia erat*. Hyginus. c. 14. vide Apollonium, & Valerium Flaccum in Argonauticis. Ouid. 7. Metamor.

62 *Vectos*] nauticæ artis vocabulum, à quo vectatio, vectura, vectores, passim in Iure & probatis auctoribus, si lectos malis, non inscita erit lectio, Catullus in Argonauticis. init.

Cum lecti iuuenes Argiuæ robora pubis. Vergil. Eglog. 4.

62 *Loquente sylua*] id est ex arbore Dodonæa contextis nauibus, quam quondam locutam poetæ finxerunt. de qua Apollodor. l. 1. Biblioth.

63 *Phasiaco stetisse portu*] Catull.

Phasidos ad fluctus, & fines Aetæos.

Ouid. *Contigerant rapidas limosi Phasidos vndas.* vide Val. Flaccum & Apollodor. l. 1.

64 *Forma perciti cum ducis Pelasgi*] id est, Iasonis, cuius pulchritudine capta Medea est. Val. Flaccus. Apollon. Ouid. Hesiod. Apollodo. l. 1. Hygin. fab. 22.

69 *Florere in segetem stuperet hostem*] I. Narbone.

Qui iactos super arua Colcha dentes
Expauit fruticante cum duello
Spicis spicula mixta fluctuarent.

73 *Non hic terrigenam loquar cohortem*] i. Giganteam prolem terra satam. Lucan. 3.

Aut si terrigenæ tentarent astra Gigantes. Isidor. in Gloss. *Terrigena, gigantes.* Hyginus. *ex terra & tartaro Gigantes*, &c.

75 *Cui præter speciem modo carentem*] i. immensæ magnitudinis proceritatem.

76 *Angues corporibus voluminosis*] s. Carm. 2. de Pythone.

Figeret innumeris numerosa volumina telis.

Gigantum autem posteriora in serpentes desinebant. Apollod. lib. 1. Ouid.

serpentigerosque Gigantas.

Alcim. 4. *Pubetenus cum forma viris, cum corporis ima*

Vibrantum spatiosiore dextra 90
Non hic Herculis excolam labores,
Cui sus, ceruа, leo, Gigas, Amazon,
Hospes, taurus, Eryx, aues, Lycus, fur,
Nessus, Libs, iuga, poma, virgo, serpens,
Oeta, Thraces equi, boues Iberæ, 95
Luctator fluuius, canis triformis,
Portatúsque polus polum dederunt.
Non hic Elida nobilem quadrigis,
Nec notam nimis amnis ex amore
Versu prosequar, vt per ima ponti 100
Alpheus fluat, atque transmarina
In fluctus cadat vnda coniugales.
Non hic Tantaleam domum retexam,
Qua mixtum Pelopea per parentem est
Prolis facta soror, nouoque monstro 105
Infamem genuit pater nepotem.
Nil mæstum hic canitur: nec esculentam
Fletus pangimus ad dapem Thyestæ,
Fratris crimine qui miser voratis
Viuum pignoribus fuit sepulcrum: 110

Supplerent vasti mixto pro crure Dracones] &c. j. Car. 15. Isidorus in Gloss. *anguipedes, gigantes.*

84 *Audebat superos ciere planta*] Alcimus 4.

Tunc etiam solitas iusso terrore Tonanti
Blasphemis cælo conuitia mittere plantis.

85 *Nec Phlegræ legis ampliata rura*] Alcim.

Hos similis mendax Phlegræ fabula belli,
Excussas finxit iecisse per aera rupes,
Pro telis spatiosa manus, quòd turbine montes
Sparserit, & missis cælum quassauerit armis.

90 *Spatiosiore dextra*] *iecisse per aera rupes*

Pro telis spatiosa manus. idem Alcimus.

92 *Non hic Herculis excolam labores*] vide. j. Car. 13. & Car. 15.

98 *Non hic Elida nobilem quadrigis*] idem.

Nobilis Elis equis.

quia *Elide, quæ vrbs est in Peloponneso, certamina quadrigarum primùm instituta sunt.* Higinus c. 274. Claud.

quas aduena nutrit
Alphæus stadio notus Olympiaco. j. Carm. 23.

Nec notam nimis amnis ex amore] id est, Arethusam, celebrem Alphæi amnis amore, Vibius. *Alphæus Elidis qui per mare decurrens in Siciliam insulam, Arethusæ fonti miscetur, vnde fabellam eleganter finxerunt poetæ de Alphei & Arethusæ amore,* de qua Fulgent. in fine. lib. 3. Vergil. 3.

Alphæum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

104 *Qua mixtum Pelopeia per parentem est*] Pelopea cum Thyeste patre concubuit. Higinus. 253.

165 *Prolis facta soror*] Aegisti filij sui soror, quia ex eodem parente.

107 *Nec esculentam fletus pangimus ad dapem Thyestæ*] j. Car. 23.

Sine prandia quis refert Thyestæ.

Fabulam enarrat Higinus. cap. 88. Seruius Aeneid. 1. & Seneca Thyeste

110 *Viuum pignoribus fuit sepulchrum*] Cic. 1. de offic. ex quodam vett.

Natis sepulchrum est ipse parens.

110 *Viuum*] *Viua videns viuo sepeliri viscera busto.* Lucret. lib. 5.

Virginis & viuæ rapitur sine funere funus. Manil. 4.

111 *Repentè flexis Titan curribus occidens ad ortum*] Vergil. 1.

Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe.

vbi

Cùm post has epulas repentè flexis
Titan curribus occidens, ad ortum
Conuiuam fugeret, diem fugaret.
Nec Phryx pastor erit tibi legendus
115 *Decrescens cui Dindymon reciso*
Fertur vertice texuisse classem:
Cum iussu Veneris patrocinantis
Terras Oebalias & hospitales,
Raptor depopulatus est Amyclas,
120 *Prædam trans pelagus petens sequacem.*
Sed nec Pergama, nec decenne bellum,
Nec sæuas Agamemnonis phalangas:
Nec periuria persequar Sinonis,
Arx quo Palladio dicata signo
125 *Pellaci reserata proditore,*
Portantem pedites equum recepit.
Non hîc Mæoniæ stylo camœnæ,
Ciuis Dulichiique Thessalique
Virtutem sapientiámque narro:
109 *Quorum hîc Peliaco putatur antro*

vbi Seruius. *fabula quidem hoc habet Atreum & Thiestem germanos cum dissentione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam rediusse, qua occasione Thiestes cum fratris vxore concubuit, Atreus verò ei filios epulandos apposuit, quæ sol ne pollueretur aufugit*, &c. ex Higino. fab. 258. ob id scelus Sol currum auertit. Seneca Thieste. actu vlt. Manil. 5.

Ructantemque patrem natos, solemque reuersum.
Et cæcum sine sole diem.

113 *Conuiuam fugeret, diem fugaret*] Astronom. lib. 2. *Noxque alterna diem fugeret, diemque fugaret.*

114 *Nec Phryx pastor*] id est, Paris. Verg. 7.

At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.

Phryx maritus. Ouidio. in epist. Higin. cap. 91.

115 *Dyndimon reciso fertur vertice texuisse classem*] Statius. 1. Syl. de equo Domitiani.

cui vertice sacro.
Dyndimon, & sacris decreuit frondibus Ida.

117 *Cum iussu Veneris patrocinantis*] quia Paridi Helenam se in coniugium daturam pollicita erat. præter Homerum, Dyctem, & reliquos, Hyginus. c. 92.

118 *Terras depopulatus est Amyclas*] Higinus. fab. 92. *Alexander Veneris impulsu, Helenam à Lacedæmone ab hospite Menelao Troiam abduxit.*

120 *Prædam trans pelagus petens sequacem*] Higin c. 270. *Alexander Paris Priami filius, & Hecuba, quem Helena secuta est.*

121 *Decenne bellum*] *Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.* 7. Car. 23.

Nec periuria persequar Sinonis] 5. ep. 7. lib. 5. *Sinonis fallacias.* vide notas. & adde Verg. 2. *periurique arte Sinonis Credita res.*

125 *Pellaci reserata proditore*] i. Vlisse. Verg. 2. *inuidia postquam pellacis Vlissi.* Gloss. Vett. δόλιος, *dolosus, astutus. tergiuersator, pellax.* item. ἀπατηὸν, *fallax, pellax.* Isidorus in Gloss. mss. *pellaciæ, seductiones. Pellaces, seductores. Pellax, fallax. Pelexor, persuasor.*

Non hîc Mæonia stilo camœnæ] i. Smyrnæa tuba, & stilo Homerico. *Mæonius Homerus.* Horat. 4. Carm.

128 *Ciuis Dulichiique*] id est, Vlissis. Ouid. 14. Metamor.

Dulichium sumpsisse ducem.

128 *Thessalique*] id est, Achillis, *dux Thessalus*, & *Thessalicus.* Senecæ. Tragico.

130 *Quorum hic, &c.*] id est, Achilles à Chirone doctus. præter Statium, Achil. Cæsar German. de Chirone: *Et magni doctor Achillis.*

132 *Sub Saturnigena sene*] id est Chirone, qui erat Saturni ex Philyra filius. Ho-

Venatu, fidibus, palæstra, & herbis,
Sub Saturnigena sene institutus:
Dum nunc lustra terens puer ferarum
Passim per Pholoën iacet niuosam,
Nunc præsepibus accubans amatis, 135
Dormit mollius in iuba magistri:
Inde Scyriadum datus parenti
Falsæ nomina pertulisse Pyrrhæ,
Atque inter tetrica choros Mineruæ
Occultos Veneri rotasse thyrsos: 140
Postremò ad Phrygiæ sonum rapinæ
Tractus laudibus Hectoris trahendi.
Ast illum cui contigit paternam
Quartum post Ithacam redire lustrum,
Nec Smyrnæ satis explicat volumen. 145
Nam quis continuare possit illos
Quos terra & pelago tulit labores?
Raptum Palladium, repertum Achillem:
Captum præpetibus Dolona plantis.
Et Rhesi niueas priùs quadrigas, 150

mer. & Higinus. c.138. ĵ. Car.23.

134 *Passim per Pholoen iacet niuosam*] montem Thessaliæ quē Pholus Centaurus incolebat. Apoll. l. 2.

135 *Nunc præsepibus accubās amatus*] i. præsepibus tiliaceis, in tiliā enim trāsformata est Philyra Saturni amica, ex qua Chiron natus est. Apollo. l. 1. Ouid. Higinus. fab. 138.

136 *Dormit mollius in iuba magistri*] i. Chironis Centauri semiferi, ꝫ. Car. 1.

137 *Inde Scyriadū datus parenti*] adultus Achilles à Thetide matre datus est Lycomedi regi Scyros. Statius 1. Achilleid.

138 *Falsæ nomina pertulisse Pyrrhæ*] Stati⁹ ibid. & Higinus cap. 97. *Neoptolemus Achillis & Deidamiæ filius ab Insula Scyro, hic idem Pyrrhus est vocitatus à patre Pyrrha.*

139 *Atque inter tetrica choros Mineruæ*] vide Stat. 1. Achil. *Vi potitur votis, & toto pectore veros Admouet amplexus.* vnde ait i. *Occultos Veneri rotasse thyrsos.* Deidamiam enim Lycomedis filiam Achilles vitiauit.

142 *Tractus laudibus Herculis trahendi*] s̄. Car. 7. Achilles enim Hectorem occidit, & currui suo vinctum ter circum Troiæ muros traxit. Home. Verg.

143 *Ast illum cui contigit, &c.*] s̄. c. 13. l. 9. in fine, *post annos circiter viginti profero in lucem, quales pari tempore absentans cum domum rediit Vlysses inuenire potuisset.*

145 *Nec Smyrnæ satis explicat volumē*] i. Homeri Smyrna oriūdi Odyssea quę verò Sidonius hoc loco succingit, vide fusius extensa in Odyssea. & apud Higinum. c. 125.

156 *Pugnacis tulit eloquens coronam*] Ouid. 13. Metam. *fortisque viri, tulit arma disertus.* *coronam* Horatius. *donantque corona.*

Et Lestrigonij famem tyranni] i. Antiphatis. ĵ. Car. 23. init.

160 *Sirenas*] s̄. c. 6. l. 9. *atque Vlixeas (vt ferunt) ceras auribus figens fugit aduersum vitia surdus meretricij blandimenta naufragij.*

167 *Saturnum Latio*] cui nomen Saturni fuga fecit & latitatio, Vergil. 8. Aen. & Arnob. l. 4. vide Macrob. l. 1. c. 8.

167 *Iouemque Cretæ*] Theophilus. l. 1. & init. l. 2. ad Antolycum. Prudēt. l. 2. aduersus Symmach. *dic nomina Diuûm. Iupiter vt Cretæ dominetur, Pallas vt Argis, &c.* Iul. Firmi. de erro. profan. relig. *& à vanis Cretensibus adhuc mortui Iouis tumulus adoratur.* de annuo sacro quod illi Cretenses exhibebant.

168 *Iunonēque Samo*] insula est in mari Aegeo in qua Iuno nata est. Itin. Insular. vnde *Iunonia*, Ouid. 8. Metam. de sacris anniuersariis quæ Iunoni fiebant in templo illi sacro. Lactant. l. 1. c. 17. August. de Ciuit. Dei. l. 6. c. 7. Vitr. in præf. l. 7. Cic. 3. Verr. *Iunonis Samiæ.*

168 *Rhodoque Solem*] in qua colebatur statua Solis alta pedes centum & quinque Festus. l. 3. in *Colossus vnde Phœbea Ouidio & Lucano.*

Xanthi quàm biberent fluenta, tractas?
Ereptam quoque quam Deus patronus
Philocteta tibi dedit pharethram?
Aiacem Telamonium furentem
155 *Quod sese ante rates agente causam,*
Pugnacis tulit eloquens coronam?
Vitatum hinc Polyphemon, atque Circen,
Et Lastrygonij famem tyranni?
Tum pomaria diuitis Calipso, &
160 *Sirenas pereuntibus placentes*
Vitatas, tenebras facémque Naupli.
Et Scyllæ rabidum voracis inguen:
Vel Taurominitana quos Charybdis
Ructatos scopulos cauat profundo?
165 *Non diuos specialibus fauentes*
Agris, vrbibus, insulisque canto,
Saturnum Latio, Iouémque Cretæ.
Iunonémque Samo, Rhodóque Solem,
Ænnæ Persephonem, Mineruam Hymeto,
170 *Vulcanum Liparæ, Papho Dionem,*

169 *Ennæ Persephonem*] i. Proserpinã, Ennę raptã. præter cæteros, Arnob. l. 5. & Higin. c. 146. *templum sanè & raptori & virgini accuratè collatis sumptibus faciunt, & annua in tẽplo vota decernunt.* Firmicus.

170 *Vulcanum Liparæ*] s̃. Narbone. Car. 23. vide Isid. l. 8. c. 11.

170 *Papho Dionem*] Am. Marcell. l. 14. *Cyprum itidem insulã procul à continenti quietam & portuosam inter municipia crebra, vrbes duæ faciunt claram Salamis & Paphus, altera Iouis delubris, altera Veneris templo insignis.* Itiner. insularum. *Insula Cyprus siue Paphos Veneri consecrata.*

171 *Lampsaco Priapum*] Terent.

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape Qua domus tua Lampsaci sita est, Lactant. l. 1. c. 15.

172 *Thebis Euchion*] Iulius Fir. de err. profan. relig. *fuit etiam alius Liber apud Thebas tyrannus, magicæ artis potestate conspicuus,* &c. Horat. Ode. 7. l. 1. *vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos.* *Insignes.* s̃. Car. 5. *Ogigiis complent thyasis.* Higi. c. 184. Solinus. *vrbs ista numinibus apud se ortis gloriatur, vt perhibent qui sacris carminibus Herculem & Liberum celebrant.*

Ilioque Vestam] vnde *Iliaca* Ouidio dicitur, ibi enim primum colebatur.

173 *Thymbræ Delion*] Verg. 3. Aeneid. *Da propriam Thymbraee domum.* Seruius. *Apollo ab agro Troiæ vicino pleno thymbra, in quo est eius nemus, & templum.*

173 *Archadem Lyceo*] Vibius, *Liceus Archadiæ vbi Pan præcipuè colitur.*

174 *Martem Thracibus*] Vegetius. l. 1. c. vlt. de re militari. vide s̃. Car. 2. init. *Ciues Martis agunt.*

174 *Ac Scythis Dianam*] præter Plinium. l. 8. cap. 22. Tertul. aduersus Gnosticos. *Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum, hominum victima placari apud sæculum licuit,* Cassiod. c. 42. l. 5. *spectaculum tantum fabricis clarum, sed actione deterrimum, in honore Scythicæ Dianæ repertum, quæ sanguinis effusione gaudebat.* vide Procopij fragmentum l. 4. de bello Gothico. in fine.

178 *Non cum Triptolemo*] vide. s̃. epist. 12. l. 6. ibidem notas, & adde Iul Firmicum de errore prof. religion.

180 *Pastis Chaonium per ilicetum*] Verg. *Chaoniam pingui glandem mutauit arista.* ibi. Serui. Arnob. l. 2. *aut sit panis ex farre, aut, vt (sæcula imitemur antiqua) ex cinere calido glandes, aut ex ramis agrestibus baccule.* posteà, *quod enim si hoc modo culpam velimus infigere prioribus illis atque antiquissimis sæculis, quod inuentis frugibus glandes spreuerint, & repudiauerint arbuta.*

181 *Non Alpin Mareoticum sonabo*] de Alpi Aegyptio numine, vide Iul. Firmicũ de erro profan. religio. Sui iam, Marcellinum. 22. & Augustinum. de Ciuit. Dei. l. 18. c. 5. Mareoticum. s̃. Car. 7.

Argis Persea, Lampsaco Priapum,
Thebis Euchion, Jlióque Vestam.
Thimbræ Delion, Arcadem Licæo.
Martem Thracibus, ac Scythis Dianam,
Quos fecère Deos dicata templa, 175
Thus, sal, far, mola, vel superfluarum
Consecratio cærimoniarum.
Non cum Triptolemo verendam Eleusin,
Qui primas populis dedère aristas
Pastis Chaonium per Ilicetum. 180
Non Apin Mareoticum sonabo
Ad Memphitica sistra concitari.
Non dicam Lacedæmonis iuuentam
Unctas Tyndaridis dicasse luctas
Doctos quos patriis Palem Therapnis 185
Gymnas Bebricij tremit theatri.
Non sortes Lyciasque, Caritumque,
Responsa aut Themidis priora Delphis,
Nec quæ fulmine Thuscus expiato,
Septum numina quærit ad bidental.

Non sic Leucadio classis Mareotica portu,
sic vtrobique legendum ex mss. vett. & vulga. quicquid Pius arguatur, absonum est.
182 *Ad Memphitica sistra concitari*] 5. Car. 5.
Cum patrio Cleopatra ferox circumdata sistro.
vide notas, & adde quod ait Am. Marcell. l. 22. vbi de Crocodilis. *per septem ceremoniosos dies mitescunt, ab omni sæuitia descistentes, quibus sacerdotes Memphi natales celebrant Apis.*
185 *Doctos quos patriis, &c.*] 5. Car. 5.
Sparta Therapnæa pugilem cum gymnade pinguem
Stratum Bebriciis Amycum suspexit arenis.
vide Seruium. 5. Aeneid. Luctatium, Thebaidos. 3. & Higinum cap. 17. & 18. & Apollonium in Argo.
187 *Non sortes Lyciasque*] Vergil. 4.
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes
Ibid. *Nunc Lyciæ sortes, id est Apollinea.* Serui. à Lycio. id est, Apolline. Macrob. lib. 1. cap. 17.
188 *Aut Themidis priora Delphis*] Vetus Interp. Iuuenal. Saty. 1. ad hæc *sortesque poposcit. à Themide, quæ ante Apollinem responsa dabat.* 5. Carm. 5.
189 *Nec quæ fulmine Thuscus expiato Septum numina quærit ad bidental*] Aruspex locum fulmine tactum expiabat bidente, id est, oue: vnde bidental. Fronto, *Bidental, locus fulmine tactus & expiatus oue, bidentes enim oues appellantur*, idem Cornutus, Saty. 2. *loca de cælo tacta, funesta & violata putabantur.* Festus lib. 13. ex Cloatio & Aelio Stilone, in, *Obstitum.* idem. lib. 14. in *pura vestimenta, eapropter aruspex expiabat, & expiata consecrabat, consecrata que nefas calcare erat*, vnde sepiebantur. vide Artemidorum. lib. 2. cap. 8. quæ habentur lib. 6. in *fulguritum.* potius Epitomastis, quàm Festi sunt. Paul. Diaco. in Gloss. mss. *Bidental, locus bis de cælo tactus.*
191 *Nec quos Euganeum bibens Timauum*] Martial. lib. 13. Epig. 89.
Lanea Euganei lupus excipit ora Timaui.
192 *Colle Antenoreo*] i. Patauio, quod Antenor condidit. Vergil. 1. Aeneid. à quo & Patauini olim Antenoridæ dicti sunt. Seruius.
192 *Videbat augur*] id est, C. Cornelius. Lucan. lib. 7.
Euganeo (si vera fides memorantibus) augur
Colle sedens, Aponus terris vbi fumifer exit,
Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui
Venit summa dies, geritur res maxima, dixit.
Impia concurrunt Pompeï & Cæsaris arma, &c.

Nec quos Euganeum bibens Timauum,
Colle Antenoreo videbat augur
Diuos Thessalicam mouere pugnam.
Nec quos Amphiaraus, & Melampus.
195 *Ex ipsis rapuit Deos fauillis,*
Per templum malè fluctuante flamma,
Gaudens lumine perdito Metellus.
Non hic Cinyphius canetur Ammon
Mitratum caput eleuans arenis,
200 *Vix se post Hecatombeon litatum*
Suetus promere Syrtium barathro.
Non hic Dindyma, nec crepante buxo
Curetas Berecynthiam sonantes:
Non Bacchum Trieterica exerentem
205 *Describam, & tremulas furore festo*
Ire in Bassaridas, vel infulatos
Aram ad thuricremam rotare mystas.
Non hic Hesiodea pinguis Ascra
Spectes carmina, Pindarique chordas.
210 *Non hic fosciferi iocos Menandri:*

vide Liuium, & Gellium. l.15.c.18.

194 *Nec quos Amphiaraus*] *augur, qui sciret si ad Thebas oppugnatum isset, se inde non rediturum, atque ita celauit se*, &c. quem coniux prodidit. Higin. c.73 & c.128. Statius. *non doctè futuri.*

Amphiarae vides. vide Apollodorum. libr. 3. Biblioth.

194 *Melampus*] augur etiam & futurorum præscius, de quo Homer. Odiss. 15. quem Higinus augures enumerans. cap. 128. præteriit. De diuinitate quæ in Melampode fuit Plin. l.7.c.33. l.25 c.5. Apollodorus libr. 2. Biblioth.

195 *Ex ipsis rapuit Deos fauillis*, &c.] id est, non memorabo Metellum Maximum Pontificem, qui Palladium è mediis flammis cum oculorum dispendio eripuit, Plin. l.7.c.43. *siquidem u Metellus orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ memorabili causa, sed euentu misero, quò fit vt infelix quidem dici non debeat, felix tamen esse non possit.* Iuuen. Saty.3. vel qui

Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.

L. Metellum dicit Pontificem Max. qui ardente templo Vestæ Palladium ex mediis ignibus rapuit, ibique cæcatus est. vide Iul. Firm. de erro. prof. relig.

198 *Non hic Cinyfius*] s. Carm.2. de Alexandro Ammonis filio.

namque horum quæsiit vnus

Cinyfia sub syrte patrem, maculis genitricis. vide notas.

199 *Mitratum caput eleuans arenis*] id est, caput arietinis cornibus insignitum: *doctis balatibus Ammon.*

Si sanctum sub Syrte gemit. s. Carm.5.

vide Notas, & adde Herodotum .l.2. Leon de rebus Aegyptiis, *qui simulachrum faciunt Ammonis, eum capite cornuto instituunt, vt homines memoria teneant eum primum pecus ostendisse.* vide Higinum. Fab. cxxxiij. & l.2. Astronomi. c. 20. & Cæsarem Germanicum in Arati Phænom. ex Nigidio: Pausaniam. l.8. Plin. l.37. c.10. & Minutium in Octa. *Ammon autem erat diues ouium.* Tertull. de pallio.

199 *Arenis*] à quibus Ammoni nomen, Nigidius *ab arena Ammon est nominatus*, ex Hermippo Higinus. vbi s. & Plin. l.12. c.24. de his arenis eleganter Curt. l.4.

200 *Vix se post Hecatombeon litatum*] *Hecatombe Græcè dicitur, cum centum armenta occiduntur.* Higin. c.118. vide Iul. Capitol. in Maximo & Balbino.

201 *Syrtium baratro*] s. Car. *Cinyfia sub syrte patrem.* vide notas.

202 *Non hic Dindyma*, &c.] vide Lucretium. lib. 2. & Higin. cap. 139. Iul. Firmicum. de erro. prof. relig.

Non læsi Archilochi feros iambos,
Vel plus Stesichori graues camœnas,
Aut quod composuit puella Lesbi.
Non quod Mantua contumax Homero,
Adiecit latialibus loquelis, 215
Æquari sibimet subinde liuens
Busto Parthenopem Maroniano.
Non quod per satyras epistolarum
Sermonúmque sales nouúmque epodon
Libros carminis, ac poëticam artem, 220

204 *Trieterica exercentem*] vide Tertull. in Apolog. Iul. Firmi. de erro. prof. relig. & Arnob. l. 5. *trieterica dicta Bacchi sacra quòd tertio quoque anno innouarentur.* Seruius. 4.

205 *Et tremulas furore festo*] s. c. 23. l. 9. in Car.
Simulare vel trementes
Pede, veste, voce, Bacchas.

206 *Bassaridas*] id est, Bacchas. s. Carm. 5.
rotat Enthea tyrsum Bassaris. vide vet. Petsij interp. Saty. 1.

207 *Rotare myStas*] id est, sacerdotes Bacchi. s. Carm. 5.
Excitat Odrysios ad marcida tympana mystas.
vide Notas. Mystæ pro sacerdotibus. Auson. Carm. Pasch.
Et deuota pij celebrant ieiunia mystæ.
Vet. Interp. Iuuen. Saty. 6. *sacerdotes, siue mystæ.* posteà, *Sic enim symmistæ quando Osirim quærunt. symmystes,* D. Hieronym. epistol. ad Paulinum. & epistol. 26. ad Pammachium.

208 *Ascra*] patriæ Hesiodi, à qua, *Ascræus* Vergilio. Est autem Ascra Bœotiæ vicus. Vibius. *Ascræus vnde vicus Ascra in Bœotia, vnde Hesiodus.*

210 *Socciferi Menandri*] id est, Comici. j. Natbone.
Et si pulpita personare socco
Comœdus voluisset, huic leuato
Palmam tu digito dares Menander.

211 *Non læsi Archilochi*] vide Horat. in arte, & Mar. Fab. l. 10. c. 1.
Feros iambos] s. *Ferox iambus, & trachæus hactenus.*

212 *Vel plus Stesichori graues camænas*] Horat. Od. 9. lib. 4.
Stesichorique graues camœnæ.
Bella quippe maxima, & maximos duces canit. Quinti. l. 10. c. 1. de Stesichoro. Præter cæteros Irenæus contrà hæreses. l. 1. c. 20. & Hiero. Augustino.
Puella Lesbi] i. Lesbia Sappho. s. epist. vlt. lib. 9.

214 *Mantua contumax Homero*] s. Carm. 2.
Mantua quæ acies, pelagique pericula lusit
Smirnæas imitata tubas, &c. vide notas.

217 *Busto Parthenopem Maroniano*] Mantua patria Vergilij liuet, quod Neapolis Vergilij insignis sepulchro sibi æquetur, nam Vergilius voluit ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissimè vixerat, ac extrema valetudine hoc ipse sibi Epitaphium fecit distichon. Translata igitur iussu Augusti eius ossa, prout statuerat, Neapolim fuere, sepultaque via Puteolana, intrà lapidem secundum, suoque sepulchro id distichon quod fecerat, inscriptum est.
Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Partenope, cecini pascua, rura, duces. Vet. Vergilij vita.
vide Plinium. ep. 7. l. 3. Sentio Saturnino & Lucretio Cinna Coss. Euseb. in Chro.

218 *Per Satyras epistolarum*] vide Turnebum Aduersar. l. 11. c. 10.

227 *Non quod Corduba prapotens alumnis*] Mart. l. 1. Epigr. 29.
Duosque Senecas, vnicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Phœbi laudibus & vaga Dianæ
Conscriptis voluit sonare Flaccus.
Non quod Papinius tuus meúsque
Inter Labdacios sonat furores.
225 *Aut cum fortè pedum minore rythmo*
Pingit gemmea prata syluularum.
Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum ciet, hîc putes legendum:
Quorum vnus colit hispidum Platona,
230 *Incassúmque suum monet Neronem.*

Iannotius Manettus in vita Senecæ. in Elogiis vide, š. & j. Car. 23.
229 *Quorum vnus colit hispidum Platona*] vnde Seneca Philosophus dictus est, Philosophiæ Moralis volumina scripsit. vide. epist. 109.
230 *Incassúmque suum monet Neronem*] præter Tacitum l. 13. Annal. Euseb. in Chr. Hiero. de viris inlustrib. vide veterem Iuuenal. Interpret. Satyr. 5.
231 *Orchestram quatit alter Euripidis*] i. Tragicus est, Terent. de versu pastorali.

In Tragicis iunxere choris hunc sæpe diserti
Annæus Seneca, & Pomponius ante secundus.

Iannotius. ms. *duos Senecas Cordubam genuisse cum omnes Hispanienses scriptores, tum etiam Apollinaris Sidonius non ignobilis auctor testes sunt.* accentum Latinum secutus Sidonius, non quantitatem in Euripidis penultimam producit Scaliger. Auso. Lect. lib. 2. cap. 21 j. Carm. 23.

Cessissent Sophocles, & Euripides.

232 *Pictum fæcibus Æschilum secutus*] ex Horatij Arte.

Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora,
Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschilus, & modicis intrauit pulpita tignis, &c. ibid. Interp. vett.

236 *Pugnam tertius ille Gallicani dixit Cæsaris*] sic mss. à Gallia subiugata, tertius autem Cordubæ alumnus est Annæus Lucanus. Martial. *vnicumque Lucanum*

Facunda loquitur Corduba. Lucani Epitaphium.
Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi
Quæ gessere pares, hinc socer, inde gener.

240 *Vt credat Cremera,* &c.] vide. š. Car. 2. & 5. ibid. notas. & Lucanum.
249 *Vel quos Sparta*] š. Car. 2. Claud. de bello Get.

Consulibusque palam toties congressus, inertes
Exuerit castris dominos, & strage pudenda,
Fuderit imbelles aquilas feruilibus armis.

256 *Getulicus*] Martialis in præfat. l. 1. *sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus.* Pli. Aristoni. e. 3. l. 5. Epigrammatista fuit. š. epist. 10. lib. 2.
257 *Non Marsus, Pedo*] Epigrammatistæ quoque de quibus Martialis, in præf. l. 1. & Epigr. 77. l. 2. Suet. de inlust. Grammat. de Orbilio. Domitius Marsus idem. in Q. Cæcilio. & Mart. l. 7. Epig. 28. de Pedone. Quintil. lib. 10. c. 1.
257 *Silius*] mss Pet. Cla. *Siluius*, de Silio honorificè Martialis lib. 4. Epigramm. 14. lib. 6. Epigram. 63. lib. 7. 62. lib. 8. 66. lib. 9. Epigramm. 88. lib. 11. Epigramm. 49. & 51. Plin. lib. 3. epistol. 7. Silij poetæ Satyrici meminit vetus interpres Iuuenalis. Saty. 1. init.
258 *Non quod Sulpicia iocus Thalia scripsit blandiloquum suo Caleno*] sic ex mss. legendum. Sulpicia, vt in Satyram. 6. Iuuen. refert vetus Interpres.

Ne me Cadurcis destitutam fasciis
Nudam Caleno concubantem proferat.

Orcheſtram quatit alter Euripidis.
Pictum faecibus Aeſchylon ſecutus,
Aut plauſtris ſolitum ſonare Theſpin,
Qui poſt pulpita trita ſub cothurno
Ducebant olidae marem capellae. 235
Pugnam tertius ille Gallicani
Dixit Caeſaris, vt gener ſocérque
Cognata impulerint in arma Romam.
Tantum dans lacrymas ſuis Philippis,
Vt credat Cremera leuem ruinam, 240
Infra & cenſeat Alliam dolendam,

eadem.in Satyra. *tantum Romana Caleno Mania, iucundos pariterque auerte Sabinos.* vide Martialem.lib.10.Epig.35.& 38.

261 *Sed nec centimeter Terentianus*] Terẽtiani Mauri non ſemel eſt mentio apud Seruium,& Priſcianum. Ennodius praetereà Beato. *Terentianus me induxit in illo exemplo, poſteà, fortè de tertio phalentio quò. Terentianum neſciunt, habuerint quod de vna ſyllaba querentes occaſionem loquerentur.* vide Martialem .libr. 1. Epigram.54.

261 *Centimeter*] quia ſcilicet de centum carminum vſitatorum generibus ſcripſerit eleganti opere quod extat, ad cuius imitationem, centimetrum ſcripſit Seruius ad Albinum, de centum carminum vſitatorum generibus, quod etiam impreſſum eſt, cum hoc titulo. Carmen Probae Falconiae Virgilioeentones inſcriptum, mendosè centimetrum intitulatur, apud Burchardum.l.3.c.241. & Iuon.par.4.c.65. *centimetrum de Chriſto Vergilianis compaginatum verſibus, apogriphum.* lego centometrum, mendoſius apud Gratianum diſtin.15.can.ſancta Romana *pentametrum*, pro, centometrum, *cento* Gelaſio in epiſt.decretali, ex qua hi canones excerpti ſunt.

263 *Turnus*] de Turno poeta Tragico praeter Martialem.lib.7.Epig.96. & lib.11. Epigr.11.

Contulit ad ſatyras ingentia pectora Turnus.
Huius vulnificis ſatyra ludente camoenis
Nec Turnus potior, nec Iuuenalis erit. Rutilius Itin.1.

Vetus Interpres Iuuenal. Saty.1. *Turnus hic libertini generis ad honores ambitione prouectus eſt, potens in aula Veſpaſianorum Titi & Domitiani.* cuius fragmentum idem refert ead. Saty. Ex qua: *Caeſareas ſoboles horrida Locuſta*
Occidit cura ſui verna nota Neronis.
quàm nobile fuerit eius poema ex hoc fruſto coniicere licet, & ex Martiale. lib. 7. Epigram.96.

Turni nobilibus leget libellis.

263 *Memor*] poeta etiam Tragicus, Turni frater, de quo Martialis. libr. 11. Epigram.11.

Contulit ad Satyras ingentia pectora Turnus
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Vet. Interpres Iuuenal. Saty.1. *Turnum dicit Scaua Memoris Tragici poeta fratrem,* &c. Fulgent.de priſco ſerm. *Memor in tragoedia Herculis. Ferte ſulpeptias optimi comites.*

264 *Stella*] de Stella poeta nobili, vide Statium.1.Sylua.& Martialem paſſim.

264 *Septimius*] de Septimio Afro, vide Terentianum Maurum. in centimetro, ſub finem.& Ĩ.Sidon.epiſt.ad Polemium.

264 *Petroniuſque*] de Petronio plura congeſſerunt veterum elogia qui in eum notas texuerunt, quas conſule. Ĩ.Narbone.

265 *Aut mordax ſine fine Martialis*] Plin.ep. vlt.l.3. *homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet, & fellis nec candoris minus.* res loquitur.

266 Non

Ac Brenni in trutina Iouem redemptum,
Postponat Trebiam grauésque Cannas,
Stragem nec Thrasimenicam loquatur:
245 *Fratres Scipiadas putet silendos,*
Quos Tartesiacus retentat orbis:
Euphratem taceat malè appetitum,
Crassorum & madidas cruore Carrhas,
Vel quos Spartace consulum solebas
250 *Victrici gladus fugare sicca.*
Ipsum ne fleat ille plus duellum,
Quod post Cimbrica turbidus tropaa,
Et vinctum Nasomonium Iugurtham,
Dum quærit Mithridaticum triumphum,
255 *Arpinas voluit mouere Sylla.*
Non Geulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus.

266 *Non qui tempore Cæsaris secundi*, &c.] id est, Ouid. ĩ. Car. 23.

Et te carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomosque missum,
Quondam Cæsarea nimis puellæ
Ficto nomine subditum Corinnæ. vbi plura.

267 *Aeterno incoluit Tomos reatu*] in exilium enim Tomos missus fuit, ibique diem obiit & iuxtà oppidum Tomos sepultus est. Euseb. in Chron. Ouidij Epitaph.

Hic situs est vates, quem Diui Cæsaris ira
Augusti, patria cedere iussit humo.
Sæpe miser voluit patriis occumbere terris
Sed frustrà, hunc illi fata dedere locum.

270 *Irati fuit histrionis exul*] id est, Iuuenalis, qui in exilium actus est à Paride histrione Suidam vide, & adde veterem Interp. in vita Iuuenal eundemque Saty. 7. ver. 92. qui tamen initio Saty. 4. vers. 38. sententiam mutat, sed à priore standum est, ex Sidonio. vide Dion in Domit.

271 *Non Pelusiaco satus Canopo*] id est Claudianus, quem Possidonius Afer, dicit *Pelusiacum genitum Canopi.*

272 *Qui ferruginei thoros mariti*] id est Plutonis raptoris Proserpinæ, cuius raptum tribus elegantissimis libris descripsit.

273 *Et musa canit inferos superna*] eleganter, & suo more dixit, canit inferos superna musa. *præglorioſiſſimus poetarum* vocatur in antiqua inscript. *eximius poeta*, Orosio. lib. 7. cap. 35. & Diacono. in Theodosio. *admiratione dignus* Prospero. *insignis* Cassiodoro. in Chronicis.

276 *Bonifacium*] Comitem Africæ, de quo Orosius, Prosper, Victor Vtic. libr. 1. Mar. Comes, Cassio. & reliqui, ille Genzericum in Africam euocauit. vide ŝ. Car. 5. & 7. & ab Aetio occisus est. ŝd. aucto. Zosimum præterea vide.

277 *Necnon præcipitem Sebastianum*] Sebastianus erat gener Bonifacij Comitis Africæ. Victor. lib. 1. & Mar. Comes, Theodosio. xv. & Valentiniano. IIII. Coss.

277 *Præcipitem*] cùm Sebastianus Comes vir esset acer consilio, & strenuus in bello, vt ait Victor. lib. 1. de persec. Vvandal. præcipitem tamen addit ex historia, quòd Sebastianus vrbe Augusta profugus, in Africam præceps abierit, & in partes Genzerici, cui ob virtutem & rei militaris peritiam suspectus, post eà eius insidiis interemptus est, eleganter Victor Vtic. l. 1. Prosper in Chro. Valentiniano v. Augusto, & Anatolico Coss. Marcellinus Comes. vbi ŝ.

284 *Tunc vatem Rhodopeum sonare*] i. Orpheum, Ouid. 10. Metam.

Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus.

vide ŝ. epist. 11. lib. 8. in Carm. ĩ. Carm. 23.

282 *Tum Phœbum vel hyanthias puellas*] ŝ. ep. 6. l. 8. in Carm.

Non quod Sulpiciæ iocos Thaliæ
Scripsit blandiloquum suo Caleno.
Non Persij rigor, aut lepos Propertij: 260
Sed nec centimeter Terentianus.
Non Lucilius hic, Lucretiúsque est.
Non Turnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella, & Septimius, Petroniúsque,
Aut mordax sine fine Martialis. 261
Non qui tempore Cæsaris secundi
Æterno incoluit Tomos reatu.
Nec qui consimili deinde casu
Ad vulgi tenuem strepentis auram
Irati fuit histrionis exul. 270
Non Pelusiaco satus Canopo,
Qui ferruginei thoros mariti
Et Musa canit inferos superna.

Quid Cirrham vel hyanthiascamenas.

291 *Laudans Æthium*] qui Patricius Romanus, & Comes vtriusque militiæ, Gallias à barbarorum incursibus protegebat. s̄. in epist. & versib. passim.

294 *Betim*] *fluuius Hispaniæ, à quo Betica.* Vibius. oliua redimitus. Martial. Epigr. vlt. l. 12.

Betis oliuifera crinem redimite corona,

Palladio Betis ornatus corona ramo. Silius 3. *in Oceanum Occidẽtalem suscipitur.* Aethicus in Cosmog.

295 *Vndosa petiit sitim Rauennæ*] eleganter dicit sitim vndosæ Rauennæ, Rauennates enim in mediis aquis sitiunt, s̄. e. 8. l. 1. *Sitiunt viui, natant sepulti.* vide notas, & adiice Freculph. l. 5. c. 8. to. 1. & facetum Martialis Epigr. 103. l. 5. de caupone Rauennate.

Sit cisterna mihi, quàm vinea, malo Rauennæ,
Cum possim multò vendere pluris aquam.
Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ,
Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

quia scilicet aquas dulces & pototias æstus maris amarat, vide s̄. simili ioco Arator hist. Apostol. l. 2. de Corynthō. *bimarisque Corinthi*

Mœnia iuncta petens, populosam repperit vrbem,
Quæ licet alterni contingeret æquoris vndas, *Perpetuas sitiebat aquas.*

296 *Plosores cum fulgidam Quirites*] statuæ in honorẽ alicuius non erigebantur inconsulto Senatu, s̄. e. vlt. l. vlt. in Car. & Car. 8. in fine. Apul. 3. Metam. *quo in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt omnes locum statuæ.* sæpe in Inscript. vett.

Et charus popularitate princeps] is est, Theodosius Iunior, aut Valentinianus Placidus.

298 *Traiano foro*] s̄. ep. 16. l. 9. in Car. & Car. 8. vide.

301 *Paulinus*] de quo s̄. ep. 3. l. 4. poeta egregius Ausonius, & Gennad. de viris inlustribus, abundè testantur eius opera, s̄. ep. 11. l. 8.

301 *Ampeliumque*] de quo honorifice Symmachus. e. 64. l. 5. Ampelij opera ms. extant in Bibliotheca. S. Benigni Diuionensis.

302 *Messalam ingenij satis profundi*] de quo Messala Paulini, Ampelij, & Symmachi coætaneo, Symmachus sparsim. l. 7. *vir literarum, splendore illustris.* idem. l. 7. e. 9 0. *poeta doctus*, Rutilius, itinerario. 1. *Carmine Messala nobilitatus ager.*
cui *ob peritiam literarum decus honoris publici accessit.* Symmachus vbi s̄. (quantum ex Chronico Cod. Th. colligo) i. præfectura prætoriana.

302 *Satis profundi*] satis, i. est, nimis. s̄. notatum, & aliàs passim apud hunc auctorem. D. Ambr. ep. 13. *Satis acuta.*

303 *Martium*] s̄. Carm. 23. *Siue ad culmina Martij Myronis.*

304 *Dicendi arte noua parem vetustis*] Ennodius de Fausto.

In veterum morem pangit noua carmina Faustus.

Nec qui iam patribus fuêre nostris
275 *Primo tempore maximi sodales*
Quorum vnus Bonifacium sequutus,
Necnon præcipitem Sebastianum,
Natales puer horruit Cadurcos,
Plus Pandionias amans Athenas,
280 *Cuius si varium legas poëma,*
Tum Phœbum vel Hyantias puellas
Potato madidas ab Hippocrene:
Tunc Amphiona, filiumque Maiæ,
Tunc vatem Rhodopeïum sonare
285 *Collato modulamine arbitreris.*
Nunc tu hîc nunc legeris, tuúmque fulmen,
O dignissime Quintianus alter,
Spernens qui Lygurum solum & penates
Mutato lare Gallias amasti.

simili locutione Symmac.l.1.e.47. *nam vnde est in epistolis tuis sensuum nouitas, vetustas verborum.* ī. e. 5.& 22.l.4.in fine.

305 *Petrum & cum loquitur nimis stupendum*] de Petro ī.ep.13.l.9.in Car.& Car. 3.vide notas.

305 *Stupendum*] i.cum reuerentia & timore admirandum.ī.e.9.l.8. in Car. de Lampridio

Corde, voce, metro, stupende psaltes.

309 *Dulcem Antedium*] de Antedio huius Antedij auo.ī.ep.11.l.8.de isto Sidonij coæuo.ĵ.e.ad Pontium Leontium. ciuis fuit Petrocorus.

311 *Acrem Lampridium*] vide ī.e.9.& 11.l.8.& e.13.l.9.in Car.ibid.notas.ĵ.Car.23.

311 *Catum Leonem*] sic ex mss.emendaui, malè cum vulgatis Lugdun. Catum, vt acrem Lampridium, sic catum Leonem dicit, & tuba potentem Seuerianum, quemque posuit cum, proprio adiecto. De Leone autem summo viro, & illustri, atque etiam docto, ī.e.22.l.4.ep.3.l.8.vide notas.ī.ep.13.l.9.in Car.

Istud vix Leo rex Castalij chori. ī.ep.15.l.9.ĵ.Carm.23.

312 *Præstantemque tuba Seuerianum*] ī.e.13.l.9. *Dumnulo, Seueriano, atque Lampridio patria pangentibus*, & ep.15.eiusd.libri. *Seuerianus ista Rhetor altius.* vide notas.

317 *Quæ scombros meritò, piperque portet*] Persi.Satyr.1.

Linquere nec scombros metuentia carmina nec thus.

Mart.l.4.ep.42. *Nec scombris tunicas dabis molestas.*

Scombros, id est, liquores scombrorum, vt Martialis loquitur l.13. Epig.40. *garum scombrorum*, de quo idem l.13.Epigr.102.102.

320 *Pinguia alabastra Nicerotianis succis*] id est, pixides vnctas vnguentis Nicerotianis, de quibus Martialis.l.6.Epigr.54.

Flagras plumbea Nicerotiana.

idem. *Laudas pinguia Nicerotiana.*

alibi. *Nimbis ebria Nicerotianis.* idem.l.12.ep.66.

Vtrumne Cosmi, Nicerotis an libram.

321 *Alabastra*] id est, pixides & vnguentorum loculamenta. ī.epist.3.lib.8. *inter alabastra censorum.*

322 *Indo Cinnamon ex rogo petitum*] ex Martiale lib.6.Epigr.54.

Quod semper casiaque, cinnamoque
Et nido niger alitis superba
Flagras plumbea Nicerotiana.

323 *Quo Phœnix iuuenescit occidendo*] ī.Car.2. *necnon pulsante senecta*

Hinc redimita petit vicinus cynnama Phœnix. & Carm.7.

sic cinnama busto

Collis erithrei portans Phœbeius ales.

vide Auitum.lib.1.& notas.ī.ĵ.Carm.11.in fine.

329 *Germanum Probum*] i. Eulaliæ patruelis meæ sororis maritum, quē germanum vocat, vt s̄. Eulaliam. c.1.l.4. ad Probum, sororem. vide notas, & j̄. Car. vlt.

Districtum bonus, &c.] s̄. Car. 8. *Districtus semper censor qui diligit extat.* vide. ep.3. lib.9.

332 *Theta*] infelix & fetalis litera, de qua Vetus Inter. Persij. Saty. 4. Val. Probus in libello notatum. mortem significat, idem. Pet. Diaconus ad Conradum Imp. & Isidor. l.1.c. 20. & 23. de signis quibus improbata notabantur. *tristu arundo*, Martiali. l.1. Epig.3. Pith. aduer. 2. c. 3.

Nec doctis placet impudens poeta] s̄. c.6. l.8. & epist. 11. & 14. l.9.

339 *Rugato Cato tetricus labello*] s̄. c.9. l.8. *Catonianum superciliosæ frontis arbitrium*, ep.14. l.9. *iudices Catonianos aduocaturum.* Martial. l.11. Epig.2. & Iul. Firmi. Mathes. l.8. c.6. & c.15.

Narem Rhinoceroticam minetur] Martial. lib.1. Epigr.3.

Maiores nusquam rhonchi, iuuenesque senesque
Et pueri Nasum Rhinocerotis habent.

341 *Non te terreat hic nimis peritus*] s̄. ep. 14. l.6. *neque vereare me quospiam iudices Catonianos aduocaturum, qui modo inuidiam, modo ignorantiam suam fictæ seueritatis velamine tegant.*

Inter clasica signa, pila, turmas, 290
Laudans Aetium, vacánsque libro,
In castris hedera ter laureatus.
Sed nunc tertius ille non legetur,
Betin qui patrium solum relinquens,
Vndosæ petit sitim Rauennæ. 295
Plosores cui fulgidam Quirites
Et charus popularitate princeps
Traiano statuam foro locarunt.
Sed ne tu mihi comparare tentes
Quos multo minor ipse plus adoro, 300
Paulinum, Ampeliúmque, Symmachúmque,
Messalam ingenij satis profundi.
Et nulli modo Martium secundum,
Dicendi arte noua parem vetustis,
Petrum & cùm loquitur nimis stupendum, 305
Vel quem municipalibus poëtis
Præponit bene Villicum senatus.
Nostrum aut quos retinet solum disertos
Dulcem Antedion, & mihi magistri
Musas sat venerabiles Hœni 310
Acrem Lampridium, catum Leonem,
Præstantémque tuba Seuerianum,
Et sic scribere non minùs valentem
Marcus Quintilianus vt solebat.
Nos valdè sterilis modos camœnæ. 315
Raræ credimus hos, breuique chartæ,
Quæ scombros meritò pipérque portet.
Nam quis, nam Deus hoc dabit reiectæ,
Vt vel suscipiens bonos odores.
Nardum ac pinguia nicerotianis 320
Quæ flagrant alabastra tincta succis,
Indo cinnamon ex rogo petitum,
Quo Phœnix iuuenescit occidendo,
Costum, malobatrum, rosas, amomum,
Mirrham, thus, opobalsamúmque seruet? 325
Quapropter facinus meum tuere.
Et condiscipuli tibi obsequentis,
Incautum precor afferas pudorem.
Germanum tamen antè sed memento
Doctrinæ columen Probum aduocare: 330

Isti qui valet exarationi
Districtum bonus applicare theta.
Noui sed bene, non refello culpam,
Nec doctis placet impudens poëta,
335 *Sed nec turgida contumeliosi*
Lectoris nimium vereor ora.
Si tanquam grauior seueriórque
Nostra Terpsichores iocum refutans,
Rugato Cato tetricus labello
340 *Narem Rhinoceroticam minetur.*
Non te terreat hic nimis peritus,
Verùm si cupias probare tanta,
Nullus scit (mihi crede) quanta nescit.

EPITHALAMII DICTI RVRICIO & Hiberiæ, Præfatio.

CARMEN X.

Flucticolæ cùm festa nurus Pegasæa per antra
Rupe sub Æmathia Pelion explicuit,
Angustabat humum superum satis ampla supellex,
Certabant gazis, hinc polus, hinc pelagus.
5 Ducebátque *choros viridi propè tectus amictu,*
Cærulea pallæ concolor ipse socer.
Nympha quoque in thalamos veniens de gurgite nuda,
Vestiti cœpit membra timere viri.
Tum diuum quicunque aderat terrore remoto,
10 *Quo quis pollebat lusit in officio.*
Iupiter emisit tepidum sine pondere fulmen,
Et dixit melius nunc Cytheræa *calet.*
Pollux tum cæstu laudatus, Castor habenis.
Pallas tum cristis, Delia tum pharetris.
15 *Alcides claua, Mauors tum lusit in hasta,*
Arcas tum virga, Nebride tum Bromius.
Huc & Pimpliadas induxerat optimus Orpheus,
Chordis, voce, manu, carminibus, calamis.

Ruricio] de quo s̄.epist. 16.lib.4.15 lib.5.epist.10. lib.8.

Flucticolæ cum festa Nurus] id est, nuptias, Thetidis, s̄.Car.5.

Barbarici vaga festa thori. vide notas.j̄.Carm.11.

dum festa parat celeberrima Gallis.

2 *Pelion*] *mons Thraciæ.* Vibius de quo Car.9.

Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othris.

3 *Angustabat humum Superûm satis ampla supellex*] Simili locutione s̄.Car.2.

ingentem spatiosis mœnibus vrbem.

Quam tamen angustam populus facit,
j̄.Carm.22.

amplis angustans fructibus ædes. Oros.lib.7. c. 37. *agminaque quibus du-*

dum angusta videbatur Italia. auctor libelli ad Ruffinum ne ducat vxorem. *Iulius Cæsar cuius amplitudini arctus fuit orbis.*

Ambitiosus Hymen totas ibi contulit artes,
Qui non ingenio, fors placuit genio. 20
Fescennina tamen non sunt admissa, priusquam
Intonuit solita noster Apollo lyra.

12 *Nunc Cythereia calet*] id est, Venus, Ouid. l. 4. Metam.
Exigit indicij memorem Cythereia pœnam. Cythere. s. 8. l. 4. in Car.

13 *Pollux tum cestu landatus, Castor habenis*] s. Carm. 5. *vetuisses Castora frenis,*
Pollucem cestus. Castor equo, Pollux cestu. s. Carm. 7.

14 *Pallas tum cristis, Delia tum pharetris*] Statius. 2. Theb.
Et Pallas deceat pharetras, & Delia cristas. Paulinus. 3. de S. Mart.
Effigians clipeo insanam, cristisque Mineruam. s. Car. 7.

15 *Alcides claua*] Herculis insigne claua, vnde Herculea Propertio, s. epist. 11. lib. 4. & epist. 9. lib. 9.

16 *Arcas tum virga*] i. Mercurius, de cuius virga abundè dictum. e. 1. l. 2. ad hæc, *casta confestim gymnasiarchorum virga dissoluit.* Fulgent. 1. Mytholog.
Nebride tum Bromius] vide s. Carm. 5. vide notas. j. Carm. 11.

17 *Huc & Pimpliadas*] Apollonium vide. 1. Argon. Varro. 6. de lingua. j. Car. 12.
Ibant Pimpliades pariter. Pius ineptit, hoc loco.

21 *Fescennina*] de quibus s. abundè, epist. 5. lib. 1. s. Carm. 5.

EPITHALAMIVM RVRICIO & Iberiæ dictum.

CARMEN XI.

INter Cyaneas Ephyræa cacumina cautes
Quâ super Idalium leuat Orithion in æthram,
Excisi sale montis apex, vt fortè vagantem
Dum fugit, & fixit trepidus Symplegada Typhis,
Atque recurrentem ructatum ad rauca Maleam, 5
Exit in Isthmiacum pelagus claudentibus alis,
Saxorum de rupe sinus, quo sæpe recessu
Sic tanquam toto coëat de lumine cœli
Arctatur collecta dies, tremuláque per vndas
Insequitur secreta vadi, transmittitur alto 10
Perfusus splendore latex, miróque relatu
Lympha bibit solem, tenuíque inserta fluento
Perforat arenti radio lux sicca liquorem,

18 *Aethiops*] mss. Clu. Cla. Sen. Pet. vet. Coluius Aethiopus. Seruius Aeneid. 7. Priscian. 6. ex Lucillio. 4. sed nihil mutandum, cùm stet versus. de his marmoribus s. ep. 2. lib. 2. Carm. 2. & j. Carm. 22.

20 *Postes Chrysoliti*, &c.] Propert.
Quosue dedit flauos lumine Chrysolitos.
lapis ignei fulgoris, de hoc lapide, & reliquis, vide Eucherium. in l. Reg. & Marbodeum, lib. de lapidib. preciosis.

34 *Squameus huc Triton*] s. epistol. 8. libr. 4. in Carm. vide.

38 *Latus quod pollice fixo vellit*] indicium amoris latus vellere. Ouid. 2. de arte.

Profecit studio spatium, nam Lemnius illic
15 *Ceu templum lusit Veneri, fulménque relinquens,*
Hic ferrugineus fumauit sæpe Pyracmon.
Hic lapis est de quinque locis, dans quinque colores,
Æthiops, Phrygius, Parius, Pœnus, Lacedæmon,
Purpureus, viridis, maculosus, eburnus & albus.
20 *Postes Chrysolithi fuluus diffulgurat ardor,*
Myrrhina Sardonices, amethystus Iberus, iaspis

Insere te turba, leuiterque admotus eunti
Velle latus digitis, & pede tange pedem.
Claudian. in Eutrop. 1.
nec blandior vllus eunti
Ancillæ tetigisse latus.
38 *Semiferi*] i. Centauri semiequi, ferus pro equo. Seruius Aeneid. 7. Noni. c. 4. Arnob. l. 4. *Nunquid senex Saturnus iandudum obsitus canis, atque annorum vetustate iam frigidus, nostris carminibus indicatur ab vxore in adulterio comprehensus induisse formam feri, & sub pecoris specie hinnitibus euolauisse iactatis?* Cassiod. Psal. 31. *frenum enim à fero retinendo dictum est, ferum quippe antiqui caballum dixerunt.*

40 *Tum gaudens torquente ioco*] amor ita delectat vt torqueat, Horatius. *saeuo mittere cum ioco.* ĵ. hoc Car. *dulcique veneno Tactus.* Mart. l. 7. ep. 28.
Testis, Victoris tormentum dulce Voconi.

41 *Pistre flagellat*] ŝ. epist. 8. lib. 4. in Carm.
Pistrigero qua concha vehit Tritone Cytheren.

46 *Firmantque pedum vestigia pinnis*] ŝ. Carm. 5.
Lubrica præmisso firmas vestigia conto.

51 *Festa parat*] i. celebritatem nuptiarũ, ŝ. Car. 5. & 10. Petrus Chrysologus. Ser. 160.
56 *Corythus pendebat*] arcuum theca, Seruius Aeneid. 10. Isid. l. 18. c. 9. & Sudas.
64 *Suspirat corde dolorem*] Claud. 1. Paneg. Stilico.
Perfides arcanum suspirauere calorem.

66 *Lemnias imperium*] i. Hypsiphyle, Statius. 5. Theb. *paulum fletu cunctata modesto Lemnias orsa refert.* imperium Lemnos insulæ. Higin. c. 15. Apollod. 3.
67 *Poma Calipso*] ŝ. Carm. 9. *Tum pomaria diuitis Calypsus.*
66 *Cressa flamen Labyrinthi*] i. Pasiphe Cretæ insulæ Regina, nota fabula adulterij, de qua vide Higin. c. 40. Apollod. lib. 3.
67 *Alceste vitam*] Admeti regis vxor, quæ vltronea Admeti fata subiit, & pro eo vicariam mortem obiit, quam posteà Hercules ab Inferis reuocauit, præter Euripidem in Alceste, & Higinum. c. 51. & 243. Apollod. l. 1. Claudian.
Fœminea virtutis opus, quod sponte marita
Casta maritali successit Thessala fato,
Inque suos migrare virum non abnuit annos.

68 *Scylla comas*] quæ caput Nisi patris & purpuream & fatalem comam resecauit, Ouid. 8. Higin. c. 155. Apollodorus l. 3.
68 *Attallanta pedes*] ŝ. Carm. 2. *spectet de carcere circi*
Pallentes Atalanta procos. vide notas. ĵ. Carm. 14. & Apoll. l. 3.

69 *Cygno Ioue nata coronam*] i. Helena, Cygno Ioue & Leda nata, in cuius arbitrio positum fuit, vt cui vellet ex procis nubere, coronam imponeret, Menelao imposuit. Higin. c. 77. & 78. Apoll. l. 3.
70 *Suspendia Phyllis*] quæ impatientia amoris, & desiderio Demophoontis suspendio vitam finiit. Higin. c. 59. & 243.
71 *Euadne in flammas*] vide Statium. 12. Theb. & Higinum. c. 243. quæ cum Canopeo mortuo in pyram coniecto in eandem se viuam coniecit.
71 *Et Sestias isset in vndas*] id est, Hero. Statius. 6. Thebaid.
Sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis. Sic à Sesto Hellesponti vrbe dicta. Apollodorus. l. 3.

Indus, Chalcidicus Scythicus, Berillus Achates,
Attollunt duplices argenti cardine valuas,
Per quas inclusi lucem vomit umbra smaragdi.
Limina crassus onix crustat, propterque hyacinthi 25
Cærula concordem faciunt in stagna colorem.
Exterior non compta silex, sed prominet altè
Asper ab assiduo lympharum verbere pumex.
Interiore loco simulauit mulciber auro
Extantes latè scopulos, atque arte magistra 30
Ingenti cultu naturæ inculta fefellit,
Huic operi insistens, quod necdum nouerat illa
Quæ pro Lemniacis damnauit furta cathenis.
Squameus huc Triton duplicis confinia dorsi,
Quà coeunt supra sinuamina tortilis alui 35
Inter aquas calido portabat corde Dionem.
Sed premit adiecto radiantis pondere conchæ,
Semifers Galathæa latus, quod pollice fixo
Vellit, & occulto spondet connubia tactu.
Tum gaudens torquente ioco, subridet amator 40
Vulnere, iámque suam parcenti pistre flagellat.
Ponè subit turmis flagrantibus agmen Amorum.
Hic cohibet delphina rosis, viridique iuuenco
Hic vectus, spretis pendet per cornua frænis.
Hi stantes motu titubant, plantáque madenti 45

74 *Stenobeius heros*] i. Bellorophon, qui à Sthænobœa adamatus, ab eius amore animum auertit, illa indignata viro, mentitur se à Bellorophonte compellatam, vide s. Car. 9. & Higinum. c. 57. idcireò ad Chimeram vt interficeretur missus, illam interfecit. fabula nota. Apollod. l. 2.

76 *Thermodoontiaca*] id est, Hippolitus, Thermodontia Hippolite natus, quæ incestuosi Gnosiacæ nouercæ id est, Phœdræ concubitum spreuit. s. Carm. 9. vide Ouid. 15. Metam. Senecam Hippoliti Tragœd.

79 *Etsi iudicio*, &c.] Paridis iudicio si Iunoni Mineruæ & Veneri adiecta fuisset Iberia, mihi Veneri formæ palmam eripuisset, & aureum pomū. vide. Carm. 5. & Higin. c. 92.

80 *Rhetæa damnasset pastor in Ida*] monte Phrygiæ, à Rhœtæo promontorio Troadis Rhœtæa Ida dicta, ad quam Deas discordes, & de forma disceptantes Mercurius Iouis imperio deduxit. Higin. c. 92.

83 *Collata rubori pallida blatta latet*] id est purpura collata rubori, qui est in genis Iberiæ pallescit. Blatta pro purpura. vide. s. ep. vlt. l. 9. in Car.

87 *Axe Pelops*] s. Car. 2. *nata quem fraude cadentem*
Cerea destituit resolutis axibus obex.

87 *Cursu Hippomenes*] Car. 2. *& poma decori Hippomenis.*

87 *Luctaque Achelous*] *Deianira tuas Achelous gymnade pinguis*
Illustret tædas. s. Car. 2. vide notas.

88 *Gorgone Perseus*] Ouid. 4. Metamorph.
Gorgonis anguicomæ Perseus superator.
vide. s. Carm. 9. & Albricum. de Deorum imag.

90 *Delia, taurus, olor, satyrus, draco, fulmen, & aurum.*]
Ζεὺς κύκνος ταῦρος, σάτυρος χρυσὸς, δι' ἔρωτα λήδης.
Tertull. in apolog. dist. 94. Squamatum, aut cornutum aut plumatum amatorem, aut in auro conuersum. Iul Firm. de erro. profan. relig. adulterio delectatur aliquis, Iouem respicit, & inde cupiditatis suæ fomenta conquirit, probat, imitatur & laudat quod Deus suus in Cygno fallit, in tauro rapit, ludit in Satyro, quod inclusam regiam virginem auro largiter fluente corruperit, &c. vide. s. Car. 15.

91 *Nam census, forma, genusque conueniunt*] quæ tria olim in matrimoniis copulandis specta

Labuntur, firmántque pedum vestigia pinnis.
Illa recuruato dimiserat ora lacerto
Mollia, marcebant violæ, grauiórque sopore
Cœperat attritu florum descendere ceruix.
50 *Solus de numero fratrum qui pulchrior ille est,*
Deerat amor, dum festa parat celeberrima Gallis,
Quâ socer Omatius magnorum maior auorum,
Patritiæque nepos gentis, natæ, generóque,
Excolit auspicijs faustis, sed fulsit vt ille
55 *Fortè dies, matrem celeri petit ille volatu.*
Cuius fax, arcus, coritus pendebat, at ille
Cernuus & leuæ pendens in margine palmæ
Libratos per inane pedes aduerberat alis.
Oscula sic matris carpens, somnóque refusæ
60 *Semisopora leui scalpebat lumina penna.*
Tum prior is alacer cœpit. Noua gaudia porto

spectabantur. vide s. epi. 2. lib. 7. & adde quod ait Plinius. ep. 14. l. 1. vide Apuleium. lib. de Philosophia. & lib. 6. Metamor. Rutilius. Itin. 1.

Noster enim nuper iuuenis maioribus amplis,
Nec censu inferior, coniugioque minor.

96 *Strinxit hiperboreis*] Solinus. vbi de Scythia. *putant glaciem coire, & in crystallum corporari*, vide Auiennum in orbis descript. & Priscianum. in Periegesi.

96 *Crusta*] s. Vergil. 3. Georg. *Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.* Ennod. in vita. s. Epiphanij. *Et crustati montis pericula non timere.* Fortuna. l. 12. poem. Carm. vlt. *Profluа crustratum fluxerunt flumina murum.* s. epist. 6. lib. 4. *crustisque glacierum.*

99 *Miserat hoc flumus*] id est, metallum hoc, id est, aurum miserat Pactolus fluuius, qui fouit & abluit Midam regem. Higin. c. 191. & Fulgentius Mithol. l. 2. & in præf. ad Catum presb.

103 *Marmaricæ de fauce fera*] id est, Elephantis Africani. s. Carm. 7.

Marmarici pressere pedes. j. Carm. 23.
Marmarici dedere Barri.

Gemit exarmatier ora] s. Carm. 2. de Indis.

In tua lucra feris exarmat guttur alumnus. j. Carm. 23.
Non si quas eboris trabes refractis
Rostris, Marmarici dedere Barri.

113 *Hic triplex vno comitatur Gratia nexu*] vide Senecam. 1. de benef. c. 3. & 4. Phornutum de natu. Deor. Gratiæ Veneris comites. Senec. & Pausanias. l. 6. Fulgent. l. 2. de Venere.

115 *Flora*] Dea florum, Arnob. lib. 3. & August. de Ciuit. Dei. lib. 4. cap. 8. vide Sex. Rufum. & P. Victo.

117 *Pomona*] quæ pomis præerat Dea. Arnobius. l. 3. Vicus Pomonæ. Sext. Ruffus. vide Ouid. 14. Metam.

119 *Hinc distincta latus maculosa nebride Thias*] s. Carm. 5.

Et maculis Erithrea Nebridos horrens.

& Carm. 10. *Nebride tum Bromius*

Auienus in orbis descript.

Orgia ludentes & nebride pectora cincti
Deduxere choros, vide s. Carm. 2.

Indica Echionio Bromij rotat orgia thyrso] s. Car. 5. *rotat enthea thyrsum Bassaris*,

Echiono, id est, Thebano. & s. Carm. 9.

Occultos Veneris rotasse thyrsos.

121 *Sigæis specubus qui Dindima ludit*] s. Carm. 9. id est, Ida monte Phrigiæ, in quo

Felicis prædæ, genitrix, calet ille superbus
Ruricius nostris facibus, dulcique veneno
Tactus, votiuum suspirat corde dolorem.
Esset si præsens ætas, impenderet illi 65
Lemnias imperium, Cressa stamen labyrinthi,
Alceste vitam, Circe herbas, poma Calypso,
Scylla comas, Atalanta pedes, Medea furores,
Hippodame ceras Cygno Ioue nata coronam.
Huic Dido in ferrum simul in suspendia Phyllis, 70
Euadne in flammas, & Sestias isset in vndas.
His hæc illa refert. Gaudemus nate rebellem
Quod vincis, laudásque virum: sed forma puellæ est,
Quam si spectasset quondam Sthenobeius heros,
Non pro comtemptu domuisset monstra Chymeræ. 75
Thermodoontiaca vel qui genitrice superbus
Spreuit Gnosiacæ temeraria vota nouercæ.
Hac visa occiderat, fateor, sed crimine vero.
Et si iudicio forsan mihi quarta fuisset,
Me quoque Rhethea damnasset pastor in Ida. 80
Vincere vel si optas istam da malo puellam,
Dixerat, hanc dederam formam, pro munere formæ,
Tantus honor, genúsque genis. collata rubori
Pallida blatta latet, depressáque lumine vultus
Nigrescunt vincto baccharum vulnera collo. 85
Te quoque multimodis ambisset Iberia ludis,
Axe Pelops, cursu Hippomenes, luctáque Achelous,
Æneas bellis, spectatus Gorgone Perseus.
Nec minor hæc species, totiens cui Iuppiter esset,
Delia, taurus, olor, satyrus, draco, fulmẽ, & aurum, 90
Quare age, iungantur, nam census, forma, genúsque
Conueniunt, nil hic dispar tua fixit harundo.
Sed quid vota moror? Dixit, currúmque poposcit,
Cui dederant crystalla iugum, quæ frigore primo
Orbis adhuc teneri, glacies vbi Caucason auget, 95
Strinxit Hyperboreis Tanaitica crusta pruinis
Naturam sumens gemmæ, quia perdidit vndæ:
Perforat hanc fului formatus temo metallo.
Miserat hoc fluuius, cuius sub gurgite nymphæ
Mygdonium fouère Midam, qui pauper in auro 100
Ditauit versis Pactoli flumina votis.
Splendet perspicuo radios rota margine cingens

Corymbantes Cybeles sacra celebrabant, de quibus sacris vide Clementem Alexand. ad Gentes. & Arnob l.5.

122 *Iam sectus recalet Corybas*] sectus, id est, occipitio intonsus, corybantes enim attondebant sinciput, vnde κυρβᾶντες dicti. Strab.l.10.

122 *Cui gutture rauco,* &c.] vide. s̄. Carm.9 & Higinum.c 139. Claud.

Non te progenitum Cybeleius ore canoro
Lustrauit Corybas.

123 *Biores cauernas*] fistula biforis. epistol.13. lib.2. septiforis. epist. 2. lib.2. & Car.5.

Et ab biforem reboat nec tibia flatum.

125 *Hic Phœnix busti dat cynnama viui*] s̄. Car.9. sub finem. *Indo Cinnamon ex rogo petitum*

Quo Phœnix iuuenescit occidendo.

vide notas.

129 *Tum Paphie dextram iuuenis dextramque puellæ*] sic ex mss. emendo. Paphie, id est, Venus, Claudianum imitatur in Epithalamio Palladij & Serenæ

Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ,
Tradit, & his vltro sancit connubia dictis
Viuite concordes, &c. Paphie. id est, Venus. J̄. Car. 15.

Sic placidam Paphien seruare diastema quintum.

130 *Paucis cecinit solemnia dictis*] Solemnia illa nuptiarum expressit, J̄. Car. 15.

nectit dextras ac fœdera

Marmaricæ de fauce feræ, dum bellua curuis
Dentibus excussis, gemit exarmarier ora.
105 *Misit & hoc munus, tepidas qui nudus Erythras*
Concolor Æthiopi, vel crinem pinguis amomo
Fluxus odoratis vexat venatibus Indus.
Jlla tamen pasci suetos per Cypron olores,
Vittata stringit myrtho, queis cætera densis
110 *Lactea puniceo sinuantur colla corallo.*
Ergo iter aggressi pendens rota sulcat inanem
Aëra, & in liquido non soluitur orbita tractu.
Hîc triplex vno comitatur gratia nexu,
Hîc redolet patulo fortunæ copia cornu.
115 *Hîc spargit calathis, sed flores Flora perennes,*
Hîc Cererem Siculam Pharius comitatur Osiris,
Hîc grauidos Pomona sinus pro tempore portat,
Hîc Pallas madidis venit inter prœla trapetis.
Hîc distincta latus maculosa Nebride Thyas
120 *Jndica Echionio Bromij rotat orgia Thyrso,*
Hîc & Sigais specubus qui Dindyma ludit,
Iam sectus recalet Choribas, cui gutture rauco
Ignem per bifores regemunt caua buxa cauernas.
Sic ventum ad thalamos, thus, nardus, balsama, myrrhæ
125 *Hîc sunt, hîc phœnix busti dat cinnama viui.*
Proxima quin etiam festorum afflata calore,
Iam minus alget hyems, speciémque tenentia vernam
Hoc dat vota loco, quod non dant tempora mundo.
Tum iuuenis Paphie dextram, dextrámque puellæ
130 *Complectens, paucis cecinit solennia dictis*
Ne facerent vel verba moram. Feliciter æuum
Ducite concordes, sint nati, sintque nepotes.
Cernat & in proauo sibimet quod pronepos optet.

mandat

Nimphidius quæ cernat auus, Tobiæ cap. 7. Alc. Auit.

Viuite concordi studio, mundumque replete.

Quintil. declam. 291. *istud ego adulterium manu mea iunxi, ipse auspices adhibui, optaui longam concordiam: solennia* dixit Ouid. l. 10. Metam. init.

sed nec solennia verba.

AD CATVLLINVM V. C. QVOD propter hostilitatem barbarorum Epithalamium scribere non valuerit.

CARMEN XII.

Quid me, & si valeam, parare carmen
Fescenninicolæ iubes Diones,
Inter crinigeras situm cateruas,
Et Germanica verba sustinentem,
Laudantem tetrico subinde vultu, 5
Quod Burgundio cantat esculentus,
Infundens acido comam butyro?
Vis dicam tibi, quid poema frangat?
Ex hoc barbaricis abacta plectris
Spernit senipedem stylum Thalia, 10
Ex quo septipedes videt patronos.
Felices oculos tuos & aures,
Felicémque libet vocare nasum
Cui non allia, sordidaq́ cæpa
Ructant mane nouo decem apparatus. 15
Quem non vt vetulum patris parentem,
Nutricísque virum, die nec orto
Tot tantique petunt simul Gigantes,
Quot vix Alcinoi culina ferret.
Sed iam Musa tacet, tenétque habenas 20
Paucis hendeca syllabis iocata,
Ne quisquam satyram vel hos vocaret.

Ad Catullinum. V.C.] de quo s. epist. 11. l. 1. *accidit casu vt Catullinus illustris*, &c. qui Sidonium rogabat vt carmen nuptiale conderet.

3 *Inter crinigeras situm cateruas*] sic mss. & vett. id est, inter Germanos, qui cæsariem alebant, s. Car. 5. Claudian. in Paneg. Stilic. *crinigero flauentes vertice reges.* nec est quod Lipsius & reliqui cirrigeras legant.

4 *Et Germanica verba sustinentem*] de Germanorum idiomate barbaro & inculto. eleganter s. ep. 5. lib. 5. & Agathias. lib. 1. init. *Franca lingua.* D. Hiero. in Hilarione. vide s. Carm. 5.

6 *Esculentus*] Burgundiones edacitatis notat. esculentus id est, edax, s. ep. 1. lib. 6. *quis esculentus abstemium competenter argueris?*

10 *Spernit senipedem stylum Thalia*] id est, heroicum quo canuntur Epithalamia, s. ep. vlt. l. 9. in Car.

Subditos senis pedibus rotaui. j. Carm. 23.

Sic cum senipedem stylum polibat.

11 *Ex quo septipedes videt patronos*] id est, Germanos & Burgundiones vltrà modum proceros. de Germanis s. Car. 5. quibus adde quod ait Tacit. ad Agricolam. *rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus Germanicam originem adseuerant*, vide notas. s. de Burgundionibus l. 8. ep. 9. in Carm.

Hic Burgundio septipes frequenter. vide notas.

11 *Patronos*] Burgundiones enim erant Romanis fœderati, & eorum partes tuebantur, vide. s. ep. 10. lib. 7. *nunc periculum de vicinis timet, nunc inuidiam de patronis.* vide notas. & ep. 4. l. 3. item. s. ep. 7. l. 5. de Chilperico. *apud animum communis patroni,*

&c.quibus ab Aetio *Sapandia data est cum indigenis diuidenda*. Prosper. Š. Car.7. Ennod.in vita.S. Epiphanij. *Audi Italiam nunquam à te diuisam, & multum de animi tui clementia confidentem: quæ si vna voce vteretur, hoc diceret: quoties pro me (si reminisceris) ferratum pectus hostibus obtulisti? quoties pugnasti consilio*, &c.

13 *Felicemque libet vocare nasum*] Š. in Carm.lib.8.epist.11.

Et claudens geminas subinde nares
Mœrens ad madidas eam tabernas.

Sidonius vir illustris erat, elegans, & delicatæ naris.

19 *Quot vix Alcinoi culina ferret*] adagio est. Gregorius Theol. ad Basilium.

EPIGRAMMA, QVO AB Imperatore Maioriano trium capitum remedium postulauit Sidonius.

CARMEN XIII.

AMphitrioniaden perhibet veneranda vetustas,
Dum releuat terras promeruisse polos.
Et licet in nuda torum confregerit vlna,
Ille Cleonea guttura raua fera.
5 Et quanquam ardenti gladio vix strauerit hydram
Cùm duplices pareret vulnere mors animas:
Captiuúmque ferens sylua ex Erymanthide monstrum
Exarmata feri riserit ora suis.
Colláque flammigena disrumpens fumida furis,
10 Tandem directas iusserit ire boues:
Taurus, cerua, gigas, hospes, luctator, Amazon,
Cres, canis, Hesperides sint monimenta viri:
Nulla tamen fuso prior est Gerione pugna,
Vni tergeminum cui tulit ille caput.
15 Hac quondam Alcides, at tu Tirynthius alter,
Sed princeps magni maxima cura Dei,
Quem draco, ceruus, aper, paribus sensère sagittis,
Cùm dens cùm virus, cum fuga nil valuit.
Geriones nos esse puta, monstrúmque tributum:
20 Hic capita, vt viuam, tu mihi tolle tria.

1 *Amphytrioniadem*] id est, Herculem Amphytrione natum Lucan.9.
Amphytrioniades vidit, quum vinceret Hydram. Š. Car.15.
4 *Ille Cleonea guttura raua fera*] id est, Nemæi Leonis rugientia ora.
7 *Monstrũ*] i. Erymanthæũ aprum monstruosæ proceritatis. Vergil.
Mox Erymanthæum vis tertia perculit aprum.
8 *Exarmata ora*] lunatis dentibus expoliata, Š. Car.11.
gemit exarmarier ora. Š.ep.14.lib.7. *quibus* (boui, apro, volucri) *vt vim vel inferant, vel repellant, cornu, dens, vnguis, arma genuina sunt*. vide notas. Claudian.de Hercule.
Armati viduatur honos.
9 *Collaque flammigena dirumpens fumida furis*] id est, Caci Vulcano geniti. *colla fumida*, id est, fumum eructantia, Fulgentius eleganter. Mytholog.lib.1.

Has supplex famulus preces dicauit,
Responsum opperiens pium ac salubre,
Vt reddas patriam, simúlque vitam,
Lugdunum exonerans suis ruinis,
Hoc te Sidonius tuus precatur.
Sic te Sidonio recocta fuco, 5
Multos purpura vestiat per annos.
Sic lustro imperij perennis acto,
Quinquennalia fascibus dicentur.
Sic ripæ duplicis tumore fracto, 10
Detonsus Vachalim bibat Sicamber.
Quod si contuleris tuo poëtæ,
Mandem perpetuis legenda fastis,
Quæcunque egregiis geris triumphis.
Nam nunc Musa loquax tacet tributo, 15
Quæ pro Virgilio Terentióque,
Sextantes legit vnciásque fisci,
Marsyæque timet manum ac rudentem,
Qui Phœbi ex odio vetustiore
Nunc suspendia vatibus minatur. 20

18 *Tandem directas insserit ire boues*] ex Propertio. lib.4.
Menalio iacuit fusus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides sic ait, ite boues.
11 *Taurus, cerua, gigas,* &c.] vide. s. Carm.9.s. Carm.15. præter cæteros Higin c.30.& 31.
14 *Vni tergeminum*] vno corpori triplex caput amputauit Lucret.l.5.
Quidue tripectora tergemini vis Gerionai.
Vergil.8.
nam maximus ultor
Tergemini nec Gerionis.
14 *Tulit*] id est, abstulit. s. epist.9. libr.8. in Carm. in Panegyr.3. Stilico.
Sic medus ademit
Assyrio, Medoque tulit moderamina Perses. Diomed. libr. 1.
15 *Hæc quondam Alcides sed tu Tyrinthius alter*] *Thracius hæc vates, sed tu Tyrinthius alter*
Florentine mihi. Claudian.lib.2. de raptu.
17 *Quem draco, ceruus, aper*] *tribus hunc tremuere sagittis*
Anguis, ceruus, aper s.Carm.5. vide notas.
19 *Geriones*] Geriones pluralitatis numero. Plinius.lib.4.cap.22. sub finem. reclamantibus mss. cõiecturam Casellij collegæ mei amplector. Varia.2.c.19. Si laus est Herculi quod Gerionem decollarit, maior Casellio quòd illum vitæ reddidit, & Lestrigonum monstrum confodit, non impar Iuliano fratri qui diem functum fratrem viuum reddit.
20 *His capita vt viuam tu mihi tolle tria*] capita, id est, census capitum, D. Hilarius, aduersus Constantium. *censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset exsoluit. caput censu* in lib.6. C. TH. de tyronibus. In hanc sentẽtiam singularis est Artemidorus lib.1.cap. 18. & 37. quem vide & Cuiacium ad l.vlt. C. de ann. & trib. Isidori Gloss. mss. *capite census, taxatio possessionum,* neque verò hoc loco capita sunt pabula iumentorum, vt malè Lugd.
1 *Has supplex famulus*] capto per deditionem Lugduno, seruus erat iure belli Sidonius. vide s.Carm.4.
3 *Vt reddas patriam*] id est, Lugdunum, quæ patria erat habitationis vt dixi, s. epist. 25.l.4. Car.5. sub finem. & als passim in vita Sido.e.vlt.
3 *Simulque vitam*] tria illa capita Sidonio vitam adimebant, itaque vita sibi vt restitueretur, hæc sibi tria capita amputari poscebat à Maioriano, vt viueret, s. Carm. 4. de Vergilio.

Præstitit afflicto ius vita, Cæsar & agri.

4 *Lugdunum exonerans suis ruinis*] ī. Carm. 5.
nostris petimus succurre ruinis,
Lugdunumque tuam dum præteris aspice victor.

6 *Sic te Sidonio recocta fuco*] Claudian. in Roffin. 2.
Et qui Sidonio velari credidit ostro Nudus pascit aues. j. Carm. 15.
Serica Sidonius fucabat stamina murex.

6 *Recocta*] id est, bis cocta, ī. lib. 9. epistol. 13. in Carm.
Recoquente quas aheno Melibœa fucat vnda.
j. Carm. 15. *cuius bis coctus aheno.*

9 *Quinquennalia fascibus dicentur*] id est, quinquennalia des post lustrum Imperij, *fascibus* mss. Vet. & vulg. omnes. Magnus vir. lib. 5. de temp. emen. emendat fastibus. pro fastis. Varro. Epheme. *postea honoris virtutum causa Iulij Cæsaris, qui fastus porrexit*. Vide Priscianum lib. 6. & Seruium. 3. Aeneid.

11 *Detonsus*] vide. ī. epistol. 1. lib. 2. & epistol. 9. lib. 8. in Carm.

11 *Vachalim*] *Clitis, Elaris, Arar, Vachalis*. Carm. 5. & j. Carm. 23.
Tu Tuncrum, & Vachalim, Visurgin, Albim. vide notas.

13 *Mandem perpetuis legenda fastis*] mandem pro mandabo, Priscianus in Periegesi.
Si placet Europes quoque me tibi dicere formam
Haud taceam. pro tacebo. ī. epistol. 14. lib. 7. & Carm. 5.

14 *Quæcumque egregiis geris triumphis*] ex his perspicuum est, in fastis, ducum & Imperatorum res gestas conscriptas fuisse. ī. notani. epistol. 6. lib. 8. & Car. 2.
latiis sunt condita fastis Facta ducis.

18 *Marsiæque timet manum, ac rudentem*] id est, à tributorum exactore in forum vocari tributo illi non soluto veretur: in foro enim erat statua Marsiæ. Senec. lib. 6. de benef. cap. 32. Plin. lib. 21. cap. 3. Dio. lib. 55. Horat. lib. 1. Sat. 6. Martial. lib. 4. Epigr. 64. iuxta quam lites ventilabantur.

19 *Manum, ac rudentem*] hic locus singularis est, Marsiæ statua in foro collocata erat, manu funem gestans, quo litigatoribus improbis suspendia minabatur, idcirco dixit se Marsiæ manum timere, & rudentem, id est, laqueum & funem. j. Narbone. Carm. 23. *palen, rudentem.*
Glossæ. vett. *σχοινίον funis restis, rudes colum.* quod addo, ne quis veterem & vulgatam lectionem deprauet, tridentemque subtrudat, & Lipsij in Tacitum emendationem sequatur, quomodò tridens Marsiæ, quomodo suspendio aptabitur? vtrique aptè rudens, Plinius lib. 16. cap. 45. *ibi Platanus ostenditur, ex qua pependit Marsias victus ab Apolline:* siue ex ea pependerit, seu ad eam religatus sit, rudente, id est, fune, semper opus fuit, quem ideo manu gerebat Marsia litigator improbus, sui similibus simile supplicium minitans, quique Zeusidis manu in templo Concordiæ religatus est. Plin. lib. 35. cap. 10. ne iurgiosus litigator discordias seminaret, & Concordiam lite pollueret.

20 *Qui Phœbi ex odio vetustiore*, &c.] quem cum Marsias in certamen prouocasset, ab Apolline victus, grauiter mulcatus est. Higinus. cap. 165. & 191. Iul. Firmi. de erro. profan. relig. Plin. libr. 5. cap. 29. & Policratici lib. 6. cap. 27. vide Fulgent. lib. 3. atque ita vt eius iniuriæ parentem illiterati exactores & agrestes restes viris Musicis & Apollinaribus minantur, falsè dictum.

SIDONIVS POLEMIO SVO SALVTEM.

CVm post profectionem tuam, mi Polemi frater amantiſſime, mecum granditer reputo, quatinus in votis tuis Philoſophi Feſcennina cantarem, obrepſit materia, qua decurſa facilè dignoſci valeret, magis me doctrinæ quàm cauſæ tuæ habuiſſe rationem. Omiſſa itaque epithalamij teneritudine per aſperrimas philoſophiæ & ſalebroſiſſimas regulas ſtylum traxi. Quarum talis ordo eſt, vt ſine plurimis nouis verbis quæ præfata pace reliquorum eloquentium, ſpecialiter tibi & complatonicis tuis nota ſunt, nugæ ipſe non valuerint expediri. Videris vtrum aures quorundam per imperitiam temerè mentionem centri, proportionis, diaſtematum, climatum, vel mirarum epithalamio conducibilem non putent. Illud certè conſulari viro verè Magno, quæſtorio viro Domnulo, ſpectabili viro Leone ducibus audacter affirmo, muſicam & aſtrologiam, quæ ſunt infra arithmeticam conſequentia membra philoſophiæ, nullatenus poſſe ſine hiſce nominibus indicari: Quæ ſi quiſpiam vt Græca (ſicut ſunt) & peregrina verba contempſerit, nouerit ſibi aut ſuper eiuſcemodi artis mentione ſuperſedendum, aut nihil omnino ſe, aut certè non ad aſſem, Latiali lingua hinc poſſe diſſerere. Quod ſi aliquis ſecus atque aſſero, rem ſe habere cenſuerit, do quidem abſens obtrectatoribus manus: ſed nouerint ſententiam meam diſcrepantia ſentientes, ſine Marco Varrone, ſine Sereno, non Septimio, ſed Sammonico, ſine Cenſorino, qui de die natali volumen illuſtre confecit, non poſſe damnari. Lecturus es hic etiam nouum verbum, id eſt, eſſentiam: ſed ſcias hoc ipſum dixiſſe Ciceronem. Nam eſſentiam, necnon & indoloriam nominauit, addens: *Licet enim nouis rebus, noua nomina imponere*, & rectè dixit. Nam ſicut ab eo quod eſt, verbi gratia, ſapere & intelligere, ſapientiam & intelligentiam nominamus regulariter, & ab eo quod eſt eſſe eſſentiam non tacemus. Igitur quoniam tui amoris ſtudio inductus homo Gallus, ſcholæ ſophiſticæ intromiſi materiam vel te potiſſimùm facti mei deprecatorem requiro. Illi Venus vel Amorum commentitia pigmenta tribuantur, cui defuerit ſic poſſe laudari. Vale.

Polemio ſuo] viro inluſtri. Præfecto prætorio Galliarum. ſ. epiſtol. 14. libr. 5. ſ. Carm. 15.

Mi Polemi frater amantiſſime] Sidonio perfamiliaris Polemius fuit. ſ. epi. 14. lib. 5. Claudian. l. 1. de ſtatu animæ. c. 1. *Solli Sidoni frater amantiſſime.* ſimili locutione.

Tibi

Tibi & com-Platonicis tuis] Polemius erat Platonicus.ĵ.Car.15.ſ.epiſt.11.l.4. de Claudian.*à collegio tamen com-Platonicorum*,&c.

Diaſtematum] *Sic placidam Paphien seruare diaſtema quintum*. ĵ.Carm.15.

Climatum, mœrarum] *Terdenas tropico prope currere climate mœras*. Car.15.

Conſulari viro verè Magno] de Magno Felice Conſule.ſ.epiſt.vlt.libr.1.ĵ.Car.vlt.

Quæſtorio viro Domnulo] de quo.ſ.ep.13.& epiſt.15.in Car.l.9.

Spectabili viro Leone] de eo.ſ.ep.3.l.6.ep.13.& 15.l.9.& als.vide notas.

Membra philoſophiæ] ĵ. ad Leontium.*nam ita hu(vt ſic dixerim) membris philoſophiæ claret*,&c.idem.ſ.ep.2.lib.5.vide notas.

Do quidem abſens obtrectatoribus manus] i. concedo, & victum me fateor, adagio ceſſit, Cic.*ſapienter igitur manus dediſti*.idem,*atque ad extremum det manus,vincique ſe patiatur*, Arnob.l.1.*ſed concedamus,manum veſtris opinationibus dantes*. Symmach.ep.41.l.1. *cum ipſum Hannibalem fides certa ſit bello inuictum manus dediſſe Campanæ*. Iul.Firmi.l.1. c.3.Math.*da manus*, &c.

Sine Sereno,non Septimio,ſed Sammonico] de quo.ĵ.ad Leontium, cuius Sammonici Sereni rerum reconditarum libri laudantur à Macrobio lib.3.c.9.Saturn.de Septimio, ſ.Car.9.in fine.

Sine Cenſorino] de quo Caſſiod.libel.de Muſica.& libel.de Geometria.

Eſſentiam,ſcias hoc ipſum dixiſſe Ciceronem] Seneca,ep.58. *cupio ſi fieri poteſt propitiis auribus tuis,eſſentiam dicere: ſin minus dicam & iratis: Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem,ſi recentiorem quæris,Fabianum*,&c. quem huius nominis auctorem putat Fabius.l.2.c.15.& l.8.c.3.Inſtitut.

Licet enim nouis rebus,noua nomina imponere] Apuleius.de dogm. Platon. *detur enim venia nouitati verborum rerum obſcuritatibus ſeruienti*. Eſt autem fragmentum Ciceronis quod inter collectanea tepone,quæ à ſtudioſis coaceruata fuerunt.

Necnon & indoloriam nominauit] ſic mss.vett. & vulgati rectè,nec eſt quod Turnebus.l.11.c.10.aduerſ.Mnter.l.15.c.vlt.Variat.& Cario.l.1.Emenda. c. 16. *indolentiam* legant.indolentia protritum eſt vocabulum Mar.Tullio.l.2.oſſ.l.3. Tuſcul. 2. de finib. Non c.2.Seneca. ep. 87. *itaque indolentiam nunquam bonum dicam*. Iſidor.in Gloſſis ms.*indolentia,ingenioſitas.Dolentia* Næuio,Gell.l.19.c.7.nec addidit Sidonius à non dolere indolentiā,ſed tantùm dixit Ciceronem eſſentiam,& indoloriam nominaſſe.indolentiæ verbum non ſemel vſurpat, nec venia præfata Cicero:indoloriæ verbum ſemel tantum,& cum venia,l.2. de finibus,initio. *num propterea idem voluptas eſt,quod(vt ita dicam)indoloria*.ſic vett. Codd.verè & rectè,quibus verbis(vt ita dicam)nouum verbum quod finxit Cicero,hoc remedio præmuniit,vt fieri ſolemne erat. Mar.Fabius.l.8.c.3.& ita Cæl.Aurelianus,Tarda.paſſ.l.2.c.4.*ea medicamenta adhibenda iuſſerunt,quæ anodyna Græci,nos indoloria dicere poterimus*. idem.l.3.c. 4. *anodyna,quæ nos indoloria dicere poterimus*. Gloſſ.vett. *indoloria* ἀνάλγητα, rectè, reiecta Carionis,& Lugd.emendatione.

Inductus homo Gallus] candorem animi Gallis veteribus innatum , & innoxiam ſimplicitatem fuiſſe. dixi ſ.ep.8.l.1. qui vt vafritiem & calliditatem neſciebant,ita à callidis facilè decipiebantur.Sulpicius Seuer.dialog.1.c.vlt.vide notas,ſ.

Homo Gallus] elegantiæ ſtudioſus Lugdun. Crinitum depectit, quòd Sidonium nobis Gallum narrat,Gallum ſe profitetur Sidonius hoc loco.ĵ.Carm.17.

Non panes Libyca ſolitos flaueſcere Syrte,
Accipiet Galli ruſtica menſa tui.

t

CALLIOPEN INVOCAT AD canendum Epithalamium.

CARMEN XIIII.

Prosper connubio dies coruscat,
Quem Clotho niueis benigna pensis,
Albus quem picei lapillus Indi,
Quem pacis simul arbor, & iuuentæ
Æternúmque virens oliua signet, 5
Eia Calliope nitente palma
Da sacri laticis loquacitatem,
Quem fodit pede Pegasus volanti,
Cognato madidus iubam veneno.
Non hîc impietas, nec hanc puellam 10
Donat mortibus ambitus procorum.
Non hîc Oenomaus cruenta circo
Audit pacta Pelops, nec insequentem
Pallens Hippomenes ad ima metæ
Tardat Schœnida ter cadente pomo. 15
Non hîc Herculeas videt palæstras
Ætola Calydon stupens ab arce,
Cùm cornu fluuij superbientis
Alcides premeret, subinde fessum,
Vndoso refouens ab hoste pectus: 20
Sed doctus iuuenis, decénsque virgo,
Ortu culmina Galliæ tenentes
Iunguntur, citò diua necte chordas,
Nec quod detonuit camœna maior
Nostram pauperiem silere cogas. 25
Ad tædas Thetidis probante Phœbo.
Et Chiron cecinit minore plectro.
Nec risit pia turba rusticantem,
Quamuis sæpe senex biformis, illic
Carmen rumperet hinniente cantu.

2 *Quem Clotho niueis benigna pensis*] s. notaui. c. 7. lib. 5. *ad hæc pullati ad nuptias, albati ad exequias*, album nuptiis conuenire colorem vide notas, & adiice Statiũ. l. 4. Syluar.

Hic senium, longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo.

3 *Albus quem picei lapillus Indi*] concinna verborum contrarietas & à Sidonio affectata. Indi decolores & adusti. s. Car. 2. vnde nigello colore, lapides autem & gemmæ quas producit India, candidæ, quibus dies felices signare mos Thracibus. Plin. l. 7. cap. 40. atque Cretensibus, si Acroni & Porphirioni fides Ode. 36. l. 1. Catullus,

O lucẽ dignam candidiore nota. Persius Sat. 2.

4 *Quem pacis simul arbor & iuuẽtæ*] j. Car. 15. in fine.

Amborum tum Diua comas viridantis oliuæ Pace ligat.

9 *Cognato madidus iubam veneno*] s. Car. 2.

crinem madefactus amomo.

cognato veneno, id est, Medusæ. ex Medusa & Neptuno natus esse fingebatur Pegasus, Higin. c. 51. Fulgent. l. 1. Mytholog. *ex Medusæ sanguine*.

12 *Non hîc Oenomai*] s. Carm. 2. *reparatis Pisa quadrigis*

Suscitet Oenomaum, natæ quem fraude cadentem
Cerea destituit resolutis axibus obex. ĩ. Carm. 13.

14 *Pallens Hippomenes*] ibid. *spectet de carcere curci*
Pallentes Atalanta procos & poma decori Hippomenis.

17 *Ætola Calydon stupens ab arce*] Calydon vrbs est Aetoliæ. Ptolem. lib. 3. c. 15. vnde Martiali *Ætola Calydon.*

18 *Cum cornu fluuij superbientis*] id est, Acheloi Aetoliæ fluuij. Ptolem. vbi š. & Vibius. Pugna autem Herculis cum Acheloo decantatissima est. š. Carm. 13. Carm. sequenti, Cur autem cornuti fluuij fingantur. š. notatum Car. 2.

22 *Ortu culmina Galliæ tenentes*] i. culmina præfecturæ præt. ĩ. Car. 15.

26 *Ad tædas Thetidis*] vide. š. Car. 10. & Higin. c. 92.

29 *Sæpe senex*] *Semimur audiri meruit, meruitque placere*
Quamuis hinnitum dum canit ille daret. š. Carm. 1.

EPITALAMIVM POLEMIO ET Araneolæ dictum.

CARMEN XV.

FOrtè procellosi remeans ex arce Caphareï,
Phœbados Iliacæ raptum satis vlta pudorem
Pallas, Erichthæo Xanthum mutabat Hymetto,
Aurato micat ære caput, maiúsque serenum
5 *De terrore capit, posito nam fulmine necdum.*
Cinyphio Tritone truces hilarauerat artus.
Gorgo tenet pectus medium, factura videnti
Et truncata moras, nitet insidiosa superbum
Effigies, viuítque anima pereunte, venustas.
10 *Alta cerastarum spiris caput asperat atrum*
Congeries, torquet maculosa volumina mordax
Crinis, & irati dant sibila tetra capilli.
Squameus ad mediam thorax non peruenit aluum
Post calibem pendente peplo, tegit extima limi
15 *Circite palla pedes, qui cùm sub veste mouentur,*
Crispato rigidæ crepitant in syrmate rugæ.

1 *Fortè procellosi remeans ex arce Caphareï*] Caphareus Eubœæ promontorium. Ptolem. l. 3. c. 15. propter aquarum vortices & scopulos tempestuosus. Seneca Agamennone.

2 *Phœbados Iliacæ*] id est, Cassandræ, quam à Palladio Aiax Locrus abripuit. Vergil. 1. Aeneid. Higinus. c. 116.

2 *Vlta pudorem*] Verg. 7. *Et scelerum pœnas expendimus omnes*
Vel Priamo miseranda manus, scit triste Mineruæ.
Sidus, & Euboicæ cautes vltorque Caphareus.
Fabula hæc habet propter Cassandræ stuprum Græcis iratam esse Mineruam. Higin. c. 116. & Seneca Tragicus.

3 *Erichtheo Xanthum mutabat Hymetto*] id est, Pallas ex Ilio, Athenas redibat, *Xanthus Troiæ, Ilio proximus, ex Ida monte defluens,* Vibius. Hymettus autem mons Atticæ.

4 *Micat ære caput*] *Aere caput fulgens.* Vergil. Fulgent. 2. Mytholog.

7 *Gorgo tenet pectus medium*] idem. *Gorgona etiam huic addunt in pectore,* &c.

9 *Viuitque anima pereunte venustas*] cur hoc habitu pingatur Minerua, vide Albri-

Laeuam parma tegit Phlegrai plena tumultus.
Hic rotat excussum vibrans in sidera Pindum
Enceladus, rapido fit missilis Ossa Typhaeo.
Porphyrion Pangaea rapit, Rhodopénque Adamastor 20
Strymonio cum fonte leuat, veniénsque superné,
Intorto calidum restinguit flumine fulmen.
Hic Pallas Pallanta petit, cui Gorgone visa
Inuenit solidum iam lancea tarda cadauer.

cum de Deorum imaginibus. Phornutum de natura Deorum, & Fulgent. 2. Mytholog.

16 *Syrmate ruga*] *Et rugas tibi syrmatis profundi.* 5. ep. 11. lib. 8.

17 *Laeuam parma tegit*] Vergiliana imitatio Car. 15. *Laeuam cetra tegit.*

17 *Phlegrai plena tumultus*] Minerua Giganticida nominata est, quod aduersus Gigantes fortiter praeliata sit. Phornutum vide. Fulgent. libr. 2. Myth. & Claudianum. in Gigant. 5. Carm. 6.

18 *Hic rotat*] *Nec Phlegrae legis ampliata rura*
Missi dum volitant per astra montes
Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othris.

20 *Rhodopenque Adamastor Strymonio cum fonte leuat*]· Claudianus
saeusque Adamastor.

Rhodope mons Thraciae, & Strymo fluuius Thraciae. Solin. Vibius. Ptolem.

23 *Pallas Pallanta petit*] Claud. *primumque furentem*
Longius in faciem saxi Pallanta reformat, &c.

24 *Inuenit solidum iam lancea tarda cadauer*] i. contorta in Pallanta lancea, inuenit solidum, id est, in lapidem duratum.

25 *Hic Lemnum pro fratre Mimas*] Claudianus.
Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque calentem
Cum lare Vulcani spumantibus eruit vndis
Et prope torsisset, &c.

27 *Briareus populoso corpore pugnat*] Vergil. 6.
Et centumgeminus Briareus. 5. c. 7. l. 5.

32 *Aracynthi*] in Attica mons, Vibius. Mineruae sacer. Seru.

35 *Trapetas*] 5. *Hic Pallas madidis venit inter praela trapetis.*

41 *Totidem cur damna sequantur*] id est, decrementa. Gellius. lib. 20. c. 7. *Lunae aucta, & damna.* Iulius Firm. in praefat. lib. 1. *quid Lunae velox motus assiduaque luminis vel augmenta in corporibus nostris, & deficientis luminis damna sentimus.* Manil lib. 2. *Et cum damna tuas imitantur Delia vires.* Claudianus. in Panegyr. Honorij.
Oceani lunaribus aemula damnis.

44 *Thales Mileto genitus vadimonia damnat*] 5. Carm. 2.
Mileto quod crete Tales vadimonia culpas.

Lindie quod Cleobule canis modus optimus esto] 5. Carm. 2.
Lindie tu Cleobule iubes modus optimus vt sit.

Varro. Modio. *quid aliud est quod Delphica canat columna litteris suis, ἄγαν μηδέν. &c.*

50 *Noscere seipsum*] Tertull. de anima. cap. de sensibus. *sed enim Plato ne quod testimonium sensibus signet, propterea & in Phaedro ex Socratis persona negat se cognoscere posse semetipsum, vt monet Delphica inscriptio.* idem Macrob lib. 1. c. 6. Saturnal.

51 *Post docta silentia lustri*] 5. in Conc. lib. 7. init.

52 *Solidum princeps quod Musica mundum Temperet*] Cicero in somnium Scipio. Claudian. de statu animae. Boetius. de Musica. vide Macrob. lib. 1. in Som. Scip. c. 5. eundem. lib. 2. cap. 1.

61 *Falciferi cronon ire senis*] Pius miseré hunc locum deprauat, χρόνος. Sa-

25 *Hic Lemnum pro fratre Mimas contra Ægida torquet,*
Impulsumque quatit iaculabilis insula cœlum.
Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat,
Cognatam portans aciem, cui vertice ab vno
Cernas ramosis palmas fruticare lacertis.
30 *Nec species solas monstris dedit arte furorem*
Mulciber, atque ipsas timuit quas finxerat iras.
Hastam dextra tenet, nuper quam valle Aracinthi
Ipsa sibi posita Pallas protraxit oliua.
Hoc steterat genio, super vt vestigia diuæ
35 *Lambentes teneat Maratonia bacca trapetas.*
Hic duo templa micant, quorum supereminet vnus
Vt meritis, sic sede locus, qui continet alta
Scrutantes ratione viros: Quid machina cœli,
Quid tellus, quid fossa maris, quid turbidus aër,
40 *Quid noctis lucisque vices, quid menstrua lunæ*
Incrementa parent, totidem cur damna sequantur,
Ilicet hic summi resident septem Sapientes.
Innumerabilium primordia philosophorum:
Thales Mileto genitus vadimonia damnat.
45 *Lyndie tu Cleobule iubes modus optimus vt sit.*

turnus est auctor temporis. Macrob. lib. 1. cap. 8. & cap. 22. & eius sacra *tronia* Accio. in Annalibus.

64 *Seruare diastema quintum*] de diastemate s. ep. 11. lib. 8. vide notas, & adde Claudianum de statu animæ libr. 1. c. 25. & Fulgentium Mytholog. lib. 3. c. de Apolline & Marsia. ibidem in Orpheo.

66 *Terdenas tropico propo currere climate mœras*] mss. veit. miras, vnumquodque signū terdenas mœras habet, Iul. Firmi. lib. 2. cap. 5. Math. idem lib. 4. cap. 10. *terdenas scilicet singulis signis partes reddens.* mœræ sunt partes. Censorinus de die natali. c. 8. *sunt autem hæ particulæ, in vnoquoque signo tricena, totius verò Zodiaci numero* ccclx. *has Græci mœras cognominarunt, eò videlicet quòd Deas fatales nuncupant mœras, & hæ particulæ nobis veluti fata sunt.* D. Ambros. Hexam. cap. 4. *in triginta portiunculas, quas μοίρας, Græci vocant, vnamquamque duodecim illarum distribuunt portionem,* &c. vide Apuleium. l. de mundo, sub finem.

80 *Defectum vt Phœbi, necnon Lunæque laborem*] ex Vergil.
Defectus solis varios, Lunæque labores.

82 *Dum credit aquis subsistere mundum*] Cic. 4. Academ. quæst. *Thales ex aqua dixit constare omnia.* idem Vitruu. in præfat. libr. 8. Seneca. natur. quæst. lib. 3 cap. 13. Tertull. in Apolog. cap. 149. Arnob. lib. 2. Lactant. lib. 1. cap. 5. Martianus Felix lib. 2. de nuptiis, sub finem. D. Ambros. Hexam. lib. 1. cap. 1. & Claudian. in Paneg. Theodosij: vide Laertium, Plutarchum de placitis philosopho. & ex eo Eusebium de præp. Euang. lib. 14. cap. 5.

Huius discipuli versa est sententia] id est, Anaximandri Thaletis successoris. Cicero: *at hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit, is enim infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur.* vide Laertium. lib. 2. & Plutarchum de placitis Philosophor.

87 *Qui gignere cuncta putabat Hunc aerem*] præter Ciceronem vbi s. *post eius successor Anaximenes infinitum aera, sed ea quæ ex eo orirentur definita: gigni autem terram, aquam, ignem tum ex his omnia.* Lactant. libro primo, cap. 5. *Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt esse summum Deum, cui opinioni poeta noster assensit,* &c. vide Laertium libro secundo, & Eusebium. de præp. Euangel. libro decimo quarto, capit. quinto.

Tu meditans totum decoras Periandre Corinthon.
Atticus inde Solon, nequid nimis, approbat vnum.
Prienæe Bia plureis ais esse malignos.
Tu Mitylene satus cognoscis Pittace tempus.
Noscere se seipsum Chilon Spartane docebas. 50
Asserit hic Samius post docta silentia lustri
Pythagoras, solidum princeps quòd musica mundum
Temperet, & certis concentum reddat ab astris:
Signáque, Zodiacus quæ circulus axe supremo
Terna quater retinet, proprio non currere motu, 55
Æquis inter se spaciis tamen esse locata.
Fixáque signifero pariter quoque cernua ferri.
Præcipuúmque etiam septem vaga sidera cantum
Hinc dare, perfectus numerus quod vterque habeatur,
Hoc numero affirmans, hoc ordine cuncta rotari, 60
Falcifers Cronon ire senis per summa polorum,
Martis contiguum, medio Ioue, pergere sidus,
Post hos, iam quarto se flectere tramite Solem,
Sic placidam Paphien seruare diastema quintum,
Arcadium sexto, Lunam sic orbe supremo,

89 *Quartus Anaxagoras*] Cicero. *Anaxagoras, materiam infinitam, sed eas particulas similes inter se & minutas, eas primùm confusas, & posteà in ordinem adductas à mente diuina.* Lactant. *Anaxagoras Deũ esse dixit infinitam mentem, quæ per seipsum moueatur.* vide Laertium.l.2.Plutar. de placitis Philosoph. & Euseb.vbi.s̄.

91 *Iunior collega*] is est, Archelaus. Plutar. de placit. philos. c.3.

94 *Post hos Arcesilas*] eam sententiam Epicuro & Democrito tribuunt omnes, præter cæteros Claudianus Mamerc. contrà vanos poetas.

98 *Ad mores hominum limandos transtulit vsum*] Varro apud Cicer. lib. 1. Acad. quæst. *Socrates mihi videtur id quod constat inter omnes, primus à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum Philosophi occupati fuerunt auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse,* &c. præter cæteros Iul. Firmic. lib.1.c.3. Math. & Seneca. ep.71.

101 *Physica vel logico*] vide præter cæteros Eusebium de præpar. Euangel. lib.11.c.1. Apuleium de dogm. Platonis. & Augusti. de Ciuit. Dei. l.8.c.4.

103 *Inuenit hic princeps*] vide Plat. & Apul. de dogm. Platonis.

110 *Viuere cum sensu*] *Harmoniam Graij quam dicunt, quod faciat nos*
Viuere cum sensu. Lucret. lib.3.

113 *Quas quidam dixere Deos quia corpora sumant*] vide Claudianum Mamer. de statu animæ l.1.c.12. & Faustum libello. de creaturis.

126 *At parte ex alia*] vide s̄.ep.2.l.2.& ĩ. Car.23.ibid.notas.

127 *Bis coctus aheno*] s̄.in Car.ep.13.l.9. & Car.13.vide notas, & adde Ennod. in fine Paneg. Alcimus ad Fuscinam.

Nec te Sidonium bis cocti muricis ostrum Induit.

119 *Ebria*] id est, dibapha. s̄.ep.6.l.8. *Sarranis ebriam fucis.* vide notas.

Insertum nam fulgur habet] Alcimus ad Fuscinam.

Nec te contexit sparso quæ fulgurat auro
Vestis ductilibus concludens fila talentis.

132 *Viridi Glaucus pendebat amictu*] vide Ouid. Metam.14. & interpretem Apollonij. Deus Marinus.

135 *Amphitrioniadi*] id est, Herculi. s̄. Carm.13.

Amphitrioniadem perhibet veneranda vetustas.

141 *Sus, leo, cerua, gigas*] labores Herculis vide. s̄. Carm.13.

142 *Nessus*] Lucanus. l.6. & ex eo Vibius. *Euenus Calidoniæ, vbi Hercules sagittis Nessum*

Ter denas tropico propè currere climate miras.
Si quos ergo chelys, si quos lyra, tibia si quos
Ediderint cum voce modos, exemplar ad istud
Ponderibus positis, quantum proportio suadet,
70 *Interualla sequi septem sideris, edit,*
Harmoniam dicens etiam, quòd quatuor istis
Sic sedeant elementa modis, vt pondere magnis
Sit locus inferior media tellure. quòd autem
Perfectæ medium est, imum patet esse rotundi:
75 *Hinc fieri, vt terram leuior superemicet vnda:*
Altior iis quoque sit, qui purior eminet aër:
Omnia concludat cœlum leuitate suprema,
Pendeat vt totum simul hoc ab origine centri.
Thales hoc etiam numeris inquirit, & astris
80 *Defectum vt Phœbi necnon lunæque laborem*
Nuntiet anterius, sed rebus inutile ponit
Principium, dum credit aquis subsistere mundum.

centaurum interfecit. idem in *Esper.* & in *Auiger.*

143 *Cres*] *Cres, canis, Hesperides.* v. Carm. 13. Vergil. 8. Aen.

143 *Virgo*] Io Naulochi filia quam procaciter vias insidentem Hercules interemit. Solinus. v. Car. 9.

149 *Cum tenet hac telas, vult hac plus tela tenere*] Minerua lanificij & textrinę inuentrix ferebatur, Tertullian. de pallio, eadem annominatione Claudia. lib. 1. in Eutropium.

quid te turpissime bellis.
Inferis, aut sæuis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius studiis hærere Mineruæ,
Tu telas, non tela pati, tu stamina nosse.

154 *Chlamydes quibus ille magister*] Polemius magister militiæ, chlamyde induitur, id est, veste militari. l. 1. C. TH. de hab. quo vti oporteat intrà vrbem. & Cassiod. l. 12. ep. 7. notabis obiter ex legis sancito sponsos olim chlamyde circundatos fuisse. Artemidor. lib. 1. c. 56.

158 *Segmento luserat alto*] v. epist. 6. libr. 8. *inter crepitantia segmenta palmatam.* vide notas.

159 *Itachesia primum fabula*] de qua Higin. cap. 126.

162 *Tænaron*] id est, Tænarium littus, quo ad inferos descensus patebat, mons Laconices. Vibius.

163 *Bis rapta coniuge*] id est, Eurydice Nympha, quæ serpentino morsu occubuit, quámue Orpheus ab inferis vt reuocaret, ad inferos descendit. Ouid. 10. Metamor. init. Higinus cap. 164. & 251. & Fulgent. lib. 3. Mytholog. in fine. Apollod. l. 1.

164 *Legem postquam temerauit Auernis*] legem enim Orpheus acceperat ne Eurydicem vxorem conuersus aspiceret. Ouid.

& legem Rhodopeius accipit Orpheus
Ne flectat retrò sua lumina, donec Auernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.

idem. Higin. & Fulgent. & Apollod.

165 *Hic vouet Alceste*] v. Carm. 9. ibid notas vide.

168 *Hic nox natarum Danai lucebat in auro*] id est, Danaidum inferna & cæca sedes, aureis filis intertexta splendescebat, in trabea.

176 *Serpens, bos*] *Delia, taurus, olor, Satyrus, drac., fulmen, & aurum.* v. Car. 11.

178 *Et hic alio stillabat Iupiter auro*] quia in trabea depicta aureis liciis erat Danaes pluuia.

179 *Vidit Tritonia*] id est Pallas. v. Carm. 15. Vergil. 11.

Armipotens belli præses Tritonia virgo.

183 *Quæ Cynici per menta feri,* &c.] Cynici barbæ luxuriem alebant, v. ep. 9. l. 9.

189 *Ac nunc Stoica tandem pone supercilia*] Stoici erant obducto supercilio, & fronte contracta, vide. S. epist. 9. lib. 9. ad hæc Zenon *fronte contracta.*

191 *Paruum mihi ferre Platona*] id est suscipies liberos, qui patrem Polemium Platonicum referant, mihi pariet Araneala Platonicum. vide S. in epist.

193 *Iugari*] S. epist. 9. l. 9. *nubentem Domine Papa tibi iugasti.*

194 *Qui non piger hausit*] id est, Socrates, præter Platonem, & Xenophontem in Apologet. vide Laertium, & Suidam.

195 *Numina condemnans*] Plato in Euthyphrone. & Numenius de arcanis Platonicis, vide Eusebium de præparat. Euan. lib. 13. cap. 4. Seneca epist. 104. *obiecta est religionum violatio, & iuuentutis corruptela, quam immittere in Deos, in patres, in Remp. dictus est.* Tertull. in Apolog. 76. sed propterea dãnatus est Socrates quia Deos destruebat. idem dist. 146. *O Apollinem inconsideratum, sapientiæ testimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos esse.*

195 *Anyto pallente*] vno ex Socratis accusatoribus. præter Platon. & Xenophont. in Socratis Apolog. vide Laertium. & adde quod ait Tertull. init. de anima. simili locutione. S. Carm. 2.

ferretque venenum
Pallida securo lictoris dextra venenum.

Huius discipuli versa est sententia, dicens
Principiis propriis semper res quasque creari,
Singula qui quosdam fontes decreuit habere 85
Æternum irriguos, ac rerum semine plenos.
Hunc etiam sequitur, qui gignere cuncta putabat
Hunc aërem, paritérque Deos sic autumat ortos.
Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata seruat:
Sed diuinum animum sentit, qui fecerit orbem. 96
Iunior huic iunctus residet collega, sed idem
Materiam cunctis creaturis aëra credens
Iudicat inde Deum, faceret quo cuncta, tulisse.
Post hos Arcesilas diuina mente patratam
Conicit hanc molem, confectam partibus illis, 95
Quas atomos vocat ipse leues. Socratica post hunc
Secta micat, quæ de naturæ pondere migrans
Ad mores hominum limandos transtulit vsum,
Hanc sectam perhibent summum excoluisse Platona,
Sed triplici formasse modo, dum primus & vnus 100
Physica vel logico, logicum vel iungit ad ethos.
Inuenit hinc princeps quid prima essentia distet
A summo sextóque, bono, cùm denique saxa
Sint tantùm, penitúsque nisi nihil esse probentur,
Proxima succedant, quibus esse & viuere promptum
est, 105
Addere queis possis nil ampliùs arbore & herba:
Tertia fit pecorum, quorum esse & viuere motu
Non caret & sensu: mortales quarta deinde
Respiciat factura suos, quibus esse, moueri,
Viuere, cum sensu datur, & supereminet illud, 110
Quod sapiunt, veróque valent discernere falsum.
Quinta creaturas superas substantia prodas,
Quas quidam dixère Deos, quia corpora sumant
Contemplanda homini, paulò pòst ipsa relinquant,
Inque suam redeant, si qua est tenuissima, formam: 115
Sic fieri vt pateat substantia summa creator.
Sexta tamen, supráque nihil, sed cuncta sub ipso
Hoc in gymnasio Polemi sapientia vitam
Excolit, adiunctúmque suo fouet ipsa Platoni,
Obuiet & quanquam totis Academia sectis 120
Atque neget verum, veris hunc laudibus ornat
Stoica post istos, sed concordantibus ipsis

Chrysippus, Zenónque docent præcepta tenere.
Exclusi prope iam Cynici, sed limine restant.
125 *Ast Epicureos eliminat vndique virtus.*
At parte ex alia textrino prima Mineruæ
Palla Iouis rutilat, cuius bis coctus aheno
Serica Sidonius fucabat stamina murex.
Ebria non solùm spirat conchylia sandix.
130 *Insertum nam fulgur habet, filoque rigenti*
Ardebat grauidum de fragmine fulguris ostrum.
Hic viridis patrio Glaucus pendebat amictu:
Vndabant hic arte sinus, fictóque tumore
Mersabat pandas tempestas texta carinas.
135 *Amphitryoniadi surgebat tertia vestis.*
Paruulus hic gemino cinctus serpente nouercæ,
Inscius arridet monstris, ludúmque putando
Insidias dum nescit amat, vultúque dolentis
Extingui deflet, quos ipse interficit angues.
140 *Præterea sparsis sunt hæc subiecta figuris,*
Sus, leo, cerua, gigas, taurus, iuga, Cerberus, hydra,
Hospes, Nessus, Erix, volucres, Trax, Cacus, AmaZon,
Cres, fluuius, Lybs, poma, Lycus, virgo, polus, Oete,
Hoc opus, & si quid superest, quod nomina nescit,
145 *Virgineæ posuêre manus, sed in agmine toto*
Inter Cecropias Ephyreidásque puellas
Araneola micat, proprias conferre laborat
Ipsa Minerua manus, calatísque euicta recedens,
Cum tenet hæc telas, vult hæc plus tela tenere.
150 *Hic igitur proaui trabeas imitata rigentes,*
Palmatam parat ipsa, patri quia consul, & idem
Agricolam coniungat auum, doceátque nepotes,
Non abaui solùm, sed aui quoque iungere fasces.
Texuerat tamen & chlamydes, quibus ille magister
155 *Per Tartesiacas conspectus splenduit vrbes,*
Et quibus ingestæ sub tempore præfecturæ
Conspicuus, sanctas reddit se præsule leges.
Attamen in trabea segmento luserat alto,
Quod priscis illustre thoris. Ithacesia primùm
160 *Fabula, Dulichiique lares formantur: & ipsam*
Penelopen tardas texit distexere telas.
Tænaron hic frustra, bis rapta coniuge, pulsat

Venenum] veneno hausto periit Socrates, Seneca epistol. 98. & 104. & libr. de tranquill. animi. cap. 3. Gellius. libr. 17. cap. 21. Iul. Firmi. Mathes. lib. 1. cap. 3. & Boetius libro primo, prosa. 3.

197 *Tetrica nodosæ commendat pallia clauæ*] insignia philosophorum pallium, & claua. s̄. epist. 11. lib. 4. & epistol. 9. lib. 9. vide notas.

198 *Oliua pace ligat*] *Quem pacis simul arbor, & iuuenta:*

Æternumque virens oliua signet, s̄. Car. 14.

Nectit dextras] *Tum Paphie dextram iuuenis dextramque puellæ Complectens.* vide notas, & adde, quod olim patres, aut his deficientibus proximiores, manus sponsorum iungebant. Quintil. declamat. cccxcj. patris exemplum tradit, aui Egesippus. libr. 1. cap. 42. *quibus dictis iunxit memoratorum dexteras, & osculatus singulos illachrimauit. patrui*, Trebellius, Pollio in Gallienis. Hæc solemnia Tertullianus etiam perstringit libr. de veland. virginib. *non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressionem.* posteà *per osculum, & dexteras per quæ primum resignarunt pudorem*, &c.

201 *Fulnaque concordes*] *Aurea concordes traxerunt fila sorores.* s̄. Carm. 7. Petron. in Satyr. *præsto erat fortuna cornu abundanti copiosa, & tres*

Parcæ aureapensa torquentes. vide Martialem lib. 6. Epigr. 3.

Thrax fidibus legem postquam temerauit Auerni,
Et prodesse putans, iterum non respicit vmbram.
Hic vouet Alceste prælato coniuge, vitam 165
Rumpere, quam cernas Parcarum vellere in ipso
Nondum pernetam, fato restante salutem:
Hic nox natarum Danai lucebat in auro,
Quinquaginta enses genitor, quibus impius aptat,
Et dat concordem discordia iussa furorem. 170
Solus Hypermestræ seruatus munere Lynceus
Effugit, aspicias illam sibi parua pauentem,
Et pro dimisso tantum pallere marito.
Iámque Iouem in formas mutat, quibus ille tenere
Mnemosin Europam, Semelem, Ledam, Gynosurã, 175
Serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictymna solebat.
Iámque opus in turrem Danaæ, pluuiámque metalli.
Ibat, & hîc alio stillabat Iuppiter auro,
Cùm virgo aspiciens vidit Tritonida verso
Lumine, doctisonas spectare libentiùs artes. 180
Commutat commota manus, ac pollice docto
Pingere philosophi victricem liuida cœpit,
Quæ Cynici per menta feri rugosáque colla
Rupit odoratam redolenti forpice barbam.
Subrisit Pallas, castóque hæc addidit ore: 185
Non nostra vlterius ridebis dogmata, virgo,
Philosopho nuptura meo, mage flammea sumens,
Hoc mater sine texas opus, consurge sophorum
Egregium Polemi decus, ac nunc Stoica tandem
Pone supercilia, & Cynicos imitatus amantes 190
Incipies iterum paruum mihi ferre Platona.
Hærentem tali compellat voce magister
Perge libens, neu tu damnes fortasse iugari
Quod noster iubet ille senex, qui non piger hausit
Numina condemnans Anyto pallente venenum 195
Dixerat, ille simul surgit, vultúque modesto
Tetrica nodosæ commendat pallia clauæ.
Amborum tum diua comas viridantis oliuæ
Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera mandat,
Nymphidius quæ cernas auus, probat Atropos omen, 200
Fuluáque concordes iunxerunt fila sorores.

EVCHARISTICVM AD FAVSTVM Reienſem Epiſcopum.

CARMEN XVI.

Phœbum & ter ternas decima cum Pallade Muſas,
Orpheáque & laticem ſimulatum fontis equini,
Ogygidmque chelym, quæ ſaxa ſequacia flectens
Cantibus, eurites erexit carmine muros.
5 *Sperne fidis, magis ille veni nunc ſpiritus oro*
Pontificem dicture tuum, qui pectora priſcæ
Intraſti Mariæ, rapiens cum tympana ſiccus
Iſraël appenſi per concaua gurgitis iret.
Aggeribus vallatus aqua, medidſque per vndas
10 *Puluerulenta tuum clamaret turba triumphum.*
Quique manum Iudith ferientem colla Holofernis
Iuuiſti, exciſo iacuit cùm gutture truncus,
Et fragilis grauido latuit bene ſexus in ictu.
Expreſſo vel qui complens de vulnere pellem,
15 *Inficienſque dehinc non tacto vellere terram*
Firmaſti Gedeona, tubis inſerte canoris
Spiritus, & ſolo venit victoria cantu.
Quique etiam adſumptum pecoroſi de grege Ieſſe
Afflaſti regem, plauſtro cùm fœderis arcam

Ad Fauſtum Regienſem] de quo. ſ. epiſtol. 3. & 9. lib. 9.

1 *Ter ternas Muſas*] vide Arnobium. l. 3. Macrob. in Som. Scipio. lib. 2. c. 3. ſ. ep. 2. lib. 5. & Fulgent. lib. 1.

2 *Et laticem ſimulatum fontis equini*] Vergiliana imitatio. l. 2.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

6 *Qui pectora priſcæ intraſti Mariæ*] ſororis Aaron, de qua Numeri. 12. & Deuteron. cap. 24. quæ verò narrat Sidon. ſunt ex c. 15. Exodi.

11 *Quique manum Iudith*] Iudith. c. 13.

14 *Expreſſo vel qui complens*] cap. 6. Iudicum. in fine.

17 *Et ſolo venit*] Iudicum. cap. 7.

19 *Afflaſti regem*] vide caput. 5. & 6. 1. Regum.

21 *Proderet obſcænum turgentis podice morbum*] 1. Regum. c. 5. & 6.

22 *Quique trium quondam puerorum*] Danielis. c. 3. & Sedulius lib. 1. & in Recapitul.
flagrante camino
Seruauit ſub rore pios.

26 *Compleſti Ionam*] Ionæ. c. 2. & Sedulius. l. 1. ſub finem Paſchalis operis.

30 *Vomuit ſuſpenſo belua morſu*] dicto cap. in fine, & *euomuit Ionam in aridam belua*, id eſt, Balena. ſ. ep. 13. lib. 5.

31 *Quique duplex quondam veniſti in pectus Eliſei*] 3. Reg. c. 21. & 4. c. 2. *dixitque Eliſeus obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.*

32 *Thesbiten cum fortè ſenem*] id eſt, Eliam. 4. Regum. c. 1. *angelus autem Domini locutus eſt ad Heliam Thesbiten.* erat enim Elias Thesbis oriundus. Epiphanius de prophetar. vita & interitu.

36 *Zacharia uſti*, &c.] Lucæ cap. 1.

Imponens hostis, nullo moderante bubulco, 20
Proderet obscœnum turgenti podice morbum.
Quique trium quondam puerorum in fauce sonasti,
Quos in Chaldæi positos fornace tyranni,
Roscida combusto madefecit flamma camino,
Quique uolubilibus spaciantem tractibus alui 25
Complesti Ionam, resonant dum uiscera monstri
Introrsum psallente cibo, uel pondera ventris
Ieiuni, plenique tamen vate intemerato.
Ructat cruda fames, quem singultantibus extis
Esuriens vomuit suspenso bellua morsu. 30
Quique duplex quondam venisti in pectus Elisei,
Thesbiten cum fortè senem iam flammeus axis
Tolleret, & scissam linquens pro munere pellem
Hispidus ardentes auriga intraret habenas.
Quique etiam Eliam terris missure secundum, 35
Zachariæ iusti linguam placate ligasti,
Dum faceret serum rugosa puerpera patrem
Edita significans iusso reticere propheta,
Gratia cum fulsit, nosset se ut lex tacituram.
Quique etiam nascens ex virgine semine nullo, 40
Ante vllum tempus Deus, atque in tempore Christus,
Ad corpus quantum spectat tu te ipse creasti.
Qui visum cæcis, gressum quoque reddere claudis,

43 *Qui visum cæcis*] Mathæi. cap. 9. 12. & 15. Sedulius. libr. 3. Arnobius. lib. 1. & Gregor. Turon. lib. 1. de miracul. c. 2.
46 *Lecto*] Mathæi c. 9. Sedulius. lib. 3.
46 *Sandapila*] Lucæ. c. 9. & Sedul. l. 4.
46 *Tumulo*] Ioann. cap. 11. & Sedul. lib. 4. in fine.
56 *Quod lapsu dedit Eua suo*] Apostolus ad Coloss. cap. 2. Cassian. lib. 3. cap. 3. instit. Leo Papa epistol. 47. Fulgentius ad Trasimundum lib. 3. cap. 33. Cassiodor. Psalmo 68.
72 *Quod mihi germani*] fratris germani, patris fortè Secundi, de quo. s̄. epistol. 12. libr. 3.
72 *Dum lubrica voluitur ætas*] id est, adolescentia, Cassiod. lib. 2. epist. 1. *qui in ipso pueritiæ flore lubricam frænauit ætatem. lubricum tempus*, Senecæ libr. 2. Contro. 6. *lubricum ætatis*, Plin. lib. 3. epistol. 3. & Vlpiano. in lib. 11. §. 4. de minoribus. *lubricum* absolutè. l. vn. Cod. Gregor. tit. si maior fuerit probatus. *iuuenilis facilitas*. s̄. ep. 6. lib. 9.
77 *Nam quod non potuit totum ad te iure redundat*] adolescentes olim lubricos adolescentiæ annos sub custodia seniorum, & sapientum transigebant, Plinium consule. ep. 3. lib. 3. vide. s̄. epist. 5. lib. 2.
18 *Reios venientem*] sic mss. omnes, id est, Regium Ciuitatem Galliæ, cuius erat Episcopus Faustus. vide s̄. epist. 3. & 9. lib. 9. ī. hoc Carm.
79 *Cum Procyon fureret*] *iam Procyon furit*

Et stella vesani Leonis

Sole dies referente siccos. Horat. Od. 29. lib. 3.

M. Tullio Arati interpreti, *antecanis* dicitur.
80 *Flexilibus rimis sitientes scriberet agros*] Sic ex mss. emendaui. s̄. epist. 2. lib. 2. init. *Et hiulcis arentium rimarum flexibus terra perscribitur*, s̄. Carm. 2.

undescriptosque per agros Fragrat odor.

quibus locis vide notas, & adde quod ait Fortunatus. 1. poem. cap. 21.

Cum Titan radiis feruentibus exarat arua

Et calor ignifero vomere findit humum.

87 *Rebecca*] vxoris Isaac. Genes. c. 22. vsque ad 27. mater Iacob.

Auditum surdis, mutis laxare loquelam
45 *Suetus, ad hoc etiam venisti vt mortua membra*
Lecto, sandapila, tumulo consurgere possint.
Quique etiam pœnas suscepta in carne tulisti,
Sustentans alapas, ludibria, verbera, vepres,
Sortem, vincla, crucem, clauos, fel, misule, acetum,
50 *Postremò mortem, sed surrecturus adisti,*
Eripiens quicquid veteris migrauerat hostis
In ius per nostrum facinus, cum femina prima
Praeceptum soluens culpa nos perpete vinxit:
Qui cum te interitu petiit, nec reperit in te

88 *Israel*] id est, Iacob. Genes. cap. 35. *non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.*

88 *Aut Samuel crinitus duceret Anne*] scilicet matri suæ. 1. Regum. cap. 1. & 2.

95 *Seu te praeruptis*, &c.] Hilarius Arelatensis. in vita. S. Honorati. de Lyrina. *vacantem itaque insulam, ob nimietatem squaloris, & inaccessam venenatorum animalium metu, Alpino haud longè iugo subditam petit*, &c.

96 *Succinctos gelido libantem cespite somnos*] *succinctos somnos*, id est, breues. Vetus regula monachor. cap. 32. *volo vos singulis noctibus, breui & duro stratu iacere*, &c. intelligit hic chameunias monachorum, & humi dormitiones, de quibus abundè. s. epist. 24. lib. 4. vide, & adde Hieron. in Ezechielem cap. 41. & Petrum Aru. Venerabilem. l. 3. c. 20. Paulinum l. 4. de S. Martino.

At si quando breui cessissent lumina somno,
Nuda humus ad tenuem sat erat subiecta soporem.]. hoc Carm.

97 *Quæ quanquam frigora portet*, &c.] Gaudentius Brixiensis, tractatu 40. martyrum. *inter pruinas feruebat fides.* D. Hiero. ad Lætam, *Scythiæ frigora feruent calore fidei*, D. Ambros. epist. 81. *non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus ferventi spiritu vernabat deuotio.* Ennod. in vita. S. Epiphanij. *sed mortiferum frigus, & concretas algore glebas fidei ardor exuperat.* simili forma. s. Car. 5. *ac frigora ridet,*
Dum solus plus mente calet.

99 *Qua nunc Elias*] de quo Cassianus Collat. 21. cap. 9. in fine. *Ioannes*, de quo posteà, successor, *vt beatæ memoriæ Ioanne ad Dominum de hac luce migrante, sancto quoque Helia, viro qui haud minor decessore fuit similiter decedente*, &c.

99 *Ioannes*] de quo anachoreta Magni Theodosij coætaneo prophetiæ spiritu afflato, Augustinus de Ciuit. Dei, lib. 5. cap. 26. Prosper in Chro. Archadio III. & Honorio. II. Coss. Cassianus lib. 4. cap. 23. Instit. & Collat. 21. cap. 9. in fine. Coll. 24. c. 26. sub finem. Eucherius de laude Eremi, & Aldelmus de laudibus virginit. c. 14. adde Diaconum in Theodosio. l. 2. & Palladium. c. 39.

100 *Nunc duo Macharij*] de quibus s. lib. 7. in Conc. vide notas, & adde Balsamonem. can. Apostol. 52. Cassianum lib. 5. cap. 41. & Collation. 24. c. 13. vide Martyrologia Bedæ, Vsuardi, Adonis, & Roman. IIII. Nonas Ianuarij. & XVIII. Kalen. Februarij. vnus Alexandrinus, alter Aegyptius anachoreta. Pallad. cap. 17. & Niceph. lib. 9. cap. 14.

100 *Paphnutius heros*] de hoc heroe Cassianus cap. 1. Collat. 3. & tota Collat. & Collat. 18. c. 15. Palladius sect. 57. 58. 87. & Nicephor. lib. 9. c. 14. histo. Eccles. & Metaphrastes apud Sur.

101 *Nunc Or*] de hoc Abbate Palladius cap. 8. Niceph. l. 11. c. 34. Aquilinus. l. 10. c. 54. Or, id est, mons. D. Hieron. Fabiolæ, mansione. 34.

101 *Ammon*] de quo Palladius. c. 44. de Ammone idem. c. 6. 7. & Cassiod. hist. Tripar. l. 1. c. 11. Niceph l. 8. c. 41.

101 *Sarmata*] D. Hiero. in Chro. An. Dom. 361 *Sarmata, Amata, & Macharius discipuli Antonij insignes habentur.* idem anno sequenti *Saraceni monasterium beati Antonij*

Quod posset proprium conuincere, perdidit omne 55
Quod lapsu dedit Eua suo, chirographon illud
Quo peruasus homo est, hac compensatio rupit.
Expers peccati, pro peccatoribus amplum
Fis precium, veterémque nouus vice fœnoris Adam
Dum moreris de morte rapis, sic mortua mors est, 66
Sic sese insidiis, quas fecerat ipsa fefellit.
Nam dum indiscretè petit insontésque, reósque,
Egit vt absolui possent, & crimine nexi.
Quique etiam iustos ad tempus surgere tecum
Iussisti cineres, cùm tectis tempore longo 65
Irrupit festina salus, infusáque raptim
Excussit tumulis solidatas vita fauillas:
Da Faustum laudare tuum, da soluere grates
Quas & post debere iuuat. Te magne sacerdos,
Barbitus hic noster, plectro licet impare, cantat. 70
Hæc igitur prima est vel causa, vel actio laudum,
Quod mihi Germani dum lubrica voluitur ætas,
Seruatus tecum Domini *per dona probatur*
Nec fama titubante pudor, te respicit istud

mouentes Sarmatam interficiunt.

101 *Hilarion*] cuius vitam eleganti stylo descripsit Hieronymus. vide Sozomenum libr. 3.c.13. & l.5.c.9. Cassiod. histor. Trip. l. 6.c.12.& c. 28. vide s. in Conc.l.7.

103 *Quam fecit palmæ foliis manus alma magistri*] id est, Paulus Eremita, qui contextis palmarum foliis vestiebatur. D. Hieron. in eius vita: quam postmodum vestem D. Antonius quasi hæreditario iure accepit. D. Hieron. *postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius heres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vindicauit, quam in sportarum modum, de palmæ foliis ipse sibi contexuerat*, &c. vide eundem de viris inlust. & vetus Vsuardi Martyrolog. IIII. Eid. Ianuar.

104 *Lirinus*] vide s. ep. 1. lib 6. ep. 17. l. 7. *Lerina*, Eucherio.

104 *Priscum complexa parentem*] Faustus enim Regiensis, prius erat Lirinensis monachus, & posteà Abbas. s. ep. 3. l. 9. vide notas.

106 *Discipulis seruire venis*] id est, Lirinensibus monachis, qui tui discipuli fuerunt, cùm Abbas cœnobij Lirinensis esses, ad quod Faustus licet, Episcopus, sæpè redibat, Faustus. in instruct. ad monachos. *Et quid grauius quando subitò tanquam aliquis repentinus eradicatus de loco ad quem te Dominus tuus vocauerat, in quo te primum post mala sæculi, quasi in portum de tempestate induxerat, obliuisci subitò fraternæ societatis & consolationis, obliuisci loci illius, in quo primum dulcissimum immutationis habitum, & nomen sæcularis exueris?* &c.

106 *Vixque ocia somni*]. erat enim ex instituto Lirinensium, vt parcè dormiretur, s. hoc Carm.

Succinctos gelido libantem cespite somnos.

vide notas, & adde Hilarium Lirinensem. de vita. S. Honorati, de institutis Lirinensium. *quem minus detineret lectus, quem magis lectio.*

107 *Vix coctos capture cibos*] monachi illi austeri radicibus & herbis victitabant, & aliquid coctum edere luxuria erat. D. Hieron. ad Eustochium, *de cibis verò & potu taceo, quum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit.*

108 *Pinguis ieiunia psalmis*] quod etiam monachis solemne erat, vide. s. epist. 9. lib. 4. ibid. notas. Caduceus meus vir eruditionis & indicij magni, qui Sidonium strictim legit, & pellegit, ex coniectura pinguas legebat, quam coniecturam testatam volo, & addo quod ait Eucherius, Homel. de Litan. *dum adhuc pingues ieiuniis sumus.* item, de Quadragesima. *magnum abstinentiæ sacrificium, præsertim si misericordiæ largitate pin-*

75 *Quantumcumque bonum, merces debebitur illi.*
Ille tibi, sit laus (si labi noluit) eius:
Nam quod nec potuit, totum ad te iure redundat.
Praeterea quod me pridem Reios venientem
Cùm Procyon fureret, cùm solis torridus ignis
80 *Flexilibus rimis sitientes scriberet agros,*
Hospite te nostros excepit protinus aestus,
Pax, domus, umbra, latex, benedictio, mensa, cubile.
Omnibus attamen iis sat praestat, quod voluisti
Ut sanctae matris sanctum quoque limen adirem.
85 *Dirrigui, fateor, mihi conscius, atque repentè*
Tinxit adorantem pauido reuerentia vultum:
Nec secus intremui, quàm si me fortè Rebeccae
Israël, aut Samuel crinitus duceret Annae.
90 *Quapropter vel te votis sine fine colentes,*
Affectum magnum per carmina parua fatemur,
Seu te flammatae Syrtes, & inhospita tesqua,
Seu coeno viridante palus, seu nigra recessu
Incultum magè saxa tenent, vbi sole remoto
95 *Concaua longaeuas asseruant antra tenebras.*
Seu te praeruptis porrectae in rupibus Alpis,

guescat. simili locutione.

109 *Quantos illa insula plana miserit in coelum montes*] huius Sidonianae locutionis imitator, seu veriùs exscriptor est Ennodius in vita Epiphanij. *inde tamen regrediens, singula sanctarum habitationum loca visitauit, medianas insulas Cycladas, Lirum, ipsamque nutricem summorum montium planam Lerinum adiit,* &c. Caesarius Arela. Homelia 25. Sidonij versus prosario stylo expressit, *beata inquam & felix insula Lirinensis, quae cùm paruula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad coelum misisse cognoscitur.*

109 *Insula plana*] olim vt & hodie cellulae Eremitarum in planis vallium arduis & abruptis montibus vallatarum collocabantur: vnde, plana Aquilae Eremus interpretatur. D. Hiero. tom. 3. p. 414. B. vt quò corpora deprimerentur humiliùs, eò altiùs animi attollerentur.

110 *Miserit in caelum*] *nunc respice quantas*
Virginibus florens iam nostrum stemma coronas
Miserit in coelum, haec Auitus. lib. 6.

110 *Montes*] id est, Episcopos & sacerdotes, erat enim Liriuensis insula seminarium Episcoporum. Caesarius Arelat. Homel. 25. *haec est quae eximios nutrit monachos, & praestantissimos per omnes prouincias erogat sacerdotes: ac si quos accipit filios, reddit patres, & quos nutrit paruulos, reddit magnos,* &c. montes sunt sacerdotes, primus Leuitarum montis nomen habuit, Aaron enim mons interpretatur, Philo & Eucherius de nominibus Hebraicis. primus Episcoporum etiam id nomen assumpsit. Petrus Pictauensis. epist. ad Petrum Aruernum Cluniac. montes Oseae cap. 4. & Psalm. 71. sacerdotes sunt interpretibus Rabi. D. Hiero. in Nahum. & Eucherio ad Salonium in formulis, eodem libro tertio, in Genesim. Prosper in peroratione de promissionibus *si venandi est affectio, habes montes altissimos.* Fortunatus de Grego. Turon. Episcopo.

Alpibus Aruernis, rediit mons altior ipsis.]. Carm. 12.

110 *Quae sancta Caprasi vita senis*] Hilarius Arelat. in vita S. Honorati. *assumunt senem perfectae consummataeque grauitatis, quem semper in Christo patrem computantes, patrem nominarunt S. Caprasium,* Eucherius de laudibus Eremi. *hac nunc possidet venerabilem grauitate Caprasium, veteribus Sanctis parem.* vide Martyrol. Bedae, Vsuardi, Adon. Rom. Kal. Iun.

Succinctos gelido libantem cespite somnos,
Anachoreta tremit, quæ quanquam frigora portet,
Conceptum Christi nunquam domat illa calorem,
Quâ nunc Elias, nunc te iubet ire Ioannes, 100
Nunc duo Macharij, nunc & Paphnutius heros,
Nunc Or, nunc Ammon, nunc Sarmata, nunc Hilarion,
Nunc vocat in tunica nudus te Antonius illa
Quam fecit palmæ foliis manus alma magistri.
Seu te Lirinus priscum complexa parentem est, 105
Quâ tu iam fractus pro magna sæpe quiete
Discipulis seruire venis, vixque otia somni
Vix coctos capture cibos, abstemius æuum
Ducis, & insertis pingis ieiunia psalmis,
Fratribus insinuans, quantos illa insula plana 110
Miserit in cœlum montes, quæ sancta Caprasij
Vita senis, iuuenísque Lupi: quæ gratia patrem
Mansit Honoratum: fuerit quis Maximus ille,
Vrbem tu cuius monachúsque, antistes, & abbas
Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis 115
Eucherij venientis iter, redeuntis Hilarij.
Seu te commissus populus tenet, & minor audet
Te medio tumidos maiorum temnere mores,

11 *Iuuenísque Lupi*] Episcopi Tricassini, qui iuuenis Lirinensis militiæ tyrocinium auspicatus est. epist. 1. lib. 6. & epist. 11. lib. 9. vide Eucherium de Eremi laudibus. & hist. S. Lupi. & s. epist. 14. libr. 8. ibid. notas. quas vide, ne te Baronij auctoritas in errorem trahat.

Quæ gratia patrem mansit Honoratum] de cuius vita libellum elegantem contexuit Hilarius Arelatensis, quem vide, qui fundator & Abbas fuit cœnobij Lirinensis, postea episcopus Arelatensis. Eucherius, de laudibus Eremi. *digna quæ Honorato auctore fundata sit, quæ tantis institutis tantum nacta sit patrem, Apostolici spiritus vigore & vultus honore radiantem.* idem. epi. ad Salonium. *sub Honorato patre, illo inquam primum insularum, postea etiam Ecclesiarum magistro.* vide Gennadium de viris inlust. c. 69. Isidorum. c. 16. Honor. c. 69. Equilinum. l. 2. c. 86. & martyrologia Bedæ, Vsuardi, Adonis. XVII. Kal. Februarij.

112 *Fuerit quis Maximus ille*] Honorati successor, & ex Abbate Lirinensi Regiensis Episcopus. Eucherius, de Eremo. *hæc nunc successorem eius tenet Maximum nomine clarum, quia post ipsum meruit asciri.* Beda V. Kal. Decembris: *qui primæua etate virtutum omnium gratia præditus, primùm Lirinensis cœnobij pater, deinde Regensis Ecclesiæ episcopus,* &c. idem Ado, Vsuardus, cuius vitam Faustus eleganti scripsit homelia, & post eum Dinamius Patricius ad Vrbicum Regiensem.

113 *Vrbem*] i. Regensem vrbem, s. hoc Carm. & epist. 9. lib. 9.

114 *Bis successor*] i. Maximi Lirinensis Abbatis, & Episcopi Regiensis successor, atque ita bis successor, scilicet in Abbatia, & Episcopatu.

115 *Eucherij venientis iter*] is etiam fuit monachus Lirinensis. Eucherius. de eremo. Hilarius in vita. S. Honorati. *vnde pulcherrimè splendidus mundo, splendidior Christo, æmulus virtutis eius beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis (vt assolet) cera allitis in proxima ab ipso degens insula, literas eius suscepisset,* &c. idem vetus cathologus Episcoporum & Abbatum Lirinensium. de alia verò spelunca, quàm de Lerone & Lirino intelligendus Ado XVI. Kal. Decemb.

115 *Venientis*] Eucherius de eremo. *præcipuo tamen Lerinam meam honore complector, quæ procellosis naufragiis mundi effusos piissimis vlnis receperat venientes.*

115 *Redeuntis Hilarij*] de Hilario Lirinensi insulano, ipse Hilarius, in vita. S. Honora

Seu tu solicitus curas, qua languidus esca,
120 *Quáve peregrinus viuat, quid pascat & illum*
Lubrica crura cui tenuat sub compede carcer.
Seu mage funeribus mentem distractus humandis
Liuida defuncti si pauperis ossa virescant,
Infastiditum fers ipse ad busta cadauer.
125 *Seu te conspicuus gradibus venerabilis aræ*
Concionaturum plebs sedula circunsistit,
Expositæ legis bibat auribus vt medicinam.
Quicquid agis, quocunque loci es, semper mihi Faustus,
Semper Honoratus, semper quoque Maximus esto.

norati, Eucherius de eremo, epistola ad Salonium, de quæstionibus Testaměti. & parænetica ad Valerianum. Prosper de vita contemplatiua. libr. 2. cap. 9. Gennadius de viris illustrib. cap. 69. Isidorus. cap. 16. Lupi Tricassini sororius. hist. S. Lupi. *multimoda virtute preciosus, fidei igneus torrens, cœlestis eloquij & præceptionis diuinæ operarius indefessus.* hæc Constantius in vita S. Germani libr. 1. cap. 33. vide Adonem Martyrol. III. Non. Mai.

115 *Redeuntis*] non quòd Hilarius abdicauit se Episcopatu & Rauennio cessit, sicque ad Lirinum rediit, vt Baronius existimat in Martyrolog. Romano. III. Non. Maij. quod postea retractauit. tom. 6. Annal. Ad Lirinim rediit priusquam Arelatensis Episcopus crearetur, quem cum iuuenem ad Lirinum duxisset Honoratus, illum è Lirino ad Arelatem secum deduxit, quando suscepit Episcopatum Honoratus: ex Arelate autem Hilarius ad Lirinum rediit, viuo & superstite Arelatensi Episcopo Honnrato. Hilarius in vita S. Honorati Sermone Arelati habito. *vobis me tanto labore per literas, tanto per excursum suum ambitu ab insula, cui me derelictis Episcopatus sui principijs secreti amore reddideram, non audeo dicere nesciens, fortasse præscius amonere satagebat,* &c. Eucherius ad Hilarium de eremo. *Magno tu quidem animo egressus dudum de domo tua, & de cognatione tua, vsque ad mare magnum recedentia eremi secreta penetraueras, maiore tamen virtute repetita est à te eremus, quàm petita. Siquidem cum hanc prius hospes ingressus es, habuisti ducem & velut itineris tui præuium, quem deinde militiæ cælestis magistrum, eumque tunc secutus & parentes relinquens, parentem tamen sequebaris: Nunc verò cum eundem adscitum ad pontificatus fastigium prosequendum putaris, ad familiare secretum eremi te amor retulit. Ergo nunc es nobilior & maior exemplo, prius enim cum desertum peteres, comitatus fratrem videbaris, nunc cum desertum repetieris, etiam patrem reliquisti,* &c. ex quibus & sequentibus manifestò apparet, Hilarium ad Lirinensem eremum, relicto Honorato Arelatensi Episcopo, rediisse. idem Eucherius in fine libelli *horum tu mi carissime Hilari, redditus insertusque consortio, plurimum tibi plurimum etiam illis contulisti, qui nunc pro reditu tuo alacri exultatione lætantur.* idem Isidorus de viris inlustrib. cap. 16.

120 *Lubrica*] *Despiciens vastas tenuato in crure cathenas.* s. ep. 7. lib. 7.

121 *Seu mage funeribus*] id est, cadaueribus. epist. 17. libr. 7. *Et quia sibi maximas humandi funeris partes ipse præripuit.* Aurel. Victor in Clodio Albino. *funus quod liberi Geta Bassianusque Romam detulerant.* Homel. de natali S. Genesij. *fidelium humeris funus inclytis victoris infertur.*

123 *Ad busta*] s. epist. 12. lib. 3. *bustuales fauillæ*, vide. epistol. 3. & 13. lib. eiusd. ibid. notas.

124 *Gradibus venerabilis aræ concionaturum*] Augustin. epist. 203 *in futuro iudicio non absides gradatæ, nec cathedræ velatæ,* &c. vide Amalarium Treuerensem de Eccles. officiis lib. 3. cap. 18.

Concionaturum] s. ep. 3. de l. 9. Fausto, *ibi te inter spiritales regulas vel forenses medioximum quiddam concionantem,* &c. Cuius conciones miscellis homeliis, quæ Eusebij

Emisseni nomine feruntur, interspersi sunt.

128 *Semper Honoratus*] Claudian. in Paneg. Probi.

Semper honoratus nostris celebrabitur vndis.

allusit autem ad nomen Honorati, & Maximi. qui verè honorati, & maximi sacerdotes fuere.

INVITAT OMINATIVM AD natalem diem suorum.

CARMEN XVII.

Qvatuor ante dies quàm lux Sextilis adusti
Prima spiciferum proferat orbe caput:
Natalis nostris decimus sextúsque coletur,
Aduentu felix qui petit esse tuo.
Non tibi gemmatis ponentur prandia mensis, 5
Assyrius murex nec tibi sigma dabit.
Nec per multiplices abaco splendente cauernas,
Argenti nigri pondera defodiam.

3 *Natalis nostris decimus, sextusque coletur*] veteres natalitios dies festiuè coluisse patet ex Carm. 10. ĩ. & ex isto quo Ominatium inuitat ad diei natalitij festa, quæ V. Kal. Augusti celebrabantur.

5 *Non tibi gemmatis ponentur prandia mensis*] luxuria veterum mensas gemmis adornabat, Claudian.

gemmiferis illuxit regia mensis.

6 *Assyrius murex nec tibi sigma dabit*] de sigmate abundè s̃. epistol. 2. lib. 2. sub finem. vide. ĩ. Carm. 22. sub finem. Sigmata autem veteres & toros, purpureis tapetiis sternebant. s̃. ep. 2. lib. 1. epist. 13. lib. 2.

Paulinus. de vita. S. Martini. lib. 3. init.

Stipant subiectas regalia fercula mensas,
Diues in excelsis splendescit purpura fulcris.

7 *Abaco splendente*] nota abacos, id est, delphicas fuisse multiforatiles, in quarum foraminibus, quæ cauernas Sidonius vocat, pocula collocabantur, splendoris & ornamenti causa, Glossæ vett. abaci, delphicæ. μωνςρεσιν, ὡς Ιὐβενάλιος, Iuuen. *vrceoli. Sex* *Ornamentum abaci.* Vet. Interp. *quod nos delphicam dicimus.*

8 *Argenti nigri*] s̃. ep. 2. lib. 1. *non ibi impolitam congeriem liuentis argenti, mensis cedentibus suspiriosus minister imponit.*

10 *Tortilis ansa*] *Tortilis à digitis excidit ansa meis.* Ouid.

12 *Mensuræ vt grandis, suppleat ars precium*] id est, æquat ars, mensuræ precium, veteribus *manupretium dicebatur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atque artis ducitur,* Asconius. 3. in Verrem. de hoc genere vasorum Plin. lib. 33. c. 11. & Censorinus de die natali. cap. 1. *munera ex auro, vel quæ ex argento nitent, cælato opere quàm materia cariora, cæteraque hoc genus blandimenta inhiat is qui vulgò diues vocatur,* vide Isidor. libr. 20. cap. 4. Orig.

13 *Non panes Lybica solitos flauescere Syrte*] vide. s̃. Carm. 5. & Symmachum epistol. 38. lib. 7.

14 *Accipiet Galli rustica mensa tui*] s̃. epist. ad Polemium ante Carm. 14. *Igitur quoniam amoris tui studio inductus homo Gallus.*

Nec scyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo
10 *Crustatum stringat tortilis ansa latus.*
Fercula sunt nobis mediocria, non ita facta
Mensuræ vt grandis suppleat ars pretium.
Non panes Libyca solitos flauescere Syrte
Accipiet Galli rustica mensa tui.
15 *Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,*
Quæque Sarapteno palmite missa bibas.
Pocula non hic sunt illustria nomine pagi,
Quod posuit nostris ipse triumuir agris.
Tu tamen vt venias, petimus, dabit omnia Christus,
20 *Hic mihi qui patriam fecit amore tuo.*

15 *Vina mihi non sunt Gazetica*] à Gaza Palæstinæ ciuitate vini optimi feracee, Isidorus.lib.20.cap.3. *Gazetum à regione vnde defertur, Gaza enim oppidum est Palestina.* Cassiodorus lib. 12. ep. 12. vbi de vino notæ melioris, *& Gazeto par.* Corippus.3.

& dulcia Bacchi
Munera, quæ Sarapta ferax, quæ Gaza crearat.

Gregor. Turo.lib.7. cap. 29. hist. *misitque pueros vinum post alium ad requirenda vina potentiora Laticina videlicet, atque Gazatina.* Idem. de glor. Confess. cap. 65. *Gazetum vinum*, eidem.lib.3.c.19.histor. *vinum Ascalonum*, ab Ascalone ciuitate vini iuxta Gazam ferace, iuxtaque eam posita. vinum id cur veteribus indictum, ratio ex Marcellino lib.14. *itidemque Ascalonem, Gazam, & Iuliam æuo superiore extructas*, &c. igne enim priùs absumptæ fuerunt, Amos.c.1. ibidem Hieronymus. de quibus idem in Ioel.c 2.Zachariam.c.9.

15 *Chia*] de vino Chio præter cæteros Cœlius Aurel.l.1.c.vlt. sub finem lib.2.acut. morbor.c.37.l.3.c.4.& l.4.tard.passio.c.5.

16 *Quæque Sarapteno palmite missa bibas*] de Sarapteno vino, Fulgent.lib.2.Mytholog. vbi de Dionysio. *Indos verò vicisse, quòd hæc gens valdè sit vino dedita, duobus scilicet modis, siue quia feruor solis eos faciat potare, siue quia ibi sit Saraptenum vinum, vel Meroitanum, cuius vini tanta virtus est, quo vix quilibet ebriosus sextarium toto mense bibat*, &c. Corippus.vbi s.

quæ Sarapta ferax, quæ Gaza crearat.

Fortunatus.lib.2.de vita.S.Martini. *falerna*

Gazaque, Cretas, Amos, Cypus, Colofona, Saraptis,
Lucida perspicuis certantia vina lapillis.

Pocula non hic sunt illustria nomine pagi, Quod posuit nostris ipse triumuir agris] Si vera esset eorum sententia qui Sidoniũ Narbonensem traddunt, facilè esset in Sidonio ipso pagum illum vino fertilem inuenire, scilicet Octauianum vinetis vberrimum & amœnissimum, de quo. s.ep.4.lib.8. Galliæ Narbonensis oppidum, sic ab Octauio denominatum, quod Antonino in Itiner. *Augustum* dicitur. (vt puto) Verùm quia vero verius esse adstrui in eius vita cap.vlt. Sidonium Aruernum, ab Aruernia recedendum non est, caput Aruerniæ nostræ Augustonemetum Ptolemæo. lib.2.cap.7.Geograph. *Augusta Nemetum*, Æthico. *Aug. Nemeto.* Vetustiss. Itinerariæ Tabulæ, μητρόπολις Νεμωσσός. Strabo.4.i. Aruerna nostra, corona collium circumdata, qui vinetis optimis consiti, & amicti, vina nobilissima exundant, vnde olim ab Aruernis nostris Clemẽs Maximus, Imperator Treuericus, vinarias species sibi pro tributo penderi statuit. Grego. Turo.in vita.S.Hillidij. primas tenet Carobenensis collis non procul ab Augusti Nemeto dissitus. vide epist.14.lib.2. plura in Aruernæ nostræ antiquitatibus.

18 *Quod posuit*, &c.] pagum & pagus promiscuè veteres dixisse, ex Sidonio liquet. s. epist.14.lib.2. *in Violacensi pago, qui Martialis ætate citeriore vocatus est*, hoc loco *nomine pagi:*

Quod posuit] Greg. Tur. lib. 5. cap. 49. hist. *capta quoque vxor eius, in pagum Tornacense exilio retruditur.*

20 *Hic mihi qui patriam fecit amore tuo*] hic versus diligenter expensus facere videtur ad eorum opinionem qui Sidonium origine Aruernum abnuunt, Ominatij quippe erant ciues atque senatores Aruerni. Gregor. Turo. lib. 10. histor. cap. vlt. vbi de duodecimo Turonum Episcopo, ex quibus amor illius ad quem Sidonius scribit, Sidonium conciuem suum reddidit, & Aruernam illi suam esse patriam fecit, verùm vt á rei veritate non discedas, scias Ominatium ad germanam patriam reuocasse Sidonium, qui in exteris ciuitatibus aliquandiu mansitauerat. vita Sidonij cap. vltim.

DE BALNEIS VILLÆ SVÆ supra lacum positæ.

CARMEN XVIII.

SI quis Auitacum dignaris visere nostram,
Non tibi displiceat, si quod habes placeat.
Æmula Baiano tolluntur culmina cono,
Parque cothurnato vertice fulget apex.
Garrula Gauranis plus murmurat vnda fluentis, 5
Contigui collis lapsa supercilio.
Lucrinum diues stagnum Campania nollet,
Æquora si nostri cerneret illa lacus.
Illud puniceis ornatur littus echinis,
Piscibus in nostris hospes vtrumque vides. 10
Si libet & placido partiris gaudia corde,
Quisquis ades, Baias tu facis hic animo.

1 *Si quis Auitacum*] in mss. quibusdam Auitacum, sine dubio ab Auito. A. Sidonij socero nomē deductum, de quo abundè. 5. epist. 2. de balneis eiusdem ibid.

3 *Aemula Baiano tolluntur culmina cono*] Martial. lib. 1. ep. 105.

Æmula Baianis Altini littora villis.

3 *Cono*] 5. ep. 2. lib. 2. vbi de cellis balneariis. *primum tecti apice in conum cacuminato.*

Parque cothurnato vertice fulget apex] cothurnato vertice, id est, edito & altato. Plin. epist. 7. lib. 9. *altera imposita saxis more Baiano, lacum prospicit, altera aequè more Baiano lacum tangit: Itaque illam Tragediam, hanc appellare Comœdiam soleo, illam quòd quasi cothurnis, hanc quòd quasi socculus sustinetur.*

5 *Garrulla Gauranis plus murmurat vnda fluentis*] quæ fluunt à Gauro monte Campaniæ, de quo Plin. Ptolem. Florus lib. 1. cap. 16. 5. Carm. 5.

Et se Lucrinas qua vergit Gaurus in vndas.

6 *Contigui collis lapsa supercilio*] 5. epist. 2. lib. 2. *fluentum de supercilio montis elicitum.* vide notas.

7 *Lucrinum stagnum*] de quo Martial. lib. 3. Epigr. 20.

Piger Lucrino nauigulatur in stagno. 5. Carm. 5.

7 *Diues Campania*] *Iam verò quos diues opum, quos diues agrorum Campania*, Silius. lib. 8.

8 *Æquora*] quæ in decem & septem stadia protendebantur. Š.ep.2.lib.2.
9 *Illud puniceis*] Plinius lib.9.cap.54.*n*(Sergius) *primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit*, Martialis lib.13.Epigram.82.

Ebria Baiano veni modò concha Lucrino,
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.ibid.90.
Non omnis laudem, preciumque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Ostrea Baianis certantia,&c. Auson.ep.7. Theoni. Cassiod.ep.22.lib.12.
9 *Puniceo*] id est, punicei coloris, Plinius vbi Š. *ità vt conchis Lucrinis Sergius villas mangonisaret*.eod.auct.
10 *Piscibus in nostris*] pisces qui ex Abitaco lacu expiscabantur, rubris maculis distincti erant,& rubris carnibus. Š. epistol.2. lib.2.scilicet salares, de quibus Auson. Mosella.

Purpureisque salar.vide notas.

TETRASTICHON supra piscinam.

CARMEN XIX.

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,
Ut solidet calidam frigore lympha cutem,
Et licet hoc solo mergatis membra liquore,
Per stagnum nostrum lumina vestra natant.

Tetrastichon suprà piscinam] Š.epistol.2.lib.2. *pauci tamen versiculi lectorem aduentitium remorabuntur*, de hac piscina. Š. ead. epist.

1 *Intrate algentes post balnea torrida fluctus*] à cella caldaria, ad frigidariam transire solemne erat, Š.notaui epist.2.libr.2.& epistol. 9.lib. eiusd.in fine.vide notas,& adde quod ait Cœlius Aurelian.lib.1. Chron.cap.1. *utendum etiam fomentis siue illisionibus vehementioribus aquarum, Græci cataclysmos appellant, & primò calidarum, deinde frigidarum.* idem.libr.5.cap.5. *item vsus adhibendus aquarum naturalium, calidarum, tum frigidarum*.idem Galenus Methodi.lib.10. Martialis lib.1. Epigram. 19. *Tepidas natabis lenè Congedi vada, Mollesque Nympharum lacus. Quibus remissum corpus adstringes breui Salone, qui ferrum gelat.*
4 *Per stagnum nostrum lumina vestra natant*] ita Corippus.lib.3.

proprioque in fonte natabant
Madentes oculi, Š.Carm.22.
Dulce natant oculi.

AD SORORIVM SVVM Hecdicium.

CARMEN XX.

NAtalis noster nonas instare Nouembreis
Admonet, occurras non rogo, sed iubeo.
Sit tecum coniunx, duo nunc properate, sed illud
Post annum optamus tertius vt venias.

1 *Ad sororium suum Hecdicium*] hoc lemma in omnibus mss. legitur, exemplatorum esse indubium est, veteres quippe ignoraſſe, id nomen auctor est Isidorus.lib.9.c.vlt.& ex eo Alexander PP. 11.cap.quod autem.35.quæst. 5. ita vt vir sororis, frater, gener, & cognatus diceretur, s̅.notatum Car.5.quibus adde quod olim sororij, viri sororum vocabantur.auctor de viris illustrib.c.62. *sororis suæ virum laudare noluit*, Spartianus in Adriano. *à Seruiano sororis viro*. Orosius lib.7. cap.28. *sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primùm vicit*. Grego. Turo.lib.1.de miracul.c.71. *vir sororis meæ inualescente febre*, &c.idem. de miracul.S.Martini lib. 2. c. 2. *Iustinus vir sororis meæ in valetudinem irruit*. Isidor.lib.9.c.vlt. *sororis vir speciale nomen non habet*. Vita Sidonij ms.in fine.ms.Put.V.C.vt coniecto à Ioan. Salisberiensi perscripta, Sororij nomen non respuit. *Tunc Theodericus rex Vuisigothorum arripuit Aruernam vrbem, cuius erat dux Hecdicius, filius Auiti, soror Sidonij*, sic disertim ms. ille liber, Regiæ Biblioth. *soceri* legit, malè. Sororij etiam nomen inuenio apud Ottonem Frisingensem.in inscript.cap.2.lib.4.histor.de fine *Licinij sororij Constantini*.

2 *Natalis noster Nonas instare Nouembreis*] sic mss.omnes.& vett.dies natalis Sidonij Kal.Nouemb.vita Sidonij cap.1.natalitios autem dies prisca religio celebrabat, s̅. Car.17.Festus lib.14. *priuatæ feriæ vocantur sacrorum propriorum veluti dies natales*, &c. vide Gellium l. 19.c.9.paſſim apud veteres.

3 *Sit tecum coniunx*] de Hecdicij coniuge, & liberis.ep. 16.lib.5.

4 *Tertius vt venias*] hoc loco Baptista Pius nugatur in re manifesta, *tertius vt venias*, id est, auctus filio, atque ita post annũ iu Hecdici cum coniuge & filio venias natalem meum celebraturus. s̅.ep.10.lib.5. *tertius optat adhiberi*.

DE PISCIBVS NOCTE CAPTIS.

CARMEN XXI.

QVatuor hæc primùm pisces nox insuit hamis,
Inde duos tenui, tu quoque sume duos.
Quos misi sunt maiores, rectissimus ordo est,
Nanque animæ nostræ portio maior eras.

1 *Quatuor hæc primùm pisces*] de hac Auitaci lacus piscatione, s̅. epistol. 2.libri 2. vt *vt flataria restia suberum corticibus ex-*

tendat, aui signis per certa interualla dispositis.

4 *Namque animæ nostræ portio maior eras*] amicorum blandientium formulæ, Paulinus ad Seuerum epistol. 12. *tu inquam pars nostri maior & melior.* Rutil. Itinerar. 1.

Procella est animæ portio magna meæ.

D. Ambros. epistol. 65. *Et ideo nunc quasi animæ portionem conuenio meæ.* Symmach. epistol. 66. lib. 3. *quanta sit in Domino meo Flauiano pectoris mei portio.* Constantius in vita S. Germani. lib. 1. cap. 6. *vale animæ meæ portio.* pars etiam animæ Horatio Ode 17. libri secundi. Deuteronomij. cap. 13. *aut amicus, qui animæ tuæ pars est.* Rutilius.

Victorinus enim nostra pars maxima mentis.

SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIVS PONTIO Leontio S.

DVm apud Narbonem quondam Martium dictum, sed nuper factum, moras necto, subiit animum quospiam secundum amorem tuum hexametros concinnare, vel condere, quibus lectis oppidò scires, etsi vtrique nostrum disparatis æquo plusculum locis lar familiaris incolitur, non idcirco tam nobis animum dissidere quàm patriam. Habes ergo hic Dionysium inter triumphi Indici oblectamenta marcentem: Habes & Phœbum quem tibi iure poëtico inquilinum factum constat ex numine, illum scilicet Phœbum Antedij mei perfamiliarem, cuius collegio vir præfectus, non modò musicos quosque, verùm etiam geometras, arithmeticos, & astrologos disserendi arte superuenit: Si quidem nullum hoc exactius compertum habere censuerim, quid sidera zodiaci obliqua, quid planetarum vaga, quid exotica sparsa præualeant. Nam ita his (vt sic dixerim) membris philosophiæ claret, vt videatur mihi Iulium Firmicum, Sammonicum, Saturninum, in libris matheseos peritissimos conditores absque interprete, ingenio tantùm suffragante, didicisse. Nos vestigia doctrinæ ipsius adorantes coram canoro cycno rauum anserem profitemur. Quid te amplius moror? Burgum tuam, quo iure amicum decuit, meam feci, probè sciens, vel materiam tibi esse placituram, etiam si ex solido poema displiceat.

Apud Narbonem] *præpositiones ciuitatibus denegantur, gentibus seruiunt.* Charisius.

idem de præpoſitione. *Romanus diſertiſsimus ſcriptor, refert, præpoſitiones gentibus ſeu nationibus adduntur, ciuitatibus adimuntur & detrahuntur, licet contra nonnullos veteres dixiſſe reperiamus. vt apud eundem Romanum inuenies.* Priſcianus lib. 15. *inueniuntur tamen & cum præpoſitionibus nomina ciuitatum ſæpe prolata, & maximè apud hiſtoricos. Saluſt. 2. hiſt. apud Lete oppidum, idem. apud Ilerdam, apud Preneſte, apud Mutinam.*

Narbonem quondam Martium dictum] Plinius lib. 3. c. 4. *Narbo Martius Decumanorum colonia* Ciceroni pro Fonteio, Velleio Paterculo lib. 42. Pomponio Melæ lib. 2. cap. 3. Auſonio in Narbone, & in Arelate, Narbo Martius. Ratio nominis redditur à Volaterrano, Hotomano & Vineto, quòd C. Cæſar colonos ex Martia legione milites deduxerit, ſed id ſine auctore: quæ ſententia comprobatur auctoritate Sidonij qui Violaceenſem pagum Martialem dictum tradit, quòd ibi Iulianæ legiones hibernarint. epiſt. 14. lib. 2. milites autem deductos fuiſſe, ſatis conſtat ex Pomponio Mela. *ſed antiſtat omnes Atacinorum Decumanorumque colonia, vnde olim his terris auxilium fuit, nunc & nomen, & decus eſt Martius Narbo.* Verùm quia Martiam legionem ab Auguſto primitus inſtitutam & in Germania ſuperiore conſtitutam fuiſſe, ex Dione & veterum inſcriptionibus docet Onufrius par antiquis, licet nouus antiquitatis ſcriptor. ab eorum ſententia recedo, Martiumque Narbonem dictum exiſtimo, quòd *Marco Porcio Catone, & Quinto Martio Coſſ. Narbona in Gallia colonia deducta ſit*, vt ait Eutropius. l. 4. à Martio Conſule Martius dictus.

Sed nuper factum] ſcilicet cum Theudo Gothorum rex Narbonem obſedit, & poſt longam obſidionem re infecta diſcedere coactus fuit, ſ. Carm. 7.

Narbonem tabe ſolutum

Ambierat. &c. vide notas. & j. Carm. 23.

Moras necto] ſ. epiſt. 13. lib. 9. *dum rex conuiuij circà ordinandum moras nectit exigentum.* vide notas, & adde quod ait D. Ambr. ep. 65. *prætenta humanitatis ſpecie moras innectendo.* Collatio Carthag. III. cap. 43. *quaſi moras quaſdam per nos innecti cauſantur*, c. 75. *moraſque innectere actioni.* 80. *tu ad actionem moras innectis.* 88. *tu moras innectis.* 89. *at nunc eoſdem moras innectere.* Corippus lib. 3.

Innectuntque moras, Greg. Tur. lib. 7. cap. 9.

moras innectere cepit.

idem. de glor Confeſſ. c. 66. & de vita patrum, in S. Nicetio.

Oppido] id eſt, ſtatim, Soſipater lib. 2. *oppidò pro verò, aut ſtatim. Plautus Bacchidibus. reddidi aurum omne oppidò.*

Diſparatis æquo pluſculum locis] ex his verbis & epiſt. 9. lib. 8. Burdegalenſem Sidonium non fuiſſe ſatis liquet. vide notas. ſ. & vitæ caput vlt.

Lar familiaris incolitur] non Burdegalæ larem fouiſſe Sidonium, in eius vita recenſui, c. vlt. ſimili locutione ſ. epiſt. 8. lib. 1. in fine. *tu vide qualis ſit ciuitas vbi tibi lar familiaris incolitur.*

Dionyſium, &c.] Fulgentium vide libro 2. Mytholog. cap. de Dionyſio. j. Carm. 22.

Inquilinum] *Et Martem validus per inquilinum.* ſ. epiſt. 9. lib. 8. in Carm.

Antedij mei] ſ. Carm. 9. in fine.

Noſtrum aut quos retinet ſolum diſertos

Dulcem Antedium, vide. ſ. Carm. 6. in fine.

Vir præfectus] id eſt, Polemius prætorio Galliarum præfectus, de quo ſ. d. epiſt. ad lemium. & Carm. 15. de cuius eruditione etiam. ſ. ep.

Superuenit] id eſt, ſuperat, ſ. epiſt. 14. lib. 7. *hæc peritarum ſe meritis ſuperueniri facilè concedunt*, vide notas, & adde quod ait Auſonius in Burdigala *patrias ſed Roma ſuperuenit omnes.*

Quid exotica ſparſa] ita mss. omnes, emendo exotici, id eſt, exoticæ ſphæræ, exoticum,

ticum, est peregrinum, Plauto Epidi. & Mostellar. Apuleius. libro 1. Asini. *Exoticus sermo*, in Apolog. *exoticus puluis*, *exotica munditia*, Tertull. de pallio, *exoticum vinum*, Gellio. libr. 13. cap. 5. *exotica secta*, Prudentio in Psicomachia. sub finem, *exotici excursus*, Ennodio. in fine Panegyr. *exotica vestis*, Isidoro. lib. 19. cap 22. *exotici* pro peregrinis Cassiodoro. lib. 9. epistol. 23. signa autem exotici sparsa sunt, id est, vt dixi sphæræ exoticæ, quæ sphæra barbarica dicitur Iul. Firmico. libr. 4. cap. 10. & cap. 19. libr. 7. cap. vltim. in fine. in præfat. libro octauo, & cap. 18. cap 31. eiusdem. lib.

Membris philosophiæ] s̄. epistol. ad Polemium. *Consequentia membra philosophiæ*. vide notas, hoc loco præfata venia, Cassiodor. de Rhetoricæ partibus, *partes autem atque* (*vt sic dixerim*) *membra Rhetorica sunt quinque*.

Iul. Firmicum, Sammonicum, Saturninum] de his Matheseos conditoribus. s̄. epistol. 11. lib. 8. & epistol. ad Polemium. ms. optimæ notæ hos non agnoscit, sed *Julianum Vertacum*, *Fellonium Saturninum*. de quibus. s̄.

Absque interprete ingenio tantum suffragante didicisse] idem in Augustino laudat sermo qui. D. Ambrosij nomine circumfertur. *ad quod illud acre ingenium? illa dialectica, cateraque artes sine praceptore adepta*.

Nos vestigia doctrina ipsius adorantes] Stat. xii. Theb.

Sed longè sequere, & vestigia semper adora, Anti. Cl. lib. 9.

Sed potius veterum vestigia semper adorans.

Lactant. de Phœnice *sed regis iter fragrantis adorans*.

Coram canoro Cygno raucum anserem profitemur] adagio cessit, vide. s̄. epistol. 2. libr. 9. & adde auctorem libelli qui Valerij nomine circumfertur, ad Ruffinum. *re probata est fatua vox anseris, inter olorestrum delectare doctos*.

Burgum tuam] *Lugdunumque tuam*, s̄. Carm. 5.

j. Carm. 18. *Si quisquam Abitacum dignaris visere nostram*.

ità Vergilio. libro octauo.

Praneste sub ipsa

Catullo, *Sirmio venusta*, *regia Pleuron*, Silio. j. in fine huius Carm.

Burgus placitura.

y

BVRGVS PONTII LEONTII.

CARMEN XXII.

Bistonij stabulum regis, Busiridis aras,
Antiphatæ mensas, & Taurica regna Thoãtis,
Atque Ithaci genio fraudatum luce Cyclopem
Portantem frontis campo, per concaua montis
Par prope transfossu tenebrosum luminis antrum 5
Hospes adi, si quis Burgum taciturus adisti.
Et licet in carmen non passim laxet habenas
Phœbus, & hic totus non pandat carbasa fandi,

1 *Bistonij stabulum regis*] id est, Diomedis Thraciæ regis, qui contrà iura hospitij, hospitum cruore & carnibus equos suos saginabat, Lucretius l.2.
Vidit Bistonij stabulis pendere tyranni.
vide Apollodor. lib. 2. & Albricum. de Deor. imagin.

Busiridis aras] *Aut illaudati nescit Busiridis aras.*
de Diomedis equis, & ara Busiridis coniunctim Stati. lib. 12.
Luctibus immitis satius Busiridis aras,
O drigiique famem stabuli.
is Busiris Aegypti rex hospites immolabat, quem posteà mactauit Hercules. Apollodo. lib. 2. Higin. 31. 56.

2 *Antiphatæ mensas*] qui infami esca se satiabat, Rutil. itiner.
Hospite conductor durior Antiphate.
Antiphata, Statio, vt hîc, lib. 1. Syluar. *littusque cruenti*
Antiphatæ, Ouid. 14. Metam.

2 *Et Thurica regna Thoantis*] Thoantis Tauricorum regis fuit institutum, vt hospites qui intrà fines regni sui deuenerant Dianæ immolarentur, vide s. & Higinum. c. 120. & 121.

3 *Atque Ithaci ingenio, &c.*] qui ementito Vlissis nomine Cyclopi fatali, Vtim se esse professus, Polyphemum excæcauit, qui etiam carnem humanam & hospitalem epulabatur. vt ait. Higin. ex Homero. c. 125.

4 *Portantem frontis campo*] sic mss. omnes rectè, id est, latè patente frontis planitie.

5 *Par propè transfossi tenebrosum luminis antrum*] id est, effosi oculi cauernam, vt idem de Hunnis. s. Car. 2.

9 *Quisque*] pro quicunque Priscianus. lib. 17. s. epist. 1. lib. in Carm. & epist. 14. lib. 7. & als passim.

11 *Nam tua te tacitum linere silentia clamant*] ità mss. & vett. vide. s. epist. 9. & 14. lib. 9. sub finem. ibid. notas.

18 *Cum forte Garumna, &c.*] vide s. epist. 12. lib. 8. & Carm. 9. sub finem. j. etiam hoc Carm.

22 *Euan.*]i. Bacchus. s. notatum. Carm. j. hoc Carm. de Bacchi autem insignibus & eorum significatione Phornutus de natura Deorum. Fulgentius. lib. 2. Mitholog. & Albricus de Deorumimaginibus.

26 *Sudati de rore meri*] sic rectè mss. vett. & vulgati, non est tamẽ quod Stewechius Pacuuium in Peribœa, *Postquàm est oneratus frugum & floris liberi.* emendet roris Liberi, flos Liberi Ennio Alcestide, vinum est: *hac anus admodum frizuttit, nimirum sau-*

Quisque tamen tantos non laudans ore penates
10 *Inspicis,inspiceris:resonat sine voce voluntas.*
Nam tua te tacitum liuere silentia clamant.
Ergo age,Pierias Erato mihi percute chordas.
Responsent Satyri,digitúmque pedémque mouentes,
Ludant,& tremulo non rumpant cantica saltu.
15 *Quicquid fortè Dryas, vel quicquid Hamadrias vnquàm*
Connexis sibimet festum plausêre Napæis,
Dependant modò Burge tibi,vel Naidas istic
Nereidum chorus alme doce,cùm fortè Garumna
Huc redeunte venis,pontúmque in flumine sulcas.
20 *Pande igitur causas Erato,laribúsque sit ede*
Quis genius.tantum non est sine præsule culmen.
Forte sagittiferas Euan populatus Erythras,
Vite capistratas cogebat ad esseda tigres:
Intrabat duplicem qua temo racemifer arcum.
25 *Marcidus ipse sedet,curru madet ardua ceruix*
Sudati de rore meri.caput aurea rumpunt
Cornua,& indigenam iaculantur fulminis ignem.

ciauit se flore Liberi. Liuius *florem antllabant Liberi ex carchesiis*, Plautus Casina,

quid est nisi hæc meraclo

Se vspiam percussit flore Liberi.

idem in Curcul. *flos veteris vini obiectus est meis naribus.*hæc in transcursu dicta sint,vt nihil Pacuuio deteratur.

27 *Sumpserat hoc primum nascens*] s. Carm. 10. & Carm.15.vide notas.

33 *Dulce natant oculi*] Vergil.4.Georg.*conditque natantia lumina somnus.* Stat.2.Theb.

ille oculos etiamnum in luce natantes

Sistit, Nonius. *natare, trepidare.*s.Car.19.

38 *Silenus iam numine plenus alumno*] id est,multo vino oneratus,vi vini saucius,Silenus enim erat alumnus & nutricius Bacchi,senex caluus.Mart.Felix.& Iulianus August.

41 *Corniger Ganges*] cornuti pinguntur fluuij.s.Carm.2.
41 *Pompa triumphi*] *Auctoremque suum calaret pompa triumphi.*s.Carm.2.
50 *Phœnix*] *est locus Oceani longinquis proximus Indis.* Carm.2.
53 *Ebur*] s.Carm.5. *fert Indus ebur.*vide notas.

Et niuea piceo rapta de pectore bacca] s.Carm.14.

Albus quem picei lapillus Indi.

57 *Violis halare cathenas*] *Halant rura rosis.*s.Car.2.
58 *Vltima nigrantes incedant præda elephanti*]s.Carm.2.

Grex niger albentes segeret cum mole iugales.

60 *Quippe imprebas cratem natiuam nec tela forant*] præter cæteros. D.Ambro.Hexam. lib.6.cap.5.& Cassiod. l.10.ep.30.
64 *Iamque iter ad Thebas*] s.Carm.9. *Thebis Euchion.*] hoc Carm.

*Bacche petis Thebas.*vide s.

67 *Curuos fronde Lupata ligant*] s.Carm.2.

Nunc ades è Pean lauro qui Gryphas ebuncos
Docta lupata ligant,vide s.ep.9.lib.8.in Carm.

78 *Vmbrabant syrmate currum*] s.lib.8.ep.11.in Carm.de Thalia.

Et rugas tibi syrmate profundo,
Succingant hedera expeditiores.

77 *Pimpliades*] *Huc & Pimpliadas induxerat optimus Orpheus.*Carm.10.
80 *Diffusus sanctum*,&c.] hæc malè dispuncta leguntur in omnibus vulgatis,dispunge hoc modo.

Diffusus sanctum per colla salubria virus,

Sumpserat hoc primum nascens, cum transiit olim
In patrium de matre femur, fert tempus vtrumque
Veris opes, rutilósque ligat vindemia flores. 30
Cantharus & thyrsus dextra læuáque feruntur:
Nec tegit exertos, sed tangit palla lacertos.
Dulce natant oculi, quos si fors vertat in hostem,
Attonitos, solum dum cernit, inebriat Indos.
Tum salebras saliens quotiens se concutit axis, 35
Passim deciduo perfunditur orbita musto.
Bassaridas, Satyros, Panas, Faunósque docebat
Ludere Silenus iam numine plenus alumno,
Sed comptus tamen ille caput: nam vertice nudo
Amissos sertis studet excusare capillos. 40
Corniger inde noui fit Ganges pompa triumphi.
Cernuus impexam faciem stetit ore madenti, &
Arentes vitreis adiuuit fletibus vndas,
Coniectas in vincla manus post terga reuinxit
Pampinus, hic sensim captiuo humore refusus 45
Sponte refrondescit, per roscida brachia palmes.
Necnon & rapti coniunx ibi vincta mariti
It, croceas demissa genas, vetitáque recondi
Lampade cum solis radiis aurora rubebat.
Assuit hic etiam post perdita cinnama phœnix, 50
Formidans mortem sibi non superesse secundam.
Succedit captiua cohors, quæ fercula gazis
Fert onerata suis. ebur hic, hebenúsque, vel aurum,

Hippocrenis satas ungebat Pegasus alas. 5. Carm. 10.

Quem fodit pede Pegasus volanti

Cognato madidus iubam veneno. vide notas.

87 *Tecretus Echione nempe abnegat esse Deum*] id est, Pentheus Echionis filius. 5. Ouid. 3. Metamor.

Spernit Echionides tamen hunc, &c. Higin cap. 184. & Iul. Firm. de errore propha. relig.

89 *Despexit Agaue te colere*] Penthei mater hoc Carm.

Ipsa autem nato occiso Pentheia mater.

90 *Et nosmet Niobe riget inde superbum*] quæ superbius in Apollinem locuta est, quòd crinitus esset, & vestem deorsum gestaret, idcircò septem filios iratus Apollo confodit, totidemque filias Diana. & Niobe præ dolore in lapidem obduruit. Ouid. 6 Higin. c. 9. Apollod. 3.

95 *Amplius vt furiat nunquam vesana futura est*] illi enim Bacchus insaniam immisit, ita vt Pentheum laniauerit membratim.

97 *Cum patris extincti thalamis potietur adulter*] id est Oedipus, qui Laio patre occiso, Iocastam matrem accepit vxorem, vnde Thebis sterilitas frugum incidit. Higin. c. 67. Seneca. Oedipo. Actu. 2.

103 *Exis curuata Durani muscose saburra*] Duranius fluuius ingens qui ad oppidum Burgum Garumnæ committitur Auson. Mosella.

Concedes gelido Durani de monte volutus.

vulgò *Dordonia*, vide Aimoinum. lib. 1. cap. 5. hist. sub finem.

108 *Ipse Garumna suos in dorsa recolligit æstus*] 5. hoc Car. Claudia. in Ruffin. 2.

Quosque regat retrò pernicior vnda Garumna
Oceani pleno quoties impellitur æstu.

113 *Propriasque facit sibi littora ripas*] Ouid. Metamor. 1.

pro ripis littora pulsant.

216 *Plus celsos habiturus heros*] simili loquendi formula Fortunatus de Gregor. Turon.

Alpibus Aruernis veniens mons altior ipsis. Pet. Pictau.
Alpibus Ambrosius celsior Italicis.

Et niueæ piceo rapta de pectore baccæ
55 *Gestantur. quicunque nihil sustentat odoris*
Mittitur innexus. Videas hic ipsa placere
Supplicia, & virides violis halare cathenas,
Vltima nigrantes incedunt præda elephanti,
Informis cui forma gregi. riget hispida dorso
60 *Vix ferrum passura cutis. quippe improba cratem*
Natiuam nec tela forant, contracta vicissim
Tensáque terga feris crepitant, vsque cauendi
Pellunt excussis impactum missile rugis.
Iámque iter ad Thebas per magnum victor agebat
65 *Aëra, & ad summas erexerat orgia nubes:*
Cum videt Aonia venientem Delion arce.
Gryphas & ipse tenet vultus iis laurea curuos,
Fronde lupata ligant, hederis quoque circumplexis
Pendula lora virent, sensim fera subuolat ales
70 *Aërias terræque vias, ne forte citato*
Alarum strepitu lignosas frangat habenas.
Æternum nitet ipse genas. creuêre corymbis
Tempora, & auratum verrit coma concolor axem,
Læua parte tenet vasta dulcedine raucam
75 *Celato Pythone lyram, pars dextra sagittas*
Continet, atque alio resonantes murmure neruos.
Ibant Pimpliades pariter, mediúmque noueno
Circunsistentes vmbrabant syrmate currum.
Pendet per teretes tripodas Epidaurius anguis
80 *Diffusus sanctum per colla salubria virus.*
Hippocrinisatas iungebat Pegasus alas.
Portans doctiloquo facundum cruce Creontem.

Gallorum autem lingua alti montes, alpes vocantur. Ion. Philar. 3. Georg.

116 *Vernamque senatum*] s. Carm. 15. & Fortunat. lib. 4. poemat. in Leontij Burdegalẽsis Epitaphio.

Nobilitas altum ducens ab origine nomen
Quale genus Roma forte senatus habet.

118 *Cum latius patria dominabitur*] i. cùm præfectus prætoria Galliarum gubernabit s. Car. 15.

Et quibus ingesta sub tempore præfectura,
Conspicuus sanctas se reddit præsule leges.

122 *Non aries,* &c.] de his bellicis instrumentis. Vitruuium vide. lib. 10. cap. 15. 16. sequentibus Vegetium. lib. 4. de re milit. & veterem innominatum scriptorem, de rebus bellicis.

127 *Diceris sic*] quod scilicet ad confluentia Garumnæ & Duranij sita es, Burgus diceris: clusuræ & castella ad ripas fluminum collocata Burgi vocanbantur, Orosius. libr. 7. cap. 32. *crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgò vocant.* Orosius. lib. 7. cap. 32. & ex eo Isidorus. lib. 9. cap. 2. & 4. Origin. Veget. lib. 4. cap. 10. *castellum paruulum quem Burgum vocant*] l. 2. Cod. de præf. præt. Afri. à quibus *burgarij*. l. vn. C. TH. de Burgariis, Isidor. lib. 9. cap. 4.

133 *Et sæpe iocoso ludit naufragio*] Simili ioco s. ep. 2. lib. 2. vbi de Auiracino circensi, *ad quam se iocundis ludentum naufragia collidunt.*

135 *Missas in balnea classes*] Scaliger Auso. lect. lib. 2. c. 9. Hebromagum tradidit esse Burgum de quo Ausonius Paulino. epist. 21. ego Bissonum castrum interpretari ausim de quo Fortun. lib. 1. poem. *quod vetustate collapsum Leontius reparauit, atque etiam eius balnea.*

Reddidit interea prisco noua balnea cultu.

137 *Cedat puniceo*] de his marmorum generibus. s. epistol. 2. lib. 2. & Carm. 11. vide notas. & s. Carm. 5. vide Plin. lib. 36. cap. 7 8. Plin. Secundum. epist. 6. lib. 5. Eucherium. lib. 3. Regum. cap. 6. Notit. Insular. & Isid. lib. 6. cap. 11.

Vt sese iunxere chori, consurgit vterque
Fratris in amplexus: sed paulò segnior Euan
Dum pudet instabiles si surgat prodere plantas. 85
Tum Phœbus, Quo pergis? ait, num forte nocentes
Bacche petis Thebas? te cretus Echione nempe
Abnegat esse deum linque ijs, rogo, mœnia, linque.
Et mecum magè flecte rotas. despexit Agaue 90
Te colere, & nosmet Niobe. riget inde superbum
Vulnera tot patiens, quot spectat pignora ventris,
Optantémque mori grauius clementia fixit.
Parcere sæpe malum est, sensúmque inferre dolori.
Ipsa autem nato occiso Pentheïa mater
Amplius vt furiat, nunquid vesana futura est? 95
Ergo nec Aonios colles habitare valemus,
Cum patris extincti thalamis potiatur adulter,
Frater natorum, coniunx genitricis habendus
Vitricus ipse suus. Cordi est si iungere gressum, 100
Dicam qua pariter sedem tellure locemus.
Est locus, irrigua qua rupe Garumna rotate,
Et tu qui simili festinus in æquora lapsu

141 *Conditor*] id est, constructor, š. ep. 1. lib. 2. ep. 19. lib. 4. in Car. vide notas. j. hoc Carm.

143 *Hic nomina signat auctorum*] Plin. lib. 5. epist. 6. & epistol. 31. libr. 6. sub finem.

157 *Et totum solem lunata per atria seruat*] id est, Orientem, Meridionalem, & Occidentem, atque ita totum solé recipit, Septétrionalis enim plaga auersa est à solis cursu. š. notatum. ep. 2. lib. 2.

158 *Sacra tridentiferi Iouis armenta*] id est, equos Neptuni numini sacros, Iupiter tridentifer, id est, Neptunus, vt š. Iupiter. inferus Pluto.

158 *Profundo Pharnacis emergit genitor*] id est, Mitridates Pharnacis pater, vide Appian. in Mithridatico, & Strabon. libr. 12.

162 *Et occisis viuit pictura quadrigis*] vide š. epist. 13. lib. 9. in Carm. sexiuges autem equos regebat Mithridates auctor. de vir. inlust. cap. 76.

163 *Ponticus hic rector*] id est, rex Ponti Mithridates Iuuen. Sat. 10.

Festino ad nostros, & regem transeo Ponti.

163 *Numerosis Cyzicon armis claudit*] i. obsidet, M. Tull. pro Lege Manilia. *vrbemque Asiaclarissimam nobisque amicissimam, Cyzicenorum obsessam ab ipso rege magna multitudine, & oppugnatam vehementissimè*, &c. vide. š. Car. 2. sub finem.

164 *At hinc fotus consul Lucullus opem fert*] i. Cyzicenis, P. R. amicissimis, vt ait Cicero, & Frontin. de Constantia Cyzicenorum. l. 4. c. 5. Stratag. *at illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captiuos, seruare Romanis fidem perseuerauerunt.*

164 *Consul Lucullus opem fert*] š. Carm. 5. in fine.

Nec Lucullanis sic hæc freta cincta carinis
Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.

165 *Compulsusque famis discrimina summa subire*] š. Carm. 5.

Qui cogente fame cognata cadauera mandens
Vixit morte sui, vide notas & adde quod ait Florus. lib. 3. cap. 5. *Mox clades conuersa, quum ex mora obsidentem regem & ex fame pestilentia vrgeret*, &c.

166 *Enatat hic pelagus Romani miles ardor*] Florus. *sed fiduciam resistendi oppidanis nuntius fecit.* Plutar. in Lucullo.

167 *Desuper in longum porrectis horrea tectis*] de his sublimibus horreis & sublimatis abundè dictum. š. ep. 6. lib. 1.

170 *Amplis angustane fructibus ædes*] š. epist. 12. lib. 6. *vidimus angustas tuis frugibus vias.* š. Carm. 10.

Exis curuata Durani muscose saburra,
105 *Iam pigrescentes sensim confunditis amnes.*
30 *Currit in aduersum hic pontus, multóque recursu*
Flumina quas voluit, & spernit & expedit vndas.
At cùm summotus lunaribus incrementis
Ipse Garumna suos in dorsa recolligit æstus,
Præcipiti fluctu raptim redit, atque videtur
110 *In fontem iam non refluus, sed defluus ire.*
Tum recipit laticem, quamuis minor ille, minore
Stagnanti de fratre suum, turgescit & ipse
Oceano, propriásque facit sibi littora ripas.
Hos inter fluuios vni magè proximus vndæ est
Æthera mons rumpens, alta spectabilis arce,
Plus celsos habiturus heros, vernámque senatum:
Quem generis princeps Paulinus Pontius olim,
Cùm Latius patriæ dominabitur, ambiet altis
120 *Mœnibus, & celsæ transmittent aëra turres.*
Quarum culminibus sedeant commune micantes
Pompa vel auxilium. non illos machina muros,
Non aries, non alta strues, vel proximus agger,

172 *Quantum vel Calaber*] s̄ Carm. 7. de Aruerniæ vbertate.

Apulus, & Calaber cessit.

173 *Quarta Leontino turgescit messis aceruo*] vide s̄. epist. 13. lib. 4. & Cicer. lib. 3. in Verrem. Fortunatian: 3. Rhetor. *Leontina autem est Ciuitas Siciliæ vbi ferax pollet ager.* Hermogenes.

174 *Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco*] s̄. Carm. 7.

Arida Mygdonias damnarunt Gargara falces. vide Macrobium. libr. 5. cap. 20.

176 *Attica Triptolemo, &c.*] s̄. Car. 9. & c. 12. l. 6.

179 *Porticus ad gelidos patet hinc æstuatriones*] s̄. ep. 2. l. 2. *excipiet te diuersorium, quia minimè æstuosum, maximè æstiuum, nam per hoc quòd in Aquilonem solum patescit, habet diem, non habet solem.* vide Plin. epist. 6. lib. 5. & s̄. notas.

180 *Thermis hiemalibus*] s̄. epist. 2. lib. 2. *à criptoporticu in hiemale triclinium venitur.* vide notas.

186 *Caua per diuortia*] *aquarum diuergia,* Siculo Flacco de condi. agror. & auctorib. limitum, propriè autem locutus est, diuortia enim sunt aquarum diuergia, aquarũ diuortia Cicero. epist. ad Cœlium. l. 2. *diuortia riparum* Amm. Marcell. lib. 15.

191 *Spargit lentatum per culmina tota vaporem*] hæc de vaporario intelligenda sunt de quo abundè. s̄. epist. 2. lib. 2.

192 *Continuata dehinc videas*] s̄. epist. 2. lib. 2. *hinc egressis frons triclinij matronalis offertur, cui continuatur vicinante textrino cella penaria, &c.*

193 *Æmula Palladiis*] *Æmula Baiano tolluntur culmina cono.* Carm. 18.

195 *Ac celsi quondam, &c.*] vt s̄. Carm. 7. de Auito.

Illustri iam tum donatur celsus honore.

196 *Illustris pro sorte viri*] inlustrium vxores inlustres sunt, fœminæ enim sunt maritalium honorum participes. s̄. ep. 16. lib. 5. vide notas.

197 *Vel Syrias vacuasse colus*] male Barbarus Sidonium reprehendit quod in Syrias corripuerit primam, lib. 4. c. 12. Castigat. Plinij, Syrius enim cum y Græco breuiatur.

199 *Pregnantis fusi*] Iuuenal. *vos tenui pregnantem stamine fusum.* Saty. 2. Verg. Cyri.

Non licuit grauidos penso deuoluere fusos.

199 *Mollitum nesse metallum*] id est, aurum in fila lentescens. D. Hieron. epistol. ad Lætam.

201 *Fert recutitorum Iudæorum*] à recisa cute præputij, verpi enim erant Iudæi, Martial. lib. 7. Epigr. 19.

Non quæ stridentes torquet catapulta molares,
Sed nec testudo,nec vinea,nec rota currens, 125
Jam positis scalis nunquam quassare valebunt.
Cernere iam videor,quæ sint tibi Burge futura.
Diceris sic.nanque domus de flumine surgunt,
Pendentésque sedent per propugnacula thermæ.
Hic cum vexatur piceus aquilonibus æstus, 130
Scrupeus asprata latrare crepidine pumex
Incipit,ac fractis saliens è cautibus altum
Excutitur torrens,ipsísque aspergine tectis
Impluit,ac tollit nautas,& sæpe iocoso
Ludit naufragio.nam tempestate peracta 135
Destituit refluens missas in balnea classes.
Ipsa autem quantis,quibus aut sunt fulta columnis?
Cedat puniceo pretiosus liuor in antro.
Synnados,& Numadum qui portat eburnea saxa
Collis,& herbosis quæ vernant marmora venis. 140
Candentem iam nolo Paron,iam nolo Caryston.
Vilior est rubro quæ pendet purpura saxo.
Et ne posteritas dubitet,quis conditor extet,
Fixus in introitu lapis est.hic nomina signat
Auctorum.sed propter aquam & vestigia pressa 145
Quæ rapit,& fuso detergit gurgite cœnum.
Sectilibus partes tabulis crustatus ad aurea
Tecta venit,fuluo nimis abscondenda metallo.

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Apollonius.lib.4.de excidio Hierosolimitano
Fecissetque satis voto recutita iuuentus.

203 *Depreciata suas*] s̄.ep.7.lib.1.idem.epist.10.lib.2.notas vide.

206 *Stat saxea sylua columnis*] s̄.epistol.10.lib.2.in Carm.
procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas. vide notas.

207 *Cænatio*] s̄.ep.13.lib.2. *hinc suffita cinnamomo ac thure cænatio.* vide notas.

208 *Fusilis Euripus*] id est, ductus aquarum interprete.M.Tullio,Vitruui.lib.7.cap.5. Frontin.de aquæduct.libr.2.de aqua Virgine.& Marcellin.lib.22. *Vetus inde fons euripi pregelidus.* vide.j̄.Carm.23.

210 *Vndosa inueniunt nantes cænacula pisces*] de his euripis quibus aquæ in altum eductæ,per arcuatos tubos suspendebantur,Manilius.lib.4.

Et varios fabricæ lacus,& flumina ficto
Et peregrinantes domibus suspendere riuos, Rutilius.
Quid loquar ærio pendentes fornice riuos?
Quà vix imbriferas tolleret Iris aquas.

210 *Cænacula*] editiora domorum ad quæ scalis ascendebatur.Festus.& Vetus Inter.Iuuenal. Vitruuius.lib.2.cap.8.Seneca.epist 80.Donatus Adelph.actu.3.scen.3. *veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt* ἀπὸ τῆς γάστρ' ἐπὶ τῆς γῆς *quod ipsa sit in terra,non vt cænacula superius.* l. si duo,vti possidetis, & alias in iure. Isidorus in Gloss.mss. *cenaculum,superiora.*

212 *Hibernum sigma locare*] hiemale triclinium.s̄.ep.2.lib.2.vide notas,de sigmare ead.ep.& Carm.17.

233 *Nysa valet Bromio*] vide.s̄.epistol.9.libr.2.Iul.Firm.de errore profan.religio.

233 *Naxus*] *vna ex Cycladibus insula,vino potens,vnde prius Dionysia dicta,vel quia hospita Libero patri,vel quia fertilitate vitium vincat cæteras.* Solinus.

233 *Cyrrha*] oppidum Phocidis Parnasso suppositum,sacrum Apollini. Plini. Pausanias.

Nam locuples fortuna domus non passa latere,
150 *Diuitias prodit, cùm sic sua culmina celat.*
Hac post assurgit, duplicémque superuenit ædem,
Porticus ipsa duplex, duplici non cognita plaustro:
Quarum vnam molli subductam vertice curuæ
Obuersis paulùm respectant cornibus alæ.
155 *Ipsa diem natum cernit sinuamine dextro*
Fronte videns medium, læuo visura cadentem.
Non perdit quicquam trino de cardine cœli,
Et totum solem lunata per atria seruat.
Sacra tridentiferi Iouis hîc armenta profundo
160 *Pharnacis immergit genitor. percussa securi*
Corpora cornipedum, certásque rubescere plagas
Sanguineo de rore putes stat vulneris horror
Verus, & occisis viuit pictura quadrigis.
Ponticus hîc rector numerosis Cyzicon armis
165 *Claudit. at hinc sociis consul Lucullus opem fert:*
Compulsúsque famis discrimina summa subire
Inuidet obsesso miles Mithridaticus hosti.
Enatat hîc pelagus Romani militis ardor,
Et chartam madido transportat corpore siccam.
170 *Desuper in longum porrectis horrea tectis*
Crescunt, atque amplis angustant fructibus ædes.
Huc veniet calidis quantum metit Aphrica terris,
Quantum vel Calaber, quantum colit Apulus acer,
Quanta Leontino turgescit messis aceruo,
175 *Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco,*
Quantum quæ tacitis Cererem venerata choreis,
Attica Triptolemo ciui condebas Eleusis,
Cùm populis hominum glandem linquentibus olim
Fulua fruge data iam sæcula fulua perirent.
180 *Porticus ad gelidos patet hinc æstiua triones,*
Hinc calor innocuus thermis hyemalibus exit,
Atque locum tempus mollit, quippe illa rigori
Pars est apta magis. nam quod fugit ora leonis,
Inde Lycaoniæ rabiem malè sustinet vrsæ.
185 *Arctus at in thermas longè venit altior amnis,*
Et cadit in montem, patulísque canalibus actus,
Circunfert clausum caua per diuertia flumen.
Occiduum ad solem post horrea surgit opaca,
Quæ Dominis hiberna domus. strepit hîc bona flamma

Appositas depasta trabes. sinuata camino 190
Ardentis perit unda globi, fractóque flagello
Spargit lentatum per culmina tota vaporem.
Continuata dehinc videas, quæ conditor ausus
Æmula Palladiis textrinæ ducere templis:
Hac celsi quondam coniunx veneranda LeontI 195
(Qua non ulla magis nurus unquam Pontia gaudet
Illustris pro sorte viri) celebrabitur æde
Vel Syrias vacuasse colus, vel serica fila
Per cannas torsisse leues, vel stamine fuluo 200
Prægnantis fusi mollitum nesse metallum.
Parietibus post hinc rutilat quæ machina iunctis,
Pert recutitorum primordia Iudæorum.
Perpetuum pictura micat: nec tempore longo
Depretiata suas turpant pigmenta figuras. 205
Flecteris ad læuam: te porticus accipit ampla
Directis curuata viis, ubi margine summo
Pendet, & arctatis stat saxea sylua columnis.
Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.
Fusilis euripus propter cadit unda supernè 210
Ante fores pendente lacu, venámque secuti
Undosa inueniunt nantes cœnacula pisces.
Cominus erigitur vel prima, vel extima turris.
Mos erit hic dominis hibernum sigma locare.
Huius conspicuo residens in culmine, sæpe 215
Dilectum nostris musis simul atque capellis
Aspiciam montem, lauri spaciabor in istis
Frondibus, hic trepidam credam mihi credere Daphnē:
Jam si fortè gradus geminam conuertis ad Arcton,
Ut venias in templa Dei, qui maximus ille est: 220
Deliciis redolent iunctis apotheca, penúsque,
Hic multus tu frater eris. Jam diuide sedem
Cessurus mihi fonte meo, quem monte fluentem
Umbrat multicauus spacioso circite fornix.
Non eget hic cultu, dedit huic natura decorem. 225
Nil fictum placuisse placet, non pompa per artem
Ulla, resultanti non comet malleus ictu
Saxa, nec exesum supplebunt marmora tophum.
Hic fons Castaliæ nobis vice sufficit undæ.
Cætera diues habe: colles tua iura tremiscant. 230
Captiuos hic solue tuos, & per iuga Burgi

Læta relaxatæ fiant vineta cathenæ.
Confirmat vocem iamiam propè sobrius istam
Silenus, pariterque chori cecinere fauentes.
235 *Nysa vale Bromio, Phœbo Parnasse biuertex.*
Non illum Naxus *, non istum Cyrrha requirat:*
Sed magè perpetuo Burgus placetura petatur.

Ecce quotiens tibi libuerit pateris capacioribus hilarare cōuiuium, misi quod inter scyphos & amystidas tuas legas. Subueneris verecundiæ meæ, si in sobrias aures ista non venerint, nec iniuria hoc, ac secus atque æquum est flagito: quandoquidem Baccho meo iudicium decemuirale passuro, tempestiuiùs quàm conuenit tribunal erigitur. Si quis autem carmen polixiùs eatenus duxerit esse culpandum, quod epigrammatis excesserit paucitatem, istum liquidò patet, neque balneas Etrusci, neque Herculem Surrentinum, neq̄ue Cumas Flauij Sabini, neque Tybur Vopisci. neque omnino quicquam de Papinij nostri siluulis lectitasse: quas omnes descriptiones vir ille præiudicatissimus, non distichorum aut tetrastichorum stringit angustiis, sed potiùs vt Lyricus Flaccus in artis poëticæ volumine præcipit, multis iisdémque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias decenter extendit. Hæc me ad defensionis exemplum posuisse sufficiat, ne hæc ipsa longitudinis deprecatio longa videatur. Vale.

Pateris capacioribus] s̄.ep.13.l.2. *spumarent falerno gemmæ capaces.*
Hilarare conuiuium] s̄.ep.13.l.9. *Quinimo quoties epulo mensæ lautioris hilarabere.*
Misi quod inter scyphos & amystidas tuas legas] inter pocula, & compotationes, quibus se Thraces inuitabant Horat.lib.1. Ode.36. vide interpretes. de his compotationibus abundè. s̄.ep.7. lib.5.
Si in sobrias aures ista non venerint] s̄.ep.13.lib.9.in Car. *Tu verò tunc oportunius subiecta laudabis, cum totum te socio indulseris.* vide notas.
Vir ille præiudicatissimus] i. præiudicatæ auctoritatis vir, Sextus Auienus in ora maritima de Sallustio.

Sallustium
Noram id dedisse, dicta & eius omnibus
Præiudicatæ auctoritatis ducier.

D. Hieronymus. ep. 1. ad Galatas. *Neque verò more Pythagorico quicquid responderam rectum putabat, nec sine ratione præiudicata apud eam valebat auctoritas.*
Multis iisdemque purpureis] Horat.init.de arte.

Inceptis grauibus plerumque & magna professis
Purpureus latè qui splendeat vnus & alter
Assuitur pannus.

AD SORORIVM SVVM Hecdicium.

CARMEN XX.

NAtalis noster nonas instare Nouembreis
Admonet, occurras non rogo, sed iubeo.
Sit tecum coniunx, duo nunc properate, sed illud
Post annum optamus tertius vt venias.

1 *Ad sororium suum Hecdicium*] hoc lemma in omnibus mss. legitur, exemplatorum esse indubium est, veteres quippe ignorasse id nomen auctor est Isidorus.lib.9.c.vlt.& ex eo Alexander PP. 11.cap.quod autem.35.quæst. 5. ita vt vir sororis, frater, gener, & cognatus diceretur, s̄.notatum Car.5.quibus adde quod olim sororij, viri sororum vocabantur. auctor de viris illustrib.c.62. *sororis suæ virum laudare noluit*, Spartianus in Adriano. *à Seruiano sororis viro*. Orosius lib.7. cap.28. *sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primùm vicit*. Grego. Turo.lib.1.de miracul.c.71. *vir sororis meæ inualescente febre*, & c.idem. de miracul. S. Martini lib. 2.c. 2. *Iustinus vir sororis meæ in valetudinem irruit*. Isidor.lib.9.c.vlt. *sororis vir speciale nomen non habet*. Vita Sidonij ms.in fine.ms.Put. V.C. vt coniecto à Ioan. Salisberiensi perscripta, Sororij nomen non respuit. *Tunc Theodoricus rex Vuisigothorum arripuit Aruernam vrbem, cuius erat dux Hecdicius, filius Auiti, sororius Sidonij*, sic disertim ms. ille liber, Regiæ Biblioth. *soceri* legit, malè. Sororij etiam nomen inuenio apud Ottonem Frisingensem.in inscript.cap.2.lib.4.histor.de fine *Licinij sororij Constantini*.

2 *Natalis noster Nonas instare Nouembreis*] sic mss.omnes.& vett.dies natalis Sidonij Kal.Nouemb.vita Sidonij cap.1.natalitios autem dies prisca religio celebrabat, s̄. Car.17. Festus lib.14. *priuatæ feriæ vocantur sacrorum propriorum veluti dies natales*, &c. vide Gellium l. 19.c.9. passim apud veteres.

3 *Sit tecum coniunx*] de Hecdicij coniuge, & liberis.ep.16.lib.5.

4 *Tertius vt venias*] hoc loco Baptista Pius nugatur in re manifesta, *tertius vt venias*, id est, auctus filio, atque ita post annũ tu Hecdici cum coniuge & filio venias natalem meum celebraturus. s̄.ep.10.lib.5. *tertius optat adhiberi*.

DE PISCIBVS NOCTE CAPTIS.

CARMEN XXI.

QVatuor hæc primùm pisces nox insuit hamis,
Inde duos tenui, tu quoque sume duos.
Quos misi sunt maiores, rectissimus ordo est,
Nanque animæ nostræ portio maior eras.

1 *Quatuor hæc primùm pisces*] de hac Auitaci lacus piscatione, s̄. epistol. 2. libri 2. vt *vt flataria remis subernis corticibus ex-*

tendat, aut signis per certa interualla dispositis.

4 *Namque animæ nostra portio maior eras*] amicorum blandientium formulæ, Paulinus ad Seuerum epistol. 12. *tu inquam pars nostri maior & melior.* Rutil. Itinerar. 1.

Pronecta est animæ portio magna meæ.

D. Ambros. epistol. 65. *Et ideo nunc quasi animæ portionem conuenio meæ.* Symmach. epistol. 66. lib. 3. *quanta sit in Domino meo Flauiano pectoris mei portio.* Constantius in vita S. Germani. lib. 2. cap. 6. *vale animæ meæ portio.* pars etiam animæ Horatio Ode 17. libri secundi. Deuteronomij. cap. 13. *aut amicus, qui animæ tuæ pars est.* Rutilius.

Victorinus enim nostra pars maxima mentis.

SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIVS PONTIO Leontio S.

DVm apud Narbonem quondam Martium dictum, sed nuper factum, moras necto, subiit animum quospiam secundùm amorem tuum hexametros concinnare, vel condere, quibus lectis oppidò scires, etsi vtrique nostrum disparatis æquo plusculum locis lar familiaris incolitur, non idcirco tam nobis animum dissidere quàm patriam. Habes ergo hic Dionysium inter triumphi Indici oblectamenta marcentem: Habes & Phœbum quem tibi iure poëtico inquilinum factum constat ex numine, illum scilicet Phœbum Antedij mei perfamiliarem, cuius collegio vir præfectus, non modò musicos quosque, verùm etiam geometras, arithmeticos, & astrologos disserendi arte superuenit: Si quidem nullum hoc exactius compertum habere censuerim, quid sidera zodiaci obliqua, quid planetarum vaga, quid exotica sparsa præualeant. Nam ita his (vt sic dixerim) membris philosophiæ claret, vt videatur mihi Iulium Firmicum, Sammonicum, Saturninum, in libris matheseos peritissimos conditores absque interprete, ingenio tantùm suffragante, didicisse. Nos vestigia doctrinæ ipsius adorantes coram canoro cycno rauum anserem profitemur. Quid te amplius moror? Burgum tuam, quo iure amicum decuit, meam feci, probè sciens, vel materiam tibi esse placituram, etiam si ex solido poema displiceat.

Apud Narbonem] *præpositiones ciuitatibus denegantur, gentibus seruiunt.* Charisius.

idem de præpositione. *Romanus disertissimus scriptor, refert, præpositiones gentibus seu nationibus adduntur, ciuitatibus adimuntur & detrahuntur, licet contra nonnullos veteres dixisse reperiamus. vt apud eundem Romanum inuenies.* Priscianus lib. 15. *inueniuntur tamen & cum præpositionibus nomina ciuitatum sæpe prolata, & maximè apud historicos. Salust. 1. hist. apud Lete oppidum, idem. apud Ilerdam, apud Preneste, apud Mutinam.*

Narbonem quondam Martium dictum] Plinius lib. 3. c. 4. *Narbo Martius Decumanorum colonia* Ciceroni pro Fonteio, Velleio Patereulo lib. 42. Pomponio Melæ lib. 2. cap. 5. Ausonio in Narbone, & in Arelate, Narbo Martius. Ratio nominis redditur à Volaterrano, Hotomano & Vineto, quòd C. Cæsar colonos ex Martia legione milites deduxerit, sed id sine auctore: quæ sententia comprobatur auctoritate Sidonij qui Violacensem pagum Martialem dictum tradit, quòd ibi Iulianæ legiones hibernarint. epist. 14. lib. 2. milites autem deductos fuisse, satis constat ex Pomponio Mela. *sed antistat omnes Atacinorum Decumanorumque colonia, vnde olim his terris auxilium fuit, nunc & nomen, & decus est Martius Narbo.* Verùm quia Martiam legionem ab Augusto primitus institutam & in Germania superiore constitutam fuisse, ex Dione & veterum inscriptionibus docet Onufrius par antiquis, licet nouus antiquitatis scriptor. ab eorum sententia recedo, Martiumque Narbonem dictum existimo, quòd *Marco Porcio Catone, & Quinto Martio Coss. Narbona in Gallia colonia deducta sit*, vt ait Eutropius l. 4. à Martio Consule Martius dictus.

Sed nuper factum] scilicet cum Theudo Gothorum rex Narbonem obsedit, & post longam obsidionem re infecta discedere coactus fuit, s̄. Carm. 7.

Narbonem tabe solutum

Ambieras. &c. vide notas. & j̄. Carm. 13.

Moras necto] s̄. epist. 13. lib. 9. *dum rex conuiuij circà ordinandum moras nectit oxigarum.* vide notas, & adde quod ait D. Ambr. ep. 65. *prætenta humanitatis specie moras innectendo.* Collatio Carthag. III. cap. 43. *quasi moras quasdam per nos innecti causantur,* c. 75. *morasque innectere actioni.* 80. *tu ad actionem moras innectis.* 88. *tu moras inpectis.* 89. *at nunc eosdem moras innectere.* Corippus. lib. 3.

Innectuntque moras, Greg. Tur. lib. 7. cap. 9.

moras innectere cepit.

idem. de glor Confess. c. 66. & de vita patrum, in S. Nicetio.

Oppido] id est, statim, Sosipater lib. 2. *oppidò pro verò, aut statim. Plautus Bacchidibus. reddidi aurum omne oppidò.*

Disparatis æquo plusculum locis] ex his verbis & epist. 9. lib. 8. Burdegalensem Sidonium non fuisse satis liquet. vide notas. s̄. & vitæ caput vlt.

Lar familiaris incolitur] non Burdegalæ larem fouisse Sidonium, in eius vita recensui, c. vlt. simili locutione s̄. epist. 8. lib. 1. in fine. *tu vide qualis sit ciuitas vbi tibi lar familiaris incolitur.*

Dionysium, &c.] Fulgentium vide libro 2. Mytholog. cap. de Dionysio. j̄. Carm. 22.

Inquilinum] *Et Martem validus per inquilinum.* s̄. epist. 9. lib. 8. in Carm.

Antedij mei] s̄. Carm. 9. in fine.

Nostrum aut quos retinet solum disertos

Dulcem Antedium. vide. s̄. Carm. 6. in fine.

Vir præfectus] id est, Polemius prætorio Galliarum præfectus, de quo s̄d. epist. ad leminm. & Carm. 15. de euius eruditione etiam. s̄. ep.

Superuenit] id est, superat, s̄. epist. 14. lib. 7. *hæc peritarum se meritis superueniri facilè concedunt*, vide notas, & adde quod ait Ausonius in Burdigala *patrias sed Roma superuenit omnes.*

Quid exotica sparsa] ita mss. omnes, emendo exotici, id est, exoticæ sphæræ. exoticum,

ticum, est peregrinum, Plauto Epidi. & Mostellar. Apuleius.libro 1. Asini. *Exoticus sermo*, in Apolog. *exoticus puluis*, *exoticæ munditiæ*, Tertull. de pallio, *exoticum vinum*, Gellio.libr.13.cap.5.*exotica secta*, Prudentio in Psicomachia. sub finem, *exotici excursus*, Ennodio.in fine Panegyr.*exotica vestis*, Isidoro.lib. 19. cap 22 *exotici* pro peregrinis Cassiodoro.lib.9. epistol. 23. signa autem exotici sparsa sunt, id est, vt dixi spheræ exoticæ, quæ sphæra barbarica dicitur Iul.Firmico.libr.4.cap. 10.& cap.19.libr.7.cap.vltim.in fine. in præfat. libro octauo, & cap.18.cap.31. eiusdem. lib.

Membris philosophiæ] š.epistol.ad Polemium. *Consequentia membra philosophiæ.* vide notas, hoc loco præfata venia, Cassiodor.de Rhetoricæ partibus, *partes autem atque (vt sic dixerim) membra Rhetoricæ sunt quinque.*

Iul.Firmicum, Sammonicum, Saturninum] de his Matheseos conditoribus. š. epistol.11.lib.8. & epistol.ad Polemium. ms. optimæ notæ hos non agnoscit, sed *Julianum Vertacum*, *Follonium Saturninum*. de quibus. š.

Absque interprete ingenio tantum suffragante didicisse] idem in Augustino laudat sermo qui. D. Ambrosij nomine circumfertur. *ad quid illud acre ingenium? illa dialectica, cæteraque artes sine præceptore adepta.*

Nos vestigia doctrinæ ipsius adorantes] Stat.xii.Theb.

Sed longè sequere, & vestigia semper adora, Anti. Cl.lib.9.

Sed potius veterum vestigia semper adorans.

Lactant.de Phœnice *sed regis iter fragrantis adorant.*

Coram canoro Cygno raucum anserem profitemur] adagio cessit, vide. š. epistol. 2.libr.9. & adde auctorem libelli qui Valerij nomine circumfertur, ad Ruffinum. *re probata est fatua vox anseris, inter olorestrum delectare doctos.*

Burgum tuum] *Lugdunumque tuum*, š. Carm.5.

j̄.Carm.18.*Si quisquam Abitacum dignaris visere nostram.*

ità Vergilio.libro octauo.

Præneste sub ipsa

Catullo, *Sirmio venusta*, *regia Pleuron*, Silio. j̄. in fine huius Carm.

Burgus placitura.

BVRGVS PONTII LEONTII.

CARMEN XXII.

Bistonij stabulum regis, Busiridis aras,
Antiphatæ mensas, & Taurica regna Thoätis,
Atque Ithaci genio fraudatum luce Cyclopem
Portantem frontis campo, per concaua montis
Par prope transfossi tenebrosum luminis antrum 5
Hospes adi, siquis Burgum taciturus adisti.
Et licet in carmen non passim laxet habenas
Phœbus, & hic totus non pandat carbasa fandi,

1 *Bistonij stabulum regis*] id est, Diomedis Thraciæ regis, qui contrà intra hospitij, hospitum cruore & carnibus equos suos saginabat, Lucretius l.1.
Vidit Bistonij stabula pendere tyranni.
vide Apollodor.lib. 2.& Albricum. de Deor. imagin.

Busiridis aras] *Aut illaudati nescit Busiridis aras.*
de Diomedis equis, & ara Busiridis coninnctim Stati.lib.12.
Luctibus immitis satius Busiridis aras,
Odrisiusque famem stabuli.
is Busiris Aegypti rex hospites immolabat, quem posteà mactanit Hercules. Apollodo.lib.2.Higin.31.56.

2 *Antiphatæ mensas*] qui infami esca se satiabat, Rutil.itiner.
Hospite conductor durior Antiphate.
Antiphata, Statio, vt hîc, lib.1.Sylnar. *littusque cruenti*
Antiphatæ, Onid.14.Metam.

2 *Et Thuricaregna Thoantis*] Thoantis Tauricorum regis fuit institutum, vt hospites qui intrà fines regni sui deuenerant Dianæ immolarentur, vide s.& Higinum.c.120.& 122.

3 *Atque Ithaci ingenio, &c.*] qui ementito Vlissis nomine Cyclopi fatali, Vtim se esse professus, Polyphemum excæcanit, qui etiam carnem humanam & hospitalem epulabatur. vt ait. Higin.ex Homero.c.125.

4 *Portantem frontis campo*] sic mss. omnes rectè, id est, latè patente frontis planitie.

5 *Par propè transfossi tenebrosum luminis antrum*] id est, effosi oculi cauernam, vt idem de Hunnis.s.Car.2.

9 *Quisque*] pro quicunque Priscianus.lib.17.s.epist.1.lib.in Carm.& epist.14.lib.7. & als passim.

11 *Nam tua te tacitum liuere silentia clamant*] ità mss.& vett.vide.s.epist.9.& 14.lib.9. sub finem. ibid.notas.

18 *Cum fortè Garumna, &c.*] vide s.epist.12.lib.8.& Carm.9.sub finem.j.etiam hoc Carm.

22 *Euan.*]i. Bacchus.s.notatum.Carm.j.hoc Carm.de Bacchi autem insignibus & eorum significatione Phornutus de natura Deorum. Fulgentius.lib.2.Mitholog. & Albricus de Deorumimaginibus.

26 *Sudati de rore meri*] sic rectè mss.vett.& vulgati, non est tamẽ quod Stennæchins Pacuuinm in Periboea, *Postquàm est oneratus frugum & floris liberi.* emendet roris Liberi, flos Liberi Ennio Alcestide, vinum est: *hac anus admodum frigutit, nimirum san-*

Quisque tamen tantos non laudans ore penates
10 *Inspicis, inspiceris: resonat sine voce voluntas.*
Nam tua te tacitum liuere silentia clamant.
Ergo age, Pierias Erato mihi percute chordas.
Responsent Satyri, digitúmque pedémque mouentes,
Ludant, & tremulo non rumpant cantica saltu.
15 *Quicquid fortè Dryas, vel quicquid Hamadrias vnquàm*
Connexis sibimet festum plausêre Napæis,
Dependant modo Burge tibi, vel N*aidas istic*
Nereidum chorus alme doce, cùm fortè Garumna
Huc redeunte venis, pontúmque in flumine sulcas.
20 *Pande igitur causas Erato, laribúsque sit ede*
Quis genius. tantum non est sine præsule culmen.
Forte sagittiferas Euan populatus Erythras,
Vite capistratas cogebat ad esseda tigres:
Intrabat duplicem qua temo racemifer arcum.
25 *Marcidus ipse sedet, curru madet ardua ceruix*
Sudati de rore meri. caput aurea rumpunt
Cornua, & indigenam iaculantur fulminis ignem.

ciauit se flore Liberi. Liuius *florem anhelabant Liberi ex carchesiis,* Plautus Casina,

quid est nisi hac meraclo

Se vspiam percussit flore Liberi.

idem in Curcul. *flos veteris vini obiectus est meis naribus.* hæc in transcursu dicta sint, vt nihil Pacuuio deteratur.

27 *Sumpseras hoc primum nascens*] s̄. Carm. 10. & Carm. 15. vide notas.

33 *Dulce natant oculi*] Vergil. 4. Georg. *conditque natantia lumina somnus.* Stat. 2. Theb.

ille oculos etiamnum in luce natantes

Sistit, Nonius. *natare*, *trepidare.* s̄. Car. 19.

38 *Silenus iam numine plenus alumno*] id est, multo vino oneratus, vi vini saucius, Silenus enim erat alumnus & nutricius Bacchi, senex caluus. Mart. Felix. & Iulianus August.

41 *Corniger Ganges*] cornuti pinguntur fluuij. s̄. Carm. 2.
41 *Pompa triumphi*] *Auctoremque suum cælaret pompa triumphi.* s̄. Carm. 2.
50 *Phœnix*] *est locus Oceani longinquis proximus Indis.* Carm. 2.
53 *Ebur*] s̄. Carm. 5. *fert Indus ebur.* vide notas.

Et niuea piceo rapta de pectore bacca] s̄. Carm. 14.

Albus quem piceo lapillus Indi.

57 *Violis halare cathenas*] *Halant rura rosis.* s̄. Car. 2.
58 *Vltima nigrantes incedunt præda elephanti*] s̄. Carm. 2.

Grex niger albentes tegeret cum mole iugales.

60 *Quippe improba cratem natiuam nec tela forant*] præter cæteros. D. Ambro. Hexam. lib. 6. cap. 5. & Cassiod. l. 10. ep. 30.
64 *Iamque iter ad Thebas*] s̄. Carm. 9. *Thebis Echion.* ī. hoc Carm.

Bacche petis Thebas. vide s̄.

67 *Curuos fronde Lupata ligant*] s̄. Carm. 2.

Nunc ades ò Paean lauro qui Gryphas obuncos
Docta lupata ligant, vide s̄. ep. 9. lib. 8. in Carm.

78 *Vmbrabant syrmate currum*] s̄. lib. 8. ep. 11. in Carm. de Thalia.

Et rugas tibi syrmatis profundi,
Succingant hedera expeditiores.

77 *Pimpliades*] *Huc & Pimpliadas induxerat optimus Orpheus.* Carm. 10.
80 *Diffusus sanctum, &c.*] hæc malè dispuncta leguntur in omnibus vulgatis, dispunge hoc modo.

Diffusus sanctum per colla salubria virus,

Et niueæ piceo raptæ de pectore baccæ
55 *Gestantur. quicunque nihil sustentat odoris*
Mittitur innexus. Videas hic ipsa placere
Supplicia, & virides violis halare cathenas,
Vltima nigrantes incedunt præda elephanti,
Informis cui forma gregi. riget hispida dorso
60 *Vix ferrum passura cutis. quippe improba cratem*
Natiuam nec tela ferant, contracta vicissim
Tensáque terga feris crepitant, vsúque cauendi
Pellunt excussis impactum missile rugis.
Iámque iter ad Thebas per magnum victor agebat
65 *Aëra, & ad summas erexerat orgia nubes:*
Cùm videt Aonia venientem Delion arce.
Gryphas & ipse tenet vultus iis laurea curuos,
Fronde lupata ligant, hederis quoque circumplexis
Pendula lora virent, sensim fera subuolat ales
70 *Aërias terraque vias, ne forte citato*
Alarum strepitu lignosas frangat habenas.
Æternum nitet ipse genas. creuêre corymbis
Tempora, & auratum verrit coma concolor axem,
Læua parte tenet vasta dulcedine raucam
75 *Celato Pythone lyram, pars dextra sagittas*
Continet, atque alio resonantes murmure neruos.
Ibant Pimpliades pariter, mediúmque noueno
Circunsistentes vmbrabant syrmate currum.
Pendet per teretes tripodas Epidaurius anguis
80 *Diffusus sanctum per colla salubria virus.*
Hippocrinusatas iungebat Pegasus alas.
Portans doctiloquo facundum cruce Creontem.

Gallorum autem lingua alti montes, alpes vocantur. Inn. Philar. 3. Georg.

116 *Vernamque senatum*] s̄. Carm. 15. & Fortunat. lib. 4. poemat. in Leuntij Burdegalēsis Epitaphio.

Nobilitas altum ducens ab origine nomen
Quale genus Romæ forte senatus habet.

118 *Cum latius patriæ dominabitur*] i. cùm præfectus prætoria Galliarum gubernabit s̄. Car. 15.

Et quibus ingesta sub tempore præfecturæ,
Conspicuus sanctas se reddit præsule leges.

122 *Non aries, &c.*] de his bellicis instrumentis. Vitruuium vide. lib. 10. cap. 15. 16. sequentibus Vegetium. lib. 4. de re milit. & veterem innominatum scriptorem, de rebus bellicis.

127 *Diceris sic*] quod scilicet ad confluentia Garumnæ & Duranij sita es, Burgus diceris: clusuræ & castella ad ripas fluminum collocata Burgi vocanbantur, Orosius. libr. 7. cap. 32. *crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgò vocant.* Orosius. lib. 7. cap. 32. & ex eo Isidorus. lib. 9. cap. 2. & 4. Origin. Veget. lib. 4. cap. 10. *castellum paruulum quem Burgum vocant*) l. 2. Cod. de præf. præt. Afri. à quibus *burgarij*. l. vn. C. TH. de Burgariis, Isidor. lib. 9. cap. 4.

133 *Et sæpe iocoso ludit naufragio*] Simili ioco s̄. ep. 2. lib. 2. vbi de Autracino circensi, *ad quam se iocunda ludentum naufragas colludunt.*

135 *Missas in balnea classes*] Scaliger Auso. lect. lib. 2. c. 9. Hebromagum tradit esse Burgum de quo Ausonius Paulino. epist. 22. ego Bissonum castrum interpretari ausim de quo Fortun. lib. 1. poem. *quod vetustate collapsum Leuntius reparauit, atque etiam eius balnea.*

Reddidit interea prisco noua balnea cultu.

137 *Cedat puniceo*] de his marmorum generibus. s̄. epistol. 2. lib. 2. & Carm. 11. vide notas. & s̄. Carm. 5. vide Plin. lib. 36. cap. 7 8. Plin. Secundum. epist. 6. lib. 5. Eucherium. lib. 3. Regum. cap. 6. Notit. Insular. & Isid. lib. 6. cap. 11.

Vt sese iunxere chori, consurgit uterque
Fratris in amplexus: sed paulò segnior Euan
Dum pudet instabiles si surgat prodere plantas. 85
Tum Phœbus, Quo pergis? ait, num fortè nocentes
Bacche petis Thebas? te cretus Echione nempe
Abnegat esse deum linque ijs, rogo, mœnia, linque.
Et mecum magè flecte rotas. despexit Agaue 90
Te colere, & nosmet Niobe. riget inde superbum
Vulnera tot patiens, quot spectat pignora ventris,
Optantémque mori grauius clementia fixit.
Parcere sæpe malum est, sensúmque inferre dolori.
Ipsa autem nato occiso Pentheïs mater
Amplius vt furiat, nunquid vesana futura est? 95
Ergo nec Aonios colles habitare valemus,
Cum patris extincti thalamis potiatur adulter,
Frater natorum, coniunx genitricis habendus
Vitricus ipse suus. Cordi est si iungere gressum, 100
Dicam qua pariter sedem tellure locemus.
Est locus, irrigua qua rupe Garumna rotate,
Et tu qui simili festinus in æquora lapsu

142 *Conditor*] id est, constructor, s̄. ep. 1. lib. 2. ep. 19. lib. 4. in Car. vide notas. j̄. hoc Carm.

143 *Hic nomina signat auctorum*] Plin. lib. 5. epist. 6. & epistol. 31. libr. 6. sub finem.

157 *Et totum solem lunata per atria seruat*] id est, Orientem, Meridionalem, & Occidentem, atque ita totum solé recipit, Septétrionalis enim plaga auersa est à solis cursu. s̄. notatum. ep. 2. lib. 2.

158 *Sacra tridentiferi Iouis armenta*] id est, equos Neptuni numini sacros, Iupiter tridentifer, id est, Neptunus, vt s̄. Iupiter. inferus Pluto.

158 *Profundo Pharnacis emergit genitor*] id est, Mitridates Pharnacis pater, vide Appian. in Mithrīdatico, & Strabon. libr. 12.

162 *Et occisis viuit pictura quadrigis*] vide s̄. epist. 13. lib. 9. in Carm. sexiuges autem equos regebat Mithridates auctor. de vir. inlust. cap. 76.

163 *Ponticus hic rector*] id est, rex Ponti Mithridates Iuuen. Sat. 10.

Festino ad nostros, & regem transeo Ponti.

163 *Numerosis Cyzicon armis claudit*] i. obsidet, M. Tull. pro Lege Manilia. *vrbemque Asiæ clarissimam nobisque amicissimam, Cyzicenorum obsessam ab ipso rege magna multitudine, & oppugnatam vehementissimè,* &c. vide. s̄. Car. 2. sub finem.

164 *At hinc fotus consul Lucullus opem fert*] i. Cyzicenis, P. R. amicissimis, vt ait Cicero, & Frontin. de Constantia Cyzicenorum. l. 4. c. 5. Stratag. *at illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captiuos, seruare Romanis fidem perseuerauerunt.*

164 *Consul Lucullus opem fert*] s̄. Carm. 5. in fine.

Nec Lucullanis sic hac freta cincta carinis
Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.

165 *Compulsusque famis discrimina summa subire*] s̄. Carm. 5.

Qui cogente fame cognata cadauera mandens
Vixit morte sua, vide notas & adde quod ait Florus. lib. 3. cap. 5. *Mox clade conuersa, quum ex mora obsidentem regem & ex fame pestilentia vrgeret,* &c.

166 *Enatat hic pelagus Romani militis ardor*] Florus. *sed fiduciam resistendi oppidanis nuntius fecit.* Plutar. in Lucullo.

167 *Desuper in longum porrectis horrea tectis*] de his sublimibus horreis & sublimatis abundè dictum. s̄. ep. 6. lib. 1.

170 *Ampla angustant fructibus ædes*] s̄. epist. 12. lib. 6. *vidimus angustas tuis frugibus vias.* s̄. Carm. 10.

Exis curuata Durani muscosæ saburra,
105 *Iam pigrescentes sensim confunditis amnes.*
30 *Currit in aduersum hic pontus, multóque recursu*
Flumina quas voluuit, & spernit & expedit vndas.
At cùm summotus lunaribus incrementis
Ipse Garumna suos in dorsa recolligit æstus,
Præcipiti fluctu raptim redit, atque videtur
110 *In fontem iam non refluus, sed defluus ire.*
Tum recipit laticem, quamuis minor ille, minore
Stagnanti de fratre suum, turgescit & ipse
Oceano, propriásque facit sibi littora ripas.
Hos inter fluuios vni magè proximus undæ est
Æthera mons rumpens, alta spectabilis arce,
Plus celsos habiturus heros, vernámque senatum:
Quem generis princeps Paulinus Pontius olim,
Cùm Latius patriæ dominabitur, ambiet altis
120 *Mœnibus, & celsæ transmittent aëra turres.*
Quarum culminibus sedeant commune micantes
Pompa vel auxilium. non illos machina muros,
Non aries, non alta strues, vel proximus agger,

172 *Quantum vel Calaber*] s. Carm. 7. de Aruerniæ vbertate.

Apulus, & Calaber cessit.

173 *Quarta Leontino turgescit messis aceruo*] vide s. epist. 13. lib. 4. & Cicer. lib. 3. in Verrem. Fortunatian: 3. Rhetor. *Leontina autem est Ciuitas Siciliæ vbi ferax pollet ager.* Hermogenes.

174 *Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco*] s. Carm. 7.

Arida Mygdonias damnarunt Gargara falces. vide Macrobium. libr. 5. cap. 20.

176 *Attica Triptolemo,* &c.] s. Car. 9. & e. 12. l. 6.

179 *Porticus ad gelidos patet hinc æstiua triones*] s. ep. 2. l. 2. *excipiet te diuersorium, quia minimè æstuosum, maximè æstiuum, nam per hoc quòd in Aquilonem solum patescit, habet diem, non habet solem.* vide Plin. epist. 6. lib. 5. & s. notas.

180 *Thermis hiemalibus*] s. epist. 2. lib. 2. *à criptoportico in hiemale triclinium venitur.* vide notas.

186 *Caua per diuortia*] *aquarum diuergia,* Siculo Flacco de condi. agror. & auctorib. limitum, propriè autem locutus est, diuortia enim sunt aquarum diuergia, aquarũ diuortia Cicero. epist. ad Cœlium. l. 2. *diuortia riparum* Amm. Marcell. lib. 15.

191 *Spargit lentatum per culmina tota vaporem*] hæc de vaporario intelligenda sunt de quo abundè. s. epist. 2. lib. 2.

192 *Continuata dehinc videas*] s. epist. 2. lib. 2. *hinc egressis frons triclinij matronalis offertur, cui continuatur vicinante textrino cella penaria,* &c.

193 *Æmula Palladis*] *Æmula Baiano tolluntur culmina cono.* Carm. 18.

195 *Ac celsi quondam,* &c.] vt s. Carm. 7. de Auito.

Illustri iam tum donatur celsus honore.

196 *Illustris pro sorte viri*] inlustrium vxores inlustres sunt, fœminæ enim sunt maritalium honorum participes. s. ep. 16. lib. 5. vide notas.

197 *Vel Syrias vacuasse colus*] male Barbarus Sidonium reprehendit quod in Syrias corripuerit primam, lib. 4. c. 12. Castigat. Plinij, Syrius enim cum y Græco breuiatur.

199 *Prægnantis fusi*] Iuuen al. *vos tenui prægnantem stamine fusum.* Saty. 2. Verg. Cyri.

Non licuit grauidos penso deuoluere fusos.

199 *Mollitum nesse metallum*] id est, aurum in fila lentescens. D. Hieron. epistol. ad. Lætam.

201 *Fert recutitorum Iudæorum*] à recisa cute præputij, verpi enim erant Iudæi, Martial. lib. 7. Epigr. 29.

Non quæ stridentes torquet catapulta molares,
Sed nec testudo, nec vinea, nec rota currens, 125
Iam positis scalis nunquam quassare valebunt.
Cernere iam videor, quæ sint tibi Burge futura.
Diceris sic. nanque domus de flumine surgunt,
Pendentésque sedent per propugnacula thermæ.
Hic cum vexatur piceis aquilonibus æstus, 130
Scrupeus asprata latrare crepidine pumex
Incipit, ac fractis saliens è cautibus altum
Excutitur torrens. ipsisque aspergine tectis
Impluit, ac tollit nautas, & sæpe iocoso
Ludit naufragio. nam tempestate peracta 135
Destituit refluens missas in balnea classes.
Ipsa autem quantis, quibus aut sunt fulta columnis?
Cedat puniceo pretiosus liuor in antro.
Synnados, & Numadum qui portat eburnea saxa
Collis, & herbosis quæ vernant marmora venis. 140
Candentem iam nolo Paron, iam nolo Caryston.
Vilior est rubro quæ pendet purpura saxo.
Et ne posteritas dubitet, quis conditor extet,
Fixus in introitu lapis est. hic nomina signat
Auctorum. sed propter aquam & vestigia pressa 145
Quæ rapit, & fuso detergit gurgite cœnum.
Sectilibus paries tabulis crustatus ad aurea
Tecta venit, fuluo nimis abscondenda metallo.

Nec recutitorum fugis inguina Iudaeorum. Apollonius. lib. 4. de excidio Hierosolimitano
Fecitjerque satis voto recutita iuuentus.
203 *Depreciata suas*] s. ep. 7. lib. 1. idem. epist. 10. lib. 2. notas vide.
206 *Stat saxea sylua columnis*] s. epistol. 10. lib. 2. in Carm.
procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas. vide notas.
207 *Cœnatio*] s. ep. 13. lib. 2. *hinc suffita cinnamomo ac thure cœnatio.* vide notas.
208 *Fusilis Euripus*] id est, ductus aquarum interprete. M. Tullio, Vitruui. lib. 7. cap. 5. Frontin. de aquæduct. libr. 2. de aqua Virgine. & Marcellin. lib. 22. *Vetus inde fons euripus pregelidus.* vide. s. Carm. 23.
210 *Vndosa inueniunt nantes cœnacula pisces*] de his euripis quibus aquæ in altum eductæ, per arcuatos tubos suspendebantur, Manilius. lib. 4.

Et varios fabrica lacus, & flumina ficto
Et peregrinantes domibus suspendere riuos, Rutilius.
Quid loquar ærio pendentes fornice riuos?
Quà vix imbriferas tolleret Iris aquas.

210 *Cœnacula*] editiora domorum ad quæ scalis ascendebatur. Festus. & Vetus Intet. Iuuenal. Vitruuius. lib. 2. cap. 8. Seneca. epist 80. Donatus Adelph. actu. 3. scen. 3. *veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt* ἀπὸ τῆς γᾶς τουτ' ἔστι τῆς γῆς *quod ipsa sit in terra, non vt cœnacula superius.* l. si duo, vti possidetis, & alias in iure. Isidorus in Gloss. mss. *cenaculum, superiora.*
212 *Hibernum sigma locare*] hiemale triclinium. s. ep. 2. lib. 2. vide notas, de sigmate ead. ep. & Carm. 17.
233 *Nysa valet Bromio*] vide. s. epistol. 9. libr. 2. Iul. Firm. de errore profan. religio.
233 *Naxus*] *vna ex Cycladibus insula, vino potens, vnde prius Dionysia dicta, vel quia hospita Libero patri, vel quia fertilitate vitium vincat ceteras.* Solinus.
233 *Cyrrha*] oppidum Phocidis Parnasso suppositum, sacrum Apollini. Plini. Pausanias.

Nam locuples fortuna domus non passa latere,
150 *Diuitias prodit, cùm sic sua culmina celat.*
Hæc post assurgit, duplicémque superuenit ædem,
Porticus ipsa duplex, duplici non cognita plaustro:
Quarum vnam molli subductam vertice curua
Obuersis paulùm respectant cornibus alæ.
155 *Ipsa diem natum cernit sinuamine dextro*
Fronte videns medium, læuo visura cadentem.
Non perdit quicquam trino de cardine cæli,
Et totum solem lunata per atria seruat.
Sacra tridentiferi Iouis hîc armenta profundo
160 *Pharnacis immergit genitor. percussa securi*
Corpora cornipedum, certásque rubescere plagas
Sanguineo de rore putes stas vulneris horror
Verus, & occisis viuit pictura quadrigis.
Ponticus hic rector numerosis Cyzicon armis
165 *Claudit. at hinc sociis consul Lucullus opem fert:*
Compulsúsque famis discrimina summa subire
Inuidet obsesso miles Mithridaticus hosti.
Enatat hic pelagus Romani militis ardor,
Et chartam madido transportat corpore siccam.
170 *Desuper in longum porrectis horrea tectis*
Crescunt, atque amplis angustant fructibus ædes.
Huc veniet calidis quantum metit Aphrica terris,
Quantum vel Calaber, quantum colit Apulus acer,
Quanta Leontino turgescit messis aceruo,
175 *Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco,*
Quantum quæ tacitis Cererem venerata choreis,
Attica Triptolemo ciui condebat Eleusis,
Cùm populis hominum glandem linquentibus olim
Fulua fruge data iam sæcula fulua perirent.
180 *Porticus ad gelidos patet hinc æstiua triones,*
Hinc calor innocuus thermis hyemalibus exit,
Atque locum tempus mollit, quippe illa rigori
Pars est apta magis. nam quod fugit ora leonis,
Inde Lycaoniæ rabiem malè sustinet vrsæ.
185 *Arctus at in thermas longè venit altior amnis,*
Et cadit in montem, patulísque canalibus actus,
Circunfert clausum caua per diuortia flumen.
Occiduum ad solem post horrea surgit opaca,
Quæ Dominis hiberna domus, strepit hic bona flamma

Appositas depasta trabes, sinuata camino 190
Ardentis perit unda globi, fractóque flagello
Spargit lentatum per culmina tota vaporem.
Continuata dehinc videas, quæ conditor ausus
Æmula Palladiis textrinæ ducere templis:
Hac celsi quondam coniunx veneranda Leonti 195
(Qua non ulla magis nurus unquam Pontia gaudet
Illustris pro sorte viri) celebrabitur æde
Vel Syrias vacuasse colus, vel serica fila
Per cannas torsisse leues, vel stamine fuluo 200
Pragnantis fusi mollitum nesse metallum.
Parietibus post hinc rutilat qua machina iunctis,
Pert recutitorum primordia Iudæorum.
Perpetuum pictura micat: nec tempore longo
Depretiata suas turpant pigmenta figuras. 205
Flecteris ad læuam: te porticus accipit ampla
Directis curuata viis, ubi margine summo
Pendet, & arctatis stat saxea sylua columnis.
Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.
Fusilis euripus propter cadit unda supernè 210
Ante fores pendente lacu, venámque secuti
Undosa inueniunt nantes cœnacula pisces.
Cominus erigitur vel prima, vel extima turris.
Mos erit hic domunis hibernum sigma locare.
Huius conspicuo residens in culmine, sæpe 215
Dilectum nostris musis simul atque capellis
Aspiciam montem, lauri spaciabor in istis
Frondibus, hic trepidam credam mihi credere Daphnē:
Iam si fortè gradus geminam conuertis ad Arcton,
Ut venias in templa Dei, qui maximus ille est: 220
Deliciis redolent iunctis apotheca, penúsque,
Hic multus tu frater eris. Iam diuide sedem
Cessurus mihi fonte meo, quem monte fluentem
Umbrat multicauus spacioso circite fornix.
Non eget hic cultu, dedit huic natura decorem. 225
Nil fictum placuisse placet, non pompa per artem
Ulla, resultanti non comet malleus ictu
Saxa, nec exesum supplebunt marmora tophum.
Hic fons Castaliæ nobis vice sufficit undæ.
Cætera diues habe: colles tua iura tremiscant. 230
Captiuos hīc solue tuos, & per iuga Burgi

Læta relaxatæ fiant vineta cathenæ.
Confirmat vocem iamiam propè sobrius istam
Silenus, paritérque chori cecinère fauentes.
235 *Nysa vale Bromio, Phœbo Parnasse biuertex.*
Non illum Naxus *, non istum Cyrrha requirat:*
Sed magè perpetuo Burgus placitura petatur.

ECce quotiens tibi libuerit pateris capacioribus hilarare cõuiuium, misi quod inter scyphos & amystidas tuas legas. Subueneris verecundiæ meæ, si in sobrias aures ista non venerint, nec iniuria hoc, ac secus atque æquum est flagito: quandoquidem Baccho meo iudicium decemuirale passuro, tempestiuiùs quàm conuenit tribunal erigitur. Si quis autem carmen polixiùs eatenus duxerit esse culpandum, quod epigrammatis excesserit paucitatem, istum liquidò patet, neque balneas Etrusci, neque Herculem Surrentinum, neque Cumas Flauij Sabini, neque Tybur Vopisci. neque omnino quicquam de Papinij nostri siluulis lectitasse: quas omnes descriptiones vir ille præiudicatissimus, non distichorum aut tetrastichorum stringit angustiis, sed potiùs vt Lyricus Flaccus in artis poëticæ volumine præcipit, multis iisdémque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias decenter extendit. Hæc me ad defensionis exemplum posuisse sufficiat, ne hæc ipsa longitudinis deprecatio longa videatur. Vale.

Pateris capacioribus] s̄.ep.13.l.2. *spumarent falerno gemmæ capaces.*
Hilarare conuiuium] s̄.ep.13.l.9. *Quinimo quoties epulo mensa lautioris hilarabere.*
Misi quod inter scyphos & amystidas tuas legas] inter pocula, & compotationes, quibus se Thraces inuitabant Horat.lib.1. Ode.36. vide interpretes. de his compotationibus abundè. s̄.ep.7. lib.5.
Si in sobrias aures ista non venerint] s̄.ep.13.lib.9.in Car. *Tu verò tunc oportunius subiecta laudabis, cum totum te socio indulseris.* vide notas.
Vir ille præiudicatissimus] i præiudicatæ auctoritatis vir, Sextus Auienus in ora maritima de Sallustio. *Sallustium*
Noram id dedisse, dicta & eius omnibus
Præiudicatæ auctoritatis ducier.
D. Hieronymus. ep. 1. ad Galatas. *Neque verò more Pythagorico quicquid responderam rectum putabat, nec sine ratione præiudicata apud eam valebat auctoritas.*
Multis iisdemque purpureis] Horat.init.de arte.
Inceptis grauibus plerumque & magna professis
Purpureus latè qui splendeat vnus & alter
Assuitur pannus.

NARBO.

AD CONSENTIVM CLARISſimum ciuem Narbonenſem.

CARMEN XXIII.

CVm iam pro meritis tuis pararem
Conſenti columen, decúſque morum,
Veſtræ laudibus hoſpitalitatis
Cantum impendere pauperis cicutæ,
Vltrò in carmina tu tubam recludens, 5
Conuerſo ordine, verſibus citaſti,
Suetum ludere ſic magis ſodalem.
Paret Muſa tibi, ſed impudentem
Multo cautius hinc ſtylum mouebit.
Nam cùm carmina poſtules diſertè, 10
Suades ſcribere, ſed facis tacere.
Nuper quadrupedante cum citato
Ires Phocida Sextiasque Baias
Illuſtres titulíſque, prælíiſque
Vrbes, per duo conſulum tropæa: 15
(Nam Martem tulit iſta Iulianum,
Et Bruto duce nauticum furorem:
Aſt hæc Teutonicas cruenta pugnas,
Erectum & Marium cadente Cimbro)
Miſiſti mihi multiplex poëma, 20
Doctum, nobile, forte, delicatum.
Ibant hexametri ſuperbientes,
Et veſtigia iuncta, ſed minora
Per quinos elegi pedes ferebant,
Miſiſti & triplicis metrum trochæi, 25
Spondæo comitante, dactylóque,
Dulces hendecaſyllabos, tuúmque
Blando fœnore Sollium ligaſti.
Vſuram petimúrque, reddimúſque.
Nam quod carmine pro tuo rependo, 30

3 *Hoſpitalitatis*] s̄. epiſt. 4. lib. 8. *hoſpites epulis, te paſcis hoſpitibus.*
11 *Suades ſcribere, ſed facis tacere*] vide. s̄. epiſtol. 10. lib. 4. notas ibid. quibus adde quod ait. Auſon. Paulo. epiſt. 12. *nam qui ipſe facundus & muſicus, editioni alienæ prolectat audaciam, conſilio quo ſuadet exterret.* D. Hiero. Paulino Anthiocheno. *voce me prouocas ad loquendum, terres eloquentia*, &c. idem Deſiderio. *qui ſcribendo diſertiſſimè deterruit ne ſcriberem.*
12 *Quadrupedante*] i. equo quatuor pedib. itante, veteres pedare dixerũt, ms. l. de notis quod exoleuit, compoſita inoleuerunt, vt, *repedare* Pacuuius apud Feſtum, Lucillius apud Noni. paſſim apud Am. Marcell. Veget. lib. 1. c. penult. lib. 26. C. Th. de cohortalibus. Hiero. 2. Machab cap. 5. Marcell. Comit. in Chron. Iornãd. de reb. Get. & alios. *talipedare*, *talis inſiſtere.* Feſtus. *interpedare*; Iornandes de reb. Getic. vbi de Maximino. cap. 15. ità quadrupedare Aldhel-

Hoc centesima laudium tuarum est.
Quid primum venerer, colámque pro te?
Ni fallor patriam, patrémque iuxtà.
Qui quanquam sibi vindicare summum
35 *Possit iure locum, tamen necesse est*
Illam vincere, quæ parit parentes.
SAlue Narbo potens salubritate,
Vrbe & rure simul bonus videri
Muris, ciuibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
40 *Delubris, capitolus, monetis.*
Thermis, arcubus, horreis, macellis,

mus de laudib. virginit. c. 10. *cursus quadrupedans.* & quadrupedantes. ĩ. Narbone. & Glossis vett. peditate, πεζώω *pedito.* Notæ Pute. V. C. I. *peditat.*

13 *Phocida*] id est, Massiliam quam Phocenses condiderunt. Solinus. Iustinus. 43. Eusebius vide. s̄. epist. 2. lib. 7. Lucanus. lib. 3.

Phocais in dubiis ausa est seruare iuuentus.

13 *Sextiasque Baias*] id est, Aquas Sextias, de quib. Patercul. lib. 1. Ptolem. Anton in itiner. Galliæ Narbonensis oppidum, Plin. Solinus.] Baias, id est, aquas vt s̄. epist. 14. libr. 5. *Calentes Baiæ.* sic ms. F. Pithœi. vt postea vidi.

16 *Nam Martem tulit ista Julianum,* &c.] Massilia. vide Cæsarem. lib. 2. de bello Ciuil. Appian. lib. 2. Florum. lib. 4. cap. 2. & Plutarchum in Cæsare. Cicero. Philip. 8.

18 *Ast hæc Teutonicas,* &c.] hæc Aquæ Sextiæ, vide Liuium. lib. 67. & 68. Appianum in Celtico. Florum lib. 3. cap. 3. Plutarchum in Mario. Orosium. lib. 5. cap. 16. Velleium. lib. 2.

33 *Ni fallor patriam*] id est, Narbonem, patremque, id est, Consentium, de quo. ĩ. hoc Carm.

34 *Qui quanquam sibi vindicare summum possit iure locum*] qui Consentius pater, licet principem locum teneat. s̄. ep. 11. lib. 4. init. vide notas.

35 *Tamen necesse est, illam vincere quæ parit parentes*] Cicero. Philip. 5. init. *an potest cognatio vlla propior esse, quàm patriæ in qua parentes quoque continentur.* vide l. 3. C. de municip. & Origin. & s̄. ep. 3. lib. 3.

38 *Vrbe & rure simul bonus videri*] *speciosa Narbo,* Prudentio, hymno martyrum Cæsar Augustanorum. Theodulphus Aurelianensis.

Mox sedes Narbona tuas, vrbemque decoram Tangimus,

41 *Capitolis*] id est, palatina arce idem. s̄. epist. vlt. lib. 9. in Carm. vide notas, & Pet. Pithœum aduers. 2. cap. 18. ità Vitruuio. libr 3. cap. 3. *Pompeianum capitolium,* vide Eumenium Rhetor. in oratione. de Capitolio Narbonis, id est, palatio, Greg. Tur. de mirac. lib. 1. cap. 92.

41 *Monetis*] id est, officinis cudendæ monetæ, descriptio vrbis Constantinop. *monetæ. Reg.* XII. item Breuiarium. passim in tit. C. de mutileg. vide. epist. 1. l. 4.

43 *Pratis, fontibus,* &c.] locus amœnissimus *Ligurus* olim dictus, Greg. Turo. lib. 1. de mirac. cap. 92.

44 *Stagnis*] Rubresio, de quo præter cæteros eleganter Mela. lib. 2. cap. 5. Auson.

Quis memoret portusque tuos, pontesque, lacusque.

hodie. *L'estang de la Rubine.*

44 *Flumine*] Atace de quo nos. s̄. ep. 3. lib. 4. ep. 4. lib. 8. & ep. 15. libr. 9. in Carm. vide notas, Fortunatus. de Goisuinta:

Excipit hinc Narbo, quo littora plana remordens
Mitis Atax Rhodani molliter intrat aquas.

vide appendicem Gregor. Turo. cap. 109. sub finem.

Pratis, fontibus, insulis, salinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto.
Vnus qui venerere iure diuos,
Lenæum, Cererem, Palem, Mineruam, 45
Spicis, palmite, pascuis, trapetis:
Solis fise viris, nec expetito
Naturæ auxilio, procul relictis,
Promens montibus altius cacumen.
Non te fossa patens, nec hispidarum 50
Obiectu sudium coronat agger.
Non tu marmora, bracteam, vitrúmque:
Non testudinis Indicæ nitorem,
Non si quas eboris trabes, refractis
Rostris Marmarici dedêre barri, 55
Figis mœnibus, aureásque portas
Exornas Assaroticis lapillis:
Sed per semirutas superbus arces,
Ostendens veteris decus duelli,
Quassatos geris ictibus molares,
Laudandis pretiosior ruinis.

44 *Ponte, ponto*] eadem annominatio. s. Car. 5.

Et pontum sub ponte daret.

55 *Refractu rostris*] s. de India. Carm. 2.

In tua lucra feris exarmat guttur alumnus

Vt pandum dependat ebur, idem. Car. 11.

60 *Ostendens veteris decus duelli*] duelli, id est, belli vide. s e. 1. l. 2. illud τὸ veteris, facit vt ambigam num ad antiquam obsidionem respexerit, quam Fonteius soluit, M. Tull. pro Fonteio sub finem, an ad illam non ita veterem, qua à Litorio liberati sunt ciues Narbonenses, de qua. j. hoc Carm. cui posteriori sententiæ sequentia suffragantur.

62 *Fulemque fortem oppugnatio, &c.*] facta à Theodore Gothorum rege Theodorici patre, de qua Narbonis oppugnatione s. Car. 7. in fine. & epist. ad Leontium ante Carm. 22. Gothos enim Constantius Comes Narbone expulerat, atque abire in Hispaniam coegerat, Orosius. lib. 7. cap. 43. Idacius in Chron. Anno. XXII. *Imperij Honorij Athaulsus à Constantio patricio pulsatur, vt relicta Narbona Hispanias peteret*, &c.

64 *Martius ille rector*] id est, Theodoricus de quo. s. ep. 2. lib. 1.

70 *Magno patre prior*] id est, Theodore, de quo, s. Carm. 7. vide notas, *qui fuit summa moderatione compositus, animi corporisque virilitate abundans.* Iornand. de rebus Getic. cap. 34.

71 *Romanæ columen salusque gentis*] Theodoricus enim medio Sidonio fœdus cum Maioriano. Aug. iniit Idacius ms. *legati à Maioriano Aug. & Theodorico rege pacem inter se ineunt.* Sidonij epitaph. s.

72 *Theudoricus amat*] idem. s. lib. 8. ep. 11. in Carm. de Euarige.

Theudorice tuæ manus petuntur.

73 *Aduersos probat ante per tumultus*] id est, per oppugnationem à Theodore factam, quam præsentibus animis Narbonenses sustinuerunt, vide notas. s. Carm. 7. sub finem, & Isidorum in Chron. Gothor. & ex Sidonio nostro, nostrum Massonem, virũ antiquæ probitatis & eruditionis, qui veteres & nouas historias antiquo stylo cōdit, Narbonem autem Agrippinus Comes Theudorico traddidit Idacius. *anno Imperij Leonis quinto Atrepennus (lego Agrippinus) Gallus & Comes & ciuis, inuidus, Aegidio insignis inimicus, Gothorum fœdere Narbonam traddidit Theodorico.* idem. Isidorus. Era. CCCCXCI. ex quo emendaui Agrippinus, de quo hist. S. Aniani. *ab Agrippino viro inlustri & militum magistro petiit*, &c. quæ postea à Gundebaldo rege Burgundionum direpta fuit. Isido. Era. DXLI.

Sunt vrbes aliæ situ minaces,
Quas vires humiles per alta condunt,
Et per præcipites locata cristas
65 *Nunquam mœnia cæsa glorientur.*
Tu pulsate places, fidémque fortem
Oppugnatio passa publicauit:
Hinc te Martius ille rector, atque
Magno patre prior, decus Getarum,
70 *Romanæ columen salúsque gentis,*
Theudoricus amat: sibique fidum
Aduersos probat ante per tumultus.
Sed non hinc videare fortè turpis,
Quod te machina crebra perforauit,
75 *Namque in corpore fortium virorum*
Laus est amplior, amplior cicatrix.
In castris Marathonis merentem
Vulnus non habuisse grande probrum est,
Inter Publicolas manu feroces,
80 *Trunco Mutius eminet lacerto.*
Vallum Cæsaris opprimente Magno,

77 *Laus est amplior, amplior cicatrix*] Sallustius de Trib. militum in Hispaniis. T. *Didio imperante, cominus faciem suam ostentabat, aliquot aduersis cicatricibus & effoso oculo, quo ille dehonestamento corporis maximè lætabatur, neque illis anxius quia reliqua gloriosius retinebat.* vide Gell. l. 2. cap. 27. Alexander apud Q. Curtium. libr. 4. *spondere pro se quot cicatrices, totidem corporis decora.* Claudian. de bello Getico

pellita Getarum
Curia quos plagis decorat numerosa cicatrix.

ibidem de Alanis

Vulneribus pars nulla vacat, recisaque cunctis
Gloria fœdati splendet iactantior oris.

non illepidè Cassiodor. l. 8. ep. 10. & l. 11. ep. 1. quem vide, & Fortunatum. l. 3. de S. Martino. *gloriosorum vulnerum cicatrices.* l. 12. C. Th. de veteranis.

81 *Trunco Mutius eminet lacerto*] Tertull. de anima. c. vlt. *Mentior si non de ipsis cruciatibus corporis & gloriari & gaudere sola consueuit, respice ad Mutij animam, cum dexteram suam ignibus soluit.* vide eundem ad Martyres. Senecam. lib. 7. de benef. cap. 14. epist. 24. & de prouidentia. cap. 3. vide. s. Car. 5. Manil. lib. 1.

necnon & Scæuola trunco
Nobilior.

84 *Luscus Scæua*] conclamata historia de qua Manil. 1. Liuius, Florus, Lucanus, & Suetonin. Iulio.

88 *Qui quod Cæsaribus ferax creandis*] Caro, Numeriano, & Carino, Carum Romæ natum Onesimus & ex eo Vopiscus adstruunt, qui Vopiscus in Ephemeride quadam legisse se meminit, Carum Mediolanensem fuisse, Fabius Cerilianus Illyrico genitum. Orosius. lib. 7. cap. 24. Victoris Epitomastes, Eutropius, & Iornandes de success. regn. cum Sidonio Narbonensem traddunt.

90 *Natos cum genitore principantes*] id est, Carinum & Numerianum, à Caro patre Cæsares creatos, Vopiscus. Euseb. lib. 7. c. 30. Orosius, Cassiodorus in Chro. & reliqui. principantes, id est, imperantes. s. Carm. 9.

Regnis principibusque principantem.

91 *Nam quis Persidis expeditionem*] Vopiscus. *vbi primum accepit imperium, consensu omnium militum bellum Persicum, quod Probus parabat adgressus est,* in id consentiunt omnes historici.

92 *Aut victricia castra preteribit*] totam enim Persidem subegit Carus, ita vt imperatoris Persici nomen meruerit. Vopiscus. vide s. citatos.

Quis sit sideribus notare cursus,
Diuersas Arato vias cucurrit.
Non hunc cùm geometricas ad artes
Mentem composuit, sequi valebit
115 *Euclides spacium sciens olympi:*
Non hunc si voluit rotare rhythmos,
Quidquam proposito virum morari
Chrysippus potuisset ex aceruo.
Hic cùm Amphionæ studebat arti
120 *Plectro, pollice, voce, tibiâque,*
Thrax vates, Deus Arcas, atque Phœbus,
Omni carmine posterant, & ipsas
Musas non ita musicas putares.
Hic si syrmate cultus & cothurno
125 *Intrasset semel Atticum theatrum,*
Cessissent Sophocles, & Euripides.
Et si pulpita personare socco
Comœdus voluisset, huic leuato
Palmam tu digito dares Menander.
130 *Hic cum senipedem stylum polibat,*
Smyrnææ incude doctus officinæ,
Aut cum se historiæ dabat seueræ
Primos vix poterant locos tueri.
Torrens Herodotus, tonans Homerus.
135 *Non isto potior fuisset olim,*
Qui Pandioniam mouebat arte
Orator caueam tumultuosus,

rum princeps Menander. s̄.ep.7.lib.5.*hi sunt quorum comparationi digitum tollerent Narcissus*, &c. vide notas, & adde quod ait. D. Ambros. de Helia. c. 13. de Menandro. s̄. Car. 9.

131 *Senipedem stylum*] id est, heroicos versus. s̄. Car.12.

Spernit senipedem stylum Thalia.

135 *Torrens Herodotus*] quidam mss. *Terrens*, ita Iuuenalis Saty.3.

sermo
Promptus, & Isæo torrentior. Quintil. libr. 10. cap.1.

137 *Qui Pandioniam, &c.*] id est, Demosthenes Iuuenalis Saty.10.

Exitus eripuit quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Pandioniam à Pandione rege. vnde *Athenæ Pandioniæ* Ouidio.

142 *Et iustè residens in arce fandi*] s̄. epist.6. lib.8. *nunquam se satis duxit in vtriusque artis arce compositum.* D. Hiero. Paulino. *viderem te breui arcem tenere nostrorum.* Vincent. Lyrinensis Commonitorio. 1. *ait impiùs ille Porphyrius, excitum se fama Origenis, Alexandriam puerum ferè perrexisse, ibique eum vidisse iam senem, sed planè talem, tantumque, qui arcem totius scientiæ condidisset.*

143 *Qui fabro genitore procreatus*] s̄. Carm.2.

Fabro progenitus spreto cui patre polita
Eloquiis plus lingua fuit, vide notas, & adde quod ait Martianus Felix. libr.5. *diuersus vtrique oris sonus & cum alterum Quirinalis eques, alium fabrilis procrearet industria.*

146 *Arpinas*] s̄. Carm.2. *quamcumque loquendi*
Arpinas dat consul opem, sine fine locutus.
ibidem de Liuio.

149 *Graios Plaute sales lepore transis*] elegantissimus & festiuissimus poëtarum, M. Fabius lib.10. cap.1. Gellius. lib.1. c.24. s̄. Carm.2.

Quo genio Plautus.

150 *Satis verendum*] i. nimis. vide. s̄. ep.13. lib.9. in Carm.

151 *Scriptorum numerositate Varro*] de Varronis scriptis præter M. Tull. 1. Tuscul. D.

Seu luscum raperetur in Philippum,
Causam seu Ctesiphontis actitaret,
Vir semper popularitate crescens, 140
Et iuste residens in arce fandi,
Qui fabro genitore procreatus,
Oris maluit expolire limam,
Quid vos eloquij canam Latini
Arpinas, Patauine, Mantuane, 145
Et te comica qui doces Terenti,
Et te tempore qui satus seuero
Graios Plaute sales lepore transis.
Et te multimoda satis verendum
Scriptorum numerositate Varro? 150
Et te qui breuitate Crispe polles?
Et qui pro ingenio fluente nulli
Corneli Tacite es tacendus ori?
Et te Massiliensium per hortos
Sacri stipitis Arbiter colonum 155
Hellespontiaco parem priapo?
Et te carmina per libidinosa

Hieron. ep. ad Paulam, & de viris inlust. cap. 54. Augustinum. lib. 6. c. 2. de Ciuit. Isidorum. lib. 5. cap. 7. Orig. Claudianum Mamercum de statu animæ. lib. 2. c. 9. Petrus Diaconus de notis, epistol. ad Conradum. Imp. *qui tam multa scripsit, quàm multa vix quisquam legere posset, tam multa legit, vt ei aliquid scribere vacauisse nobilitas Romana miretur*, is autem Varro se septuaginta librorũ hebdomadas conscripsisse refert apud Gellium. l. 3. c. 10.

152 *Et te qui breuitate Crispe polles*] ſ. Car. 2.

Qua Crispus breuitate placet, vide notas, & adde quod ait Victorinus in librum Ciceronis. 1. de Inuent. *historia & breuis esse debet in expositione & aperta, & probabilis, vt Salustius sibi omnia in Catilina tribuit*, &c. vide Senecam. ep. 114. & Quintil. lib. 10. c. 1. Instit.

153 *Nulli Corneli Tacite es tacendus ori*] ſ. Car. 2.

Qua pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.

simili quã hic Sidonius locutione Martialis. lib. 7. epig. 44.

O nullis Ouidi tacende linguis.

155 *Et te Massiliensium per hortos*] per hortos deliciarum, Massiliensium mores satyricè mordet, qui à Plauto in Casina, & ab Athenæo notati sunt. ego lubens acquiesco Pithœo cui hæc debetur interpretatio.

156 *Hellespontiaco parem Priapo*] ità Priapus vocatur Petronio in satyra. Arnobio. l. 3. & Claudiano. l. 1. in Eutropium. de tractu autem Helesponti præter cæteros, Balsamo sextæ Synodi. can. 39.

157 *Et te carmina per libidinosa*, &c.] Aurel. Victor in Augusto. *Nam & poetam Ouidium, qui & Naso pro eo quod tres libellos amatoria artis conscripserat, exsilio damnauit*, vide Ouid. l. 2. tristium. & ſ. Car. 9.

160 *Quondam Cæsarea nimis puella*] id est, Iuliæ Augusti filiæ propudiosissimæ, & prodacti pudoris. Seneca de Benef. lib. 6. cap. 32. Plin. lib. 23. cap. 3. Tacit. 1. Annal. & Sueton. cap. 65.

161 *Ficto nomine subditum Corinnæ*] ſ. ep. 10. lib. 2. ibid. notas, & adde quod ait Marius Victor. lib. 4. ad Salmonem

Quod Maro cantatur Phœnissa, aut Naso Corinnæ.

162 *Quid celsos Senecas loquar*] ſ. Carm 6. notas ibid. & Martialem vide. l. 1. Epigr. 29. ad Lucanum. Paul. Diaco. in hist. Miscella. Pet. *casos* legit.

163 *Quem dat Bibilis alta Martialem*] Martialis origine Bilbilitanus. Martial. Epigr. 57. 29. 135. l. 1. lib. 10. 103. 104. lib. 12. Epigr. 18.

Notum Naso tener, Tomósque missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
160 *Ficto nomine subditum Corinnæ.*
Quid celsos Senecas loquar, vel illum
Quem dat Bilbilis alta Martialem,
Terrarum indigenas Hibericarum?
Quid quos duplicibus iugata tædis
165 *Argentaria Polla dat poetas?*
Quid multos varij styli retexam,
Arguti, teneri, grauis, dicacis?
Si Consentius affuit, latebant.
Huic summi ingenij viro, simúlque
170 *Summæ nobilitatis atque formæ,*
Iuncta est fœmina, quæ domum ad mariti,
Prisci insignia transferens Iouini,
Impleuit trabeis larem sophistæ.
Sic intra proprios tibi penates
175 *Consenti, patriæ decus superbum,*
Fastis viuit auus, patérque libris.
Hæc per stemmata te satis potentem,

163 *Bilbilis alta*] Martialis.l.1.Epig.17.
Videbis altam Liciane Bilbilim.lib.10. epist.104.
Altam Bilbilin, & tuum Salonem.
erat enim in monte sita. Martial.Epigr.103. eiusd. libri Ausonius
& altis
Pendentem scopulis.
165 *Quid quos duplicibus iugata tædis*] id est, Polla biuira & binuba, Lucano, & Statio, vide s̄.e.10. lib. 2. & Statium in præfat.lib.2.Syluar, & in Genethliaco Lucani.
166 *Argentaria Polla dat poetas*] Statius. *quod Polla Argentaria charissima vxorum*, &c.s̄.ep.10. libr.2. *Argentaria cum Lucano*, non autem Argentaria vocatur, quod argentariam exercuerit, vt Alciatus arbitratur.lib.1.C.de edendo, non enim mulieres argentariam exercebant.l.vlt. ff.de edendo: sed est Pollæ cognomen, quæ potius Literariam (vt ita dicam) quàm argentariam exercebat. Martial.lib.10.Epigram.64.& ita ARGENTARIA EVTYCHIA, in vet. Inscript.
173 *Prisci insignia transferens Iouini*] id ést, Iouini milit. equitum magistri, viri strenui & rectoris eximij.l.7.& 10.C.Th.de re milit.Am.Marcell.lib.27.obque fortia facta à Valentiniano Consulatu honorati.idem Ammi. *& post hac redeunti Parisios post claritudinem rectè gestorum Imperator lætus occurrit, cumque posteà consulem designauit.*]. paulò post.
176 *Consenti*] s̄.ep.4.l.8.& initio huius Carm.23.vide notas.
177 *Fastis viuit auus*] scilicet Iouinus auus maternus, qui fastis nomen dedit, Socrates Hist.Ecclesi.l.4.c.10.Fasti Consulares, & Chronologia.Cod.Theod.
181 *Nec si me Odrysio*, &c.] vide s̄.e.11.l.8.in Car.Car.2.& Carm.9.vide notas, & Phædrum.l.3.init.
195 *Nec sic Peliaco datus bimembri*] id est, Achilles, qui Chironi datus est, vt instituеretur. s̄.Carm.9.
197 *Hinnitum duplicis timens magistri*] id est, semiferi Chironis, & vt idem loquitur. s̄. *biformis senis.*
199 *Iussus pascere qui gregem est clientis*.&c.] id est, Apollo. Vibius *Amphrysus Thessaliæ, vbi Apollo Admeti regis pecus fertur pauisse.ex* Lucano.lib.6. Vet.hist.Symphoriani.
205 *Excepere sinu*] Statius.1.Syluar.*tellure cadentem*
Excepit fouitque sinu. idem.
Natum protinus atque humum per ipsam
Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope sinu recepit.

Morum culmine sed potentiorem
Non possim merita sonare laude:
Nec si me Odrysio canens in antro, 180
Qua latè trepidantibus fluentis,
Cautes per Ciconum resultat Hebrus,
Princeps instituisset ille vatum,
Cum dulces animata saxa chordæ
Ferrent per Rhodopen trahente cantu. 185
Et versa vice fontibus ligatis
Terras currere cogerent anhelas:
Nec non Ismara solibus paterent,
Aurita chelyn expetente sylua,
Et nulli resolubiles calori 190
Curuata ruerent niues ab Ossa,
Stantem aut Strymona Bistones viderent
Cùm carmen rapidus latex sitiret:
Nec sic Peliaco datus bimembri
Ad Centaurica plectra constitisset 195
Hinnitum duplicis timens magistri:
Nec si me docuisset ille fari
Iussus pascere qui gregem est clientis
Amphrysi ad fluuium Deus bubulcus,
Qui ferrugineos Cyclopas arcu 200
Strauit, sub Liparensibus caminis,
Vibrans plus graue fulmen in sagitta.
Jam primo tenero calentem ab ortu,
Excepêre sinu nouem sorores.
Et te de genitrice vagientem 205
Texerunt vitrei vado Hippocrenis:
Tunc hac mersus aqua loquacis vnda,

Hic autem locus mutuatus est è 2. Syluarum in fine.

Quicquid Rhetoricæ institutionis] in Galliis olim bonarum artium studia floruisse. s. notatum. ep. 3. lib. 3. ep. 21. lib. 4. & Car. 7. quibus auctarium erit, quod ait. Tacitus. 3. Annal. de Augustiduno Æduorum. *nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operatam*, idem. Eumenius Rhetor. Lugduni Bibliopolas fuisse, notat Plinius. epistol. 11. lib. 9.

214 *Piusque princeps*] id est, Imp. Valentinianus. III. eius numisma. D. N. PLAC. VALENTINIANVS. PIVS. AVG. de quo abundè. s. Carm. 5. & Car. 7. j. hoc Carm. & ep. 11. l. 7.

216 *Consistoria quos habent tribunos*] id est, tribunos consistorianos, qui in consistorio, intimoque consessu sedendi ius habebant, consistorium est principis secretariũ, Ausonius ad Gratianum. c. 19. *in illa verò sede vt ex more loquimur consistorij, vt ego sentio sacrarij tui.* vide Am. Marcell. libr. 16. passim in iure.

217 *Namque & purpureus*] variant libri mss. Cla. Clu. Pet. legunt purpureus, reliqui verò quidã purpureos, sicque in. eli ge & tribunos militum, qui erant laticlaui & purpurei. Horatius.

Sumere depositum clauum, fierique tribunum.

vide Cuiacium doctorem meum doctiss. Obser. lib. 12. c. 39.

218 *Solebat*] sic mss. & vett. Vin. emendauit volebat, quæ cõiectura probatur à Lugdun. & proba est si purpureos legas. si veterem lectionẽ *purpureus* retineas, retinenda est, & hoc loco vet. lectio *solebat*, vtraque temerè reiicienda non est, cum non minus licenter. j. dixerit ver. 272. *siue Æetias & suus Iason.*

215 *Solemnis tamen abstinens lucelli*] id est, vt ipse commodè loquitur. s. epist. 8. lib. 6. *commodi*, lucelli diminuendo à lucro. s. ep. 10. lib. 6.

Pro fluctu magè literas bibisti,
Tunc tu iam puer artior magistro,
210 *Quicquid rhetoricæ institutionis,*
Quicquid grammaticalis aut palæstræ est,
Sicut iam tener hauseras, vorasti.
Et iam te aula tulit, piúsque princeps
Inter conspicuos statim locauit,
215 *Consistoria quos habent, tribunos.*
Namque & purpureus in arce regni
Præesse officiis tuis solebat,
Mores nobilitate quòd merebant.
Tantum culminis & decus stupendum
220 *Scripti annalibus indicant honores,*
Hinc tu militiam secutus amplam,
Castrensem licet ampliare censum
Per suffragia iusta debuisses,
Solennis tamen abstinens lucelli,
125 *Fama plus locuples domum redisti,*
Solum quod dederas tuum putando.
Tum si fortè fuit quod imperator

217 *Solum quod dederas tuum putando*] Rabyrius.
Hoc habui, quodcumque dedi.

218 *Quod Imperator*] id est, vt dixi Valentinianus tertius, qui s. *pius princeps* dicitur.

219 *Eoas soceri venire in aures*] id est, Theodosij Iunioris, qui socer erat Valentiniani Imperatoris, filia enim Theodosij Eudoxia, Valentiniano nupserat. Socrates histor. Eccles. lib. 7. c. 44. & Euagrius. lib. 1. c. 20. Cassiod. & Marcell. Comes in Chron. Iornandes de succession. regnor. vide. s. Car. 7.

235 *Et te seu latialiter*] s. ep. 3. lib. 4. *cui tamen sermocinari latialiter cordi est.*

237 *Seu linguæ Argolicæ rotunditate*] Horat.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui.

240 *Atticos alumnos*] i. indigenas, vide s. Carm. 9. ad hæc:
Non quod Corduba præpotens alumnis.
Iuuenal. *Magnus equos Auruncæ flexit alumnus.*
Tolosa alumnos Getas, Ennod. in vita. Epiphanij. & epist. ad Pomerium. *Latialis vndæ venam, alumnus Rhodani proquirebas.*

242 *Te medio*] s. ep. 1. lib. 2. *quicquid desperandum est, fieri te medio, te præsule placet.* vide notas.

244 *Tuncrum*] sic mss. omnes, fortè Tungrum fontem Tungro oppido contiguum, de quo Plin. lib. 31. c. 2.

244 *Vachalim*] *Detonsus Vachalim bibat Sicamber.* s. Carm. 13.

244 *Visurgin*] Βισούργις. Straboni, Visurigis, Velleio. Plinio l. 4. c. 14. Tacito. 1. & 2. annal. *Visatis* à Sidonio dici, Had. Iunius, & ex eo Ortelius imponunt, in omnibus enim mss. & vulgatis Visurgin legitur.

244 *Albin*] Germaniæ fluuius, vt & reliqui de quibus. s. Tacit. Ptolem. Vibius, & reliqui.

245 *Francorum & penitissimas paludes*] vnde paludicolæ dicti. ep. 1. lib. 4. vide notas, & Carm. 7.

253 *Ructans Semideûm propinquitates*] s. ep. 9. lib. 8. in Carm. & Carm. 9.
Cognatosque sibi Deos crepantem.

254 *Lunatum tibi flecteret tiaram*] s. Carm. 2.
Flectit Achemenius lunatum Persa tiaram.

Eoas soceri venire in aures
Fido interprete vellet & perito,
Te commercia duplicis loquelæ 230
Doctum soluere protinus legebat,
O sodes, quotiens tibi loquenti,
ByZantina sophos dedêre regna?
Et te seu Latialiter sonantem
Tanquam Romulea satum suburra, 235
Seu linguæ Argolicæ rotunditate
Undantem, Marathone ceu creatum,
Plaudentes stupuêre Bosphorani,
Mirati minus Atticos alumnos?
Hinc si fœdera soluerentur orbis 240
Pacem te medio darent feroces.
Chunnus, Sauromates, Getes, Gelonus.
Tu Tuncrum, & Vachalim, Visurgin, Albin,
Francorum & penitissimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris, 245
Solis moribus inter arma tutus.
Tu Mæotida Caspiasque portas,

255 *Tu si publica fata non vetarent*] quæ Romanis infesta fuerunt, & Genserico propicia, 5. Carm. 2. 5. & 7. vide notas. 5. Carm. 7.

Nutritis quod fata malum,

256 *Et Birsam peteres*] id est, Carthaginem à Genserico dolo pacis inuasam. 5. Car. 5. & 7.

267 *Tanaiticum rebellem*] id est, Scythas Genserico fœderatos. 5. Car. 7.

259 *Post Pyratica damna*] Genzericus enim pyraticam exerceuit. 5. Car. 2.

Piratam per rura vagum. vide notas.

259 *Destinaret*, &c.] id est, pararet. Nonius. vel emeret, idem ex Lucillio, præter Plautum, Fulgentius 2. Mytholog. *quod omnis appetitor auaritiæ, cum omnis precio destinat, fame moritur.*

260 *Institor*] Manil. 5. *mutatque labores*
Institor æquoreæ varia sub imagine mercis. vet. Inscript. FAVTVS. PO INSTITOR. VNGVEN.

267 *Pulpita*] *Namque & pulpita trita sub cothurno.* 5. Carm. 9. Isidorus. l. 18. c. 44. *Orchestra pulpitus erat scenæ, &c.*

268 *Coram te Caramallus*] de Caramallo nobili pantomimo Aristenætus. lib. 1. epi. 26. & lib. 1. Epigr. Vett. Græc. vt me post elegantem suam Aristenęti editionem docuit Io. Mercerus vir politus & elimati iudicij.

268 *Caramallus & Phabaton*] de hoc altero, nihil adhuc legi, paria autem Pantomimorum in scenam prodibant, vt olim Pylades & Batyllhus, de quibus Senec. in proœmio. l. 3. Controuers. Dio. Suidas, Phædrus. lib. 5. Macrob. lib. 2. c. 7. Theodorici Gothorum Regis æuo. Helladius, & Theodorus. Cassiodorus. lib. 1. Epig. 20. quia æmulatio alit ingenia, idcirco duo pantomimi simul prodibant.

269 *Clausis faucibus, & loquente gestu*] hunc versum expressit Cassiodor. lib. 1. ep. 20. *ore clauso, manibus loquitur*, de quo genere hominum eleganter idem lib. 4. epist. vlt. & Claudian. in Paneg. Theodori.

Qui nutu, manibusque loquax,

Terentianus de metris.

Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

puer gesticularius, Am. Marcell. lib. 14. *multa qui callebat nutibus venustissimis explicare.* vt idem ait: de gesticulariæ artis Musa præside

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.

vide Iosiæ Merceri eruditam in Aristenętum obseruationem.

Tu fluxis equitata Bactra Parthis
Constans intrepidúsque sic adires,
250 *Ut fastu posito sumentis aulæ,*
Qui supra satrapas sedet tyrannus,
Ructans semideûm propinquitates,
Lunatum tibi flecteret tiaram.
Tu si publica fata non vetarent
255 *Ut Byrsam peteres, vel Africanæ*
Telluris Tanuticum rebellem,
Confestim posito furore Martis,
Post Piratica damna destinaret
Plenas mercibus institor carinas:
260 *Et per te bene pace restituta*
Non vltra mihi bella nauigarent.
Iam si feria fortè terminantem,
Te spectacula cœperant theatri;
Pallebat chorus omnis histrionum,
265 *Tanquam si Arcitenens nouémque Musæ*
Propter pulpita iudices sederent.
Coram te Caramallus aut Phabaton

270 *Nutu, crure, genu*] vide Aristenetum. lib. 1. ep. 26. Macrobium. l. 2. c. 7. præterea Manil. l. 5.

Omnes fortuna vultus per membra reducet
Æquabitque choros gestu, cogetque videre
Præsentem Troiam, Priamumque ante ora cadentem.

272 *Siue Æetias & suus Iason*] Æetias, i. Medea, filia Æethæ Ouidius 7.

Concipit intereà validos Æetias ignes.

273 *Ferusque Phasis*] Stati. 1. Syluar.

Credas ad Tanaim, ferumque Phasim.
Thermodontiacas calere pugnas.

276 *Speis spicula*] s. Car. 9. vide præter poetas Higin. cap. 22.

276 *Siue prandia quis refert Thyestæ*] s. Carm. 9. Martial. lib. 10. & 35.

Diri prandia nec refert Thyestæ.

278 *Seu vestros Philomela torua planctus*] s. epist. 2. lib. 9.

279 *Discerptum aut puerum*] id est, Itim, ex Progne & Tereo natum. s. & Higin. c. 45. passim apud poetas.

295 *Attritu aßiduo cacuminantem*] id est, exacuentem s. Carm. 5. de apro.

clausúque cacuminat albis
Os nigrum telis.

296 *Seu Perseus virgo*] id est, Andromeda marinis monstris exposita, quam ab illis periculis Perseus vindicauit: nota est fabula. Proper. Higin. in fabul. & astronom. & Apollodor. lib. 2.

299 *Clausa ad Pergama, nec decenne bellum*] s. Carm. 9.

Seu nec Pergama, nec bilustre bellum. Ouid. 2. Amor. ep. 12.
Pergama dum caderent bello superata bilustri.

300 *Choraules*] s. epist. 2. lib. 1. sub finem.

301 *Schœnobatas*] id est, funambulos Gloss. vett. *χοινοβάτης funambulus*, Vet. Interp. Iuuen. Sat. 3. *schœnobates, funambulus.* Cassianus Eremita. Collat. 23. cap. 9. *schœnobatis, quos vulgò funambulos vocant dixerim comparandos,* &c. vnde *schœnobaticam facere.* M. Tull. ep. 1. l. 8. *corbitores,* Festo, metaphoricè. libr. 17. in *simpludiaria funera,* à nauticis, qui ad corbes, insignia nauium per funes repebant, vt vela legerent, vel expanderent, ab his (quantum coniicio) corbibus, corbitores dicti. de quibus Am. Marcell. lib. 14. *nauticos obseruabant, quos cum in somnum sentirent effusos, per ancoralia quadrupedo gradu repentes, se seque suspensis paßibus iniectantes in scaphas,* &c. longè alia huiusce nominis proprietas à doctiss. Scaligero, redditur, vtramque expende, & cui voles subscribe.

Clausu faucibus, & loquente gestu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in schemate vel semel latebit. 270
Siue Aetias & suus Iason
Inducuntur ibi, ferúsque Phasis,
Qui iactos super arua Colcha dentes
Expauit fruticante cum duello
Spicis spicula mixta fluctuarent: 275
Siue prandia quis refert Thyestæ,
Seu vestros Philomela torua planctus,
Discerptum aut puerum, cibúmque factum,
Iam iam coniugis innocentioris,
Seu raptus Tyrios, Iouémque taurum 280
Spreto fulmine, fronte plus timendum:
Seu turris Danaë refertur illic,
Cum multum pluuio rigata censu est,
Dans plus aurea furta, quàm metalla.
Seu Ledam quis agit, Phrygémque ephebum 285
Aptans ad cyathos facit tonanti
Succo nectaris esse dulciorem:
Seu Martem simulat modò in cathenas
Missum Lemniacas, modò aut repulso
Formam imponit apri, capútque setis 290
Et tergum asperat, hispidísque malis
Laue incuruat ebur, vel ille fingit
Hirtam dorsa feram repanda tela
Attritu assiduo cacuminantem: 295

301 *Mimos*] id est, scurras, & ridicularios ioculatores, s. epist. 2. lib. 1. in fine. vide notas. *Quis latiis risum salibus mouisse faceti.* vt ait Claud. in Paneg. Theodori.

301 *Gelasianos*] id est, sanniones qui distorto ore rident, vt rideantur. Cornut. in Pers. & Noni. à Gelasino Plautino fictum vocabulum, vtrumque ex Græco.

302 *Cannas*] choraules, plectra cythariſtriæ, iocos mimi, palen gelasiani, rudentem schœnobatæ trepidanter explicarent te præsente.

302 *Palen*] quid certò sit, nescio; vide. s. ep. 13. lib. 9. in Carm.

302 *Rudentem*] i. funem. s. Car. 13.

Marsiaque timet manum, ac rudentem.

per rudentem enim suspensi ambulabant. Manil. lib. 5. Claudian. in Panegyr. Theodori sub finē. Symposius Aenigm. 94. & elegantissimè præter cæteros Cassian. Collat. 23. c. 9.

308 *Circinante*] id est, circumiente Manilius, idem. lib. 1. c. 4. *decircinare*, circinante Phœbo, id est, vertente anni circulo. anonymus in epito. Iuris *Circatores dicuntur, qui circinant patriam.*

310 *Die bis vno*] erant enim matutina & pomeridiana spectacula. l. 2. C. Theodos. de spectac.

311 *Priuatos vocitant*] hæc ex mss. includenda sunt hoc modo, priuati ludi quòd in palatio, vel in hortis exhiberentur à principe Kal. Ianuar. Tacit. lib. 15. annal. doctissimi. Lypsius in fine lib. 4. annal. & lib. 14. & Faber. lib. 1. Semest. c. 20.

312 *Tunc cætus iuuenum sed aulicorum*] hi sunt, qui *iuuenes Augustales*, dicuntur Tacito, & inscriptionibus veterum, quas vide apud Lypsiū epistolica. quæst. l. 1. ep. 1. ad Cuiacium. in his enim sacris certaminibus ingenui & nobiles agitabant quadrigas. Asconi. in orat. contrà Anton. & Catilin. *cum Sylla post victoriam circenses faceret, ita vt honesti homines quadrigas agitarent.* postea. *diximus iam. s. Syllæ ludis quos hic propter victoriam fecerit quadrigas C. Antonium & alios nobiles homines agitasse.* Sueton. in Calig. c. 18. Lamp. in Alexandro Seuero. *dicens ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere,* Quique in his certaminibus currunt non notantur infamia. l. athletas. de his qui

notan

Seu Perseia virgo vindicata
Illic luditur Harpe coniugali:
Seu qui carminis atque fabularum
Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.
300 *Quid dicam citharistrias choraules,*
Mimos, schœnobatas, gelasianos,
Cannas, plectra, iocos, palen, rudentem,
Coram te trepidanter explicare?
Nam Circensibus ipse quanta ludis
305 *Victor gesseris intonante Roma,*
Lætam par fuit exarare Musam,
Ianus fortè suas bifrons Calendas,
Anni tempora circinante Phœbo,
Sumendas referebat ad curules.
310 *Mos est Cæsaris, hîc die bis vno,*
(Priuatos vocitant) parare ludos.
Tunc cœtus iuuenum sed aulicorum
Elæi simulacra torua campi
Exercet spaciantibus quadrigis.
315 *Et iam te vrna petit, cietque raucæ*

notantur infamia, nec illicitos esse circenses notat Balsamo. Sextæ Synodi in Trullo. can. 24. quia scilicet præsente & permittente principe fiunt.

313 *Elæi simulacra torua campi*] 5. Car. 9.

Non hic Elida nobilem quadrigis.

314 *Quadrigis*] *quia totius anni metas temporum quadriga percurrit* Pet. Rauennas Serm. 87. Corippus. libr. 1. Cassiodorus. epist. 51. l. 3.

315 *Et iam te vrna petit*] à Prætore ex vrna circissariorum agitatorum nomina educebantur. Tertull. l. de Spectac. cap. 16. Symmachus. epist. 22. lib. 10. Gell. l. 5. c. 9. *nam cum in sacro certamine sortitio inter ipsos, & aduersarios non bona fide fieret, & sortem nominis falsam subiici animaduertisset,* &c. Claudianus initio. IV. Consul. Honorij.

nec enim campus solemnis & vrna
Luditur in morem. Donatus ad hæc Vergilij. lib. 5.
Tum loca sorte legunt.

vt fieri consueuit in Circo, non est enim idem labor in singulis locis, & inde sors adhibetur, ne sit in ordinatione contentio, aut humanum iudicium gratia cuiuspiam transducatur.

317 *Tum qua est ianua, consulumque sedes*] vide Lypsi. in Tacitum annal. 15. eosque qui notas scripserunt in Petro. & libellum de Circo. quibus addes, quod ait Marcell. Comes in Chron. Indict. VI. Iustiniano August. 11. Cos. *Anno regiæ vrbis conditæ CXCVIII. regium vestibulum pristinumque in eo solium ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, victor Iustinianus princeps, eminentius clariusque quàm fuerat, & vtramque senatorum ex more spectantium porticum, solita magnanimitate redintegrauit, bonis quidem agitatoribus præmium, ignauis autem seueritatem innuens.* vide Nouellam de Consulibus.

319 *Carceribusque*] Varro. lib. 4. de ling. *in circo primo vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Næuius oppidum appellat, carceres dicti, quod coercentur, ne inde exeant antequam magistratus misit,* &c. Serui. Aeneid. 5. *Carceres, ostia quibus equi arcentur, vnde carceres quasi arceres secundum Varronem.* & ex Seruio. Isidorus. lib. 5. c. 17. & lib. 18. c. 32. *oppidum* Næuio. ratio apud Varronem vbi. s. Festus. *oppidum dicitur & locus in circo, vnde quadrigæ emittuntur.*

323 *Pars aduersa*] D. Hieron. in Hilarione de Circensibus. *& equos partis aduersæ fregisse victoria sit.* i. *pars contraria.*

324 *Colores albus vel venetus,* &c] de his quatuor factionum coloribus, eorumdenique ratione, Tertull. lib. de spectac cap. de arte circi. Cassiod. epist. 51. lib. 3. & Corippus. lib. 1. in fine ad Iustinum. omnium elegantissimè, Chrisostomus in libello

Acclamatio sibilans coronæ.
Tum qua est ianua, consulúmque sedes,
Ambit quam paries vtrinque senis
Cryptis, carceribúsque fornicatus,
Vno è quattuor, axe fortè lecto 320
Curuas ingrederis premens habenas.
Id collega tuus, simúlque vobis
Pars aduersa facit. micant colores,
Albus vel Venetus, virens rubénsque:
Vestra insignia continent ministri. 325
Ora, & lora, manus, iubásque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortantúrque obiter, iuuántque blandis
Vltro plausibus, & voluptuosum
Dictant quadrupedantibus furorem. 330
Illi ad claustra fremunt, repagulísque
Incumbunt simul, ac per obseratas
Transfumant tabulas, & ante cursum
Campus flatibus occupatur absens.
Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,

de Circo. P. Victor. Reg. IX. *Stabula quattuor factionum lud.* passim in vett. inscriptionibus, & nusmismatis. & in Circo Constantinopolitano, quattuor ianuæ Chrilostomus. vbi. s̄. quas ab his quattuor coloribus appellatas ait Procopius. 1. de bello Persico.

325 *Vestra insignia continent ministri*] id est, vestris coloribus insigniti sunt, qui tibi agitatori ministrant, l. athletas. de his qui notantur infamia. *ceteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt.* ibid. Glossa. *id est ceteri eorum ministri.* Statio, fidi. l. 6. *Circunstant fidi, Circensium ministri.* Cassiod. epist. 51. lib. 3.

Iubásque tortas, &c.] Stat. 6. Theb. *Circunstant fidi, nexusque & torta iubarum*
Expediunt, firmantque animos, & plurima monstrant.

318 *Hortanturque obiter, iuuantque blandis vltrò plausibus*] id est, ministri, curules equos ad cursum excitant, notis vocibus adhortando, aut aquam illis spargendo. dicta lex. 4. *nec qui equis aquam spargit,* id est, minister qui equis aquã suffundit, vt incitatiores sint, quod fieri moris fuisse constat ex hac lege. 4. athletas, & Glossa, ibid. Festo. lib. 13. in *Nasiterna.* & D. Hieron. in Hilarione. *rogatus à fratribus qui aderant scyphum fictilem quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, quem cum accepisset Italicus, & stabulum, & equos, & aurigas suos, rhedam, carcerumque repagula aspersit,* &c. vt scilicet equi Neptuno sacri, aqua Neptuno sacra perfusi in Circo velocius currerent, in his enim ludis Neptunus colebatur, & honorabatur. Tertull. de spectac. cap. vnde ludi dicti. & cap. de loco. D. Hiero. in Hilarione. & Saluian. lib. 6. *colitur namque & honoratur Minerua in Gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus in circis,* &c. Serui. Æneid. 8. *Consus & eques Neptunus dicitur, vnde & in eius honorem Circenses celebrabantur:* idem autem Neptunus est, qui Consus. Tertulli. auctore. ne quis vim faciat in verbis Tertulliani, & Hieronymi qui Deo Conso Circensia certamina sacra esse traddunt.

329 *Et voluptuosum dictant quadrupedantibus furorem*] Plinius lib. 8. cap. 42. *Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur,* &c. Lucan. libr. 1.

quantum clamore iuuatur
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.

D. Hieron. epistol. ad Demetriadem. *equorum cursus fauore pernicior fit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur,* &c. vide D. Ambros. Hexam. lib. 5. c. 9.

Ardescunt, saliunt, timent, timentur,
Nec gressum cohibent, sed inquieto
Duratum pede stipitem flagellant.
Tandem murmure buccinæ strepentis,
340 *Suspensas tubicen vocans quadrigas,*
Effundit celeres in arua currus.
Non sic fulminis impetus trisulci,
Non pulsa Scythico sagitta neruo,
Non sulcus rapidè cadentis astri,
345 *Non fundis balearibus rotata*
Vnquam sic liquidos poli meatus
Rupit plumbea glandium procella:
Cedit terra rotis, & orbitarum
Moto puluere sordidatur aër.
350 *Instant verberibus simul regentes,*
Iámque & pectora prona de temone
Extensi rapiuntur, & iugales
Trans armos feriunt vacante tergo,
Nec cernas citò cernuos magistros,
Temones magè sufferant, an axes,

330 *Quadrupedantibus*] id est, equis. s̄. hoc Car.
Nuper quadrupedante concitato.
vide notas, & adde Ennium. *sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.*
331 *Illi ad claustra fremunt*] *quamuis iam carcere clauso*
Immineat foribus, pronusque repagula laxet. Lucan. Statius. libr. 6. *impulsi nequeunt obsistere postes.*
332 *Ac per obseratas transfumant tabulas*] Statius. lib. 6.
Claustraque compressæ transfumat anhelitus iræ.
Et ante cursum campus flatibus occupatur absens] Stat. 6.
Stare adeò miserum est, pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit grauis vngula campum.

339 *Tandem murmure buccinæ*] respexit ad priscum morem, quo signum in Circo quadrigis emittendis buccina dabatur, ante mappæ missionem quam instituit Nero. Cassiodor. l. 3. epist. 51. Vergil. 5.
Inde vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
Haud morà prosiluere suis.
Circissarij præconis meminit Aelianus. init. lib. 2. de var. hist. Stat.
Iam placidæ dant signa tubæ
342 *Non sic fulminis impetus trisulci*] Satius 6.
qua tantum carbasa ponto?
Quæ bello sic tela volant? quæ nubila cælo?
Amnibus hibernis minor est, minor impetus igni,
Tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres,
Tardius è summo decurrunt flumina monte.
343 *Non pulsa Scythico sagitta neruo*] Lucan. 1. *rapit agmina ductor*
Impiger, & torto balearis verbere fundæ
Ocior, & missa Parthi post terga sagitta.
Sagitta qualis Parthica velox manu
Excussa fertur, Seneca. Theb. act. 3.
344 *Non sulcus rapidè cadentis astri*] Seneca. ibid. *aut qualis cadit*
Delapsa cælo stella, cum stringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit viam.
Tardius astra cadunt, Statius.
345 *Non fundis balearibus rotata*] Ouid. 2. Metam.
Non secus exarsit, quam cum balearica plumbum

Iam vos ex oculis velut volantes,
Consumpto spacio patentiore,
Campus clauserat arctus arte factus,
Per quem longa humilem duplámque muro
Euripus sibi machinam tetendit. 360
Vt meta vlterior remisit omnes,
Fit collega tuus prior duobus,
Qui te transierant, ita ipse quartus
Gyri conditione tum fuisti.
Curæ est id medijs, vt ille primus 365.
Pressus dexteriore concitatu,
Partem si patefecerit sinistram,

Funda iacit, volat illud & incandescit eundo. Verg. primo. Georg. *balearis verbera fundæ.* Stat. 1. *fundæ balearis habenas.* à Balearium insularum populis. Plin. l. 7. c. 56. Solin. Liui. lib. 27. *Et est non simplicis habena vt balearica aliarumque gentium funda.* Vet. Glossogr. ms. *Balearius, sagittator, fundibularius. Balea, funda.*

347 *Plumbea glandium procella*] Lactant lib. 1. c. 11. *poeta imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumque describunt.* ferreus imber Ennio. 8. Vergil. 12. idem solent historici. Ennod. in Paneg. Theodorici. *Si cælum lancearum imber obtegeret.* idem pro defensione. IIII. Synodi Romanæ. *licet scuto munita fidei spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, nimbus sagittarum.* Sex. Ruffo in Epito. & Marcell. lib. 20. & 25. *telorum nimbus* Orosio. lib. 5. c. 15. *telorum nubes.* Mario Victori ad Salmonem, & *saxorum nubes*, Paulino. lib. 5. de S. Martino.

347 *Glandium*] id est, sagittarum, à glandis similitudine in quam sagittarum ima desinunt, Ouid. 14. Metam. *vt lata plumbea funda Missa solet medio glans intabescere cælo.* Seneca Natur. Quæst. l. 2. c. 57. *sic liquescit excussa glans fundâ, & attritu aeris velut igne distillat.* Liuius. lib. 27. *ne fluxa habena voluetur in iactu glans.*

349 *Puluere sordidatus*] *puluerei venit in spatia horrida circi.* Ibid.

iam cæco puluere mixti
Vna in nube latent.

350 *Instant verberibus simul regentes*] Statius.

Nulla manus requies, densisque insibilat aer
Verberibus

Vergil. 3. Georg. *illi instant verbere torto.*

351 *Iamque & pectora prona de couino*] Manil. lib. 5.

At cum laxato fugierunt cardine claustra
Exagitare feros, pronumque anteire volantes, &c.

Vergilius lib. 5. *pronique in verbera pendent.*

ĵ. hoc Carm. *Sero cornipedes citat flagello.*

351 *Couino*] *couinus, currus bellicus.* D. Hiero. in Esaiam. cap. vlt. couini bellici, quib. in bellis Belgæ vtebantur. Lucan. li. 1. Germani. Tacit. & Britanni Mela. lib. 3. c. 5. & ex Mela, Iornandes in fine. cap. 2. de rebus Get. *essedas* interpretatur. Anonymus. Glossograp. ms. *couina, genus vehiculi.*

352 *Iugales*] Id est, equos. s̄. Carm. 2.

Grex niger albentes tegeret cum mole iugales. ĵ. hoc Car.
Exhaustos sibi senserat iugales.

Stat. 6. *luctantur abire iugales.*

354 *Cernuos*] id est, pronos, s̄. ep. 6. lib. 1. *cernuus fossor*, s̄. Car. 2.

Fundit thuricremis carchesia cernuus aris.

sicque pinguntur agitatores cernui, in nomismatis, & vett. inscriptionibus.

356 *Volantes*] Manil. lib. 5. *pronumque anteire volantes.*

Totas ad podium ferens habenas,
Curru prætereatur intus acto.
370 *Tu conamine duplicatus ipse*
Stringis quadriiuges, & arte summa
In gyrum bene septimum reseruas.
Instabant alij manu atque voce,
Passim & deciduis in arua guttis
375 *Rectorum alipedúmque sudor ibat.*
Raucus corda ferit fragor fauentum,
Atque ipsis pariter viris equisque
Fit cursu calor, & timore frigus.
Itur sic semel, itur & secundo,
380 *Est sic tertius atque quartus orbis,*
Quinto circite non valens sequentum
Pondus ferre prior, retorquet axem:
Quod velocibus imperans quadrigis,
Exhaustos sibi senserat iugales,
385 *Iam sexto reditu perexplicato,*
Iámque & præmia flagitante vulgo,
Pars contraria nil timens tuam vim
Secutas prior orbitas terebat,
Tensis cum subito sinu lupatis,
390 *Tensis pectoribus, pede ante fixo:*

Hiero. in Hilar. *illi prætervolantium terga vix cernunt.*
360 *Euripus*] de Euripo, quo in Circis arenæ circumdabantur, Plin. lib. 8. c. 7. inuentum fuit Cæsaris dictatoris. ibid. & Suetonius. cap. 39. *spacio circi ab vtraque parte producto, & in gyrum euripo addito*: cui Mater Magna præsidebat. Tertull. de spectacul. capit. de loco. de quo etiam Cassiod. lib. 3. ep. 51. *euripus maris vitrei reddit imaginem, vnde illuc delphini æquorei aquas interfluunt.*
368 *Ad podium*] de quo. s. ep. 9. lib. 8. in fine vide notas, & adde quod olim ex eo spectabatur, præter ea quæ notata sunt. Sueton. in Nero. c. 12. quod retibus protectum erat, vt feræ arcerentur, Plin. lib. 37. c. 3. Cassiod. lib. 3. epist. 51. *alba linea non longè ab hostiis in vtrumque podium, quasi regula directa.* in theatris etiam vsus podiorum. Cuiac. obser. lib. 13. c. 13. in horreis. *craticiis podiis distincta granaria.* Pallad. de re rust. lib. 1. c. 19. Vet. liber. notarum. ms. I o *Podium.* I o *podiarius.*

372 *In gyrum benè septimum reseruas*] Varro. 1. Hebdomadum. *& curricula ludorum Circensium solemnia septem esse*, ne dictum dicere videar. vide doctiss. Fabrum Agon. l. 1. c. 28. & adde Arnobium. lib. 7. *cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros septem*, Isidorum. l. 18. Orig. c. 34. *septem spacijs quadrigæ currunt.*

373 *Instabant*] *Instant verberibus.* s. hoc Carm. *dum feruidus instat* Statius.

Admetum superare Thoas.

376 *Fragor fauentum*] quot erant factiones agitatorum, tot erant fauentium, qui in diuersa studia distrahebantur, quidam enim Venetæ, alij prasinæ, quidam albæ, alij russeæ factioni fauebant, Plinius. lib. 7. c. 65. Plinius Nepos. ep. 7. l. 9. Iuuenal. saty. 11. in fine. ibid vetus Interp. Tertull. de spectac. c. 16. Amm. Marcell. lib. 14. Cassiod. lib. 1. epist. 20. & lib. 3 epist. 51. Procop. 1. de bello Pers. & Iustinian. Nouella. 17. præter cæteros, eleganter Isidorus. lib. 18. c. 41. & Balsamo. Sextæ Synodi in Trullo. can. 24. quos vide.

Fragor] sic mss. notæ melioris. rectè. s. e. vlt. lib. 1. Summo fragore, vt nec reuerentia Augusti obsisteret, excepta sententia est. ibid. secutus est fragor (nisi quod dico iactantia est) par Camillano. & ep. 13. l. 9. in Car.

Super hæc fragorem alumno, &c.

Et quod hanc maximè lectionem asserit. j. hoc Carm. versu. 416.

Miscet cuncta fragor resuscitatus.

377 *Viris equisque fit cursu calor & timore frigus*] Stat. 6.
Concurrit summos animosum frigus in artus
Qui dominis idem ardor equis.
387 *Pars contrariis*] s. hoc Carm.
simulque vobis
Pars aduersa facit.

Quantum auriga suos solebat ille
Raptans Oenomaum tremente Pisa,
Tantum tu rapidos teris iugales.
Hic compendia flexuosa metæ
Vnus dum premit, incitatus à te 395
Elatas semel impetu quadrigas
Iuncto non valuit plicare gyro:
Quem tu quod sine lege præteriret

391 *Quantum auriga suos solebat ille*] vide s. Car. 2. sub finem & Carm. 14. & Higinum 84. i. Myrtilus.

392 *Raptans Oenomaum*] qui primus circissarias quadrigas instituit Corippus. lib. 1.
Oenomaum referam primas iunxisse quadrigas
Et currus armasse nouos, &c.
primusque in circo cum Hippodamiæ filiæ procis quadrigas agitauit, & hoc modo indubiè supplenda est Corripi lacuna, in qua supplenda Scholiastes operam perdit.

392 *Tremente Pisa*] s. Carm. 2. *reparatis Pisa quadrigis*
Suscitet Oenemaum
vide notas, & adde quod notat Seruius. init. l. 3. Georg. *Alpheus fluuius est Elidis, quæ ciuitas iuxtà Pisam est, in qua colitur Olympicus Iupiter.* Stat. 6.
prior omnibus Idas
Nuper Olympiacis vmbratus tempora ramis
Prosilit, excipiunt plausu Pisæa iuuentus
Eleaque manus.

394 *Hic compendia flexuosa metæ*] Statius. 6.
Sperauit flexæ circum compendia metæ.

406 *Sperans anticipasse iam priorem*] Statius 6.
Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipasse viam.

Incuruantur equi, &c.] Arnob. 7. *transire, transiri, pronos & cernuos ruere, cum curribus resupinos verti, trahi alios, cruribus & claudicare præfractis*, &c. eleganter dixit cernuos ruere, Donat. & Serui. Aeneid. lib. 10. in fine. *cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quasi in eam partem qua cernimus*, &c. illud autem in Circensibus eueniebat vtique, Veget. de re veteri. lib. 1. cap. 47. *impulsu axium vel rotarum, in Circo vel in aliis locis, varietate casuum animalibus crura franguntur, aut coxæ, vel articuli*, &c. Vet. Interp. Iuuenal. Saty. 11. in fine. *aut ideò præda dixit, quoniam multi equi frangebantur, iisdem Circensibus*: partis autem aduersæ equos fregisse victoria erat, D. Hiero. in Hilar. *hoc siquidem in Romanis vrbibus iam inde seruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum, Conso consiliorum Deo, quadrigæ septeno currant circumitu, & equos partis aduersæ fregisse victoria sit.*

413 *Æquus Imperator*] id est, Valentinianus tertius, qui. s. *pius princeps.* hoc Carm.

414 *Palmis*] Seneca epistol. 30. *quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia, cum septimo spatio palmæ appropinquant*, & die Circensium victoriæ cum palmis in podio collocabantur. Spartian. in Seuero. vide Iul. Firm. l. 4. cap. 7. Math. Cassiod. libr. 3. epist. 51.

415 *Serica*] id est, sericatas tænias, quibus circissarij victores coronabantur, Verg. 5. Aeneid.

Transisti remanens, ab arte restans.
400 *Alter dum popularitate gaudet*
Dexter sub cuneis nimis cucurrit.
Hunc, dum obliquat iter, diuque lentus
Sero cornipedes citat flagello,
405 *Tortum tramite transis ipse recto.*
Hic te incautius assecutus hostis,
Sperans anticipasse iam priorem,
Transuersum uenit impudens in axem.
Incuruantur equi, proterua crurum
410 *Intrat turba rotas, quaterque terni*
Arctantur radij, repleta donec

Puniceis ibant euincti tempora tanis. Seruius. *omnes qui vicerant scilicet puniceis teniis, id est, vittis roseis, & significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frondibus & discoloribus fasciis,* Festus lib.10. Lemnisci id est, fasciolæ colorisæ dependentes ex coronis. Quibus coronari magni honoris fuisse Varrò apud Seruium consignat: quibus etiam in agone Capitolino palmarij poëtæ honorabantur. Ausonius Paulino.epist.20.& Mag. Scaliger ibid. & lib.5. de emend. tempo. conuiuis etiam à Vero Imp.coronæ datæ, lemniscis aureis interpositis. Capitoli.

425 *Torquibus*] Sueton.in Augusto. cap.43. *Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donauit.*

425 *Coronas*] sacrorum certaminum victores, qui vulgò paradoxi vocabantur. Aurel. Augustinus de Rhetoricæ principiis. pro brauio coronas etiam reportabant, s.ep.9.lib.8.in fine *coronatus auriga de podio,* vide notas, & adde Velleium.lib.2. *Titus Ampius, & T. Labenius Tribuni plebis legem tulerunt, vt ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium vteretur,* &c. Festus.lib.4. *donatica corona, dicta quod his victores in ludis donabantur.* Aemil.Prob.in Alcibiade. Iul.Firm.lib.4.cap.7.in fine. *sacri certaminis palmas, coronasque largitur.*

426 *Victis ire iubens*] victi etiam præmio donabantur, Vergil.5.Aeneid.

Ensem atque insignem galeam solatia victo.

426 *Ire iubens*] *Tunc genitus Talao, victor sTigrin inanem*
Ire iubet. Statius.lib.6.ibidem.
Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat.

427 *Villis versicoloribus tapetas*] villosa & versicoloria tapetia, victis solatio erant, villosas autem lænas, & præsertim pellenicas victoribus præmij loco datas notat Pollux, & Strabo.lib.8.

428 *Iam verò Iuuenalibus peractis*] sic constanter omnes mss.vett. & vulgati, nec est quod Pius *famæ*, loco, *verò* intrudat in Posteriorib.c.21.vbi plura de Iuuenalibus, atque etiam. VV. docti. P. Faber.Semest.lib.1.cap.20.& Lypsius in Tacitum lib.14. annal. Iuuenalium origo à Nerone, qui primam barbam in aurea pixide posuit, Xiphilin.in Nerone, nominis proprietas ex eo, quòd cum prima barba iuuentutem deponebant non tertia annorum hebdomade, vt ex Macrobij his verbis in somnium Scipionis lib. 1.c 6. *post ter septenos annos genas flore vestit Iuuenta, idemque annus finem in longum crescendi facit,* Ræuardus. lib.4. Var.cap.10. colligit, *cum homo crescat in longitudinem ad septenos vsque ter annos, tum deinde in latitudinem* (vt ait Plinius) ter septeni anni finem in longum crescendi faciunt, & ea est mens Macrobij, sequentia satis adstruunt. de quibus Iuuenalibus Capitolinus in Gordianis. *Iuuenales ludi,* Tacito libr.15. quibus quadrigæ à Iuuenibus aulicis agitabantur. s. notatum hoc Carm.

Intrà aulam soceri mei] id est, Auiti Imperatoris, j. Carm.vlt.

Quondam purpureus socer. id est, Auitus. Vitæ.c.2.

Interualla crepent, volubilisque
Frangat margo pedes. ibi ipse quintus
Curru præcipitatus obruente,
Montem multiplici facit ruina. 415
Turpans prociduam cruore frontem.
Miscet cuncta fragor resuscitatus,
Quantum non Cyparissifer Lycæus,
Quantum non nemorosa tollit Ossa,
Crebras inrequieta per procellas: 420
Quantum nec reboant volutæ ab austro
Doris, Trinacris, aut voraginoso
Quæ vallat sale Bosphorum Propontis.
Hic mox præcipit æquus imperator,
Palmis serica, torquibus coronas 425
Coniungi, & meritum remunerari.
Victis ire iubens satis pudendis,
Villis versicoloribus tapetas.
Iam verò iuuenalibus peractis,
Quem te præbueris sequente in æuo, 430
Intra aulam soceri mei expetitus,
Curam cùm moderatus es palatij,
Chartis posterioribus loquemur,
Si plus temporibus vacat futuris.
Nunc quam diximus hospitalitatem, 435
Paucis personet obsequens Thalia.
O dulcis domus, ô pij penates!

431 *Curam cum moderatus es palatI*] id est, cum Curapalati munus obiisti, Amm Marcell. lib. 14. *iisdem diebus Apollinaris Domitiani gener, paulò ante agens palatij Cæsaris curam.* idem. *Saturninus ex Curapalatij,* &c. & lib. 31. *Equitius cui tunc erat curapalatij credita.* postea. *Valerianus atque Equitius quorum alter curabat palatium.* Renatus Frigeridus. libr. 12. hist. *quibus permotus Ioannes Ætium id temporis curam palatij gerentem, cum ingenti auri pondere, ad Chunnos trāsmittit.* idem. de eodem Ætio. *ex Comite domesticorum, & Ioannis curam palatij gerere cepit.* & Tyberius cura palati, *Iustini iunioris palatium gubernare,* dicitur Paulo Diacon. de gestis Longob. lib. 3. cap. 11. & lib. 8. histo. in Iustino Iuniore *palatium regere* eiusd. libri. c. 12. & hist. 8 in Tiberio. Hugo Floria. libr. 5. tit. 10. Chron. ms. Honorius Imp. *Constantio Comiti curam sui commisit palatij.* qui magistratus à cura quàm habebat palatij, Curapalati dictus est, Honorius & Theodosius. l. 1. qui à præbitione tyronum excusentur Cod. Th. lib. 1. C. eod. de Comitib. & Trib. scholar. *Curapolatiorum* in Notitia Imperij. Occid. Agathiæ. lib. 5. & Curopalati. de officiis Constantinopol. *κουροπαλάτης*, de cuius dignitate Corippus. lib. 1 c. viii. de Iustino iuniore:

> *Cum magni regeres diuina palatia patris*
> *Par extans curis, solo diademate dispar*
> *Ordine pro rerum vocitatus curapalatI,*
> *Dispositu nam Cæsar eras,* &c.

Cassiodor. lib. 7. c. 5. Variar. de eiusdem officio, & insignibus. & Curopalates de offic. Constant. erat autem sub dispositione Castrensis sacri palatij. Not. Imp. Curapalati proprietas à cura palati vel palatij, vt *curans rerum* Tertulliano in Apologet. 149. *curans pacis* Aniano. in lib. 1. C. TH. de pignoribus. Sic ex vett lib. emendo, id est, Irenarcha, *præfectus pacis*, vt lex. 1. de pignorib. & lib. 49. de decurionibus. Cod. eod loquitur, *pacis assertor.* eidem. Aniano. C. TH. lib. 8. vbi quis conueniri debeat, & legis Vvisigothor. lib. 2. tit. 1. era. 16. & 26. id in transcursu.

434 *Hospi*

Quos res difficilis sibique discors
Libertas simul excolit pudorque.
40 *O conuiuia, fabulæ, libelli,*
Risus, serietas, dicacitates,
Occursus, comitatus, vnus idem:
Seu delubra dei colenda nobis,
Siue ad pontificem gradus ferendi,
45 *Siue ad culmina Martij Myronis,*

434 *Hospitalitatem*] s̄.ep.4.lib.8. ad Consentium. init. de Octauiano fundo. *hospites epulis, te pascit hospitibus.*

436 *Quos res difficilis sibique discors*] s̄.c.8.l.2.in Car.

Discordantia quæ solent putari

Libertas grauis & pudor facetus.

440 *Serietas*] s̄. epistol. 13. libr. 9. *quod potuit amicus, cum serietate dictare.* vide notas.

444 *Culmina Martij Myronis*] s̄.Car.9.sub finem.

Et nulli modò Martium secundum. quem in stemmate Myronum suo loco posui, quod veluti per lineas duxi, dum alpes Aruerniæ nostræ cum Myrone senatore. V.C. peragrarem, qui cum suo germano, mano, & Magno viro hoc postero tempore maiorum virtutis heredes, & verè Martij, pro Rege fortiter fecerunt. & adhuc faciunt. *non enim minorem vtilitatem adferunt, qui togati publicè præsunt, quam qui bellum gerunt.* vt ait Sallustius. & vt olim Cato apud Athenienses. *Antiochus epistolis bellum gerit, calamo & atramento militat.*

445 *Tecta illustria seu videnda Liuii*] illustria dixit, quia Liuiana domus senatoria erat. epist.11.lib.8. *prisco Liuia quem dat è senatu.*

446 *Siue ad doctiloqui Leonis ædes*] Narbonensis Ciuis, vt ex hoc loco, & Gregor. Turon. lib.1.de miracul.cap.92. clarum est, viri vndecumque docti & consiliarij. s̄.ep.3.lib.8.vide notas.& Car.9.sub finem.ibid.notas consule.

447 *Quo bis sex tabulas*] id est, duodecim tabulas Prudent. libr.2. contrà Symmachum.

dicant cur condita sit lex

Bis sex in tabulis. ita Arnobius.lib.1. *bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerebat.*

448 *Vltrò Claudius Appius lateret*] quidam mss. taceret, qui vincunt numero vtrique tectè, lateret, retinui quòd amica Sidonio locutio sit. s̄. hoc Carm. versu. 169.

Si Consentius affuit latebant ver.27.
Toto in schemate vel semel latebis.

is autem duodecim tabulas digessit, & actiones in formam redegit. Liuius.l.3. Ve l. leius.1.de viris Inlustrib.c.21.& l.2.de orig.iuris.

449 *Claro obscurior in Decemuiratu*] cuius dignitatis cothurno supramodum elatus, & insolens, decemuiratu abdicare se coactus, in carcere necatus est. hisdem auctoribus, & Dione libro vndecimo. Orosio.lib.2.cap.2. Eutrop.& Diodor. lib.12.

450 *Ac si dicat epos*] erat etiam poëta Lyricus Leo. s̄.epistol.lib.8. & Carm.9.in fine.

Ille ad Pindaricum volare Cygnum] Horat. Ode 2.lib.4.Carm. s̄. libro 8. epistol.11.

455 *Seu nos Magne tuus, &c.*] s̄.Carm.9.init.
Dic dic quod peto Magne, dic amabo,
Felix nomine, mente, honore, forma.

459 *Centum & ferrea lasset ora laude*] Vergil.2.Georg.

Tecta illustria seu videnda Liui.
Siue ad doctiloqui Leonis ades,
Quo bis sex tabulas docente iuris
Vltrò Claudius Appius lateret 450
Claro obscurior in decemuiratu:
Ac si dicat epos, metrúmque rhythmis
Flectat commaticis tonante plectro,
Mordacem faciat silere Flaccum,
Quamuis post Satyras lyrámque tendat
Ille ad Pindaricum volare cycnum. 455
Seu nos Magne tuus fauor tenebat,
Multis prædite dotibus virorum.

Non mihi si linguæ centum, sint oraque centum,
Ferreá vox, &c.
quæ verba Hieronymus infigit in epitaphio Nepotiani ep.3. ad Pammachium c.16. & de monogam. sub finem. Sedulius lib.1.
Nam centum licet ora mouens vox ferrea clamet,
Centenosque sonos humanum pectus anhelet.
464 *Seu nos atria vestra continebant*] doctè, forensibus enim & disertis elegantiora, & spatiosiora ad conuentus excipiendos erant atria. Vitruui.l.6.c.8.

465 *Marcellinus meus perite legum*] s.e.13.l.1. *Epistolam tuam nobis Marcellinus togatus exhibuit, homo peritus,* &c.

465 *Marcelline meus*] idem. s. c.17.l.5. *es Eriphi meus.* vide notas, & adde quod ait Hieronymus interpres passim in lib. psalmor, Stephanus Africanus ad Aunarium Antissiod. *Vale longum in tempus, domine semper meus & Apostolice Papa.*

480 *Sedulitas sodalitasque*] s.ep.4.lib.1. par annominatio.

485 *Horum nomina,* &c.] ep. vlt. lib.9. in Carm.
Singulos quos nunc pia nuncupatim
Non valent versu cohibere verba, &c.

488 *Et calescens horam sol dabat,* &c.] Liuius. *calescente sole nebula operuisset diem,* mutuatus autem hic locus videtur ex Ephemeride Ausonij:
quartam iam totus in horam, Sol calet, &c.
ita etiam in l. 25. §. Lucius Titius de Liberis & Postumis *calescente cælo*, nisi malis Florentiæ lectionem, *albescente cælo*, quæ lectio probatior videtur, ad Sisennam Cæcilius. *albenti cælo*, vt refert. M. Fabius lib. 8. c.3. Sisenna. hist. 4. *innoxios trementibus artubus, repentè trahit, sistitque in labro summo fluminis cælo albente.* Cæsar de Bello Gall. Symmac. ep.7. lib.1. *nondum cælo albente concurritur luminibus accensis,* Gregor. Turon. lib.10. c.15. *cælo modicum albescente*, idem. lib.1. de mirac. c.18. *albescente cælo. albescitas cæli,* Augustino in soliloquiis, nam vt ait Prudentius in hymno matutino:
Lux intrat, albescit polus. & Mattius.
Iam iam albicascit Phœbus & recentatur.
calescit autem sol hora diei quarta, s.ep.8. lib.4. manè albescit. Cassiod. Psal.48. *matutino, id est, albescente die.*

489 *Alteram secundam*] id est, quartam. s.ep.8. lib.4. *iam duæ secundæ horæ facilè processerant,* vide notas.

491 *Crepitantibus fritillis*] s.ep.9. lib. 2. *frequens crepitantium fritillorum, tesserarumque strepitus audiebatur.* vide notas. & adde quod apud antiquos in cornu mittebant tesseras, mouentesque fundebant. Vet. Inter. Iuuenalis init. Saty.14.

493 *Tanquam Naupliades repertor artis*] i. Palamedes Nauplij filius, qui tesserarum lusum excogitauit, Eustathius, & Suidas in ταβλά, vnde ab inuentore *Palamediaci calculi* Cassiodoro dicuntur. l.8. ep.31. vide. s. ep.2. l.1.

495 *Hinc ad balnea non Neroniana*] in IX. Regio. *Neronianæ thermæ & thermæ Agrippæ* Sext. Rufus. & P. Victor. & liber antiquit. Roman. passim apud hist. scriptores.

396 *Vel ille cuius bustum Dalmaticæ vident Salonæ*] i. Diocletianus, qui imperio se abdi-

Forma, nobilitate, mente, censu,
Cuius si varios eam per actus
425 *Centum & ferrea lasset ora laude,*
Constans, ingeniosus, efficaxque,
Prudens arbiter, optimus propinquus,
Nil fraudans genij sibi, sibi, ulli,
Personas, loca, tempus intuendo.
430 *Seu nos atria vestra continebant,*
Marcelline meus perite legum,
Qui verax nimis & nimis seuerus,
Asper crederis esse nescienti.
At si te bene quispiam probauit,
435 *Noscit quod velit ipse iudicare,*
Nam nunquam metuis loqui quod æquum est,
Si te Sylla premat, ferúsque Carbo,
Si tristes Marij, trucésque Cinnæ,
Et si fortè tuum caput, latúsque
440 *Circunstent gladij triumuirales,*
Seu nos Lympidij lares habebant
Ciuis magnifici, virique summi
Fraternam bene regulam sequentis,
Seu nos eximij simul tenebat
445 *Nectens officiositas Marini,*
Cuius sedulitas sodalitásque
Æterna mihi laude sunt colendæ.
Seu quoscunque alios videre fratres
Cordi vtrique fuit, quibus vacasse
450 *Laudandam reor occupationem.*
Horum nomina cùm referre versu
Affectus cupiat, metrum recusat.
Hinc nos ad propriam domum vocabas,
Cùm mane exierat nouum, & calescens
460 *Horam sol dabat alteram secundam.*
Hic promens teretes, pilas, trecósque,
Hic talos crepitantibus fritillis,
Nos ad verbera tractuum struentes,
Tanquam Naupliades repertor artis.
465 *Gaudebas hilarem ciere rixam.*
Hinc ad balnea non Neroniana,
Nec quæ Agrippa dedit, vel ille cuius
Bustum Dalmaticæ vident Salonæ,

cauit, Salonam concessit, nec procul à Salona senuit & sepultus est in palatio suo. Euseb. in Chroni. *Diocletianus haud procul à Salonis in villa sua palatio moritur.* idem. Socrates. hist. Eccles. lib. 1. c. 2. in fine. Victoris & Eutropij Epitomastes in Diocletiano. de Diocletianis autem thermis Sex. Rufus & P. Victor. & præter histo. scriptores, Martyrologia.

498 *Ad thermas*] s. ad Consentium. epi. 4. lib. 8. de Octauiano. *ac thermis conspicabilibus latè coruscās.*

502 *Statuas imaginesque*] vide. s. ep. 12. lib. 6.

504 *Mentor, Praxiteles, Scopas*, &c.] præter Plinium de his pictoribus & sculptoribus opinatissimis, Vitruuius in præfat. l. 7. Columella in præfat. ad Syluinum in fine. Apul. 1. Flo. & lib. de mundo. Arnob. l. 6. Theophil. l. 1. & 2. & Prudent. in hymno Romaui martyris. vide. s. ep. 3. lib. 7.

506 *Nec sit Phidiaco figura cælo*] s. ep. 3. l. 7. *cælo Phidiā.* Martial. l. 1. epig. 119.
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

512 *Dormitantibus ociosiorem*] *dormitio, oscitantia.* Varro, Non.

Ad thermas tamen ire sed libebat,
Priuato bene prabitas pudori. 470
Post quas nos tua pocula, & tuarum
Musarum medius chorus tenebat:
Quales nec statuas, imaginésque,
Aere, aut marboribus, coloribusque,
Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt, 475
Quantas nec Polycletus ipse finxit,
Nec fit Phidiaco figura cælo.
Sed iam te veniam loquacitati
Quingenti hendecasillabi precantur.
Tantum & si placeat poëma, longum est. 480
Iamiam sufficit, ipse & impeditus,
Multum in carmine perlegens amicum
Dormitantibus ociosiorem.

PROPEMPTICON AD LIBELLVM.

CARMEN XXIIII.

E*Gressus foribus meis libelle,*
Hanc seruare viam precor memento,
Quæ nostros bene ducit ad sodales,
Quorum nomina sedulus notaui.
Antiquus tibi nec teratur agger, 5
Cuius per spacium, satis vetustis
Nomen *Cæsareum viret columnis.*
Sed sensim gradere, & moras habendo

1 *Egressus foribus meis*] id est, foribus Auitacini fundi, vel Episcopij Aruernensis.

7 *Nomen Cæsareum viret columnis*] id est, nomen Traiani Adriani saxæ columnæ incisum, in Periniaco ad Elaueris ripas cum hoc titulo.

12 *Censorius*] ep. j. lib. 8. *inter alabastra censorium.*

13 *Quem risisse semel ferunt in æuo*] i. Mar. Crassus, præter. M. Tull. 3. Tuscul. Plin. l. 7. c. 19. Solinum. Asconius. l. 2. cōtrà Verrem. *nam semel vicinum est ad penè nunquam, ex eodem sensu est quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucillius.* Am. Marcell. lib. 26. sub finem. *illius similis Crassi quem in vita semel risisse Lucillius affirmat, & Tullius.* Hiero. epist. 8. ad Demetriadem. *Catonem & M. Crassum semel en vita scribit risisse Lucillius.* idem. epist. 43. ad Chromatium. *semel in vita Crassum ait risisse Lucillius.* & in. Apolog. aduersus Ruffinum. *& imiteris aliquando Crassum, quem semel in vita dicit risisse Lucillius.* vide Macrob. lib. 2. c. 1. & Salisber. Polycrat. l. 8. c. 8.

15 *Hic si te probat omnibus placebis*] axioma Heracliti physici, qui summam laudis putabat ab vno probari, dummodò is esset optimus. vide Senecam. c. 102. & Symmach. ep. 105. lib. 6.

Affectum celerem moues amicis.
10 *Ac primum Domiti larem Seueri*
Intrabis, trepidantibus camœnis,
Tam Censorius haud fuit vel ille
Quem risisse semel ferunt in æuo.
Sed gaudere potes rigore docto.
15 *Hic si te probat, omnibus placebis,*
Hinc te suscipiet benigna Briuas
Sancti quæ fouet ossa Iuliani,
Quæ dum mortua mortuis putantur,
Viuens è tumulo micat potestas:
Hinc iam dexteriora carpis arua,

16 *Hinc te suscipiet benigna Briuas*] Aruerniæ vicus antiquissimus. S. Iuliani Martyrio nobilitata. s. epist. 1. lib. 7. de qua Constantius de. S. Germano. l. 1. c. vlt. & ex eo Erricus Monachus. l. 4. & 13. lib. 10. c. 29. & toto l. 4. Greg. l. 2. c. 11. in fine. lib. 2. de miraeul. Cartilacei Codices Comitatus Briuatensis, & martyrologia Bedæ Vsuardi, Adonis. V. Kal. Septembris.

16 *Briuas*] proprietas huius nominis, & Gregorij auctoritas adducunt me vt credam, hæc de vetere Briuate intelligenda esse, quæ vulgò VIEILLE BRIAVDE Briuas enim pons est, vnde Briua Isaræ in Itinerario Antonini, PONTOISE Samarobriua in Itiner. Anto. & Ptolem. & in libello Notarum Isidori. id est, pons Samaræ, quæ posteà Ambianorum Ciuitas, ab Ambianis populis, *Briua Curresia*, Gregor. Turo. lib. 7. cap. 10. histo. BRIVE SV COVRRESE, & Briuas portus, qui Gallis vett. BREST, & hodie nomen retinet. Ptolom. libr. 2. cap. 8. Germanis *brugh*, vnde *Pontesarnix*, Itin. Anton. vulgò *Sarbrugh*. plura si velis, consule Fauchetij Præsidis, eruditi antiquarij antiquitates. Vetus verò Briuas ripis Elaueris alluitur, & ab antiqua hac notatione olim BRIAVD, vnde in vetere pancharta. ms. S. Martini Turonensis cap. 77. Brudense monasterium, posteà BRIAVDE, Briuas quippe altera, ab elauere satis remota est, itá vt à vetere Briuate nomen nacta sit, non à ponte Elaueri superposito. hanc coniecturam plurimum iuuat, Gregorius Turonens. libro 2. cap. 25. de miracul. S. Iuliani: cum ait Basilicam S. Ferreoli, & fontem in quo Iuliani martyris caput à spiculatore ablutum est, distare à Briuatensi vico quasi stadiis decem, quod necessariò referendum est ad veterem Briuatem, Incuriæ Gregorium postulare, vel erroris erroneum esset, cum ille se Briuatensis diœcesis, Fortunatus. 1. pœm. *Briuatis alumnum* dicat, & Petrus Pict. in Paneger. Petri Venerabilis.

17 *Sancti quæ fouet ossa Iuliani*] Martyris, qui Briuati capite cæsus est, martyrol. Rom. Bedæ, Vsuardi, Adonis. Gregor. Turon. lib. 1. de miracul. cap. 65. lib. 2. de mirac. & Cartilacei codices Briuatensis Ecclesiæ. Fortunat lib. 4. poëmat. de aduentu Gregorij Turon. & lib. 8. de senatu Curiæ cœlestis. idem. lib. 10. Petrus Cluniacensis. l. 7. epist. 26.

Ast Iulianus item gladio iugulatus amico
Plebs quem Aruerna colens arma salutis habet.

18 *Quæ dum mortua mortuis*] id est, incredulis. Mathæi. 8. Lucæ. cap. 9. Sixtus in sententiis. *infidelis homo, mortuus est corpore viuente*, Gaudentius Brixiensis in præfat. ad Beneuolum. *magis eligens priuatus viuere, quàm mortuus militare, verè enim moritur apud Deum, qui ab Apostolicæ fidei veritate discedit*, &c. Gregor. Turon. de miraculis. S. Iuliani. cap. 2. *ac mortui mortuis thura deferrent.*

18 *Viuens è tumulo micat potestas*] Vet. histor. S. Saturnini. *amicos Dei ac dilectos Deo, non negligamus vt mortuos, sed honoremus vt viuos.* Gregor. Turon. de Gloria confess. capit. 3. *qui viuere se post tumulos præsentibus virtutibus manifestat.* & capit. 47.

Emensusque iugum die sub uno
Flauum crastinus aspicis Triobrem:
Tum terram Gabalum satis niuosam:
Et quantum indigenæ volunt putari,
Sublimem in puteo videbis vrbem. 25
Hinc te temporis ad mei Laconas
Iustinum rapies, suúmque fratrem,
Quorum notus amor per orbis oras
Calcat Pirithoúmque Theseúmque,
Et fidum rabidi sodalem Orestæ. 30
Horum cùm fueris sinu receptus,
Ibis Treuidon, & calumniosis
Vicinum nimis heu iugum Rutenis!
Hic docti inuenies patrem Tonanti.
Tectorem columénque Galliarum, 35
Prisci Ferreolum parem Siagri,
Coniunx Papianilla quem pudico
Curas participans iuuat labore.
Qualis nec Tanaquil fuit, nec illa

nam eos post sepulchra viuere, ipsius rei miraculum quæ geritur manifestissimè docet. idem. c. 59. *qui sepultus in terris, cælo se viuere multis virtutibus manifestat.* idem Vsuardus. in Martyrol. pridiè Kal. Decẽbr. Constantius de S. Germano. c. 24. l. 1. *vbi sepultus corpore, coti dianis miraculis viuit & gloria.* Dinamius ad Vrbicum Regiensem de Maximo. *facilè enim eximius ille pastor, quem viuere testantur. facta eius post decessum, apud Deum obtinere potuit.*

Flauum crastinus aspicis Triorbrem] crastinus, id est, die crastini post emensum iugum, quod MARGERIDE vocatur, à quo in Triorbrem iter est, vulgò TREBOHZ.

Tum terram Gabalum] i. Gabalitanam prouinciam Aruerniæ nostræ conterminam, Gabales Cæsari, & Straboni, Gabali Fortunato. *Priuatum Gabalus, Iulianum Aruernus abundans.* Greg. Turo. lib. 1. c. 30. de mirac. *adest Priuatus ex Gabalis* in vet. libro, de notis vulgaribus. ms. GABAL, *Gabalitani.* 5. ep. 13. lib. 5. & ep. 6. libr. 7.

Sublimem in puteo videbis vrbem] ambigo num de Gabalitana vrbe, de qua Gregor. Tur. lib. 1. cap. 34. hist. & Vsuard. in Martyrolog. VIII. Kal. Octob. & Ado XII. Kal. Septemb. hic locus interpretandus sit, quæ Ptolemæo lib. 2. c. 6. & ex eo veteri libello de notis, *Anderetrum,* postea *Gabalu,* Aimoin. l. 1. c. 5. hist. & hodie populariter GHAVE, num verò de Aniciensi vrbe, quæ vulgò le PVIS vocatur, & est in valle collium sita velut in fundo putei sed cum ea esset intra territorium Vellauæ vrbis. Greg. lib. 10. cap. 25. hist. non in territorio Gabalum, potius de priore vrbe Sidonium intelligendum putarem. caue referas ad Minatem, quæ licet in radicibus montium posita sit, & pari quo Anicium situ, non tamen tunc temporis præcipua vrbs erat Gabalitanorum, sed tantum vicus. Vetus historia. S. Priuati. & vt loquitur Ado XII. Kal. Septemb. *viculus,* à contiguo monte nomen nactus. Gregor. Turo. lib. 1. cap. 34.

Hinc te temporis ad mei Laconas] id est, Sidonij coæuuos Castorem & Pollucem alteros, qui se mutuo amore amplectebantur. Festus. lib. 14. in Pilea.

Iustinum rapies, suumque fratrem] id est, Iustinum & Sacerdotem fratres. 5. ep. vlt. lib. 5.

Calcat Pirithoumque, &c.] 5. Car. 5. & ep. 13. l. 3. vide Higin. 257. Hieronymum. ep. ad Paulinum. Mamertinus in Paneg. Iuliani Aug. *duo aut tria fermè ex vetere memoria amicorum paria proferuntur, &c.*

Ibis Treuidon] fortè qui hodie TREVES vocatur.

40 *Quam tu Tricipitine procreasti,*
Qualis nec Phrygia dicata Vestæ,
Quæ contra satis Albulam tumentem
Duxit virgineo ratem capillo.
Hinc te Lesora Caucasum Scytharum
45 *Vincens aspiciet, citúsque Tarnis*
Limosum & solido sapore pressum,
Piscem perspicua gerens in vnda.
Hic Zeti & Calais tibi adde pennas:
Nimbosúmque iugum fugax caueto:
50 *Nanque est assidua ferax procellæ,*
Sed quamuis rapido ferare cursu,
Lassum te Vorocingus obtinebit.

32 *Et calumniosis Rutenus*] quantum ex historiæ veritate petere licet, quòd calũnias Apollinari Ruteni concinnassent. s̄. ep. 6. & 7. lib. 5. calumniosos Rutenos dixit.

33 *Viciniũ nimis heu iugum,*] id est, Prusianum Tonantij fundum. s̄. epist. 9. lib. 2. Rutenis nimis proximum, quia Gothi Rutenos ceperant, s̄. epistol. 6. lib. 7. atque ita ab illis infestabatur Prusianus vide num sit d'*Aubrac*, vel d'*Aubran.* simili locutione. s̄. ep. 5. l. 1 *atque obiter Cremonam peruectus adueni, cuius olim est Tityro Mantuano larium suspirata proximitas.*

34 *Patrem Tonantij*] s̄ ep. 7. lib. 1. ep. 9. lib. 2. ep. 13. & 15. lib. 9. vide notas.
Prisci Ferreolum parem Syagi] vide. s̄. ep. 12. lib. 7. & Car. 7. & ep. 9. lib. 2.

38 *Curas participans, &c.*] Lucan. lib. 2. de Martia.
in curas venio partemque laborum
Paulinus. epist. 3. ad Aprum. idem ad Citherium.
Curas mariti sustinens. s̄. epist. 4. lib. 2.

39 *Tanaquil*] *hanc rara inter fœminas vultus, altius sæculorum omnium memoria, quàm vt excidere possit, infixit.* D. Hier. aduers. Iouini. s̄. ep. 7. lib. 5. in fine.

40 *Quam tu Trecipitine procreasti*] i. Lucretia Lucretij Tricipitini filia. auctor de Vir. Ill. & Cassiod. in Chron.

44 *Duxit virgineo ratem capillo*] id est, Claudia Vestalis. præter cæteros Tertull. Apolog. *Et aquam cribro gestatam, & nauem cingulo promotam.* Panegyristes in Paneg. Constantini. & D. Hiero lib. 1. contra Iouinianum. & ex eo Pet. Abailardus. epist. ad Heloyssam, de monialium dignitate & orig. *Scimus & in gentibus, præcipuè virginitatis prærogatiuam extitisse, vnde Hieronymus in Iouinianum. Claudia virgo Vestalis* (inquit) *cum in suspicionem venisset stupri, fertur cingulo duxisse nauem, quam multa millia hominum trahere non poterant, hoc etiam Sidonius Claromontensis Episcopus in propemptico ad libellum suum refert.* dixit autem capillo virgineo, vt & Claudianus. *ducens*
Claudia virgineo cunctantem crine Cybelem.

44 *Hinc te Lesora*] mons est altissimus vulgò LOZERE.
Citusque Tarnis] vulgò le TAR de quo Plinius. lib. 4. cap. 19. Ausonius Mosella. versu. 465. vide. s̄. epist. 13. lib. 5.

49 *Nimbosumque iugum, &c.*] puto referendum ad Lesoram nimbosum maximè & procellosum montem, non ad Helanum montem procellarum feracem, de quo Greg. de Glor. Confess. 2. *Mons enim erat in Gabalitano territorio, cognomento Helanus, lacum habens magnum, &c.*

52 *Lassum te Vorocingus obtinebit*] id est, lassum te capiet Vorocingus, s̄. Voroangus domus Apollinaris. epist. 9. lib. 2. *lassum*, id est, de via fatigatum quæ inter Prusianum & Vorocingum intersita est. s̄. epist. 9. lib. 2. *apud humanissimos dominos Ferreolum & Apollinarem tempus voluptuosissimum exegi, prædiorum his iura contermina, domicilia vicina quibus interiecta gestatio lassat peditem nec sufficit equitaturo.*

Nostrum hic inuenies Apollinarem,
Seu contra rabidi leonis aestus
Vestit frigore marmorum penates. 55
Siue ortis spatiatur in repostis,
Quales mellifera virent in Hybla:
Quales Corcium senem beantes
Fuscabat picei latex Galesi:
Siue inter violas, thymum, ligustrum, 60
Serpyllum, casiam, crocum atque caltham,
Narcissos hyacinthinósque flores
Spernit, quàm pretij petitor ampli,
Glebam Thurifer aduehit Sabaeus.
Seu ficto potius specu quiescit, 65
Collis margine, quâ nemus reflexum
Natiuam dare porticum laborans,
Non lucum arboribus facit, sed antrum,
Quis pomaria prisca regis Indi
Hic nunc comparet, aureasque vites, 70

55 *Vestit frigore marmorum penates*] elegantissimè dictum, D. Cyprianus. lib. 2. ep. 2. ad Donatum. *preciosi marmoris crustis vestita domicilia.* Cassiod. epist. 8. lib. 3. *vestita marmoribus sepulchra* Ennius Andro. *Scaprea inuestita saxo atque ostreis.* D. Ambros. episto. 34. *sunt tabulae porphyreticae preciosissimae, quibus vestiebatur operculum.* Eucherius Magni Gregorij, & Augustini Anglorum Episcopi coaeuus scriptor. 3. Reg. cap. 9. *aureis laminis vestita.* idem. cap. 11. 12. 13. & 14. vide Plinium. lib. 8. cap. 11.

58 *Quales Corycium senem beantes*] hinc versum exscripsit Hadrianus Cardinalis:

Ruri subditus ortulus virebat,
Qualis Corycium senem bearet.

illud autem ex Vergilio est, lib. 4. Georg. *Corycium vidisse senem.* vbi Seruius. *Malè autem quidam Corycium, proprium asserunt esse nomen, cum sit appellatiuum eius, qui more Corycio ortos excoluit. quod etiam Plinij testimonio comprobatur.* Iunius Philarg. *Corycium, Cilicium à monte & Ciuitate Ciliciae Coryco. alij Corycium non natione sed peritia, quod haec gens studiosè ortos colat,* &c.

59 *Fuscabat picei latex Galesi*] Verg. *Qua niger Humecta flauentia culta Galesus,* fluuius Tarentinorum. Vibius. *Galesus Tarentinorum quinque millibus à ciuitate distans.* Liuius auctor.

60 *Siue inter violas, thymum, ligustrum*] s. Carm. 2.

Violam, cythisum, serpilla, ligustrum,
Lilia, narcissos, casiam, colocasia, caltham,
Costum, malobathrum, myrrhas, opobalsama, thura, vide. ep. 13. lib. 9. in Carm.

69 *Glebam thurifer aduehit Sabaeus*] s. Carm. 5.

Ser vellera, thura Sabaeus.

Non lucum arboribus facit sed antrum] Ennod. in vita. S. Epiphanij. *eligebat secessum nemorea fronde conclusum, vbi connexis arborum brachiis rex domestica texeretur, quod solum refugus per vmbracula opaca sol nesciret,* &c.

69 *Quis pomaria prisca Regis Indi*] id est, Corciraci. Martial. l. 8. epig. 68.

Aureasque vites] id est, vites auro ductili, & fusili effictas Dyctis. lib. 4. *sed inter caetera praemia, quae ei pulcherrima miserat, addiderat, vitem quandam auro effectam, & ob id per populos memorabilem.* uide Iust. Lypsium elect. 2. c. 5.

71 *Electro*] ex quo etiam fiebant electrei anuli, Artemid. libr. 2. cap. 5. numi quoque cudebantur electrei, Lampridius in Alexandro. Quietus tyrannus *electridam*

pate

Electro viridante pampinatus,
Cùm Porus posuit crepante gaza
Fuluo ex palmite vineam metalli,
Gemmarum fluitantibus racemis?
75 *Hinc tu Cottion ibis, atque Auito*
Nostro dicis, aue: dehinc valeto.
Debes obsequium viro perenne.
Nam dent hinc veniam mei propinqui,
Non nobis prior est parens amico,
80 *Hinc iam te Fidulus decus bonorum,*
Et nec Tetradio satis secundus,
Morum dotibus aut tenore recti,
Sancta suscipit hospitalitate.
Exin tende gradum, Tribusque Villis
85 *Thaumastum expete, quemlibet duorum*
Quorum iunior est mihi sodalis,
Et collega simul, gradúque frater.
Quòd si fors senior tibi inuenitur
Hunc pronus prope patruum saluta.
90 *Hinc ad consulis ampla tecta Magni,*
Felicémque tuum veni libelle.
Si te bibliotheca, quæ paterna est,
Qualis nec tetrici fuit Philagri,
Admitti faciet Probus probatum
Hic sæpe Eulaliæ meæ legeris,
Cuius Cecropiæ pares Mineruæ
Mores, & rigidi senes, & ipse
Quondam purpureus socer timebant.
Sed iam sufficit, ecce, iamque portum,
Ne te pondere plus premam saburræ.
His in versibus ancoram leuato.

FINIS CARMINVM C. SOLLII APOLLINARIS SIDONII.

pateram, quæ in medio vultum Alexandri haberet & in circuitu omnem historiam contineret, signis breuibus & minutulis, pontifici propinauit, Treb. Pollio. *Helene dicitur sacrasse Lyndiæ Mineruæ calicem ex electro*. Pompo. Sabinus. & exinde *electrina vasa*. in l. qui lucem. 9. Neratius de auro & arg. legato. de electro iisdemque speciebus. vide Plinium & ex eo Seruium, 8. Aeneid. & Tertullianum. aduersus Hermogenem. cap. 15. & Praxeam. cap. 27. Isidor. lib. 16. capit. 8.

75 *Hinc tu Cottion ibis*] id est, Cottias Alpes. s. Car. 7 versu. 520.

quam saxa niualia Cotti Despectant.

75 *Auito nostro*] Sidonij amico, non eius propinquo, de quo. s. epist. 1. libr. 3. dicis aue dehinc valeto. s. epistol. 9. lib. 9. Auson. Dicto aue, dic vale, & actutum redi. idem Paulino. epistol. 25. *Quid prohibet salue, atque vale, breuitate per acta.*

Tetradio] de quo. s. epistol. 10. lib. 3. vide notas.

Morum dotibus] dotes morum. s. epist. 6. lib. 2. & ep. 25. lib. 4.

85 *Thaumastum expete*] vide. s. epistol. 7. l. 1. & ep. 7. lib. 5.

Quorum iunior est mihi sodalis] s. epistol. 6. lib. 5. *Viennam veni, vbi Thaumastum germanum tuum, quem pro iure vel sanguinis, vel ætatis, reuerenda familiaritate complector.*

90 *Hinc ad consulis ampla tecta Magni*] s. Carm. 23. in fine. & Carm. 9. init. vide

notas. de patria autem Magni Felicis Cassiod.epist.1.lib.2.

Qualis nectetrici fuit Philagri] vide.s̄.epist.14.lib.7.ibid.notas.

91 *Admitti faciet Probus probatum*] ad quem.s̄.epist.1.lib.4.& s̄.Carm.9.versu.330. vide vtrobique notas.

95 *Eulalia mea*] id est, Sidonij sorori patrueli.s̄.epist.1.lib.4.vide notas.

98 *Purpureus socer*] id est, Auitus August.Sidonij socer.s̄.C.7.8.& 23.vitam vide. cap.2.

101 *Anchoram leuato*] s̄.epist.6.lib.8. *preterea priusquam de continenti in patriam vela laxantes, hostico mordaces anchoras vado vellant*, &c. Ego quoque te(mi liber) emitto libera manu vt abeas, quo te pedes ducent, aut te tuus genius feret, cumque fatigatus fueris de solo, salo te committas, & anchoram leues, vt post naufragas liuidorum latratuum scyllas enauigatas, in portu iudicij publici sedeas. faxit Opt. Maxu. cui gloria & honor in æuiterna sæcula. Amen, Amen.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

A

D

E

V